FRANCISCI MARIÆ
PITONII
ADVOCATI ROMANI,
deinde Epiſcopi Imeriæ,
ET BENEDICTI XIII. PONTIF. MAX.
AUDITORIS;

DISCEPTATIONUM
ECCLESIASTICARUM,

IN QUIBUS

FREQUENTIORA ECCLESIASTICI FORI LITIGIA
Unà cum Decretis tam Datariæ Apoſtolicæ, quàm Sacrarum Congregationum particularium, & generalium, necnon DECISIONIBUS SACRÆ ROTÆ ROMANÆ continentur.

PARS TERTIA.

Opus non tantùm Judicibus & Curialibus, ſed etiam Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis, apprimè utile ac neceſſarium.

VENETIIS, MDCCXLVI.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

INDEX ARGUMENTORUM,

Quæ in hac Tertia Parte

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

continentur.

DISCEPTATIO LIV.

ARGUMENTUM.

DEcanatus Sacri Collegii pertinet ad Cardinalem antiquiorem, licet tempore vacationis a Romana Curia abſentem ex cauſa Reſidentiæ apud aliquam Cathedralem, ſeu Metropolitanam Eccleſiam. Antiquior Cardinalis intelligitur, qui eſt antiquior in Epiſcopatu Suburbicario licet junior in Cardinalatu ad explicationem Conſtitut. V. Pauli Quarti, & regiſtratur noviſſima Conſtitutio deſuper emanata Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI XIII. Summi Pontificis ſanctiſſime regnantis.

DISCEPTATIO LV.

ARGUMENTUM.

S. R. E. Cardinales abſentes ex cauſa Reſidentiæ in ſuis Archiepiſcopatibos, vel Epiſcopatibus juxta Conſtitutionem ſanct. memor. Urbani VIII. an habeant jus conferendi beneficia tempore abſentiæ vacata in aliquo ex Epiſcopatibus Suburbicariis, quem obtinent ratione optionis ob explicationem *Regulæ Septimæ, hodie Octavæ Cancellariæ*.

DISCEPTATIO LVI.

ARGUMENTUM.

Donativum dari ſolitum Regi pro manutentione Regni, ſi pro certa quota ad illud obligantur Eccleſiaſtici illius Regni vigore Indulti Apoſtolici, non remanet diminutum, ſi aliqui ex illis ſint exempti, & an comprehendantur ſob hoc Indulto S. R. E. Cardinales poſſidentes in eodem Regno Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Dignitates, & Penſiones.

DISCEPTATIO LVII.

ARGUMENTUM.

An valeat Conſuetudo, ſeu Statutum, juxta quod Canonici io eorum receptione ad Eccleſiam tenentur dare certam pecuniarum quantitatem pro fabrica, & ſuppellectilibus Eccleſiæ, necnon etiam pro ſalario, ſeu mercede plurium ejus Officialium, & Miniſtrorum, & ſervire gratis pro anno ſuperviventiæ Deſuncti, ad materiam *Text. in cap. Jacobus de ſimon. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 14. de reformat. & Conſtit.* 104. *S. Pii V. & Conſtit.* 51. *S. mem. Innoc. XII.*

DISCEPTATIO LVIII.

ARGUMENTUM.

Nullum declaratur Matrimonium ſub conditione, quod Uxor intra certum terminum Profeſſionem emittat in Religione, neque illud conſummare debeat, non obſtante, quod hujuſmodi conditio inter Contrahentes conventa, non fuerit expreſſa in faciem Eccleſiæ, ſcilicet in ipſo actu Matrimonii coram Parocho, & Teſtibus, ad materiam *Text. in cap. ſi conditiones de condit. appoſit. & in Can. quod interrogaſti diſtinct.* 27.

DISCEPTATIO LIX.

ARGUMENTUM.

Capitulum Regulare Eccleſiæ Cathedralis ſi habeat ex Conſuetudine, vel Statuto jus mulctandi domeſtice exceſſus leves Canonicorum, aliarumque Eccleſiæ perſonarum, utrum poſſit mulctam exercere extrajudicialiter etiam in exceſſibus gravibus.

DISCEPTATIO LX.

ARGUMENTUM.

Capitulum habens jus mulctandi exceſſus leves commiſſos in Choro, & Eccleſia, utrum illud exercere poſſit præſente Epiſcopo in Eccleſia, & Choro cumulative cum præventione, vel cumulative cum prælatione Epiſcopi, ad explicationem *Text. in Canon. perlectis diſtinct. 25. nec non Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. verſ. Epiſcopus.*

DISCEPTATIO LXI.

ARGUMENTUM.

Jus mulctandi exceſſus leves commiſſos in Eccleſia abſente Epiſcopo tam in reſpicientibus Chorum, quam mores, utrum pertineat ad Epiſcopum, vel Capitulum in Eccleſia Cathedrali Regulari, inſpecta diſpoſitione Juris communis, Statutis Eccleſiæ, vel conſuetudine, plene hic enucleatur.

Index Argumentorum.

DISCEPTATIO LXII.

ARGUMENTUM.

Jus mulctandi mulcta domeſtica exceſſus leves abſente Epiſcopo commiſſos extra Eccleſiam in Proceſſionibus, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis, in quibus Clerus procedit ſub Cruce, utrum pertineat ad Epiſcopum, vel Capitulum.

DISCEPTATIO LXIII.

ARGUMENTUM.

Papa habet poteſtatem diſpenſandi in radice Matrimonium nulliter contractum, prout diſpenſare ſolet, & ex quibus cauſis moveatur ad concedendam hujuſmodi diſpenſationem.

DISCEPTATIO LXIV.

ARGUMENTUM.

Ex Renunciatione Novitij Societatis Jeſu facta de juribus futuris, & de bonis exiſtentibus, & extituris favore Eccleſiæ Collegij ipſius Societatis, an hæreditas inteſtata fratris germani ipſius Novitii ſibi delata tempore, quo reperitur Profeſſus, pertineat ad Eccleſiam Renunciatariam.

DISCEPTATIO LXV.

ARGUMENTUM.

Plures conditiones adjectas in Teſtamento Novitiæ veluti in fraudem Voti paupertatis in tempus poſt emiſſam Profeſſionem collatas vitiari, & haberi pro non appoſitis hic plene deciditur.

DISCEPTATIO LXVI.

ARGUMENTUM.

Congrua aſſignata in Decimis certorum Locorum favore Vicarii Eccleſiæ Parochialis unitæ Monaſterio, ſi exceſſive excreverit, an ſit diminuenda favore Monaſterii habentis ſibi unitos omnes reditus Eccleſiæ, excepta Congrua Vicarii.

DISCEPTATIO LXVII.

ARGUMENTUM.

Edictum Principis Laici, quo prohibentur ſubditi operam præſtare Eccleſiaſticis, non ſuſtinetur, & an licite Eccleſiaſtici exercere valeant negotium Nivariæ propriæ.

DISCEPTATIO LXVIII.

ARGUMENTUM.

Renunciatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem pro Agnatis certæ familiæ, & pro conſervandis bonis renunciatis in Agnatione, an ſit abdicativa, & realis, itaut extinctis Agnatis bona tranſeant ad Extraneos, vel ſit reſtricta ad certas Perſonas, quibus deficientibus illa revertantur ad Renunciantem, ejuſque Monaſterium.

DISCEPTATIO LXIX.

ARGUMENTUM.

Legatum pro ſubſidiis dotalibus pauperum Puellarum, an poſſit commutari in dotes Canonicatuum Eccleſiæ Collegiatæ noviter erigendæ, & an facta commutatione reſervandum ſit Juſpatronatus hæredi, cui ſpectabat jus nominandi Puellas ad ſubſidia dotalia.

DISCEPTATIO LXX.

ARGUMENTUM.

Translatio Penſionis ſuſtinetur licet prima nulliter facta fuerit, & an fieri poſſit in Urbe coram Prothonotario honorario, & exhibitio Indulti de transferendo an ſufficiat facta per relationem.

DISCEPTATIO LXXI.

ARGUMENTUM.

Translatio Penſionis facta vigore Indulti Conclaviſtarum ſuſtinetur etiamſi illud non fuerit exhibitum coram Executore, aut Conclaviſtatus unius Pontificis erronee expreſſus fuerit ſub nomine alterius, & erronee expreſſus Canonicatus Penſione gravatus.

DISCEPTATIO LXXII.

ARGUMENTUM.

De poteſtate Summi Pontificis diſpenſandi ſuper Voto ſolemni perpetuæ Caſtitatis ad effectum contrahendi Matrimonium Sacerdotes, Monachos, & Religioſos, nec non Equites Hieroſolymitanos, & de cauſis legitimis, ex quibus Sedes Apoſtolica diſpenſare ſolet, & de altera gratia diſpenſandi Equitem Hieroſolymitanum pro tranſitu ad alium Ordinem militarem, in quo ſervatur caſtitas conjugalis.

DISCEPTATIO LXXIII.

ARGUMENTUM.

Gratia pro devoluto, an dicatur Impetratio certo modo, ſeu potius proviſio de vacanti, quan-

quando non tendit contra Poſſeſſorem Beneficii, & fuit obtenta ob non factam per Patronos in tempore validam præſentationem una cum aliis ad praxim ſubrogationis gratioſæ, juxta *Regul.* 29. *Cancellariæ*.

DISCEPTATIO LXXIV.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus S. R. E. Cardinalis a die præconizzationis in Epiſcopum factæ in Conſiſtorio acquirit fructus Eccleſiæ ante captam ejus poſſeſſionem, nec ſubjacet Cenſuræ *Extravag. injunctæ de elect.* nec eos amittit ex defectu Conſecrationis, ſi habuit juſtum impedimentum, ad materiam Text. *in capit. Tranſmiſſam de elect. & Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *de reformat.*

DISCEPTATIO LXXV.

ARGUMENTUM.

An Conſervatoria Mulierum ſint Religioſa, & quam poteſtatem habeat Ordinarius ſuper illis, & an requiratur ſpecialis approbatio Epiſcopi quoad Confeſſarium hujuſmodi Mulierum, ſicut requiritur quoad illum Monialium.

DISCEPTATIO LXXVI.

ARGUMENTUM.

In Proceſſionibus publicis præcedentia debetur Sacerdoti Beneficiato, ſeu habenti beneficium, ſeu Eccleſiam in Titulum collativum reſpective ad alios Sacerdotes ſimplices licet prius Ordinatos.

DISCEPTATIO LXXVII.

ARGUMENTUM.

Apocha Sponſalium, in qua continetur promiſſio Viri, & poſtea ſubſequitur illi annexa ſubſcriptio, & acceptatio Puellæ, an probet ſimultaneum utriuſque conſenſum, itaut ante Viri pollicentis pœnitentiam interveniſſe cenſeatur acceptatio Puellæ.

DISCEPTATIO LXXVIII.

ARGUMENTUM.

Unio Beneficii facta per Epiſcopum Seminario quando ſit nulla ob non adhibitum Conſilium quatuor Deputatorum juxta *Concilium Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *de reformat.* & quando conſtet, vel non adhibitum fuiſſe hujuſmodi Conſilium. Reſignatio in favorem beneficii uniti in manibus Papæ remanet nulla ob non factam mentionem Unionis.

DISCEPTATIO LXXIX.

ARGUMENTUM.

Terminata Inveſtitura, an poſſit Eccleſia retinere pro ſe Bona devoluta, vel teneatur renovare ſorores ultimi Inveſtiti propter conſuetudinem immemorabilem renovandi.

DISCEPTATIO LXXX.

ARGUMENTUM.

Clericus obæratus an gaudeat privilegio, *Cap. Odoardus de ſolut.* Si conduxit Bona, ſeu Tenutas Agrorum Eccleſiaſticorum, & an requiratur trina monitio ad eum privandum hoc privilegio.

DISCEPTATIO LXXXI.

ARGUMENTUM.

Familiares, & inſervientes Monaſterio Monialium viventes in ejus Atrio, an ſint exempti ab exercitio Jurium Parochialium, & electio Conſervatoris quando dicatur illegitime facta per Moniales.

DISCEPTATIO LXXXII.

ARGUMENTUM.

Primariæ preces quæ competunt Imperatori non ſpectant ad alios, nempe Epiſcopos, vel Archiepiſcopos in eorum Diœceſibus, & an eis competant ex conſuetudine ad Officia temporalia, quæ naturam beneficii non habent, nempe ad Canoniſſatus Mulierum, de quibus in *Cap. indemnitatibus de Elect. in* 6. *& in Clement. Attendentes de ſtat. Monach.*

DISCEPTATIO LXXXIII.

ARGUMENTUM.

Quando non ſit incompatibilis in eadem Eccleſia retentio Dignitatis cum Canonicatu Lectorali ſimul & Pœnitentiario, attenta conſuetudine ipſius Eccleſiæ, & concordia per Summum Pontificem approbata.

DISCEPTATIO LXXXIV.

ARGUMENTUM.

Agitur de Diſpenſatione ad cautelam pro retentione in una, eadenque Eccleſia Dignitatis cum Canonicatu Pœnitentiario; Habens primum incompatibile, poteſt eligi ad ſecundum pariter incompatibile, cum ſit capax aſſequendi ſecundum, licet incapax utrunque retinendi abſque diſpenſatione.

Digitized by Google

Index Argumentorum.

DISCEPTATIO LXXXV.

ARGUMENTUM.

An ſuſtineatur Electio ad Officia Capitularia Canonici habentis Coadjutorem, & an iſte Canonicus ſit excuſandos ab acceptatione Officii ad quod fuit electus, & teneatur inſervire per ſe ipſum, vel per ſuum Coadjutorem.

DISCEPTATIO LXXXVI.

ARGUMENTUM.

Legatum factum in certa quantitate per Patrem favore filii Religioſi pro expenſis Bullarum in caſu ejus aſſumptionis *a qualche Titolo, o Dignità Eccleſiaſtica*, an debeatur per promotionem Filii ad beneficia inferiora Dignitate Epiſcopali, & an totum debeatur ſi expenſæ fuit minores quantitate legata.

DISCEPTATIO LXXXVII.

ARGUMENTUM.

An Clericus, qui commiſſo delicto reaſſumpſit habitum, & Tonſuram gaudeat privilegio fori quoad Perſonam, & bona; Quando reaſſumptio habitus dicatur facta in fraudem Fiſci, vel non.

DISCEPTATIO LXXXVIII.

ARGUMENTUM.

Facta unione Abbatiæ ad ſubſidium Hoſpitalis cum onere ſolvendi Penſionem perpetuam certis Beneficiatis in tot ſcutis auri in auro poſtea ſubrogatis in alia moneta aurea, an ſit locus reductioni Penſionis, ſi valor auri ita excreverit, ut læſionem enormiſſimam producat reſpectu Hoſpitalis, ad materiam *Text. in cap. ſuggeſtum de decim.*

DISCEPTATIO LXXXIX.

ARGUMENTUM.

Quando ſit locus Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione in Epiſcopatibus Germaniæ, & de requiſitis neceſſariis ad eam obtinendam, & an ſimul concedatur retentio alterius Epiſcopatus, necnon Canonicatuum favore Coadjuti.

DISCEPTATIO XC.

ARGUMENTUM.

Ex quibus cauſis Epiſcopo unius Eccleſiæ facto Coadjutori alterius cum futura ſucceſſione concedatur retentio ſuæ primæ Eccleſiæ poſtquam factus fuerit locus ſucceſſioni in ſecunda.

DISCEPTATIO XCI.

ARGUMENTUM.

Si Poſſeſſor Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, quæ ſit hæreditaria, hæredem inſtituat illegitimum, bona devolvuntur ad Eccleſiam, & quando Emphyteuſis cenſeatur comprehenſa ſub generalitate Inſtitutionis univerſalis.

DISCEPTATIO XCII.

ARGUMENTUM.

Clericus, qui non incedit in habitu, & Tonſura, adhuc gaudet exemptione a Collectis, & oneribus laicalibus.

DISCEPTATIO XCIII.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus in Synodo habet facultatem abrogandi conſuetudinem Diœceſis, ſecus Immemorabilem, & Centenariam.

DISCEPTATIO XCIV.

ARGUMENTUM.

Agitur de nullitate Capituli Provincialis Patrum Minorum de Obſervantia Provinciæ Sancti Nicolai, deducta ex defectibus, qui in corpore habentur.

DISCEPTATIO XCV.

ARGUMENTUM.

Alternativa cum Epiſcopo incipit ſtatim ac Dataria recognovit literas Epiſcopi ſuper ejus acceptatione, illaſque regiſtrari fecit; etiamſi literæ fuerint datæ extra Diœceſim, & de tempore, quo incipit Alternativa Epiſcopus reperiatur abſens ab eadem Diœceſi una cum aliis ad materiam ſuperadjunctis.

DISCEPTATIO XCVI.

ARGUMENTUM.

Alienatio bonorum Eccleſiæ etiam ſine utilitate ſuſtinetur, ſi facta fuerit ex cauſa neceſſitatis, & an iſto caſu requiratur diſcuſſio, an expediat unam potius, vel aliam rem alienari ad ſuccurrendum neceſſitati.

DISCEPTATIO XCVII.

ARGUMENTUM.

Quibus concurrentibus concedi ſoleat Indultum eligibilitatis ad Eccleſias Epiſcopales in Germania, non obſtante defectu ætatis.

DISCEPTATIO XCVIII.

ARGUMENTUM.

Expreſſo valore Beneficii in ſupplicatione cum clauſula = *augendi*, *&* *minuendi* = ſi poſtea in literis deſuper expeditis fuerit ſemel facta expreſſio cum ſpecificatione, non poteſt fieri variatio per alias literas alium diverſum valorem exprimentes, ad explicationem *Regulæ 65. Cancellariæ*.

DISCEPTATIO XCIX.

ARGUMENTUM.

An Epiſcopus erigere poſſit auctoritate ſua Dignitatem novam in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, & an diſſenſus Capituli attendatur, vel eo non obſtante poſſit ad ejus erectionem procedere, ſi Capitulum non adducat Cauſam rationabilem, & juſtam.

DISCEPTATIO C.

ARGUMENTUM.

Agitur de duabus Electionibus factis in diſcordia ad Eccleſiam Epiſcopalem, & probatur Electionem nulliter factam, & poſtea reiteratam de eodem ad eandem Eccleſiam una cum Votis in præcedenti folio conventionali coarctatis, aliiſque circumſtantiis, de quibus in corpore, non ſuſtineri.

IN-

INDEX DECISIONUM,

Quæ in hac Tertia Parte

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

continentur,

AURIEN. CONGRUÆ. 14. Martii 1608. coram Ottembergo, Diſcept. 66. Pag. 119.

CRACOVIEN. CANONICATUS. Lunæ 15. Januarii 1725. coram Reverendo Patre Domino Calcagnino, Diſcept. 99. pag. 233.

DERTHUSEN. JURISDICTIONIS SUPER GRAVIBUS, Lunæ 4. Martii 1697. coram Pio, Diſcept. 59. pag. 58,

DERTHUSEN. JURISDICTIONIS. Mercurii 5. Junii 1697. coram Pio, Diſcept, 59. pag. 61,

DERTUSEN. JURISDICTIONIS. Lunæ 28, Januarii 1697. cor. Pio, Diſcept. 61, pag. 80,

HILDESIMEN. DECANATUS, Veneris 27, Jan. 1708. cor, Omana, Diſcept, 57. pag. 41.

HILDESIMEN. FRUCTUUM CANONICALIUM. Lunæ 19. Januarii 1703. coram Kaunitz, Diſcept, 57. pag. 42,

ROMANA TRANSLATIONIS PENSIONIS. Lunæ 26. Junii 1713. coram Lancetta, Diſcept. 70. pag. 135.

TUDERTINA BENEFICII. Lunæ 9. Junii 1711, cor. Cerro, Diſcept. 78. pag. 174.

DISCE-

Digitized by Google

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM FRANCISCI MARIÆ PITONII

ADVOCATI ROMANI,

deinde Epiſcopi Imeriæ,

ET BENEDICTI XIII. PONT. MAX. AUDITORIS.

PARS TERTIA.

Romana Decanatus.

ARGUMENTUM,

Decanatus Sacri Collegii pertinet ad Cardinalem antiquiorem, licet tempore vacationis a Romana Curia abſentem ex cauſa Reſidentiæ apud aliquam Cathedralem, ſeu Metropolitanam Eccleſiam. Antiquior Cardinalis intelligitur, qui eſt antiquior in Epiſcopatu Suburbicario licet junior in Cardinalatu ad explicationem Conſtitut. V. Pauli Quarti, & regiſtratur noviſſima Conſtitutio deſuper emanata Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI XIII. Summi Pontificis ſanctiſſime regnantis.

SUMMARIUM.

1 *Dignitas S. R. E. Cardinalium comendatur ab Innocentio III. & Sixto V.*

2 *Sacrum Collegium Cardinalium componitur ex triplici Ordine, Diaconorum, Presbyterorum, & Epiſcoporum.*

3 *Habet Dignitatem Decanatus, quæ pertinet ad antiquiorem Collegii præſentem in Curia tempore obitus Decani, juxta Conſtitutionem Pauli IV.*

4 *Vacavit Decanatus per obitum Cardinalis Acciajoli de anno 1719.*

5 *Dubitatio exorta, an Decanatus ſpectaret Eminentiſſimo Urſino abſenti ex cauſa reſidentiæ apud Eccleſiam Beneventanam, vel Cardinali Aſtallio.*

6 *Quomodo ſe geſſerit Eminentiſſimus Urſinus in contingentia vacationis Decanatus.*

7 *Refertur ejus colloquium habitum cum Summo Pontifice Clemente XI.*

8 *Rara moderatio Eminentiſſimi Urſini in recuſando litem, & ſupplicando Summum Pontificem, ut aſſecutionem Decanatus pertineret Cardinali Aſtallio.*

9 *Tenor Brevis Apoſtolici Clementis XI. ad Eminentiſſimum Urſinum, in quo ſumme commendavit raram ejus moderationem.*

10 *Cardinalis Aſtallius factus Decanus paulo poſt deceſſit, & de nova quæſtione exorta inter Cardinales Franciſcum Judice, & Tanarium.*

11 *Eminentiſſimus Judice, audito Voto Advocatorum, ceſſit Juribus ſuis cum præſervativa præjudicii aliorum Cardinalium in futuris vacationibus.*

12 *De Congregatione particulari deputata pro decidendo Articulo, an Decanatus ſpectaret abſentibus ex cauſa reſidentiæ in ſuis Epiſcopatibus.*

13 *Laudatur Reverend. Pater Dominus Lambertinus.*

14 *Auctor in ſupradicta Cauſa fuit Advocatus Eminentiſſimi Urſini.*

15 *Numerus Cardinalium olim erat exiguus, cum eſſent viginti, nec poterant tunc ad Epiſcopatus promoveri.*

16 *Aucto numero Cardinalium Leo X. per Conſtitutionem ſpecialem ſtatuit, ut Cardinales in Curia reſiderent, & ſub quibus pœnis, & quos exceperit.*

17 *De conſimili Decreto Conſiſtoriali edito per Paulum III.*

18 *De Conſtitutione Pauli IV. ut Decanatus ſpectaret Cardinali antiquiori in Curia præſenti, aut ex cauſa publica abſenti, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinati.*

19 *Decanatus competit de Jure Cardinali Epiſcopo antiquiori.*

20 *Conſtitutio Pii IV. aſſiſtit Cardinalibus tempora vacationis Decanatus abſentibus in ſua reſidentia Epiſcopali, tanquam cauſa publica, & num. 21. & 22.*

22 *Cauſa publica intelligitur, quæ ſit diſtincta ab illa, quæ mere privata eſt.*

23 *Totus mundus dicitur Parochia Papæ, & Epiſcopi dicuntur vocati in partem ejus Paſtoralis ſollicitudinis.*

24 *Pertinet ad intereſſe Eccleſiæ univerſalis incolumitas Eccleſiarum inferiorum.*

25 *Eccleſiæ inferiores dicuntur membra Eccleſiæ univerſalis.*

26 *Decretum Conſiſtoriale Pauli III. privavit Cardinales abſentes omnibus Indultis, & Privilegiis, excipiendo abſentes ex cauſa reſidentiæ in ſuis Epiſcopatibus.*

27 *De natura legis poſterioris eſt, ut declaretur ab anteriori.*

28 *Caſus ſpecialis nunquam reſtringit genus præcedens, omnium aliorum caſuum.*

29 *Cauſa legitima abſentem fictione Juris reddit præſentem.*

30 *Abſentia ex cauſa reſidentiæ in Epiſcopatibus non aufert abſenti Jura, & Privilegia, quæ competunt præſentibus.*

31 *Dictio* hujuſmodi *quid importet.*

32 *Verba non reſtruuntur ad eos, quos non reſpiciunt.*

33 *Exceptio ſtat adverſative ad regulam.*

34 *Epiſcopatus Suburbicarii Cardinalibus annexi non ſunt incompatibiles cum aliis Epiſcopatibus exteris.*

35 *Opinio Cardinalis Bellarmini, quod Cardinales Epiſcopi alium Epiſcopatum retinere non deberent, reprobata per reſponſum Clementis VIII.*

36 *Explicatur* Text. in capitul. bonæ 3. de poſtulat. Prælator. *quatenus probat Cardinalem eſſe utiliorem, ut præſideat Eccleſiæ univerſali apud Sedem Apoſtolicam, quam Eccleſiæ particulari.*

37 *Concilium Tridentinum, & Conſtitutio Urbani Octavi quoad Cardinales prælatis reſidentiam in Epiſcopatu alteri reſidentia in Romana Curia.*

38 *Præponderat cauſa reſidentiæ in Epiſcopatu quoad Cardinalem reſpective ad reſidentiam in Urbe.*

39 *De opinione antiqua, quod Cardinales propter reſidentiam quam facere tenentur in Urbe eſſent excuſati a reſidentia in Epiſcopatibus, abrogata per Conſtitutionem Urbani.*

40 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

41 *Acceptatio Officii, ex quo inducitur abſentia ab Urbe, non tollit abſentiam eſſe ex cauſa publica.*

42 *Epiſcopatus non providentur ad ſupplicationem, ſeu ambitum promovendi, ſed Motu proprio Papæ.*

43 *Actus proceſſatus in nulla conſideratione habetur.*

44 *Obſervantia, ut concludat, probanda eſt in caſu præciſo.*

45 *Cardinalis Decanus dicitur prior in Ordine Epiſcoporum, & primus Epiſcoporum eſt Hoſtienſis.*

46 *Decanatus Sacri Collegii eſt acceſſorie unitus ad Epiſcopum Hoſtienſem.*

47 *Ad effectum optandi Epiſcopatum Hoſtienſem ſatis eſt Cardinalem eſſe præſentem in primo Conſiſtorio licet antea fuerit abſens.*

48 *Differentia inter Decanum Sacr. Collegii, & Sacra Rota quoad neceſſitatem præſentiæ de tempore vacationis.*

49 *Ex acceſſorio, ſeu copia non fit interpretatio principalis, ſeu originalis.*

50 *Executio unius reſpectu alterius quomodo intelligatur.*

51 *Regula unionis, ut unum ſine alio haberi non poſſit.*

52 *Decanatum Sacri Collegii eſſe unitum Eccleſiæ Hoſtienſi probatur ex obſervantia duorum ſæculorum.*

53 *Centenaria præſumit omnes caſus poſſibiles.*

54 *Signum unionis eſt, ut adepto Principali veniat in conſequentiam conſecutio Acceſſorii.*

55 *De conſuetudine inter Cardinales optandi ſex Eccleſias Suburbicarias, & quid antea ſervabatur.*

56 *Enunciativa habetur pro diſpoſitione, ſi emanaverit ab habente facultatem diſponendi.*

57 *Series Epiſcoporum Hoſtienſium, qui ſimul fuerunt Decani.*

58 *Optio Eccleſiæ Hoſtien. facta per Cardinalem Senen. ſub Paulo III. proteſtata fuit per Cardinalem Auxitanum in itinere ad Romanam Curiam exiſtentem.*

59 *Reſolutio Congregationis Particularis ſuper adjudicatione Decanatus favore Cardinalis Tanarii ad excluſionem Cardinalium abſentium tempore vacationis, & de opinione Authoris, ut num. 60.*

61 *Decanatus Sacri Collegii per obitum in Conclavi Cardinalis Tanarii delatus fuit Eminentiſſimo Urſino.*

62 *Laudatur aſſumptio Eminentiſſimi Urſini ad Pontificatum Maximum, ejuſque inſignes virtutes recenſentur.*

63 *Refertur per extenſum Conſtitutio noviſſima Benedicti XIII. Summi Pontificis Regnantis, quod Decanatus deferatur Cardinali Epiſcopo antiquiori, licet abſeat ex cauſa reſidentiæ in ſuo Epiſcopatu.*

64 *Dubitatur, an Conſtitutio prædicta ſit declaratoria antiqua Conſtitutionis Pauli Quarti, vel potius derogatoria ejuſdem, & de ratione.*

65 *Conſtitutio, in qua antiqua derogatur, non dicitur illius declaratoria, ſed derogatoria, & nova lex.*

66 *Conſtitutio poſterior declaratoria præcedentis, quæ antea fuerit in ſenſu contrario declarata, habetur pro nova diſpoſitione.*

67 *Conſtitutio ſupradicta videtur declaraſſe verba Conſtitutionis Pauli IV. quæ Decanatum deferri voluit Cardinalibus abſentibus a Curia ex cauſa publica, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatis, & num. 68. & 69.*

70 *Quidquid continetur ſub expreſſa ratione legis antiquæ dicitur in ea diſpoſitum, & comprehenſum.*

71 *Conſtitutio declaratoria antiquæ non dicitur nova diſpoſitio, etiamſi utatur verbis* ſtatuimus, ſancimus.

72 *In cunctis non tenor verborum, ſed ſubſtantia rationis attenditur.*

73 *Opinio Authoris, quod hujuſmodi Conſtitutio ſimul ſit nova diſpoſitio editoria Juris novi, & declaratoria antiqui, & num. 74.*

75 *Conſtitutio, de qua agitur, fuit legitimis ex cauſis, & rationibus edita.*

76 *Aſſertioni facta per Legislatorem Motu proprio pleniſſima fides, & obſequium adhibetur.*

77 *In ſupremo Principe legem aliquam condente ſemper juſta, & rationabilis cauſa præſumitur.*

78 *Cardinalis abſens ex cauſa reſidentiæ in Epiſcopatu dicitur extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatus.*

79 *Indefinita in legibus appoſita æquipollet univerſali.*

80 *Abſ*

80 *Abſurdum eſt, quod quis mortem Proximi deſiderare videatur, in cujus locum ſe credit ſucceſſurum, & infra n. 83.*

81 Germanicum *morti proximus exclamavit contra* Piſonem *ſuum obitum expectantem, ut in illius regimine ſuccederet.*

82 *Domitianus avidus mortis Julii Agricolæ, numerabat momenta deficientis.*

84 *Prælatio in Decanatu debetur Cardinali antiquori in Epiſcopatu Suburbicario, licet Juniori in Cardinalatu.*

85 *Referuntur rationes, & authoritates in contrarium facientes, ut numer. 86. 87. 88. 89. & 90.*

91 *De Auctoris opinione.*

92 *Adducuntur Authoritates aſſerentes Decanatum deberi Cardinali antiquiori in Epiſcopatu Suburbicario, & de obſervantia, ut num. 93.*

94 *Nulla melior dari poteſt Conſtitutionum Apoſtolicarum interpres, quam obſervantia.*

95 *Amplia etiamſi intellectus datus ab obſervantia eſſet malus, vel de Jure non tenendus.*

96 *Cardinalis Decanus ſpeciale Jus fovet ad Epiſcopatum Eccleſiarum Hoſtienſis, & Velitern.*

97 *Impedito nihil imputari valet, ne faciat, quod tenetur.*

98 *Non omne impedimentum excuſat, aut eſt ſufficiens, ut eſt affectatum, ſeu de facili removibile.*

99 *Conſtitutio emanata in uno caſu, an ex identitate rationis extendatur ad alios.*

100 *Conſtitutio correctoria Juris, vel odioſa non extenditur etiam ex majoritate rationis; Item quando emanavit pro caſu particulari.*

101 *Res declarata ſuam declarationem retinet in omni caſu; amplia num. 102.*

103 *Regiſtratur tenor Conſtitutionis Gregorii Decimiquarti pro unione Decanatus quoad Epiſcopatum Hoſtien.*

DISCEPTATIO LIV.

1 SEnatus Apoſtolicus Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ Cardinalium, quorum ſubli
mem Dignitatem, necnon officii &
gradus Altitudinem plene commendat
Innocentius III. in cap. Per venerabilem
§. Rationibus verſ. Sunt autem Sacerdo-
tes, qui fil. ſint legit. & Sixtus V. Conſtit. 50. *Bullar.*
Roman. to. 2. triplici Ordine compoſitus, Diacono-
rum ſcilicet, Presbyterorum, & Epiſcoporum, ha-
2 buit ſemper proprium Caput Cardinalem Decanum
nuncupatum; hæc autem ampliſſima Dignitas Deca-
3 natus, quæ de Jure pertinet ad antiquiorem Collegii
Sanctæ memoriæ Paulus IV. ad alliciendos Cardinales
ad reſidendum in Romana Curia per ſuam ſpecialem
Conſtitutionem ordinavit, ut non niſi ad Epiſcopum
Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem devenire
poſſet, excluſis abſentibus ex voluntate ſua, non ta-
men illis, qui eſſent ex cauſa publica abſentes, & ex-
tra Curiam per Romanum Pontificem deſtinati, ex-
preſſa ratione, ne Decanatus, occurrente ejus vaca-
tione, deveniret in aliquem Cardinalem ex voluntate
ſua, & non ex cauſa publica abſentem, & propter
abſentiam ſuam hujuſmodi quandoque de negotiis
Apoſtolicæ Sedis minus informatum in injuriam a-
liorum Cardinalium tunc præſentium, & Romano
Pontifici aſſiſtentium, ac propterea de negotiis præ-
dictis melius informatorum, ut legitur in memora-
ti Pontificis *Conſtitutione 5. Bullar. Roman. tom.* 1.

Accidit vacatio Decanatus anno 1719. per obi-
tum clar. mem. Nicolai Cardinalis Acciajoli Deca-
4 ni, & Epiſcopi Hoſtienſis, tempore quo Eminentiſ-
ſimus, & Reverendiſſimus Dominus Fr. Vincentius
Maria Cardinalis Urſinus Epiſcopus Portuen. nempe
Epiſcopus Cardinalis antiquior reperiebatur abſens
extra Curiam, reſidendo apud ſuam Metropolitanam
5 Eccleſiam Beneventanam, cui ipſe tot annorum
ſpatio magna ſui nominis gloria Archiepiſcopus, ac
publica veræ ſanctitatis, ac virtutis fama commen-
datur, digniſſime præſidebat; unde inſurrexit dubi-
tatio, an ipſi, licet abſenti, ſpectaret Dignitas va-
cantis Decanatus, juxta allegatam Conſtitutionem
Pauli Quarti, vel potius Eminentiſſimo Domino
Cardinali Fulvio Aſtallio de tempore vacationis
præſenti in Curia, & inter præſentes Epiſcopo Car-
dinali antiquiori.

Abſentia autem Eminentiſſimi Urſini, quæ cau- 6
ſam dedit quæſtioni ceſſare potuiſſet, ſi ipſe ad nun-
cium imminentis obitus Decani, ſtatim acceſſiſſet ad
Urbem præveniendo ejus obitum, ſed prudenter ab-
ſtinuit, & ſolum obitu ſubſecuto perventus ad Ur-
bem in privato colloquio habito cum ſan. mem.
Clemente Undecimo dixit ſe veniſſe, ut obtempe-
raret proprio P. Generali, cujus voluntas erat, quod 7
ipſe licet præſens non fuiſſet in Curia de tempore
obitus Decani ad effectum optandi Decanatum, at-
tamen uti præſens in primo Conſiſtorio poſt obitum
Decani optare illum potuiſſet experiendo Jura ſua,
cum ſuppoſito, quod ſufficeret Cardinali antiquiori
ejus præſentia in primo Conſiſtorio ad effectum o-
ptandi Decanatum, & de cætero declaravit animum
ſuum prorſus alienum ab omni litigio, juxta ſen-
ſum Divi Pauli: *Servum Dei non oportet litigare:*
his auditis Summus Pontifex reſpondit, quod circa
acceſſum ad Urbem bene adimpleverat præceptum
obedientiæ Religioſæ, ex quo Epiſcopus Regularis
alligatus remanet omnibus iis, quæ in ſtato Epiſco-
pi compatibilia ſunt cum Regula quam profeſſus
eſt, ſed interrogavit quare ſi obedientiam proprio
Generali præſtare voluiſſe, ac velle profitebatur,
non ſtatim diſceſſerat ad nuncium graviſſimæ infirmi-
tatis Cardinalis Decani? cui Eminentiſſimus Urſi-
nus reſpondit, ſe abſtinuiſſe ab hoc acceſſu præven-
tivo propter obſtaculum Concilii Lateranenſis ex-
preſſum in *cap. 2. de conceſſ. prabend.* ibi: *Ne deſi-*
derare mortem proximi videantur, in cujus locum, &
beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. Cum enim in ipſis
etiam legibus gentilium inveniatur inhibitum, turpe
eſt, & divini plenum animadverſione judicii, ſi lo-
cum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio ha-
beat, quam ipſi etiam gentiles condemnare curarunt:
adeo placuit Summo Pontifici Clementi Undeci-
mo hoc Lateranenſis Concilii notabile monitum,
ut Eminentiſſimo Urſino tunc injunxerit, ut ſibi
annotatum relinqueret locum hujuſmodi Textus
ad effectum eum legendi ſtatim ac ſe retraxiſſet in
cameram.

Deinde autem rara, & vere Sacerdotali animi 8
moderatione, quam ſemper præcelluit, nunquam ſa-
tis laudatus Eminentiſſimus Urſinus deliberavit,
nec etiam accedere ad Conſiſtorium, nec ſua Jura
experiri in optione Decanatus; unde per literas ei-
dem Clementi Undecimo directas expoſuit ſuum
abſtinendi ab hujuſmodi contentione propoſitum,
addita ſupplicatione, ut memoratus Pontifex Deca-
natus aſſecutionem permitteret Cardinali Aſtallio,
ſalvis tamen Juribus, quæ in aliis Decanatus hujuſ-
modi vacationibus quovis modo competere poſſent
Epiſcopis Cardinalibus antiquioribus tempore hujus
vacationis extra Romanam Curiam reſidentibus a-
pud Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias, qui-
bus una cum aliqua ex illis ſex Eccleſiis, quæ Car-
dinalatibus ſunt annexæ eos præeſſe contingeret,
prout laudatus Pontifex ejus votis ingenti, ac debi-
ta laude receptis indulgere non omiſit, conceſſa me-
morato Cardinali Aſtallio aſſecutione Decanatus,
& optione Eccleſiarum Hoſtien. & Veliternen. præ-
vio tamen Brevi Apoſtolico ad Eminentiſſimum Ur-
ſinum directo annexi tenoris.

INDEX ARGUMENTORUM,

Quæ in hac Tertia Parte

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

continentur.

DISCEPTATIO LIV.

ARGUMENTUM.

DEcanatus Sacri Collegii pertinet ad Cardinalem antiquiorem, licet tempore vacationis a Romana Curia abſentem ex cauſa Reſidentiæ apud aliquam Cathedralem, ſeu Metropolitanam Eccleſiam. Antiquior Cardinalis intelligitur, qui eſt antiquior in Epiſcopatu Suburbicario licet junior in Cardinalatu ad explicationem Conſtitut. V. Pauli Quarti, & regiſtratur noviſſima Conſtitutio deſuper emanata Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI XIII. Summi Pontificis ſanctiſſime regnantis.

DISCEPTATIO LV.

ARGUMENTUM.

S. R. E. Cardinales abſentes ex cauſa Reſidentiæ in ſuis Archiepiſcopatibus, vel Epiſcopatibus juxta Conſtitutionem ſanct. memor. Urbani VIII. an habeant jus conferendi beneficia tempore abſentiæ vacata in aliquo ex Epiſcopatibus Suburbicariis, quem obtinent ratione optionis ob explicationem *Regulæ Septimæ, hodie Octavæ Cancellariæ.*

DISCEPTATIO LVI.

ARGUMENTUM.

Donativum dari ſolitum Regi pro manutentione Regni, ſi pro certa quota ad illud obligantur Eccleſiaſtici illius Regni vigore Indulti Apoſtolici, non remanet diminutum, ſi aliqui ex illis ſint exempti, & an comprehendantur ſub hoc Indulto S. R. E. Cardinales poſſidentes in eodem Regno Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Dignitates, & Penſiones.

DISCEPTATIO LVII.

ARGUMENTUM.

An valeat Conſuetudo, ſeu Statutum, juxta quod Canonici in eorum receptione ad Eccleſiam tenentur dare certam pecuniarum quantitatem pro fabrica, & ſuppellectilibus Eccleſiæ, necnon etiam pro ſalario, ſeu mercede plurium ejus Officialium, & Miniſtrorum, & ſervire gratis pro anno ſuperviventiæ Defuncti, ad materiam *Text. in cap. Jacobus de ſimon. Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *de reformat. & Conſtit.* 104. *S. Pii V. & Conſtit.* 51. *§. mem. Innoc. XII.*

DISCEPTATIO LVIII.

ARGUMENTUM.

Nullum declaratur Matrimonium ſub conditione, quod Uxor intra certum terminum Profeſſionem emittat in Religione, neque illud conſummare debeat, non obſtante, quod hujuſmodi conditio inter Contrahentes conventa, non fuerit expreſſa in faciem Eccleſiæ, ſcilicet in ipſo actu Matrimonii coram Parocho, & Teſtibus, ad materiam *Text. in cap. ſi conditiones de condit. appoſit. & in Can. quod interrogaſti diſtinct.* 27.

DISCEPTATIO LIX.

ARGUMENTUM.

Capitulum Regulare Eccleſiæ Cathedralis ſi habeat ex Conſuetudine, vel Statuto jus mulctandi domeſtice exceſſus leves Canonicorum, aliarumque Eccleſiæ perſonarum, utrum poſſit mulctam exercere extrajudicialiter etiam in exceſſibus gravibus.

DISCEPTATIO LX.

ARGUMENTUM.

Capitulum habens jus mulctandi exceſſus leves commiſſos in Choro, & Eccleſia, utrum illud exercere poſſit præſente Epiſcopo in Eccleſia, & Choro cumulative cum præventione, vel cumulative cum prælatione Epiſcopi, ad explicationem *Text. in Canon. perfectis diſtinct.* 25. *nec non Sacr. Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de reform. verſ. Epiſcopis.*

DISCEPTATIO LXI.

ARGUMENTUM.

Jus mulctandi exceſſus leves commiſſos in Eccleſia abſente Epiſcopo tam in reſpicientibus Chorum, quam mores, utrum pertineat ad Epiſcopum, vel Capitulum in Eccleſia Cathedrali Regulari, inſpecta diſpoſitione Juris communis, Statutis Eccleſiæ, vel conſuetudine, plene hic enucleatur.

Index Argumentorum.

DISCEPTATIO LXII.

ARGUMENTUM.

Jus mulctandi mulcta domeſtica exceſſus leves abſente Epiſcopo commiſſos extra Eccleſiam in Proceſſionibus, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis, in quibus Clerus procedit ſub Cruce, utrum pertineat ad Epiſcopum, vel Capitulum.

DISCEPTATIO LXIII.

ARGUMENTUM.

Papa habet poteſtatem diſpenſandi in radice Matrimonium nulliter contractum, prout diſpenſare ſolet, & ex quibus cauſis moveatur ad concedendum hujuſmodi diſpenſationem.

DISCEPTATIO LXIV.

ARGUMENTUM.

Ex Renunciatione Novitij Societatis Jeſu facta de juribus futuris, & de bonis exiſtentibus, & exituris favore Eccleſiæ Collegij ipſius Societatis, an hæreditas inteſtata fratris germani ipſius Novitii ſibi delata tempore, quo reperitur Profeſſus, pertineat ad Eccleſiam Renunciatariam.

DISCEPTATIO LXV.

ARGUMENTUM.

Plures conditiones adjectas in Teſtamento Novitiæ veluti in fraudem Voti paupertatis in tempus poſt emiſſam Profeſſionem collatas vitiari, & haberi pro non appoſitis hic plene deciditur.

DISCEPTATIO LXVI.

ARGUMENTUM.

Congrua aſſignata in Decimis certorum Locorum favore Vicarii Eccleſiæ Parochialis unitæ Monaſterio, ſi exceſſive excreverit, an ſit diminuenda favore Monaſterii habentis ſibi unitos omnes reditus Eccleſiæ, excepta Congrua Vicarii.

DISCEPTATIO LXVII.

ARGUMENTUM.

Edictum Principis Laici, quo prohibentur ſubditi operam præſtare Eccleſiaſticis, non ſuſtinetur, & an licite Eccleſiaſtici exercere valeant negotium Nivariæ propriæ.

DISCEPTATIO LXVIII.

ARGUMENTUM.

Renunciatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem pro Agnatis certæ familiæ, & pro conſervandis bonis renunciatis in Agnatione, an ſit abdicativa, & realis, itaut extinctis Agnatis bona tranſeant ad Extraneos, vel ſit reſtricta ad certas Perſonas, quibus deficientibus illa revertantur ad Renunciantem, ejuſque Monaſterium.

DISCEPTATIO LXIX.

ARGUMENTUM.

Legatum pro ſubſidiis dotalibus pauperum Puellarum, an poſſit commutari in dotes Canonicatuum Eccleſiæ Collegiatæ noviter erigendæ, & an facta commutatione reſervandum ſit Juſpatronatus hæredi, cui ſpectabat jus nominandi Puellas ad ſubſidia dotalia.

DISCEPTATIO LXX.

ARGUMENTUM.

Translatio Penſionis ſuſtinetur licet prima nulliter facta fuerit, & an fieri poſſit in Urbe coram Prothonotario honorario, & exhibitio Indulti de transferendo an ſufficiat facta per relationem.

DISCEPTATIO LXXI.

ARGUMENTUM.

Translatio Penſionis facta vigore Indulti Conclaviſtarum ſuſtinetur etiamſi illud non fuerit exhibitum coram Executore, aut Conclaviſtatus unius Pontificis erronee expreſſus fuerit ſub nomine alterius, & erronee expreſſus Canonicatus Penſione gravatus.

DISCEPTATIO LXXII.

ARGUMENTUM.

De poteſtate Summi Pontificis diſpenſandi ſuper Voto ſolemni perpetuæ Caſtitatis ad effectum contrahendi Matrimonium Sacerdotes, Monachos, & Religioſos, nec non Equites Hieroſolymitanos, & de cauſis legitimis, ex quibus Sedes Apoſtolica diſpenſare ſolet, & de altera gratia diſpenſandi Equitem Hieroſolymitanum pro tranſitu ad alium Ordinem militarem, in quo ſervatur caſtitas conjugalis.

DISCEPTATIO LXXIII.

ARGUMENTUM.

Gratia pro devoluto, an dicatur Impetratio certo modo, ſeu potius proviſio de vacanti,

quan-

quando non tendit contra Poſſeſſorem Beneficii, & fuit obtenta ob non factam per Patronos in tempore validam præſentationem una cum aliis ad praxim ſubrogationis gratioſæ, juxta *Regul.* 29. *Cancellariæ*.

DISCEPTATIO LXXIV.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus S. R. E. Cardinalis a die præconizzationis in Epiſcopum factæ in Conſiſtorio acquirit fructus Eccleſiæ ante captam ejus poſſeſſionem, nec ſubjacet Cenſuræ *Extravag. injunctæ de elect.* nec eos amittit ex defectu Conſecrationis, ſi habuit juſtum impedimentum, ad materiam Text. *in capit. Tranſmiſſam de elect. & Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *de reformat.*

DISCEPTATIO LXXV.

ARGUMENTUM.

An Conſervatoria Mulierum ſint Religioſa, & quam poteſtatem habeat Ordinarius ſuper illis, & an requiratur ſpecialis approbatio Epiſcopi quoad Confeſſarium hujuſmodi Mulierum, ſicut requiritur quoad illum Monialium.

DISCEPTATIO LXXVI.

ARGUMENTUM:

In Proceſſionibus publicis præcedentia debetur Sacerdoti Beneficiato, ſeu habenti beneficium, ſeu Eccleſiam in Titulum collativum reſpective ad alios Sacerdotes ſimplices licet prius Ordinatos.

DISCEPTATIO LXXVII.

ARGUMENTUM.

Apocha Sponſalium, in qua continetur promiſſio Viri, & poſtea ſubſequitur illi annexa ſubſcriptio, & acceptatio Puellæ, an probet ſimultaneum utriuſqoe conſenſum, itaut ante Viri pollicentis pœnitentiam interveniſſe cenſeatur acceptatio Puellæ.

DISCEPTATIO LXXVIII.

ARGUMENTUM.

Unio Beneficii facta per Epiſcopum Seminario quando ſit nulla ob non adhibitum Conſilium quatuor Deputatorum juxta *Concilium Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *de reformat.* & quando conſtet, vel non adhibitum fuiſſe hujuſmodi Conſilium. Reſignatio in favorem beneficii uniti in manibus Papæ remanet nulla ob non factam mentionem Unionis.

DISCEPTATIO LXXIX.

ARGUMENTUM.

Terminata Inveſtitura, an poſſit Eccleſia retinere pro ſe Bona devoluta, vel teneatur renovare ſorores ultimi Inveſtiti propter conſuetudinem immemorabilem renovandi.

DISCEPTATIO LXXX.

ARGUMENTUM.

Clericus obæratus an gaudeat privilegio, *Cap. Odoardus de ſolut.* Si conduxit Bona, ſeu Tenutas Agrorum Eccleſiaſticorum, & an requiratur trios mooitio ad eum privandum hoc privilegio.

DISCEPTATIO LXXXI.

ARGUMENTUM.

Familiares, & inſervientes Monaſterio Monialium viventes in ejus Atrio, an ſiot exempti ab exercitio Jurium Parochialium, & electio Conſervatoris quando dicatur illegitime facta per Moniales.

DISCEPTATIO LXXXII.

ARGUMENTUM.

Primariæ preces quæ competunt Imperatori non ſpectant ad alios, nempe Epiſcopos, vel Archiepiſcopos in eorum Diœceſibus, & an eis competant ex conſuetudine ad Officia temporalia, quæ naturam beneficii non habent, nempe ad Canoniſſatus Mulierum, de quibus in *Cap. indemnitatibus de Elect. in* 6. *& in Clement. Attendentes de ſtat. Monach.*

DISCEPTATIO LXXXIII.

ARGUMENTUM.

Quando non ſit incompatibilis in eadem Eccleſia retentio Dignitatis cum Canonicatu Lectorali ſimul & Pœnitentiario, attenta conſuetudine ipſius Eccleſiæ, & concordia per Summum Pontificem approbata.

DISCEPTATIO LXXXIV.

ARGUMENTUM.

Agitur de Diſpenſatione ad cautelam pro retentione in una, eadenque Eccleſia Dignitatis cum Canonicatu Pœnitentiario: Habens primum incompatibile, poteſt eligi ad ſecundum pariter incompatibile, cum ſit capax aſſequendi ſecundum, licet incapax utruoque retinendi abſque diſpenſatione.

DI-

Digitized by Google

DISCEPTATIO LXXXV.

ARGUMENTUM.

An ſuſtineatur Electio ad Officia Capitularia Canonici habentis Coadjutorem, & an iſte Canonicus ſit excuſandus ab acceptatione Officii ad quod fuit electus, & teneatur inſervire per ſe ipſum, vel per ſuum Coadjutorem.

DISCEPTATIO LXXXVI.

ARGUMENTUM.

Legatum factum in certa quantitate per Patrem favore filii Religioſi pro expenſis Bullarum in caſu ejus aſſumptionis *a qualche Titolo, o Dignità Eccleſiaſtica*, an debeatur per promotionem Filii ad beneficia inferiora Dignitate Epiſcopali, & an totum debeatur ſi expenſæ ſint minores quantitate legata.

DISCEPTATIO LXXXVII.

ARGUMENTUM.

An Clericus, qui commiſſo delicto reaſſumpſit habitum, & Tonſuram gaudeat privilegio fori quoad Perſonam, & bona; Quando reaſſumptio habitus dicatur facta in fraudem Fiſci, vel non.

DISCEPTATIO LXXXVIII.

ARGUMENTUM.

Facta unione Abbatiæ ad ſubſidium Hoſpitalis cum onere ſolvendi Penſionem perpetuam certis Beneficiatis in tot ſcutis auri in auro poſtea ſubrogatis in alia moneta aurea, an ſit locus reductioni Penſionis, ſi valor auri ita excreverit, ut læſionem enormiſſimam producat reſpectu Hoſpitalis, ad materiam *Text. in cap. ſuggeſtum de decim.*

DISCEPTATIO LXXXIX.

ARGUMENTUM.

Quando ſit locus Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione in Epiſcopatibus Germaniæ, & de requiſitis neceſſariis ad eam obtinendam, & an ſimul concedatur retentio alterius Epiſcopatus, necnon Canonicatuum favore Coadjuti.

DISCEPTATIO XC.

ARGUMENTUM.

Ex quibus cauſis Epiſcopo unius Eccleſiæ facto Coadjutori alterius cum futura ſucceſſione concedatur retentio ſuæ primæ Eccleſiæ poſtquam factus fuerit locus ſucceſſioni in ſecunda.

DISCEPTATIO XCI.

ARGUMENTUM.

Si Poſſeſſor Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, quæ ſit hæreditaria, hæredem inſtituat illegitimum, bona devolvuntur ad Eccleſiam, & quando Emphyteuſis cenſeatur comprehenſa ſub generalitate Inſtitutionis univerſalis.

DISCEPTATIO XCII.

ARGUMENTUM.

Clericus, qui non incedit in habitu, & Tonſura, adhuc gaudet exemptione a Collectis, & oneribus laicalibus.

DISCEPTATIO XCIII.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus in Synodo habet facultatem abrogandi conſuetudinem Diœceſis, ſecus Immemorabilem, & Centenariam.

DISCEPTATIO XCIV.

ARGUMENTUM.

Agitur de nullitate Capituli Provincialis Patrum Minorum de Obſervantia Provinciæ Sancti Nicolai, deducta ex defectibus, qui in corpore habentur.

DISCEPTATIO XCV.

ARGUMENTUM.

Alternativa cum Epiſcopo incipit ſtatim ac Dataria recognovit literas Epiſcopi ſuper ejus acceptatione, illaſque regiſtrari fecit; etiamſi literæ fuerint datæ extra Diœceſim, & de tempore, quo incipit Alternativa Epiſcopus reperiatur abſens ab eadem Diœceſi una cum aliis ad materiam ſuperadjunctis.

DISCEPTATIO XCVI.

ARGUMENTUM.

Alienatio bonorum Eccleſiæ etiam ſine utilitate ſuſtinetur, ſi facta fuerit ex cauſa neceſſitatis, & an iſto caſu requiratur diſcuſſio, an expediat unam potius, vel aliam rem alienari ad ſuccurrendum neceſſitati.

DISCEPTATIO XCVII.

ARGUMENTUM.

Quibus concurrentibus concedi ſoleat Indultum eligibilitatis ad Eccleſias Epiſcopales in Germania, non obſtante defectu ætatis.

DI-

DISCEPTATIO XCVIII.

ARGUMENTUM.

Expreſſo valore Beneficii in ſupplicatione cum clauſula = *augendi*, & *minuendi* = ſi poſtea in literis deſuper expeditis fuerit ſemel facta expreſſio cum ſpecificatione, non poteſt fieri variatio per alias literas alium diverſum valorem exprimentes, ad explicationem *Regulæ* 65. *Cancellariæ*.

DISCEPTATIO XCIX.

ARGUMENTUM.

An Epiſcopus erigere poſſit auctoritate ſua Dignitatem novam in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, & an diſſenſus Capituli attendatur, vel eo non obſtante poſſit ad ejus erectionem procedere, ſi Capitulum non adducat Cauſam rationabilem, & juſtam.

DISCEPTATIO C.

ARGUMENTUM.

Agitur de duabus Electionibus factis in diſcordia ad Eccleſiam Epiſcopalem, & probatur Electionem nulliter factam, & poſtea reiteratam de eodem ad eandem Eccleſiam una cum Votis in præcedenti folio conventionali coarctatis, aliiſque circumſtantiis, de quibus in corpore, non ſuſtineri.

IN-

INDEX DECISIONUM,

Quæ in hac Tertia Parte

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

continentur.

AURIEN. CONGRUÆ. 14. Martii 1608. coram Ottembergo, Diſcept. 66. Pag. 119.

CRACOVIEN. CANONICATUS. Lunæ 15. Januarii 1725. coram Reverendo Patre Domino Calcagnino, Diſcept. 99. pag. 233.

DERTHUSEN. JURISDICTIONIS SUPER GRAVIBUS. Lunæ 4. Martii 1697. coram Pio, Diſcept. 59. pag. 58.

DERTHUSEN. JURISDICTIONIS. Mercurii 5. Junii 1697. coram Pio, Diſcept. 59. pag. 61.

DERTUSEN. JURISDICTIONIS. Lunæ 28. Januarii 1697. cor. Pio, Diſcept. 61. pag. 80.

HILDESIMEN. DECANATUS. Veneris 27. Jan. 1708. cor. Omana, Diſcept. 57. pag. 41.

HILDESIMEN. FRUCTUUM CANONICALIUM. Lunæ 19. Januarii 1703. coram Kaunitz, Diſcept. 57. pag. 42.

ROMANA TRANSLATIONIS PENSIONIS. Lunæ 26. Junii 1713. coram Lancetta, Diſcept. 70. pag. 135.

TUDERTINA BENEFICII. Lunæ 9. Junii 1721. cor. Cerro, Diſcept. 78. pag. 174.

DISCE-

Digitized by Google

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM FRANCISCI MARIÆ PITONII

ADVOCATI ROMANI,

deinde Epiſcopi Imeriæ,

ET BENEDICTI XIII. PONT. MAX. AUDITORIS.

PARS TERTIA.

Romana Decanatus.

ARGUMENTUM,

Decanatus Sacri Collegii pertinet ad Cardinalem antiquiorem, licet tempore vacationis a Romana Curia abſentem ex cauſa Reſidentiæ apud aliquam Cathedralem, ſeu Metropolitanam Eccleſiam. Antiquior Cardinalis intelligitur, qui eſt antiquior in Epiſcopatu Suburbicario licet junior in Cardinalatu ad explicationem Conſtitut. V. Pauli Quarti, & regiſtratur noviſſima Conſtitutio deſuper emanata Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI XIII. Summi Pontificis ſanctiſſime regnantis.

SUMMARIUM.

1 *Dignitas S. R. E. Cardinalium comendatur ab Innocentio III. & Sixto V.*

2 *Sacrum Collegium Cardinalium componitur ex triplici Ordine, Diaconorum, Presbyterorum, & Epiſcoporum.*

3 *Habet Dignitatem Decanatus, quæ pertinet ad antiquiorem Collegii præſentem in Curia tempore obitus Decani, juxta Conſtitutionem Pauli IV.*

4 *Vacavit Decanatus per obitum Cardinalis Acciajoli de anno 1719.*

5 *Dubitatio exorta, an Decanatus ſpectaret Eminentiſſimo Urſino abſenti ex cauſa reſidentiæ apud Eccleſiam Beneventanam, vel Cardinali Aſtallio.*

6 *Quomodo ſe geſſerit Eminentiſſimus Urſinus in contingentia vacationis Decanatus.*

7 *Refertur ejus colloquium habitum cum Summo Pontifice Clemente XI.*

8 *Rara moderatio Eminentiſſimi Urſini in recuſando litem, & ſupplicando Summum Pontificem, ut aſſecutionem Decanatus pertineret Cardinali Aſtallio.*

9 *Tenor Brevis Apoſtolici Clementis XI. ad Eminentiſſimum Urſinum, in quo ſumme commendavit raram ejus moderationem.*

10 *Cardinalis Aſtallius factus Decanus paulo poſt deceſſit, & de nova quæſtione exorta inter Cardinales Franciſcum Judice, & Tanarium.*

11 *Eminentiſſimus Judice, audito Voto Advocatorum, ceſſit Juribus ſuis cum præſervativa præjudicii aliorum Cardinalium in futuris vacationibus.*

12 *De Congregatione particulari deputata pro decidendo Articulo, an Decanatus ſpectaret abſentibus ex cauſa reſidentiæ in ſuis Epiſcopatibus.*

13 *Laudatur Reverend. Pater Dominus Lambertinus.*

14 *Auctor in ſupradicta Cauſa fuit Advocatus Eminentiſſimi Urſini.*

15 *Numerus Cardinalium olim erat exiguus, cum eſſent viginti, nec poterant tunc ad Epiſcopatus promoveri.*

16 *Aucto numero Cardinalium Leo X. per Conſtitutionem ſpecialem ſtatuit, ut Cardinales in Curia reſiderent, & ſub quibus pœnis, & quos exceperit.*

17 *De conſimili Decreto Conſiſtoriali edito per Paulum III.*

80 *Abſurdum eſt, quod quis mortem Proximi deſiderare videatur, in cujus locum ſe credit ſucceſſurum, & infra n. 83.*

81 Germanicum *morti proximus exclamavit contra* Piſonem *ſuum obitum expectantem, ut in illius regimine ſuccederet.*

82 *Domitianus avidus mortis Julii Agricolæ, numerabat momenta deficientis.*

84 *Prælatio in Decanatu debetur Cardinali antiquori in Epiſcopatu Suburbicario, licet Juniori in Cardinalatu.*

85 *Referuntur rationes, & authoritates in contrarium facientes, ut numer.* 86, 87. 88, 89. *&* 90.

91 *De Auctoris opinione.*

92 *Adducuntur Authoritates aſſerentes Decanatum deberi Cardinali antiquiori in Epiſcopatu Suburbicario, & de obſervantia, ut num.* 93.

94 *Nulla melior dari poteſt Conſtitutionum Apoſtolicarum interpres, quam obſervantia.*

95 *Amplus etiamſi intellectus datus ab obſervantia eſſet malus, vel de Jure non tenendus.*

96 *Cardinalis Decanus ſpeciale Jus fovet ad Epiſcopatum Eccleſiarum Hoſtienſis, & Velitern.*

97 *Impedito nihil imputari valet, ne faciat, quod tenetur.*

98 *Non omne impedimentum excuſat, aut eſt ſufficiens, ut eſt affectatum, ſeu de facili removibile.*

99 *Conſtitutio emanata in uno caſu, an ex identitate rationis extendatur ad alios.*

100 *Conſtitutio correctoria Juris, vel odioſa non extenditur etiam ex majoritate rationis; Item quando emanavit pro caſu particulari.*

101 *Res declarata ſuam declarationem retinet in omni caſu; amplia num.* 102.

103 *Regiſtratur tenor Conſtitutionis Gregorii Decimiquarti pro unione Decanatus quoad Epiſcopatum Hoſtien.*

DISCEPTATIO LIV.

1 SEnatus Apoſtolicus Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ Cardinalium, quorum ſubli
mem Dignitatem, necnon officii &
gradus Altitudinem plene commendat
Innocentius III. in cap. Per venerabilem
§. Rationibus verſ. Sunt autem Sacerdo-
tes, qui fil. ſint legit. & Sixtus V. Conſtit. 50. *Bullar.*
Roman. to. 2. triplici Ordine compoſitos, Diacono-
rum ſcilicet, Presbyterorum, & Epiſcoporum, ha-
2 buit ſemper proprium Caput Cardinalem Decanum
nuncupatum; hæc autem ampliſſima Dignitas Deca-
3 natus, quæ de Jure pertinet ad antiquiorem Collegii
Sanctæ memoriæ Paulus IV. ad alliciendos Cardinales
ad reſidendum in Romana Curia per ſuam ſpecialem
Conſtitutionem ordinavit, ut non niſi ad Epiſcopum
Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem devenire
poſſet, excluſis abſentibus ex voluntate ſua, non ta-
men illis, qui eſſent ea cauſa publica abſentes, & ex-
tra Curiam per Romanum Pontificem deſtinati, ex-
preſſa ratione, ne Decanatus, occurrente ejus vaca-
tione, deveniret in aliquem Cardinalem ex voluntate
ſua, & non ex cauſa publica abſentem, & propter
abſentiam ſuam hujuſmodi quandoque de negotiis
Apoſtolicæ Sedis minus informatum in injuriam a-
liorum Cardinalium tunc præſentium, & Romano
Pontifici aſſiſtentium, ac propterea de negotiis præ-
dictis melius informatorum, ut legitur in memora-
ti Pontificis *Conſtitutione* 5. *Bullar. Roman. tom.* 1.

Accidit vacatio Decanatus anno 1719. per obi-
tum clar. mem. Nicolai Cardinalis Acciajoli Deca-
4 ni, & Epiſcopi Hoſtienſis, tempore quo Eminentiſ-
ſimus, & Reverendiſſimus Dominus Fr. Vincentius
Maria Cardinalis Urſinus Epiſcopus Portuen. nempe
Epiſcopus Cardinalis antiquior reperiebatur abſens
extra Curiam, reſidendo apud ſuam Metropolitanam
5 Eccleſiam Beneventanam, cui ipſe tot annorum
ſpatio magna ſui nominis gloria Archiepiſcopus, ac
publica veræ ſanctitatis, ac virtutis fama commen-
datus, digniſſime præſidebat; unde inſurrexit dubi-
tatio, an ipſi, licet abſenti, ſpectaret Dignitas va-
cantis Decanatus, juxta allegatam Conſtitutionem
Pauli Quarti, vel potius Eminentiſſimo Domino
Cardinali Fulvio Aſtallio de tempore vacationis
præſenti in Curia, & inter præſentes Epiſcopo Car-
dinali antiquiori.

Abſentia autem Eminentiſſimi Urſini, quæ cau- 6
ſam dedit quæſtioni ceſſare potuiſſet, ſi ipſe ad nun-
cium imminentis obitus Decani, ſtatim acceſſiſſet ad
Urbem præveniendo ejus obitum, ſed prudenter ab-
ſtinuit, & ſolum obitu ſubſecuto perventus ad Ur-
bem in privato colloquio habito cum ſan. mem.
Clemente Undecimo dixit ſe veniſſe, ut obtempe-
raret proprio P. Generali, cujus voluntas erat, quod 7
ipſe licet præſens non fuiſſet in Curia de tempore
obitus Decani ad effectum optandi Decanatum, at-
tamen uti præſens in primo Conſiſtorio poſt obitum
Decani optare illum potuiſſet experiendo Jura ſua,
cum ſuppoſito, quod ſufficeret Cardinali antiquiori
ejus præſentia in primo Conſiſtorio ad effectum o-
ptandi Decanatum, & de cætero declaravit animum
ſuum prorſus alienum ab omni litigio, juxta ſen-
ſum Divi Pauli: *Servum Dei non oportet litigare:*
his auditis Summus Pontifex reſpondit, quod circa
acceſſum ad Urbem bene adimpleverat præceptum
obedientiæ Religioſæ, ex quo Epiſcopus Regularis
alligatus remanet omnibus iis, quæ in ſtatu Epiſco-
pi compatibilia ſunt cum Regula quam profeſſus
eſt, ſed interrogavit quare ſi obedientiam proprio
Generali præſtare voluiſſe, ac velle profitebatur,
non ſtatim diſceſſerat ad nuncium graviſſimæ infirmi-
tatis Cardinalis Decani? cui Eminentiſſimus Urſi-
nus reſpondit, ſe abſtinuiſſe ab hoc acceſſu præven-
tivo propter obſtaculum Concilii Lateranenſis ex-
preſſum in *cap.* 2. *de conceſſ. præbend.* ibi: *Ne deſi-
derare mortem proximi videatur, in cujus locum, &
beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. Cum enim in ipſis
etiam legibus gentilium inveniatur inhibitum, turpe
eſt, & divini plenum animadverſione judicii, ſi lo-
cum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio ha-
beat, quam ipſi etiam gentiles condemnare curarunt:*
adeo placuit Summo Pontifici Clementi Undeci-
mi hoc Lateranenſis Concilii notabile monitum,
ut Eminentiſſimo Urſino tunc injunxerit, ut ſibi
annotatum relinqueret locum hujuſmodi Textus
ad effectum eum legendi ſtatim ac ſe retraxiſſet in
cameram.

Deinde autem rara, & vere Sacerdotali animi 8
moderatione, quam ſemper præcelluit, nunquam ſa-
tis laudatus Eminentiſſimus Urſinus deliberavit,
nec etiam accedere ad Conſiſtorium, nec ſua Jura
experiri in optione Decanatus; unde per literas ei-
dem Clementi Undecimo directas expoſuit ſuum
abſtinendi ab hujuſmodi contentione propoſitum,
addita ſupplicatione, ut memoratus Pontifex Deca-
natus aſſecutionem permitteret Cardinali Aſtallio,
ſalvis tamen Juribus, quæ in aliis Decanatus hujuſ-
modi vacationibus quovis modo competere poſſent
Epiſcopis Cardinalibus antiquioribus tempore hujus
vacationis extra Romanam Curiam reſidentibus a-
pud Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias, qui-
bus una cum aliqua ex illis ſex Eccleſiis, quæ Car-
dinalatibus ſunt annexæ eos præeſſe contingeret,
prout laudatus Pontifex ejus votis ingenti, ac debi-
ta laude exceptis indulgere non omiſit, conceſſa me-
morato Cardinali Aſtallio aſſecutione Decanatus,
& optione Eccleſiarum Hoſtien. & Veliternen. præ-
vio tamen Brevi Apoſtolico ad Eminentiſſimum Ur-
ſinum directo annexi tenoris.

Venerabili Fratri noſtro Vincentio Mariæ Epiſcopo Portuen. S. R. E. Cardinali Urſino nuncupato,

CLEMENS PAPA XI.

VEnerabilis Frater noſter ſalutem, &c. Exinde
virtutis tuæ novum, & ſane præclarum argumen-
9 *tum ad Nos attulerunt tuæ literæ xxvii. mox elapſi*
menſis Martii conſcriptæ, in quibus, tum arctum il-
lud quo obſtringeris vinculum reſidendi apud Eccleſiam
Beneventanam, quam tanta, cum tui nominis gloria,
gregiſque tibi crediti utilitate adminiſtras, tum grave
itidem onus, quod Sacri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
dinalium Collegii Decani Dignitas, atque Hoſtienſis,
& Veliternenſis Eccleſiarum regimen ſecum ferunt,
ſapienter expendis, demumque a Nobis enixe poſtulas,
ut quocunque jurium tuorum examine prætermiſſo De-
canatus Dignitatem prædictam, quam bon. mem. Ni-
colaus Cardinalis Acciajolus, dum viveret, obtine-
bat, Venerabili Fratri noſtro Fulvio Epiſcopo Sabi-
nenſi ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali A-
ſtallio nuncupato deferri patiamur, eique præfatarum,
Hoſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiarum, per obitum
ipſius Nicolai Cardinalis ultimi illarum Epiſcopi va-
cantium, optionem, abſque ulla majori cunctatione
permittamus, egregiam propterea, & vere Sacerdota-
lem animi tui moderationem, meritis in Domino lau-
dibus proſequentes petitioni tuæ quamprimum ſatisfa-
cere non omittemus, interim vero, quemadmodum a
Nobis flagitaſti, auctoritate Apoſtolica, tenore præ-
ſentium declaramus ex hac tua poſtulatione, iiſque o-
mnibus, quæ illarum conſequentur, nullum omnino præ-
judicium inferri poſſe, aut debere iis Juribus, quæ de
cætero in ſimilibus vacationis Decanatus hujuſmodi ca-
ſibus quovis modo competere poſſent Cardinalibus pro-
motione antiquioribus tempore dictæ vacationis extra
Romanam Curiam reſidentibus apud Metropolitanas,
ſeu Cathedrales Eccleſias, quibus eos una cum aliqua
ex illis ſex Cathedralibus Eccleſiis, quæ ipſis Cardi-
nalibus antiquioribus pro eorum titulis, ſeu denomina-
tionibus aſſignari ſolent præeſſe contingerit, ſed tam il-
lorum, quam viciſſim aliorum quorumcumque antiquio-
rum Cardinalium in eadem Romana Curia tempore
ejuſdem vacationis commorantium Jura ſalva prorſus,
& integra ſint, & eſſe debeant, itaut, ſive ratione
Conſtitutionis felic. record. Pauli Papæ Quarti. Præ-
deceſſoris noſtri circa Decanatum ſupradictum Anno
Incarnationis Dominicæ 1555. undecimo Kalen-
das Septembris, Pontificatus ſui Anno primo editæ, ſi-
ve aliis quibusvis Conſtitutionibus, ac Decretis Apo-
ſtolicis attentis in eodem omnino ſtatu remaneant, quo
erant ante noviſſimam earundem Hoſtienſis, & Veli-
ternenſis Eccleſiarum vacationem, nec cuiquam ipſo-
rum per ea, quæ illius occaſione peracta fuerint, ali-
quid novi Juris acquiſitum, aut veteris ſublatum eſſe
intelligatur, tibique demum, Venerabilis Frater no-
ſter, Pontificia, & quidem præcipuæ charitatis noſtræ
teſtem, Apoſtolicam Benedictionem peramanter imper-
timur, Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub An-
nulo Piſcatoris die 8. Aprilis 1719. Pontificatus no-
ſtri Anno XIX.

Verum paulo poſt, citra omnem expectationem,
defuncto Cardinali Aſtallio Decano, nova pullula-
vit quæſtio inter clar. memor. Cardinalem Tanarium
10 Epiſcopum Tuſculanum antiquiorem in Epiſcopatu,
licet Juniorem in Cardinalatu, & Eminentiſſimum,
& Reverendiſſimum Dominum Franciſcum Judice,
tunc Epiſcopum Prænestinum, Juniorem in Epiſco-
patu, ſed antiquiorem in Cardinalatu, cui nempe
ex illis *juxta Conſtitutione Pauli Quarti* debita foret
aſſecutio Decanatus, cumque interea ſan. mem. Cle-
mens Undecimus deputaſſet Congregationem parti-
cularem ſeptem Romanæ Curiæ Prælatorum, do-
ctrina, & integritate præſtantium, pro definienda
Priori quæſtione, an Conſtitutio excluderet, vel
non Cardinales antiquiores tempore vacationis De-
canatus abſentes ea cauſa reſidentiæ in ſuis Epiſco-
patibus, quos una cum aliquo ex illis ſex Suburbi-
catiis in adminiſtrationem retinent, hanc quoque
ſecundam quæſtionem noviter ſubortam eidem Con-
gregationi delegavit.

Antequam deſcenderet in litem Eminentiſſimus Ju-
dice ea, qua pollet judicii maturitate, & prudentia, 11
Conſilium Advocatorum expoſtulavit, Me cum aliis
requirendo, ut examinato articulo libere in ſenſu
veritatis exponeremus, an ipſi juxta Conſtitutionem
Paulinam debitus foret, vel non Decanatus vacans,
declarando ſe paratum Juribus ſuis cedere, ſi mali
Juris ratio reſiſteret; unde in congreſſu deſuper ha-
bito ſub die 7. Febr. 1721. rationibus hinc inde exa-
minatis Ego cenſui Cauſam eſſe deſerendam ex de-
fecto boni Juris, mecum aliis quoque convenientibus
in eundem ſenſum, ſub proteſtatione tamen præſer-
vativa Jurium in futuris vacationibus favore Cardi-
nalium in Epiſcopatu Juniorum, ſed in Cardinalatu
antiquorum, prout Eminentiſſimus Judice executus eſt,
cedendo cum hac præſervativa Juribus ſuis; rationes
autem, ex quibus ita cenſui, inferius exponam.

Hinc imminente ſupradicta Congregatione parti- 12
culari ad effectum decidendi Articulum, an Conſti-
tutio Paolina aſſiſteret, vel reſiſteret Cardinalibus
abſentibus ea cauſa ſupradictæ reſidentiæ, poſtquam
Reverend. P. Dom. Secretarius hujuſmodi Congrega-
tionis, nempe Reverend. P. Dom. Lambertinus vir
magni ingenii, eloquentia clarus, & doctrina inſi-
gnis, eruditiſſimum, & luculentum edidit Votum 13
ſuper rationibus, quæ eiſdem favorabiles eſſent, vel
adverſæ, ex oraculo ſan. mem. Clementis Undecimi
ordinatum fuit, ut in Cauſa ſcriberent Defenſores
hinc inde; quamobrem pro parte clar. mem. Cardin.
Tanarii, una cum aliis Rever. P. D. Joſeph Accoram-
bonus, tunc Advocatus, nominatim ſcripſit contra
Eminentiſſimum Dominum Urſinum, licet non
comparentem, neque aliquid petentem; ſed quia
memoratus Pontifex mandaverat etiam pro ejus par-
te, Cauſam eſſe viriliter tuendam; Ego Eminentiſ-
ſimi Domini Urſini partes, & Jura ſuſtinui in ea-
dem Congregatione, ubi licet in anguſtia temporis 14
ita ſcribebam.

Nobilis quæſtio, & Apoſtolica Deciſione digna
in præſenti agitatur, an juxta cenſuram *Conſtitutio-*
nis 5. Pauli Quarti Summi Pontificis Sacri Collegii
Decanatum aſſequi valeant Sanctæ Romanæ Eccle-
ſiæ Cardinales Epiſcopi antiquiores tempore obitus
Decani in Curia non præſentes, ſed abſentes, ex
cauſa Reſidentiæ apud eorum Cathedrales, vel Me-
tropolitanas Eccleſias, quas retinent ultra Epiſcopa-
tus ſuburbicarios Cardinalatibus annexos, in quo
articulo præcipitanter ſcribere juſſus, quantum an-
guſtia temporis patitur exponam validiſſima Juris
fundamenta, ex quibus pro affirmativa reſolutione
inclinandum omnino ſperatur,

Ad quod aſſequendum præmitto, quod olim nu-
merus Cardinalium erat exiguus, cum viginti tan-
tum eſſent, quando non poterant ad Epiſcopatus
promoveri, ut refert Thomaſſin. *par. 2. lib. 3. cap 5. n.* 15
13. ibi: *Cum viginti admodum eſſent olim quando vi-*
gebat ea lex, quæ eos Epiſcopatibus arcebat, deinde
vero aucto notabiliter illorum numero paſſim ad E-
piſcopatus quoſcunque promoveri cœperunt, ſed quia
plures non reſidebant in Curia circa ullam legitimam
cauſam, aut publicum negotium, ſed ex mera vo-
luntate ſua; idcirco ſan. mem. Leo Decimus anno
1514. promulgavit Conſtitutionem impreſſam in *Con-* 16
ſtit. 7. §. 28. Bullar. Roman. to. 1. ubi ſub pœnâ amiſ-
ſionis fructuum Beneficiorum, & omnium Officio-
rum ſuorum, omniumque privilegiorum ſtatuit, ut
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis in Romana
Curia reſiderent, exceptis iis, qui ratione Officii ab
Apoſtolica Sede injuncti, vel de mandato, aut li-
centia Summi Pontificis, ſive etiam ex quavis legi-
tima cauſa abeſſent ibi: *Et cum Cardinalis Officium*
in primis verſetur in frequenti Romani Pontificis aſſi-
ſtentia, & Sedis Apoſtolicæ negotiis, propterea ſtatui-
mus, ut omnes Cardinales in Romana Curia reſideant,
& qui ſunt abſentes, ſi in Italia intra ſex menſes, ſi
extra Italiam infra annum a die publicationis præſen-
tis Conſtitutionis revertantur, alioquin fructus Benefi-
ciorum,

cierum, & omnium Officiorum ſuorum emolumenta amittant, omnibuſque Privilegiis generaliter, & ſpecialiter Cardinalibus conceſſis quamdiu adfuerint omnino careant, exceptis tamen illis, quos ratione Officii ab Apoſtolica Sede injuncti, vel de Romani Pontificis mandato, aut licentia, vel juſto metu, aut quavis alia legitima cauſa impediente, vel ægrotationis abeſſe contingat, quam Conſtitutionem refere Fagnan. *in cap. Ex geſtis num. 19. & 30. de Cleric. non reſiden.*

Inhærendo hujuſmodi Conſtitutioni ſan. memor. Paulus Tertius ſub 18. Februarii 1547. edidit Conſiſtoriale Decretum, in quo pariter diſpoſuit, omnes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in Romana 17 Curia reſidentiam facere debere, & teneri declarando ipſos privatos eſſe ipſo facto durante tali abſentia omnibus Indultis, & Privilegiis, quibus alii Cardinales gaudent, & gaudere poſſunt, excipiendo tamen illos, qui de licentia Papæ apud Eccleſiam Metropolitanam, vel Cathedralem, ubi præfuerint, reſiderent; decernendo inſuper, quod licentiæ nulli ſuffragarentur, niſi illis, qui apud eaſdem Cathedrales, & Metropolitanas permanerent, quod Conſiſtoriale decretum referunt, Fagnan. *in dict. cap. Ex geſtis num. 21. de Cleric. non reſid.* Germon. *de Indult. Card. §. Tibi quoad vixeris num.* 18. Rota *coram Verall. dec. 86. num. 1. & 2. part. 2.*

Poſt hæc ſequendo veſtigia Prædeceſſorum Summus Pontifex Paulus Quartus: *Ut eoſdem Cardinales abſentes ad reſidendum in Curia uberioribus favoribus, & prærogativis alliceret*: vacata Eccleſia Hu- 18 ſtien. ſimul cum Decanatu per ejus aſſumptionem ad Pontificatum, Cardinalem de Bellajo antiquiorem Epiſcopum in Curia præſentem, & admiſſum ad optionem Eccleſiæ Hoſtienſis, Sacri Collegii Decanum declaravit, & Decanatum ipſum illi conceſſit, ſtatuendo in poſterum, ne Decanatus deveniret in aliquem Cardinalem ex voluntate ſua, & non ex cauſa publica abſentem, juxta tenorem Conſtitutionis deſuper editæ, quæ eſt *Conſtit. 5. Bullar. Rom. tom. 1.* ibi.

Et inſuper ne in poſterum Decanatus prædictus illius occurrente vacatione in aliquem Cardinalem ex voluntate ſua, & non ex cauſa publica abſentem, & propter abſentiam ſuam hujuſmodi quandoque de negotiis dictæ Sedis minus informatum in injuriam aliorum Cardinalium tunc præſentium, & Romano Pontifici aſſiſtentium, ac propterea de negotiis prædictis melius informatorum deveniat, aut ſuper eodem Decanatu aliqua controverſia, ſeu diſſenſiones inter ipſos Cardinales oriantur providere volentes.

Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolica poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus, quod Decanatus hujuſmodi de cætero perpetuis futuris temporibus non niſi ad Epiſcopatum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, aut ex cauſa publica abſentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum devenire poſſit.

Quibus præmiſſis dico, Cardinali Epiſcopo antiquiori, cui ſine dubio competit jus aſcendendi ad prærogativam Prioris loci in Collegio, ſeu Decana- 19 tus vacantis, ad Text. *in leg. 1. & 2. digeſtis de albo ſcrib. & in leg. Unicuique, C. de proxim. Sacror. Scrinior. libr. 12. & in cap. 1. de majorit. & obedient. & in Can. finali diſtinct.* 17. nullum præbere obſtaculum Conſtitutionem Pauli IV. Ex quo tempore obitus Decani ille non reperiatur præſens in Curia, ſed in ſua Reſidentia Epiſcopali; etenim Conſtitutio non privavit Jure Decanatus omnes Cardinales abſentes, ſed eos tantum, qui ea voluntate ſua abeſſent, citra ullius cauſæ publicæ excuſationem ibi: *Ex vo-* 20 *luntate ſua, & non ex cauſa publica abſentem.* Unde aſſiſtit non autem reſiſtit Cardinalibus in ſua Reſidentia Epiſcopali foventibus ſine principio dubitandi cauſam undique publicam, quales in Catholica Eccleſia reputantur, & ſemper præcipue reputata extitit Cura Animarum, ut ſunt Text. *in Can. Quamvis 7. quæſt. 1. & in cap. Niſi cum pridem de renunciat.* Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat.* & tradunt Fagnan. *in cap. Ex parte num. 33. de Cleric. non reſid.* Capon. *controv. forenſ.* 24. *num.* 18. Girooda *de Epiſcop. tom. 2. lib. 7. diſp. 12. num.* 8. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat. 53. num. 30.*

Neque obſtare puto, quod cauſa publica prædicatur, & aptatur cauſæ non reſpicienti particularem, ſed univerſalem Eccleſiam; nam Conſtitutio hujuſ- 21 modi cauſam publicam primi generis non expreſſit, ſed generaliter pro præſentibus haberi voluit Cardinales abſentes *ex cauſa publica*, cujus appellatione comprehenditur omne id, quod publicum commodum reſpicit, ut ait Rebuff. *in leg. Rei appellatione circa finem, digeſtis de verbor. ſignific.* ibi: *Cauſa publica ubi de publico agitur commodo*, & propterea cum agatur de Conſtitutione, quæ non diſtincte ea ſumi debeat pro quacunque cauſa publica in genere, & quæ habeat in ſe publicum favorem, ſive Eccleſiæ particularis, ſive univerſalis ad Text. *in cap. Solita, §. finali de majorit. & obedient. & Can. Romanorum diſt. 9. & in Can. Conſuluiſti 2. quæſt. 5. & in capit. Quia circa de privileg. & in Clement. finali de reſcript. & in leg. Non diſtinguemus, ff de recept. arbitr. & in leg. Præſes, ff. de Offic. Præſid. & in leg. Quos prohibet, ff. de poſtulat.* Rota *in Friſingen. Decanatus* 29. *Februarii* 1712, *§. Haud ſubſiſtente, coram Reverendiſſ. Dom. Ravennaten.*

Præſertim reflectendo ad legalem ſenſum illorum verborum: *ex voluntate ſua, & non ex cauſa publica abſentem*, ubi cauſa publica expreſſa legitur adverſative ad illam privatam, quæ provenit *ex voluntate ſua*, ac ſi Papa dixiſſet Decanatum deveni- 22 re non poſſe in aliquem Cardinalem ex cauſa privata, non autem publica abſentem; itaut intellexerit de quacunque publica cauſa, quæ ſit diſtincta ab illa, quæ mere privata eſt, & voluntate abſentis proficiſcitur; de natura enim adverſativæ eſt, ut intelligatur juxta qualitatem, & naturam ſui contrarii ad comprehenſionem cauſæ publicæ, prout talis eſt adverſative ad voluntariam, & privatam ad Text. *in cap. Paſtoralis, §. Si vero de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Alexandr. *conſil. 99. numer. 9. libr.* 6. Ruin. *conſ. 111. numer. 6. libr. 3.* Mateſcott. *variar. libr. 2. reſolut. 94. numer.* 68. Rota *deciſ. 6. numer. 4. part. decimaoctava recentior. & in Friſingen. Decanatus 29. Februarii 1712. §. Idque ſit certius, coram Reverendiſſimo Domino Ravennaten.* clarum eſt autem, quod abſentia Cardinalis lege jubente coacti ad reſidendum apud ſuam Eccleſiam non provenit *ex voluntate ſua*, quia taliter abeſſe non dicitur, qui lege cogente abeſt *leg. Atqui natura 19. §. Si liberi, digeſtis de negot. geſtor. & in leg. 4. digeſtis de ſtat. homin.* Anſald. *conſ. 94. num.* 10. Rota *deciſ. 353. num. 2. part. 16. recent.*

Sed neque ſubſiſtit reſidentiam, quam faciunt Epiſcopi apud eorum Cathedrales, vel Metropolitanas reſpicere ſolum negotium Eccleſiæ particularis ſi altius repetamus principia Sacrorum Canonum, quibus edocemur illud *Joannis*; *Paſce Oves meas*, directum fuiſſe Divo Petro, ejuſque in Sede Apoſtolica Succeſſoribus propter quod univerſus Orbis dicitur Parochia Papæ; Epiſcopi vero dicuntur vocati in partem paſtoralis ſolicitudinis reſidendo, & curam exercendo in eorum Diœceſibus tanquam Pa- 23 pæ Vicarii, & Adminiſtri, ut ſunt Text. *aperti in Can. Multum ſuper 3. quæſt. 6.* ibi: *Vices enim noſtras ita tuæ credimus charitati, ut in partem ſis vocatus ſolicitudinis, & in Can. Qui ſe ſcit 2. quæſt. 6.* ibi: *Ipſa namque Eccleſia, quæ prima, eſt ita reliquis Eccleſiis vices ſuas credidit largiendas, ut in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, & in capit. Ad honorem de Auctor. & uſu pall.* ibi: *Quoniam vocati ſunt in partem ſolicitudinis*, Bellamer. *in Can. Per principalem 9. q. 3. num. 77. & ſeqq. relatus apud Me de controv. Patronor. alleg. 55. num.* 5. ubi quod Summi Pontifices: *Sibi aſſumpſerunt Epiſcopos in partem ſolicitudinis illis impartiendo vices*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 1. procemial. numer.* 6. ibi: *Epiſcopi in ſuis Diœceſibus dicuntur Papæ Vicarii, &c. nam totus Mundus dicitur*

Parœchia Papa, & Papa habet pro propria Diœceſi totum Orbem, Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. part. 1. libr. 1. cap. 1. numer. 18. & ſeqq.* Matta *in addit. redit. Eccleſ. poſt tractat. de Cauſ. Conſiſt. num. 51.* & plene Rota *coram Merlin. deciſ. 764. num. 13. & dec. 775. num. 19. & ſeqq.*

Ex quo conſurgit canonica demonſtratio, quod reſidentia quam faciunt Epiſcopi in eorum Diœceſibus reſpicit cauſam Eccleſiæ univerſalis, cujus oneri primario commiſſa eſt cura animarum univerſi Orbis, & ad cujus intereſſe pertinet incolumitas quarumcunque Eccleſiarum inferiorum, & Gregis illis
24 commiſſi, ut loquit Divus Gregor. *in cap Qualiter 7. q. 1.* ibi: *Quia cunctarum Eccleſiarum injuncta cura ſolicitudinis nos conſtringit ne diutius Gregi fidelium deſit paſtoralis cuſtodia: & in Can. Quamvis 7. q. 1.* ibi: *Suſcepti tamen ſolicitudo Regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo magna nos Eccleſiis cura proſpicere, ne qua earum poſſit utilitas deperire*, & ſic reſidentiam Epiſcoporum reſpicere ſervitium totius Eccleſiæ, re-
25 cte firmavit Fagnan. *in d. cap. Ex parte n. 33. de Cleric. non reſid.* cum Eccleſiæ inferiores, ſeu particulares dicantur membra unius Eccleſiæ univerſalis, ut per Text. *in Canon. Loquitur 24. q. 1.* firmat Panormitan. *in cap. 1. num. 5. de reb. Eccleſ. non alien.* ibi: *Nam Eccleſiæ particulares ſunt membra unius Eccleſiæ univerſalis*: ibique Beroius *num. 36. circa finem*, ibi: *Optima ratione, &c. cum Eccleſiæ particulares ſint membra ad invicem ejuſdem corporis Eccleſiæ univerſalis*, Rota *coram Merlin. deciſ. 775. num. 21. & ſeqq.* ibi: *Jus Papæ eſt ſuper univerſali Eccleſia, & munus illius ſuper incolumitate, & tutela nedum omnium Eccleſiarum Parochialium, ſed etiam ejuſdem Eccleſiæ univerſalis, quæ ex omnibus particularibus Eccleſiis quaſi membris conficitur*.

Quod autem Conſtitutio Paulina appellatione Cardinalis abſentis non intelligat abſentes ea cauſa reſidentiæ apud Eccleſias Cathedrales, vel Metropolitanas mirabiliter mihi probatum videtur ex Conſiſtoriali decreto Pauli III. ejus Pontificis prædeceſſoris 18. Februarii 1547. ſeptem, vel octo annis ante
26 Conſtitutionem Paulinam emanato, in quo privando Cardinales abſentes omnibus indultis, & privilegiis, & decernendo licentias nulli ſuffragari, excepit Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ apud Cathedrales, vel Metropolitanas, ut referunt Fagnan. *in d. cap. Ex geſtis num. 21. de Cleric. non reſiden.* & Rota *coram Verall. deciſ. 186. num. 1. & 2. part. 2.* & ſic ſucceſſor Pontifex Paulus IV. excipiendo in ſua Conſtitutione Cardinales abſentes ex cauſa publica præciſe inter alias cauſas intellexit de iſta reſidentiæ juxta formam decreti Conſiſtorialis Pauli III. nunc re-
27 centis, cum quo ſeſe conformaſſe præſumitur aliquo in contrarium non apparente, cum de natura legis poſterioris ſit, ut recipiat declarationem ab anteriori, & cum illa quantum fieri poteſt conformetur, juxta Text. *in leg. Sed, & poſteriores, digeſtis de legib.* ibi: *Sed, & poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contraria ſint*; ubi gloſſ. *in verbo pertinent.* Panormit. *in cap. Inter alia num. 15. de immunit. Eccleſ.* Covar. *variar. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 6. circa fin.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 7. proœmial. numer. 74.* Rota *deciſ. 409. num. 24. part. 18. & deciſ. 566. num. 5. part. 19. tom. 2. rec.* & apud Me *diſcept. Eccleſ. 9. ſub num. 19.*

Et hinc ceſſat alia diverſa interpretatio Conſtitutionis Paulinæ, quod nempe exprimendo caſum Cardinalis ſpecialiter extra Curiam per Summum Pontificem deſtinati, quod importat abſentiam temporalem, ita etiam de eiſdem caſibus abſentiæ temporalis intellexerit, in generalitate illa: *Aut ex cauſa publica abſentem*, non ſolum quia deſtinatio Cardinalis extra Curiam facta per Papam importare valet tam perpetuam, quam temporalem abſentiam, ſed etiam quia contrariam regulam ſubminiſtrat illa communis aſſertio, quod poſtquam una diſpoſitio expreſſit indiſtincte, & indefinite caſum generalem, ut eſt abſentia ex cauſa publica, quæ non minus de temporali, quam de
28 perpetua prædicatur, ac verificari poteſt: Alter caſus ſpecialis abſentiæ ad tempus in eadem diſpoſitione expreſſus, nunquam aptus eſt reſtringere genus præcedens omnium aliorum caſuum abſentiæ ex cauſa publica indefinite, & univerſaliter expreſſæ, juxta theoricam Bart. *in leg. Quæſitum, § finali, ff. de fund. inſtruct.* communiter acceptam, ut apud Cravett. *conſ. 317. n. 7.* Afflict. *dec. 106. num. 2.* Altograd. *conſ. 35. num. 28. & ſeqq. & conſ. 42. num. 10. & ſeqq. lib. 2.* Rota *deciſ. 367. numer. 4. part. 9. recent. & cor. Cerro deciſ. 68. numer. 20. & 21. & deciſion. 88. numero 10.*

Clarius autem quia ſi ratio cauſæ publicæ eſt illa 29
conſiderata in Conſtitutione, & quæ abſentem fictione Juris reddit præſentem *cap. Ex parte 2. & cap. Ad audientiam in fine de Cleric. non reſiden. & in leg. Abſentia ejus, ff. de regul. jur. & in §. Hi enim inſtit. de excuſat. tutor.* Pariſ. *conſ. 32. num. 3. & 4. lib. 1.* Mandoſ. *in regul. 16. Cancell. quæſt. 32. num. 1. & ſeqq.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 34. num. 3.* Rota *dec. 243. num. 13. part. 6. recent. & dec. 662. num. 2. coram Seraphin.* idcirco incongrua redditur diſtinctio inter qualitatem, & modum abſentiæ aut temporalis, aut perpetuæ, quando cauſa publica non minus producere valet abſentiam perpetuam quam temporalem, itaut
Conſtitutio juxta interpretationem comprehendat om- 30
ne genus abſentiæ, quæ dari, & verificari poſſit in ſubiecto cauſæ publicæ favore cujus præſervavit abſentibus prærogativam Decanatus, ut in præciſis terminis quod cauſa reſidentiæ in Epiſcopatibus non auferat Cardinalibus ea Jura, prærogativas, & Indulta, quæ præſentibus competunt, firmarunt Caſtropal. *oper. moral. tract. 13. de benef. diſputat. 1. punct. 1. numer. 5.* Filiucc. *oper. moral. tom 3. tract. 41. de benef. cap. 3. num. 73. verſ. Ex quibus*, Rota *coram Verall. deciſ. 86 num 1. & ſeqq. part. 2.* Pyringh. *in lib. 3. Decretal. tit. de præbend. n. 152. verſ. Notandum ſecundo*.

Quam reſtrictivam abſentiæ temporalis eo minus inferre poteſt ratio excludendi abſentes expreſſa in Conſtitutione ſcilicet; *Ne in poſterum Decanatus in aliquem Cardinalem, ex voluntate ſua, & non ex cauſa publica abſentem, & propter abſentiam ſuam hujuſmodi quandoque de negotiis dictæ Sedis minus informatum in injuriam aliorum Cardinalium tunc præſentium, &c. ac propterea de negotiis prædictis melius informatorum deveniat*; nam iſtam rationem excludendi Cardinalem de negotiis Sanctæ Sedis minus informatum in injuriam præſentium melius informatorum Summus Pontifex ſolummodo expreſſit quoad Cardinalem: *Ex voluntate ſua, & non ex cauſa publica abſentem*; ut denotant verba immediate, & continuatione annexa, ibi: *Et propter abſentiam hujuſmodi &c. minus infor-*
matum, quæ ſicut rationem hanc reſtringunt ad ab- 31
ſentes ex voluntate ſua, & non ex cauſa publica, ut tradunt Gloſſ. *in cap. Nemo in verbo hujuſmodi de elect. in 6.* Mareſcott. *variar. reſol. lib. 2. cap. 77. num 27.* Barboſ. *diction. 138. n. 5.* Rota *dec. 373. num. 6. part. 2. recent. & dec. 768. num. 4. cor. Dunozet. Junior.*

Ita inſervire non poſſunt ad interpretandam ab-
ſentiam ad tempus quoad impeditos ex cauſa pu- 32
blica, contra quos directa non fuerunt, Rota *deciſ. 94. num. 9. part. 16. & dec. 153. num. 29. & 30. part. 17. rec. & coram Coccin. deciſ. 1125. num. 15. & coram Cerro deciſ. 368. num. 4. & in Cremonen. beneficii 9. Martii 1714. §. Abſque eo quod, coram Reverendiſſimo Domino Lancetta Decano*, immo ex-
cipiendo abſentes ex cauſa publica, in conſequen- 33
tiam neceſſariam Conſtitutio illos admittere voluit, quamvis ob hujuſmodi abſentiam de negotiis Sanctæ Sedis minus informatos, ad Text. *in Can. Qualis diſt. 25.* D. Jacob. de Comitib. *dec. Senen. 35. §. 1. ſub n. 48.* Rodulphin. *alleg. 154. n. 4.* Rota *dec. 299. n. 5. part. 3. & dec. 581. n. 13. part. 5. rec. & cor. Otthob. dec. 252. n. 8.*

Sic etiam non habet relevantiam ea conſideratio, quod ex permiſſione, & tolerantia Sedis Apoſtolicæ Cardinales alios obtineant Epiſcopatus ultra Suburbicarios, & ſimul retineant urgente ſuper hac retentione dubio excitato per Venerabilem Cardinalem

Bel-

Bellarminum in cujus propoſitionibus ad Clemen-
tem VIII. impreſſis poſt ejus literas familiares pag.
433. necnon decreto Conſiſtoriali Urbani VIII. ſub
die 18. Decembris 1631. & altero Alexandri VII.
ſub die 11. Octobris 1666. & propterea Cardinales
in hac tolentaria S.Sedis non de facili videantur e-
tiam privilegiandi in eorum abſentia ad aſſecutionem
Decanatus; Etenim priſca Sedis Apoſtolicæ conſue-
tudine, & praxi habente nedum tacitum, ſed ex-
preſſum quoque conſenſum, & approbationem tot
Summorum, & Sanctiſſimorum Pontificum apud o-
34 mnes receptum eſt, quod Epiſcopatus Suburbicarii
veluti Cardinalatibus annexi, & diverſa a cæteris
ratione adminiſtrati non ſunt incompatibiles cum
aliis Epiſcopatibus exteris, quemadmodum teſtantur
Thomaſſin. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 114. *num.* 15. *verſ. Ca-
jetano*, Card. de Luc. *de Beneſ. diſc.* 145. *n.* 10. *verſ.
Et quarto*, Pax Jordan. *tom.* 1. *lucubr. lib.* 5. *tit.* 1. *nu.*
5. Rot. *in Romana Juris tumulandi* 20. *Februar.* 1702.
§. *Idem cor. clar. mem. Card. Priolo.*

Quidquid in contrarium dubitaverit Cardinalis
Bellarminus cui ſatis reſpondit prudentiſſimus Pon-
tifex Clement. VIII. hoc antiquitus, & perpetuo in-
troductum extitiſſe cum approbatione tot Summo-
rum Pontificum, quia præſertim Bellarminus non
35 advertit diverſam eſſe naturam, & conditionem hu-
juſmodi Epiſcopatuum ab aliis, ut referendo verba
Clementis VIII. enarrat Thomaſſin. *part.* 2. *libr.* 3.
capit. 5. §. 17. ibi *Monebat Bellarminus uſum quidem
illum eſſe, ut Cardinales Epiſcopi alium præterea E-
piſcopatum retineant, at minus tutum forſan eſſe cum
non utilitati ille, aut neceſſitati ſit accomodatus Ec-
cleſiæ, ſed amplificandæ Cardinalium dignitati, vel
augendis proventibus, &c. reſpondit Pontifex ea qua
ſolebat moderatione animi, & humanitate, ſolos Car-
dinales Epiſcopos pluribus gaudere Epiſcopatibus; mul-
ta indagine a Prædeceſſoribus ſuis eam quæſtionem ver-
ſatam fuiſſe etiam poſt Concilium Tridentinum, nec
tamen a priſca conſuetudine eos, vel tranſverſum un-
quam deflexiſſe; adduci ſe non poſſe, ut tot ante ſe Pon-
tificum judicia Cardinaliumque damnet, aut contu-
biat, aut antiquiſſimum Sacri Collegii Ordinem labe-
factet, &c. cum etiam poſt Concilium Tridentinum
res hæc examinata fuerit, & ita conſtituta*: addit po-
ſtea Thomaſſinus judicium proprium immediate pro-
ſequendo, ibi:

*Palam eſt hic vero in tota controverſia de ſex Epi-
ſcopatibus Titulis Cardinalium, & dubitationem, &
argumentationem Bellarmini regulis generalibus nixam
fuiſſe omnium in commune Epiſcopatuum, minus ex-
penſa natura, & conditione horum Epiſcopatuum ſex
ab annis octiagentis, aut nongentis ab aliis longo
intervallo ſejunctorum. Multo minus id perſcrutari
vacaverat Clementi, cui & erat, & eſſe debebat
præſumptum id, & præjudicatum, tot Pontifices ante-
ceſſores ſuos, totque Cardinales doctrina, & religio-
ne præſtantiſſimos, qui eos Epiſcopatus obtinuerant, ni-
hil in eo commiſiſſe contra Canonicas Sanctiones.
Quod autem a nobis ſupra de his Cardinalitiis Epi-
ſcopatibus diſputatum eſt, ſi animo nunc recolatur ma-
nifeſtum fiet Bellarmini quidem zelo gratias agen-
das, laudeſque rependendas eſſe, ut eo nomine præco-
niis noſtris cumulandum Clementem, qui tam con-
ſtanter adglutinaverat uſibus antiquiſſimis, & tradi-
tioni certiſſimæ ejus Eccleſiæ, quæ Princeps, & Magi-
ſtra eſt omnium Orbis Eccleſiarum, & in qua ſex il-
li Epiſcopatus longè alia fuerunt ratione adminiſtrati,
quam cæteri per Orbem omnes.*

Firmum ex his remanet, quod Conſtitutio Pau-
lina quatenus ordinavit Decanatum devenire non
poſſe niſi ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem
in Curia præſentem, aut ex cauſa publica abſentem:
intellexerit de Cardinalibus abſentibus ex cauſa re-
ſidentiæ in eorum Epiſcopatibus tanquam cauſa
publica cum in Eccleſia Dei unus ſit Paſtor, &
unum Ovile, & Epiſcopi ſint Vicarii Summi Pon-
36 tificis primarii Paſtoris neque detur alia major cau-
ſa publica in Eccleſia univerſali, quam illa fidei,
& curæ animarum, nihil in contrarium urgente
Text. *in capit. Romana* 3. *de poſtul. Prælat.* ubi Sum-

Pitonii Diſcept. Pars III.

mus Pontifex utiliorem dixit Cardinalem Eccleſiæ
generali apud Sedem Apoſtolicam potius quam Ec-
cleſiæ particulari Ravennaten. ad quam fuerat po-
ſtulatus; nam primo ſolum hoc probat inter duas
cauſas publicas, alteram eſſe majorem, & alteram
minorem, ſeu publicam ſpecialem, & publicam
communem, ut explicant ibi omnes Canoniſtæ ſi-
gnanter Zabarell. *verſ. Quarto oppone*, Bald. *num.* 1.
Hoſtien. *numer. eodem*; Et ſecundo hujuſmodi Tex-
tus Innocentii III. proceſſit tempore, quo non ita
numeroſus erat cætus Cardinalium, propter quod
Papa indigebat aſſiſtentia illorum in Urbe, ſed
cum poſtea creverit numerus ſufficiens tam ad ef-
fectum aſſiſtendi in Urbe, quam regendi Epiſcopa-
tus, hujus Textus diſpoſitio amplius allegari non
poteſt, ut notavit Thomaſſin. *part.* 2. *libr.* 3. *ca-
pitul.* 5. *num.* 13. ibi: *Utcunque tamen obviatum eſt
malo, quod maxime reformidabatur aucto ſupra mo-
dum numero Cardinalium, qui ſeptuaginta jam quan-
doque numerantur, cum viginti admodum tantum eſ-
ſent olim quando vigebat ea lex, quæ eos Epiſcopati-
bus arcebat: Itaque tam pauci numero cum eſſent vix
Romæ, & Pontifici ſuffurari ſe poterant; At vero
nunc, & ſatis magno numero poterunt Romæ ſupereſſe,
& reliqui Epiſcopalibus Eccleſiis per Orbem: quibus
affixi fuerint præſidere, & Concilii Tridentini decre-
tis obſequi.*

Etenim poſtquam numerus Cardinalium ita ex-
crevit non amplius conſideratur eſſe majorem cau-
ſam publicam, quod Cardinales in Curia reſideant
quam quod reſidentiam faciant apud eorum Eccle-
ſias Cathedrales, aut Metropolitanas ad quas pro-
moti reperiuntur per Sedem Apoſtolicam, immo
major conſideratur utilitas, & cauſa publica, quod
omiſſa reſidentia in Urbe Paſtorali ſolicitudini in
ſuis Epiſcopatibus incumbant, ut recognovit Con- 37
cil. Tridentin. *ſeſſ.* 23. *capit.* 1. *de reformat.* quod
obligavit Epiſcopus ad reſidendum in ſuis Eccle-
ſiis: *etiamſi Sacr. Roman. Eccleſiæ Cardinales ſint*:
& magis præciſe ad rem noſtram ſan. memor. Ur-
banus Octavus in ejus *Conſtitut.* 190. §. 10. *Bullar.
Roman. tom.* 5. in qua obligavit ad reſidentiam in
ſuis Eccleſiis etiam Cardinales habentes aliquem ex
Epiſcopatibus Cardinalitiis una cum aliis Eccleſiis
Cathedralibus, volendo, quod in iſtis reſidere de-
berent, neque excuſarentur ex reſidentia quam fa-
cere debent in Curia, ibi: *Nec etiam a prædicta
reſidentia, &c. excuſari S. Romanæ Eccleſiæ Car-
dinales, &c. etiamſi tanquam in ordine priores a-
liquem ex dictis titulis Epiſcopalibus prope Urbem,
vel in ejus diſtrictu conſiſtentibus obtineant, & in
poſterum obtinuerint, & in prædictis Epiſcopatibus
Titularibus Urbi proximis reſederint, vel in Roma-
na Curia in ſuis titulis reſpective etiam nobis, ac
Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris ſcientibus,
videntibus, & quomodolibet tolerantibus moram tra-
xerint.*

Ex qua ſane Conſtitutionis cenſura palam aſſe-
quimur Summum Pontificem Urbanum Octavum
ſatis declaraſſe majorem eſſe, vel præponderare
cauſam publicam Reſidentiæ in Epiſcopatibus com-
parative ad illam reſidentiam in Curia requiſitam
ad effectum aſſiſtendi Romano Pontifici pro con- 38
ſulendis negotiis S. Sedis, ita ut ſecundum hujuſ-
modi declarationem Apoſtolicam amplius in con-
troverſiam revocari non poſſit reſidentiam, quam
faciunt Cardinales in Epiſcopatibus ſuis fovere cau-
ſam publicam, & reductive tendentem ad utilita-
tem Eccleſiæ univerſalis, ut optime firmavit Ge-
runda *de Epiſcop. libr.* 7. *diſput.* 12. *num.* 8. ibi:
*Ultima concluſio; Cardinalis infula inſignitus Epi-
ſcopatus potius in Eccleſia reſidere tenetur Epiſco-
pali, quam in Curia Romana eſt communis Doctri-
na, tum Theologorum, tum Canoniſtarum, quorum
nonnulli vel ſentiunt reſidentiam Epiſcoporum eſſe
Juris divini, vel tanti ſane momenti, ut non tan-
tum detrimenti, ab Urbe Roma poſſit afferre Cardina-
lis abſentia, quam a propria Diœceſi eo vel maxi-
me, quod illi per alios ejuſdem prudentiæ, & ſapien-
tiæ Epiſcopos conſuli poterit, ſecus huic, confirmatur*

auctoritate Tridenr. ſeſſ. 23. capitul. 1. de reformat. & denique roboratur ex Conſtitutione ultima Urbani Papæ Octavi de reſidentia : & concordat Diana *Corad. tom. 9. tractat. 7. reſol. 35. num. 1. & 2.*

Cum enim olim eſſet opinio, furſan introducta ea
diſpoſitione allegati Text. *in capit. Bona de poſtulat.*
Prælat. quod quia major cauſa publica eſſet Cardi-
39 nalis reſidere in Curia ad aſſiſtendum Papæ, quam
in Eccleſiis Cathedralibus; idcirco reſidendo in Ur-
be excuſati forent ab altera reſidentia apud eorum
Cathedrales, Mandoſ. *in regul. 7. Cancell. quæſt. 3. num.*
8. Gomez *ad regul. de impetrant. benef. per obit. fami-
liar. quæſt. num.* 5. Gonzal. *in cap. 2. num. 6. de cleric.
non reſid.* alter Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 24. num.* 128.
cum aliis relatis apud Barboſ. *ad Concil. ſeſſ. 23. cap.
1. num. 8. & de poteſt. Epiſc. alleg. 53. num.* 23. Diana
ubi ſupra *dicta reſolut. 35. num.* 1. Conſtitutio ſan.
mem. Urbani VIII. abrogando hujuſmodi opinio-
nem in conſequentiam declaravit magis bono pu-
blico Eccleſiæ univerſalis expedire reſidentiam Car-
dinalium in ſuis Eccleſiis Epiſcopalibus, quam in
Curia propter ſufficientem numerum illorum in Cu-
ria, & extra.

Et quidem ſi cauſa Curæ Animarum privilegiata,
& unice conſiderata apud Eccleſiam Catholicam non
eſſet cauſa publica, id vulnus inferret fundamenta-
libus regulis Eccleſiæ, & Apoſtolicis inſtitutis, &
niſi Venerabiles, & Sanctiſſimi Epiſcopi ſudantes in
aſſiduo onere regendi Gregem dicerentur de illis ab-
ſentibus ex cauſa publica ſpecialiter comprehenſis in
40 Conſtitutione Paulina, jam detrimento eis foret pro-
ptium Paſtorale Officium, proprii labores, & one-
ra, quæ ſuſtinent, cum Epiſcopatus non ad ſuppli-
cationem Patris, ejuſque ambitum, ſed motu pro-
prio Summi Pontificis concedantur, quando tamen
Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum per
Textum *in leg. Inter Officium, ff. de rei vindicat. leg.
Videlicet, ff. ex quib. cauſ. cap. Cum non deceat 30. de
elect. in 6.* cum aliis apud Barboſ. *axiom.* 167. *nu.* 1.
& in ſpecie Cardinalium abſentium ex cauſa reſi-
dentiæ in Epiſcopatibus firmavit Filliucc. *Oper. mo-
ral. tom. 3. tract. 41. de Benef cap. 3. num.* 73. Gonzal.
ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 24. num. 149. & 150. ibi; *Ab-
ſurdum eſſet ſi ex reſidentia in propria Diœceſi, & com-
plemento ſui Officii, quod nemini debet eſſe damnoſum
Jus perderet, & quod diſpendium patiatur, unde præ-
mium meretur*: Caſtropal. *Oper. moral. tract. 13. de
Benef. diſput. 2. punct. 21. num.* 5. ubi quod talis ab-
ſentia legitima eſt, & a Concilio approbata.

Ubi non obſtat illa reſponſio, quod imputandum
veniat Acceptantibus Eccleſias Epiſcopales; non e-
41 nim ſupponendum eſt, quod quæritur, abſentiam
ſcilicet propter reſidentiam, non eſſe cauſam publi-
cam; ſed quærimus an vere ſit cauſa publica qua-
lis eſt, eſſe debet, & ſemper erit in Eccleſia Dei,
quo ſtante ſi Conſtitutio Paulina Decanatum defe-
rire voluit non ſolum præſentibus, ſed etiam Car-
dinalibus ex cauſa publica abſentibus, non intrat
hic imputatio proprii conſenſus in acceptatione Of-
ficii cauſam publicam reſpicientis, alias Conſtitu-
tio nunquam locum haberet quoad Abſentes ex cau-
ſa publica, dum etiam comprehendere voluit Car-
dinalem extra Romanam Curiam per Summum
Pontificem Legatum, ſeu ſpecialiter deſtinatum, &
tamen iſte ſic abſens ſupponendum eſt, quod vo-
luntarie acceptaverit Legationem Papæ; ergo Con-
ſtitutio comprehendit omnes, qui acceptarunt Offi-
cium reſpiciens cauſam publicam, quia talis abſen-
tia dicitur legitima, & a Concilio approbata; per
quam nemo meretur Jus ſuum amittere, & ſuis
privilegiis denudari, cum obediat Summo Pontifici,
ad Text. *in leg. Gracchus Cod. ad leg. Juliam de Adul-
ter.* Campanil. *in diverſ. Jur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 33.
num. 26. Antonio. *variar. reſol. libr. 4. reſol. 42. num.*
42 2. Gratian. *diſcept. 960. num.* 15. & in puncto Gon-
zal. & Filiucc. ubi ſupra, & conſequenter male hic
allegatur, quod Cardinalis ex voluntate ſua Epiſco-
patum obtineat, quia voluntas præſtita in acceptan-
do nunquam excludit abſentiam ex cauſa publica,
niſi eluſoriam reddamus Conſtitutionem quoad Ab-
ſentes ex cauſa publica, præſertim quando, ut di-
xi, Epiſcopatur non providentur ad ſupplicationem,
ſeu Ambitum Promovendi, ſed tantum Motu pro-
prio Summi Pontificis, ut ait Lotter. *de re beneſic.
lib. 1. quæſt. 9. num.* 12.

His omnibus nulla contradicit obſervantia, non
enim reperitur caſus, quod Cardinalis antiquior ob
reſidentiam in Epiſcopatu abſens obtinere non po-
tuerit Decanatum; Duo autem caſus, qui in con-
trarium circumferri ſolent non ſunt applicabiles;
Non quidem ille Cardinalis Auxitani de anno 1534.
non ſolum quia ſucceſſit ante Conſtitutionem Pau-
li IV. immo ante Decretum Conſiſtoriale Pauli
III. inhabilis propterea ad obſervantiam, quæ pro
lege nondum edita dari non poteſt, ſed etiam quia
ex parte illius Cardinalis emiſſa fuit proteſtatio in
Conſiſtorio tunc habito, & Summus Pontifex Ju-
ra ejus reſervavit, ibi: *Tunc Sanctiſſimus admiſit
Reverendiſs. Senen. ſalvo Iure Reverendiſſimi Domi-
ni Auxitani in omnibus, ita quod per hujuſmodi ad-
miſſionem non eſſet, nec cenſeretur in aliquo præju-
dicatum Juri ejuſdem Domin. Auxitani*: & ſic tan-
quam proteſtatus, & per Papam admiſſus ſine præ-
judicio Jurium Cardinalis Auxitani in nulla conſi- 43
deratione haberi poteſt ad omnes effectus, ut tra-
dunt Cottad. *in prax. Beneſic. libr. 4. capit. 4. num.*
14. Rot. *deciſ. 96. num. 15. & 17. part. 13. & de-
ciſ. 290. num. 10. part. 18. recentior. & in Lucana
Beneficii 21. Junii 1709. §. Eoque magis, coram Illu-
ſtriſſimo Gubernatore Urbis, & in Eſſendien. Præpoſi-
tura 6. Februarii 1719. §. Citra quod coram R. P. D.
Cerro.*

Alter vero caſus, Cardinalis Grimaldi de anno
1683. inapplicabilis pariter eſt reflectendo, quod
ille erat abſens extra Italiam, neque unquam ac- 44
ceſſit ad Urbem, aut ullam fecit inſtantiam, un-
de non mirum ſi Cardinalis Ludoviſius adeptus eſt
Decanatum, tum quia Decanatus non datur ab-
ſenti extra cauſam publicam, & non petenti; tum
etiam quia non probatur, quod Cardinalis Grimal-
dus tempore obitus Decani reſidentiam faceret in E-
piſcopatu ad Aquas Sextias, ut eſſet probandum ad
effectum, ut obſervantia concludat in caſu præciſo,
ut paſſim firmavit Rota *coram Bichio, deciſ.* 452.
*num. 2. deciſ. 913. num. 2. coram Cerro, & in recent.
deciſ. 304. num. 7. part. 12. & in Leodien. ſeu A-
quiſgranen. Canonicatus 7. Martii 1701. §. Quo ve-
ro, & 20. Januarii 1702. §. Fruſtra cor. clar. mem.
Card. Priolo, & 22. Januarii 1703. §. Cæterum, cor.
bon. mem. Molines.*

Quamvis hoc primum fundamentum ſufficiat; non
tamen deficit aliud æque fortiſſimum in eo conſi-
ſtens, quod Decanatus non eſt aliquid diviſum,
ac de per ſe conſiſtens, itaut acquiratur ipſo Jure
de tempore obitus Decani antequam fiat aſſenſus
per optionem ad primum Epiſcopatum ſcilicet Ho-
ſtienſem; dum quidquid dixerit Coccin. *in adnot.*
261. in diverſis terminis Decanatus Sacræ Rotæ
certum eſt, quod reſpectu Decanatus Sacri Colle-
gii Cardinalium diverſa eſt praxis, & diverſo Jure
proceditur; Etenim non prius defertur Decanatus
quam acquiratur Eccleſia Hoſtienſis per optionem,
& ſic præcedere debet acquiſitio Eccleſiæ Hoſtienſis,
& deinde in conſequentiam tanquam primus Epi-
ſcopus efficitur Decanus, quia iſte Decanus dicitur
Prior in Ordine Epiſcoporum, & primus Epiſcopo- 45
rum eſt Hoſtienſis, ut refert Pax Jordan. *lucubrat.
tom. 1. lib. 5. tit. 1. num.* 3. ibi: *Prior Epiſcoporum
Cardinalium, qui communiter Decanus Sac. Collegii
nuncupatur, & lib. 10. tit. 5. num.* 9. ibi: *Hoſtien &
Veliternus unit. omnium antiquior, qui olim Prior,
nunc Sacri Collegii Decanus nuncupatur*, Azzor. *in-
ſtitut. Moral. tom. 2. libr. 4. capitul. 1. quæſt.* 6. Co-
hell. *de notit. Cardinalat. cap. 5. litt. D. & E. &
cap. 62. lit. C.* Ciaccon. *in Vita Pontific. tom. 1. fol.*
120. ibi: *Qui Hoſtienſem Epiſcopum per optionem
obtinuit Decanus dicitur, qui inter alios primum lo-
cum obtinet*, Ughell. *in Ital. Sacr. tom. 1. tit. de E-
piſc. Hoſtien. colum. 63. in fine*, ibi: *Non ſolum Hoſtien-
ſis cæteros alios ſex Epiſcopos Cardinales dignitate*

præs,

*prait, ſed etiam toti Collegio tanquam Decanus præfi-
citur.*

Hinc quia Epiſcopus Hoſtienſis eſt prior Epiſco-
46 porum, & donec quis non aſcendat ad hunc pri-
mum Epiſcopatum non fit Decanus, ideſt prior Epi-
ſcoporum Cardinalium ea conſuetudine duorum ſæ-
culorum inducta eſt Unio acceſſoria Decanatus ad
Epiſcopatum Hoſtienſem, ita, & taliter, quod ad
effectum obtinendi Decanatum aſcendendum primo
ſit per optionem ad Eccleſiam Hoſtienſem, qua
adepta ut Epiſcopus Hoſtienſis fit Decanus, ut
oſtenditur infra, quo ſuppoſito infallibilis intrat
conſequentia, quod ſicut ad effectum operandi Ec-
cleſiam Hoſtienſem ſatis eſt præſentia Cardinalis in
primo Conſiſtorio, nec requiritur de tempore obi-
tus Decani, ita hæc præſentia ſatis erit etiam pro
obtinendo Decanato poſt optionem Eccleſiæ Ho-
ſtienſis, cui ille eſt unitus, ut probatur ex ipſa
Conſtitutionem Pauli IV. quæ eandem præſentiam
pro Decanatu requiſivit, quam expreſſit pro op-
tionibus ſex Epiſcopatuum, ut in §. 1. & 3. ibi:
*Præſenteſque in dicta Curia magis digni, & pri-
vilegiati exiſtent, quam abſentes, & in optioni-
bus titulorum, & ſex Eccleſiarum Cathedralium,
&c. abſentibus, & præferantur, &c. Nos ex præ-
miſſis ſancimus, quod Decanatus, &c. nonniſi ad
Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præ-
ſentem, &c. devenire poſſit*, quæ Conſtitutio exe-
quavit præſentiam pro Decanatu præſentiæ pro op-
tionibus Eccleſiarum, & conſequenter data unione
47 Decanatus ad Eccleſiam Hoſtien. indubitatum eſt
ſufficere præſentiam in primo Conſiſtorio neceſſa-
riam ad optionem hujus Eccleſiæ, ut in ſpecie
advertit Reſponſum pro Sacrato impreſſum apud
Coccin. *annotat.* 261. *num.* 119. ibi: *Quod autem
Decanatus Cardinalium acquiratur in primo Conſi-
ſtorio probatur dupliciter, primo quia ille fuit exe-
quatus per Paulum IV. ſex Eccleſiis Cathedralibus,
& aliis titulis quibus Cardinales pro eorum Cardi-
nalatus titulo præfici ſolent, ut expreſſe in proœ-
mio ipſius Conſtitutionis; unde ſicut dict. Epiſco-
patus, & tituli Cardinalium acquiruntur per an-
tiquiores præſentes in primo Conſiſtorio, ita dicen-
dum eſt de Decanatus ex vi æquiparationis vulgaris
juribus. Deinde probatur ex obſervantia, &c.* &
concordat Card. de Luc. *in relation. Rom. Cur. diſc.
5. n.* 31.

Quod adeo verum eſt, ut narrando caſu Cardi-
nalis Grimaldi abſentis extra Romanam Curiam,
& Italiam antiquioris Epiſcopi, Ughell. *ſeu ejus Ad-
den. in Ital. Sacr. tit. de Albanen. Epiſc. tom.* 1. *fol.*
278. *column.* 2. *lit. A. ultim. edit*, aſſerat illum potuiſ-
ſe fieri Decanum, ſi præſens fuiſſet in primo Conſiſtorio
ad optandum Eccleſiam Hoſtienſem, ibi. *Hierony-
mus Grimaldus, &c. deceſſit die* 4. *Novembris* 1685.
*Cardinalium Senior, & antiquior, quem Decanum
inſpexiſſet Sacrum Collegium ſi præſens ad Hoſtienſem
optaſſet.*

Ea qua reſpectu Decanatus Sacri Collegii non
procedit ſuppoſitum deductum in adnotatione Coc-
cini, quod Decanatus deferatur ipſo Jure de tem-
pore obitus Decani, & propterea ex hoc ſuppoſi-
to dici valeat, quod Epiſcopus Portuen. & ſic an-
tiquior abſens de hoc tempore accedendo ad pri-
mum Conſiſtorium optare non poſſit Hoſtienſem,
48 quia alter Cardinalis factus Decanus de tempore
obitus debeat primum loqui in Conſiſtorio, & ſic
optare Eccleſiam; nam Coccinus loquitur in ter-
minis Bullæ Pii IV. circa Decanatum Sac. Ro-
tæ diſponendo, quod ille pertineat: *occurrente va-
catione ad antiquiorem*: quæ verba coarctant præ-
ſentiam ad tempus vacationis, ut legere eſt *dict.
adnot.* 261. *num.* 237. non ſic reſpectu Decanatus
Sacri Collegii, pro quo neceſſaria eſt præambula
optio Eccleſiæ Hoſtien. cui ille eſt unitus, & pro-
pterea ſufficiat illa præſentia, quæ neceſſaria eſt ad
optionem; Neque Conſtitutio Pauli IV. verba præ-
ſentiæ coarctavit ad tempus vacationis, ſed immo
præſentiam illam requiſivit, quam expreſſit pro
optionibus ſex Eccleſiarum, in quibus terminis non
valet argumentum, quod Decanatus Sac. Rotæ fuerit
exequatus Decanatui Sac. Collegii, dum ad hujus ſi-
militudinem motus fuit Pius IV. ad deferendum
Decanatum Sacræ Rotæ antiquiori Auditori præ-
ſenti in Curia, nam exequatio intelligitur in om-
nibus iis, quæ poſſunt adaptari utrique ſubjecto,
ſecus in iis, quæ differunt, ut differt Decanatus
Sac. Collegii acquirendus per optionem Eccleſiæ
Hoſtien. cui eſt unitus, quæ circumſtantia in De-
canatu Sac. Rotæ non habetur ad Text. *in l. Gal-
lus* 29. *§. Quidam recte, ff. de liber. & poſthum.*
Rota *deciſ.* 292. *num.* 12. *coram Burate. & deciſ.*
457. *numer.* 2. *coram Merlin & in recent. deciſ.*
458. *numer.* 3. *part.* 9. *& deciſ.* 199. *numer.* 10.
part. decima, & deciſion. 9. *numer. decimoſeptimo
par.* 16.

Quinimmo cum Pii IV. Conſtitutio edita fuerit
ſimilitudinarie & acceſſorie ad Conſtitutionem Pau-
li IV, nunquam ea acceſſoria, ſeu copia, ut eſt
Conſtitutio Pii IV. deſumitur interpretatio princi- 49
palis, ſeu originalis, ut eſt Conſtitutio Pauli IV.
ad Text. *in cap. Acceſſorium de regul. jur. & leg.
Etiam Cod. de Jur. dot.* Caſanat. *conſ.* 59. *numer.*
3. *lib.* 1. Caſtill. *quotidian. controv. lib.* 5. *cap.* 162.
num. 3. Gratian. *diſcept.* 282. *num.* 3. *& cap.* 434.
numer. 33. præſertim quando adeſt differentia ſupe-
rius explicata inter unum Decanatum, & alterum
ubi nunquam exequatio intelligitur in univerſum, 50
ſed ſolum in iis, in quibus uniformis dari poteſt
exequatio, ut apud Cravett. *conſil.* 98. *numer.* 11.
Rota *coram Coccin. deciſ.* 2140. *num.* 8. *& coram
Bich. dec.* 128. *num.* 14. *& in recent. dec.* 386. *num.* 6.
par. 16.

Excluſo autem, quod præſentia requiratur de tem-
pore obitus Decani, quodque ratione Unionis De-
canatus ad Hoſtienſem Eccleſiam ſufficiat præſen-
tia neceſſaria ad optionem qualis eſt illa in primo
Conſiſtorio, non intrat objectum, quod Cardina-
lis minus antiquior, & præſens in Curia in con-
curſu antiquioris in primo Conſiſtorio præſentis de-
beat primum loqui, & optare. Si enim Decana-
tus non defertur ipſo jure de tempore obitus De-
cani jam ille præſens minus antiquus non poteſt
primum loqui cum Decanus non ſit: Verum per-
tinet ad Epiſcopum Portuen. tempore obitus De-
cani abſentem, ſed in primo Conſiſtorio præſen-
tem, dum agitur de optione, pro qua talis præ-
ſentia ſufficit, & agitur de Decanatu unito Eccle-
ſiæ Hoſtien. cum natura Unionis ea ſit, ut nemo
poſſit acquirere Decanatum unitum, niſi per me-
dium optionis Eccleſiæ, cui facta eſt unio, & ſic
optio Eccleſiæ trahit ſecum Dignitatem Decana-
tus illi unitam, alias ſi Decanatus antea deferre-
tur tempore obitus Decani non eſſet unitus, ſed
omnino disjunctus, & ſeparatus ab Eccleſia, ur-
gente Regula unionis, quæ conſtituit unum cor- 51
pus, & unum ſine alio haberi non poteſt Spad.
conſ. 50. *num.* 11. *lib.* 2. Gabr. *conſ.* 28. *num.* 10.
& 11. *lib.* 1. Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloſ.* 5. §. 7.
num. 15. Turricell. *de Union. cap.* 4. *num.* 25. *&
ſeqq.* Rota *deciſ.* 148. *numer.* 5. *par.* 14. *& deciſ.*
987. *numer.* 7. *coram Emerix Jun. & in Bononien.
Beneficiorum de Caſtello* 12. *Decembris* 1712. §.
*Quam primitivarum, coram Reverendiſs. Ravenna-
ten.* cum in unitis unum ſine alio obtineri non
poſſit.

Quod autem per duo ſæcula probetur Decanatum
eſſe unitum Eccleſiæ Hoſtienſi ex pluribus reſultare
videtur ad evidentiam, nam primo conſtantem habe- 52
mus traditionem Doctorum, qui retulerunt hanc
unionem.

Card. de Luca *in relat. Rom. Cur. diſc.* 5. *n.* 29. ibi:
*Inter eos autem non dignoſcitur Ordo majoritatis, ſed
omnes ſunt æquales cum facultate Seniorum, quando
alter vacat illum optandi, & relinquendi illum, quem
obtinet, excepto Hoſtienſi, & Veliterno, cui annexus
eſt Decanatus.*

Mandoſ. *in facultate Reg. Cancell. in verbo Cardin.
verſ. Cardin. Epiſcopi*, ibi; *Hoſtienſis Cardinalium
Decanus eſſe conſuevit.*

Co-

Cohell *in notit. Cardinal. cap. 5. lit. D.* ibi: *Epiſcopus Cardinalis Hoſtienſis, &c. Sacri Collegii Decanus appellatur*. Piazza in *Hierarch. Cardin. in proœm. digreſſ. 1. fol. 4. column. 1.* ibi: *La prima dunque delle ſette Chieſe de' Cardinali aſſiſtenti al Romano Pontefice ella è l'Oſtienſe, il di cui Veſcovo, &c. è il Decano del Sacro Collegio*: & infra *fol. 6. colum. 2.* ibi: *Il primo tra ſette, &c. egli è il Cardinal Oſtienſe oggidì per lunga conſuetudine honorato colla Dignità di Decano del Collegio Apoſtolico*.

Baudran. *in lexicon. geograph. verbo Hoſtia* ibi: *ejus Epiſcopus eſt, ſemper Decanus Sacri Collegii Cardinalium*, Giaccon. *in vita Pontific. & Cardin. tom. 1. fol.* 120. & Pax Jordan. *tom. 2. lib. 10. titul. 5, num. 5.*

Secundo probatur hæc unio ex Diariis Actuum Conſiſtorialium ſcriptis per Magiſtros Cæremoniarum, ut ex illis Mucantii *tom. 2. pag.* 157. ibi: *Die 5. Octobris* 1580. *feria 2. fuit Conſiſtorium, &c. in quo Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Farneſius optavit Epiſcopatum Hoſtien. per obitum Cardinalis Morroni, & ſic remanſit Decanus Sacri Collegii, audivi enim a quibuſdam Cardinalibus fuiſſe dudum a Paulo Papa IV. Epiſcopatum Hoſtienſem perpetuo unitum Decano* Paulus Alaleo *Diar. tom. 4. pag.* 158. ibi: *Die* 16. *Septembris* 1615. *fuit Conſiſtorium in Palatio Montis Quirinalis, in quo Illuſtriſſimus Dom. Gallus optavit per mortem Illuſtriſſ. Dom. Cardinalis de Gioioſa Eccleſiam Hoſtienſem, & Veliternam unitas, & devenit Decanus Sacri Collegii Cardinalium*: & *numer. 5. pag.* 177. ibi: *Die 6. Aprilis* 1620. *Illuſtriſſimus Dom. Cardinalis Antonius Saulius Epiſcopus Portuenſis optavit Eccleſiam Hoſtienſem, & Veliternam unitas, & Decanus Sacri Collegii factus eſt per obitum bon. mem. Cardinalis Galli*.

Tertio hoc ipſum deſumitur ex conſuetudine duorum ſæculorum ab Anno 1508. uſque in præſens probata ex Actis Conſiſtorialibus, nec non Giaccon. & Ughell. juxta quam habemus, quod præſens in primo Conſiſtorio optando Eccleſiam Hoſtienſem, ex hac optione factus eſt Decani Sacri Collegii, dicendo: *Admiſſus fuit ad optionem Eccleſiæ Hoſtienſis, & Decanus factus eſt*: hæc enim biſcentenaria conſuetudo non poteſt referri ad eventualitatem, quod qui optarunt fuerint ſemper antiquiores, & præſentes in Romana Curia de tempore obitus Decani, quia de natura centenariæ eſt, ut præſumat omnes caſus poſſibiles, & contingibiles,
53 ideoque, quod etiam optaverint præſentes in primo Conſiſtorio, licet abſentes tempore obitus Decani, ut eſt communis opinio, de qua Trobat. *de effect. immun. quæſt. 5. art. 4. num.* 41. Roſa *conſultat.* 12. *num.* 49 Rota *in Auguſtana ſumma Cuſtodiæ* 21. *Junii* 1715. §. *Altera coram Illuſtriſſ. Gub. Urb. & in Compoſtellana Beneficii* 15. *Martii* 1717. §. *Hæc autem, coram Eminentiſſimo Alean.*, *& in Lucana Unionis* 11. *Decembris* 1719. §. *Hæc tamen, coram Eminentiſſimo Dom. Card. Falconerio*.

Sed de cætero objectum remanet extraneum, quia punctus eſt, quod conſuetudo fert non prius Decanatum fuiſſe delatum ante opinionem, ſed ex oppoſito præceſſiſſe ſemper optionem Eccleſiæ Hoſtienſis, illaque expleta, & adepto Epiſcopatu Hoſtienſi in conſequentiam declaratum fuiſſe Decanum; ergo verum non eſt Decanatum deferri ipſo Jure de tempore obitus Decani, ergo verum eſt, quod tanquam unitus Eccleſiæ Hoſtienſi non defertur, neque naſcitur, niſi adepta Eccleſia Hoſtienſi per optionem juxta præciſum effectum Unionis, quod unum ſine alio haberi non poteſt, & ſic Decanatus nunquam obtentus fuit, niſi prius obtenta per optionem Eccleſia Hoſtienſi tanquam de ejus pertinentiis: ſignum clarum unionis ubi adepto principali venit in con-
54 ſequentiam conſecutio acceſſorii, Menoc. *de retinend. remed.* 3. *num.* 170. Lottec. *lib. 1. quæſt.* 28. *numer.* 39. Poſtum. *de manutent. obſerv.* 73. *num.* 110. Rot. *deciſ.* 199. *num* 6. *& deciſ.* 158. *ſub num.* 2. *& deciſ.* 698. *ſub num. 2. part. 2. recent.* Adden. ad Gregor. *dec.* 557. *num. 6. & coram Cavaler. deciſ.* 330. *num. 6. & coram Buratt. deciſ.* 857. *num.* 2.

Ubi nec etiam adverſatur, quod aliquando aliquid fuerint Decani, abſque Epiſcopatu Hoſtienſi, hoc enim ſucceſſit ante ſæculum 15. quo tempore Cardinales titulos ſemel acceptos non mutabant, & in eis per totam vitam permanebant, & quidem ante introductam opinionem, ut referunt Hieron. Plat. *cap. 2. pag. mihi* 18. Cohell. *de notit. Cardin. cap. 10. lit.* 55
C. Card. Blancat. *in diſſert. de Option. ſex Epiſcop. pag.* 41. Ughell. *in Ital. ſac. tom. 1. in Epiſc. Sabinen.* 55. *pag.* 107. quo tempore nulla inter ſex Epiſcopatus ſuburbicarios aderat præcedentia, ut refert Piazz. *in Hierarch Card. fol. 21. in fine*, ſed poſtquam ſæculo 15. introductus fuit mos optandi, ut refert Thomaſſin. *part. 1. lib. 2. cap. 114. n. 10. verſ. Illud quoque*, Eccleſia Hoſtienſis primatum obtinuit, & Decanatus illi annexus extitit, neque ullus unquam Cardinalis Decanatum obtinuit, niſi prius per optionem adeptus fuiſſet Eccleſiam Hoſtienſem.

Quarto unionem iſtam mirabiliter comprobat Conſtitutio ſan. mem. Gregorii Decimiquarti de Anno 1591. ubi cum ſan. mem. Sixtus Quintus diſmembraſſet gubernium, & Juriſdictionem temporalem Civitatis Hoſtien. & Velitern. & Cameræ Apoſtolicæ incorporaſſet, Summus Pontifex Gregorius conſiderando, quod Gubernium, & juriſdictio hujuſmodi temporalis *non alicui dignius, quam Epiſcopo Hoſtien. ipſius Sacri Collegii Decano pro tempore exiſtenti committi poſſet*: revocavit diſmembrationem, reſtituit Eccleſiis Hoſtien. & Veliternen. gubernium, & juriſdictionem temporalem diſponendo, quod Decanus tanquam Epiſcopus Hoſtien. illis frueretur, & gauderet ibi: *Itaut nunc, & pro tempore exiſtens Decanus, & Epiſcopus Hoſtien. & Veliternen. gubernium, & omnimodam juriſdictionem dictarum Civitatum, &c. exercere poſſit, & debeat*: volendo quod hæc omnia remanerent *Eidem Decano, & Epiſcopo Hoſtien. &c. prout ante diſmembrationem, &c. ita quod liceat eidem Decano, & Epiſcopo Hoſtien. &c. poſſeſſionem propria auctoritate, &c. apprehendere, & retinere, ac gubernium, & juriſdictionem hujuſmodi, &c. adminiſtrare, & gubernare*; ut ex Conſtitutione, quæ habetur infra num. 101.

Nil clarius dari poteſt ad probandam unionem Decanatus Eccleſiæ Hoſtienſis, dum Summus Pontifex ſuppoſuit Hoſtienſem Epiſcopum eſſe ſemper Decanum, reſtituendum Gubernium, & Juriſdictionem temporalem *Epiſcopo Hoſtienſi ipſius Sacri Collegii Decano pro tempore exiſtenti*: quæ verba ad litteram important Epiſcopum Hoſtienſem eſſe Decanum pro tempore exiſtentem, & in perpetuum mandando hoc Gubernium, & Juriſdictionem eſſe retinendam per Decanum Epiſcopum Hoſtien. jam ſatis declaravit non poſſe Decanatum avelli ab Epiſcopo Hoſtienſi, dum alias ſi alius quam Hoſtienſis eſſe potuiſſet Decanus Gubernium, & Juriſdictionem prædictam temporalem non demandaſſet Decano pro tempore Epiſcopo Hoſtienſi; & hæc ſola Conſtitutio ſufficeret ſine aliis ad probandam unionem, dum 56
in materia ubi enuncians, & ſupponens habet plenam facultatem diſponendi, ideſt uniendi, enunciativa illius habetur pro diſpoſitione, Capon. *diſceptat.* 288. *num.* 2. Rot. *in Biſinianen. Præminentiarum* 10. *Februarii* 1710. §. *Nec deerat, coram bon. mem. Aanſaldo, & in Sutrina præcedentiæ* 19. *Februarii* 1714. §. *Collimant, coram Reverendiſſimo Criſpo, & in Tranen. præminentiarum ſuper reſervatis* 3. *Junii* 1715. §. *Enunciativa, coram Eminentiſſimo Scotto* ibi: *Intrat regula, quod ſuppoſitum ab habente facultatem diſponendi habetur diſpoſitione*.

Ex his duobus fundamentis oritur dilemma, quod aut ad effectum obtinendi Decanatum requiritur præſentia de tempore obitus Decani, & tali caſu comprehenditur ſub Conſtitutione Paulina Cardinalis Antiquior extra Curiam abſens ex cauſa publica reſidentiæ Epiſcopalis ex probatis; aut vero dubitatur an cauſa reſidentiæ ſit publica, & comprehenſa ſub Conſtitutione, quod non credimus, tanquam undique inſubſiſtens nec unquam ſupponendum, & hoc caſu cum Decanatus dependeat ab optione Eccleſiæ Hoſtienſis propter unionem, de qua ſupra; ſatis erit, quod Car-

dina-

dinales abſens reperiatur præſens in primo Conſiſtorio ad effectum, ut poſſit optare Eccleſiam, & in conſequentiam aſſequi Decanatum annexum.

Series Epiſcoporum Oſtien. qui ratione Optionis ejuſdem Eccleſiæ fuerunt Decani.

Die 29. Novembris 1508. Oliverius Carafa Archiepiſcopus Neapolitannus, & Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternenſis factus eſt per aſſumptionem Iuliani Romani ad Pontificatum ſub Iulii II. nomine, ut ex Ughell. *tom. 1. fol. 75. ultima edit.* fuit etiam Sacri Collegii Decanus, ut ex Giaccon, *Vita Pontif. tom. 2. fol. 1390. impreſs. Rom. Typis Vatic.*

Die 1511. Raphael Galeotius de Riatiis Epiſcopus Portuenſis optavit Eccleſiam Oſtienſem, & Veliternenſem, & dictus eſt Decanus Sacri Collegii per obitum Oliverii Carafæ, ut Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1387. & Ughell. *dict. tom. 2. fol.* 75.

Die 24. Julii 1521. Bernardinus Carviali creatus Epiſcopus Oſtienſis, & Sac. Collegii Decanus per obitum Card. Riatii, ut ex Ciaccon. *dict. tom. 2. fol.* 1444.

Die 16. Decembris 1523. Cardin. Franciſcus Soderinus ex Portuenſi factus Oſtienſis Epiſcopus, & Sac. Collegii Decanus per obitum Card. Carvagialis, ut ex Ciaccon. *d. tom. 2. fol.* 1481. *& ſeq. &* 1491.

Die 18. Maii 1524. Cardinalis Nicolaus de Fliſco ex Portuen. factus Epiſcopus Oſtien. & Decanus Sacri Collegii per obitum Cardinalis Soderini, ut ex Ciaccon. *dict. tomo ſecundo fol.* 1421. 1481. *&* 1491.

Die 15. Junii 1523. Card. Alexander Farneſius ex Portuenſi electus Oſtienſis Epiſcopus, & Sac. Collegii Decanus per obitum Card. Fliſci, ut ex Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1591.

Die 26. Februarii 1535. Joannes Piccolomineus Card. Senenſis ex Portuenſi Epiſcopus Card. Oſtien. & Veliternen. & Sac. Collegii Decanus per aſſumptionem Alexandri Farneſii ad Pontificatum ſub Pauli III. nomine, Ciaccon. *dict. 2. fol.* 1565. 1566. *&* 1567.

Die 28. Novembris 1537. Card. Jo. Dominicus de Cupis dictus Tranen. ex Portuen. factus eſt Epiſcopus Oſtienſis, & Sacri Collegii Decanus per obitum Card. Senen. Ciaccon. *dict. to. 2. fol.* 2577. *&* 1583.

Die 11. Decembris 1553. Cardinalis Jo: Petrus Carafa Epiſcopus Theatinus ex Portuenſi factus eſt Epiſcopus Oſtien. & Sacrii Collegii Decanus per obitum Cardin. Tranen. Ciaccon. *dict. tom. 2. fol.* 1610.

Die Jovis 29. Maii 1555. In primo Conſiſtorio Card. Jo. Bellajus ex Portuenſi factus Oſtienſis, & Sacri Collegii Decanus per aſſumptionem Pauli Papæ IV. ad Pontificatum Ciaccon. *dict. to. 2. fol.* 1646.

Die Mercurii 13. Martii 1560. Franciſcus Card. de Turnone ex Sabinenſi factus eſt Epiſcopus Oſtienſis, & Sacri Collegii Decanus per obitum Card. Bellaii Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1692. Rodulpho Pio Carpen. dictu Epiſcopo Portuen. qui non optavit ex quo erat Epiſcopalis Junior Turnonio, qui dimiſſo titulo S. Marcellini, & Petri optavit Eccleſiam Sabinen. die ultima Februarii 1550. & Pius dictus Carpen. dimiſſo titulo Sanctæ Mariæ in Tranſtyberim optavit Eccleſiam Albanen. die 29. Novembris 1553. ut ex Ciaccon. *dict. tom. ſecundo fol.* 1609. *&* 1610.

Die Lunæ 18. Maii 1562 Card. Rodulphius Pius Carpenſis ex Portuenſi factus eſt Epiſcopus Oſtien. & Sac. Collegii Decanus per obitum Card. Turnon. Ciaccon. *d. tom. 2. fol.* 1695.

Die 12. Maii 1564. Card. Franciſcus Piſanus ex Portuenſi factus eſt Epiſcopus Card. Oſtien. & Decanus per obitum Card. Pii Carpen. d. Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1693.

Die 3. Julii 1570. Card. Jo: Moronus ex Portuen. factus eſt Epiſcopus Card. Oſtien. & Sac. Collegii Decanus per obitum Franciſci Card. Piſani Ciaccon. *d. tom. 2. fol.* 1631.

Die 5. Decembris 1580. Card. Farneſius relicta Portuenſi Oſtien. optavit Eccleſiam, & factus eſt Sac. Collegii Princeps per obitum Card. Moroni, Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1785.

Die 6. Maii 1589. Card. Io. Amonius Sorbellonus relicta Portuenſi, Oſtienſem optavit Eccleſiam, & factus eſt Collegii Sacri Princeps per obitum Alexandri Card. Farneſii Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1832.

Die 20. Martii 1591. Card Alphonſus Geſualdus ex Portuenſi factus eſt Epiſcopus Card. Oſtien. & Sac. Collegii Decanus per obitum Card. Sorbelloni, Ciaccon. *d. tom. 2. fol.* 1849.

Die 19. Februarii 1603. Ptolomeus Gallius Comenſis appellatus ex Portuenſi Epiſcopus Oſtien. & Veliternus, Ciaccon. *d. to. 2 fol.* 1914. Sac. Collegii Decanus per obitum Card. Geſualdi, Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1917.

Die 7. Februarii 1607. Card. Dominicus Pinellus relicta Portuenſi, Oſtienſem optavit Eccleſiam, & factus eſt Collegii Sacri Princeps per obitum Ptolomei Card. Comenſis, Ciaccon. *dict. tom. 2. fol.* 1941.

Die Mercurii 17. Auguſti 1611. Cardin. Franciſcus de Giojoſa relicta Eccleſia Sabinen. factus eſt Epiſcopus Oſtienſis, & Sac. Collegii Decanus per obitum Cardinalis Pinelli, Ciaccon. *dict. tom. 2. fol.* 1941. ex quo Card. Hieronymus Bernerius Epiſcopus Portuenſis mortuus erat ſexta Idus Auguſti dict. anni 1611. & Eccleſia Portuenſis vacabat, & optata fuit in eodem Conſiſtorio 19. Auguſti per Card. Gallum, ut ex Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1944. *&* 1941.

Die 16. Septembris 1614. Card. Antonius Maria Gallius Auximanus ex Portuenſi factus eſt Oſtienſis, & Collegii Sac. Decanus per obitum Card. Giojoſæ, qui obiit Avenione, Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1492. *&* 1943.

Die 6. Aprilis 1610. Card Antonius Saulius relicta Portuenſi Oſtienſem optavit Eccleſiam, & factus eſt Sacri Senatus Princeps per obitum Card. Galli, Ciaccon. *d. to. 2. fol.* 1943.

Die 27. Septembris 1623. Franciſcus Maria de Monte relicta Portuenſi optavit Eccleſiam Oſtienſem, & Veliternam, & factus eſt Sacri Collegii Decanus per obitum Card. Sauli, Ughell. *fol.* 83. *tom.* 1.

Die 24 Auguſti 1626 Card. Octavius Bandinus relicta Portuenſi optavit Eccleſiam Oſtienſem per obitum Card. del Monte, Ciaccon. *d. tom 2. fol.* 1958. & factus eſt Sacri Collegii Decanus, Ughellius *fol.* 83.

Die 20. Auguſti 1629. Card. Ioan. Baptiſta Deti Portuenſis Antiſtes Oſtienſis creatus eſt per obitum Bandini, Ciaccon. *fol.* 1958. & Sacri Collegii Decanus, Ugell. *fol.* 28. ubi Princeps Senatus.

Die 8 Iulii 1630. Card. Ginnaſius Portuenſis Antiſtes, Oſtienſis Epiſcopus, & Sacri Collegii Princeps factus eſt per obitum Card. Deti, Ciaccon. *d. tom. 2. fol.* 2029.

Die 28. Martii 1639. Carolus Pius Cardinalis Epiſcopus Portuenſis, Oſtienſem, & Veliternenſem Eccleſias obtinuit, & factus eſt Decanus Sacri Collegii per obitum Card. Ginnaſii, Ughell. *fol.* 85.

Die 1. Julii 1641. Card. Marcellus Lantes Epiſ. Portuen Oſtienſem, & Veliternen. Eccleſias optavit, & factus eſt Decanus S. Collegii per obitum Card. Pii, Ughell. ubi ſupra.

Die 29. Aprilis 1652. Iulius Card. Roma ex Portuenſi Epiſcopus Oſtien. & Decanus Sacri Collegii factus eſt per obitum Card. Lantes, Ughell. *fol.* 85. *&* 86.

Die 23. Septembris 1651. Carolus Card. Medices abſens a Curia ex Epiſc. Portuen. factus eſt Oſtien. & Sac. Collegii Decanus per obitum Card. Romæ, Ugh. *fol.* 86.

Die

Digitized by Google

Die 22. Octobris 1666. Franciſcus Barbarinus præſens in Curia ex Portuenſi Oſtien. & Decanus S. Collegii factus eſt per obitum Card. Medices, Ughell. ubi ſupra.

Die 8. Januarii 1680. Cæſar Fachinettus dimiſſo Epiſcopatu Portuenſi optavit Eccleſiam Oſtien. & factus eſt Sac. Collegii Decanus per obitum Card. Barberini, Ughell. ubi ſupra.

Die 15. Februarii 1683. Nicolaus Ludoviſius ex Portuenſi factus eſt Oſtien. & Decanus Sacri Collegii per obitum Card. Facbinetti, Ughell. ubi ſupra.

Die 10. Novembris 1687. Alderanus Cybus ex Epiſcopo Portuen. factus eſt Oſtien. & Decanus Sacri Collegii per obitum Card. Ludoviſii, Ughell. ubi ſupra.

Die 15. Decembris 1700. Emanuel Theodoſius Bullionus ex Portuen. factus eſt Oſtien. & Decanus Sacri Collegii per obitum Cardinal. Cybi, Ughell. ubi ſupra.

Die 8. Martii 1715. Nicolaus Acciajolus ex Portuen. factus eſt Oſtien. & Decanus Sac. Collegii per obitum Card. Bullioni.

In caſu Cardinalium Senen. & Auxitani emiſſa fuit proteſtatio, & Pontifex reſervavit Jura.

Romæ die Sabbati 17. Octobris 1534. in prima Congregatione a fel. record. Paulo Papa Tertius poſt ſuam aſſumptionem in Summum Pontificem habita.

Vacan. Epiſcopatu Oſtien. per præfatam aſſumptionem Reverendiſſimus Dominus Senen. Epiſcopus Portuen. tanquam antiquior præſens, quatenus opus eſſet non recedendo a gratia ſibi jam facta a Sanctitate Sua de Epiſcop. Oſtien. optavit prædictum Epiſcopatum Oſtien. & petiit a Sanctiſſimo Domino ad prædictam optionem admitti; Reverendiſſimus vero de Turnone cum ſuis adhærentibus diceret, Reverendiſſimum Dominum Auſitanum iter arripuiſſe venien. ad Curiam, idcirco cum prædictus Auſitanus eſſet, prout eſt antiquior, debebat admitti ad illam, & aliis

58 rationibus deducen. tunc Sanctiſs. admiſit Reverendiſſimum Do. Senen. ſalvo Jure Reverendiſs. Dom. Auxitani in omnibus, ita quod per hujuſmodi admiſſionem non eſſet, nec cenſeretur in aliquo præjudicatum Juri ejuſdem Dom. Auſitani, a qua quidem admiſſione præfatus Dom. de Turnone appellavit ad eundem Sanctiſſimum melius informan. Reverendiſs. Dom. Sen. contradicen. quod non debebat admitti appellatio, quia non haberet mandatum procurationis, tunc Sanctiſſimus admiſit appellationem, & proteſtationem ſi, & in quantum, &c. & de omnibus præmiſſis prædictus D. de Turnone requiſivit acta me Vice Cancellario, & petiit de præmiſſis alios Reverend. Dom. Card. recordari, &c.

Hæc in Cauſa ſcribebam, ſed Congregatio Particularis deſuper habita ſub die 28. Februarii 1721. contrarium judicavit reſolvendo *Decanatum vigore Bullæ ſan. mem. Pauli Quarti deveniſſe ad Cardinalem Ta-*

59 *narium uti Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem tempore vacationis ſecutæ per obitum Cardinalis Fulvii Aſtalli excluſis Epiſcopis Cardinalibus antiquioribus extra Curiam tempore dictæ vacationis commorantibus non ex publica cauſa, & deſtinatione Roman. Pontificis, etiamſi reſiderent in Eccleſiis, quarum adminiſtrationem ex diſpenſatione Apoſtolica retinent, & ita ſervandum eſſe perpetuis futuris vacationibus.* Quæ reſolutio mihi ad rationem

60 reflectendi viſa fuit inſubſiſtens quatenus declaravit Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ in ſuis Metropolitanis, & Epiſcopalibus Eccleſiis non eſſe abſentes ex publica cauſa ex *rationibus ſupra deductis num.* 20. *& plur. ſeqq.*

Devento igitur Decanatu ad memoratum Cardinalem Tanarium iterum ejus vacatio ſucceſſit vacante

61 Sede Apoſtolica propter obitum ſupradicti Cardinalis ſecutum tempore Conclavis habiti per mortem ſan. mem. Innocentii Decimitertii, unde Eminentiſſimo Urſino præſenti in Curia tanquam exiſtenti in Conclavi in tertia demum vacatione declaratus extitit Decanus, ſed adhuc ſibi delatum aſſequi non valuit ita diſponente arcano Dei Conſilio, qui tantæ virtutis Virum majori, & ſupremæ Dignitati reſervaverat. Nam poſtquam in diverſos diſcordantia Cardinalium ſuffragia conſpiravarant, unum denique inter omnes deſtinavere, qui inſignem ſui generis in tota Italia Nobili- 62
tatem, ſplendore virtutum, ſanctitate morum ſuperavit Fr. Vincentium Mariam Urſinum Celeberrimi Ordinis Prædicatorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Epiſcopum Portuen. & Archiepiſcopum Beneventanum, ætatis noſtræ gloriam apud Poſteros manſuram; ſed tanti Viri Religioſa moderatio toto animi conatu obſtitit Eligentibus, vultuque, ac voce recuſantis nedum precibus contraire, ſed in diminutionem ſui plura ſibi obſtacula prætexere, & perorare non omiſit: *detrahit laudem Electo deſiderium, majoris exempli eſt eligi invitum*, & ſane Principatus Divi Petri patiebatur repulſam, niſi feſſus clamore omnium, expoſtulatione ſingulorum, tandem deſiiſſet, *ut negare, & rogari deſineret*. In ſummo rerum faſtigio collocatus ſub nomine Benedicti Decimitertii duas res inſociabiles junxit humilitatem, & magnitudinem, nec tamen humilitas magnitudini, aut magnitudo humilitati detraxit. Vix Sacro inauguratus Imperio profuſæ liberalitatis natura veræ magnitudinis indicio, quem beneficiis non gravem, quem muneribus non lætum dimiſit? tam leviter cogniti, & fortaſſe vix ſemel viſi acceperunt, quod & Amicis præmium fuiſſet. Priſca virtute Sanctorum naſcentis Eccleſiæ Pontificum Sectator, & Æmulus, crebro in publicum egreſſu non denſiſſima circum ſupraque Equitum, Armaturumque Teſtitudine, ut ſenſim, & ad numerum movetur, ſed more privato incedens Cultor vetuſtæ humilitatis, Templa, Sacraria, Pias, religioſaſque Ædes acceſſu exegit operoſo, omnibus, quæ Pia, quæ Sacra, quæ Divina ſunt, Tributarius, ſuique laboris, & corporis largitor prodigus. Quis referat tanti Principis ingentem in cunctis, & magiſtram ſcientiam; in Theologicis Doctiſſimum, & Divi Thomæ aſſertorem maximum, in Eccleſiaſticis Ritibus ſummum Peritum, in Sacris Canonibus Patrem, & Legiſlatorem vidimus, ut alia prætercam, Romano nuper in Concilio orantem, & docentem Canonica Jura, legeſque Apoſtolicas, ea profundæ mentis indefeſſa eloquentia explicantem, & diſſerentem, ut pene ſtupori relatum fuerit, tantum fortitudinis licuiſſe ætati, quantum loquuta. Mihi vero juſtas in laudes excurrenti nihil exprobrandum, cum ſciam, *quod neminem magis laudari oporteat, quam quem minus neceſſe eſt.*

Itaque Doctiſſimus Pontifex, cui juſtum, & æquum ſemper cognatum fuit, delato jam Decanatu ad Eminentiſſimum Judicem per ſuam aſſumptionem ad Pontificatum, mente revolvens, quidquid ſub Clementem Undecimum Congregatio Particularis ju- 63
dicaverat ſuper competentia Decanatus favore Cardinalium in Curia præſentium, excluſis abſentibus, tanquam iſtorum reſidentia in ſuis Epiſcopatibus abſentiam cauſa publica non induceret approbare non potuit etiam in gradu Supremi Principis hujuſmodi reſolutionem, quæ ſibi viſa fuit rationi non conſona, cum privatus eſſet, unde impulſu juſtarum, & rationabilium cauſarum Motu proprio ſpecialem edidit Conſtitutionem, in qua ſancivit, & decrevit Decanatum ipſo Iure devenire debere ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem, licet abſentem ex cauſa reſidentiæ in ſuo Epiſcopatu, perinde, ac ſi tempore vacationis præſens fuiſſet in Curia, & eo prorſus modo, quo Conſtitutio Pauli IV. illum deferri mandavit, abſenti ex cauſa publica, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinato una cum aliis proviſionibus, quæ leguntur in tenore Conſtitutionis, quæ regiſtratur,

BENEDICTUS EPISCOPUS

Sevus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam,

ROmani Pontificis circumſpecta vigilantia ea, quæ certis etiam, & rationabilibus ex cauſis a Prædeceſſoribus ſuis olim provide ſancita fuerunt, ubi diſſidiis, & contentionibus, præſertim inter eos, qui ſublimi Cardinalatus Dignitate in Sancta Dei Eccleſia præſulgent, aliiſque inſuper gravioribus malis occaſionem tribuere dignoſcuntur, ipſa rerum experientia ſuadente, nonnunquam moderatur, ac immutat; & ad æquitatis, ac juſtitiæ normam redigit, ut ſublatis e medio litium, malorumque ſeminibus, fraterna charitas, atque concordia, quam inter eoſdem Cardinales maxime vigere decet, inviolata ſervetur, & publico ſimul bono conſultum ſit; eunque in finem Apoſtolicæ authoritatis, & providentiæ partes libenter interponit, prout matura deliberatione præhabita in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

§. 1. Dudum ſiquidem a fel. rec. Paulo Papa IV. Prædeceſſore noſtro emanavit Conſtitutio tenoris ſequentis, videlicet „ Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum Venerabiles Fratres Noſtri S. R. E. Cardinales in partem ſolicitudinis vocentur, ut pro tempore exiſtenti Romano Pontifici aſſiſtant, ipſeque Romanus Pontifex eorum conſilio agenda diſponat, & iidem Cardinales ſint pars corporis, & membra ipſius Romani Pontificis, ac diverſis almæ Urbis noſtræ Parochialibus Eccleſiis, pro eorum Cardinalatus titulo, ſeu denominatione præficiantur, & in eis Epiſcopalem juriſdictionem habeant, & propterea in Romana Curia reſidere debeant, præſenteſque in dicta Curia magis digni, & privilegiati exiſtant, quam abſentes, & in optionibus Titulorum, ac ſex Eccleſiarum Cathedralium, quibus Cardinales pro eorum Cardinalatus titulo præfici ſolent, abſentibus etiam ante eos in Cardinales aſſumptis præferantur, & ſi uni ex dictis Eccleſiis Cathedralibus præfecti fuerint, ex poſt ſemper alios non Epiſcopos Cardinales in quibuſvis actibus, & ſeſſionibus præcedant; Nos ex præmiſſis, & diverſis aliis cauſis animum noſtrum moventibus, & inter cætera, ut eoſdem Cardinales abſentes ad reſidendum in Curia aliquibus uberioribus favoribus, & prærogativis alliceremus, Decanatu Collegii Cardinalium hujuſmodi, quem Nos, dum in minoribus conſtituti eſſemus, obtinebamus, & ad quem propter noſtram continuam in eadem Curia reſidentiam ante alios Cardinales Nobis in Cardinalatu antiquiores, tunc ab ipſa Curia abſentes perveneramus, per noſtram ad ſummi Apoſtolatus faſtigium aſſumptionem vacante, habita ſuper his cum Fratribus noſtris in Conſiſtorio noſtro ſecreto deliberatione matura, de eorum conſilio, & unanimi aſſenſu, Venerabilem Fratrem noſtrum Joannem Epiſcopum Oſtien. S. R. E. Cardinalem de Bellayo nuncupatum, de Nobis, & Sede Apoſtolica optime meritum, Decanum Collegii hujuſmodi declaravimus, eumque ipſius Collegii Decanum vocavimus Decanatum ipſum ſibi conceſſimus, prout etiam per præſentes declaramus, vocamus, & concedimus. Et inſuper ne in poſterum Decanatus prædictus, illius occurrente vacatione, in aliquem Cardinalem ea voluntate ſua, & non ex cauſa publica abſentem, & propter abſentiam ſuam hujuſmodi quandoque de negotiis dictæ Sedis minus informatum, in injuriam aliorum Cardinalium tunc præſentium, & Romano Pontifici aſſiſtentium, ac propterea de negotiis prædictis melius informatorum, deveniat, aut ſuper eodem Decanatu aliquæ controverſiæ, ſeu diſſenſiones inter ipſos Cardinales oriantur, providere volentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, hac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus, quod Decanatus hujuſmodi de cætero perpetuis futuris temporibus nonniſi ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, aut ea cauſa publica abſentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum, devenire poſſit. Et quod Epiſcopus Cardinalis antiquior in Curia præſens, aut, ut præfertur, abſens, & extra Curiam deſtinatus, poſtquam Decanatus hujuſmodi ad eum devenerit, omnes alios Cardinales, etiam antiquiores, ſemper in quibuſvis ſeſſionibus, & aliis actibus publicis præcedat, nec per alios Epiſcopos Cardinales, etiam antiquiores, tunc abſentes, etiamſi poſtmodum incontinenti ad eandem Curiam ſe conferant, & in ea continuo reſideant, ſuper ipſo Decanatu, aut illius ſeſſionibus, vel aliis actibus, ſeu negotiis ad eum pertinentibus impediri, aut moleſtari valeat. Decernentes ſic, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quavis, etiam Apoſtolica authoritate fulgentes etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac eorundem Cardinalium Collegium in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, ac Ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Conſiſtorii noſtri, necnon ipſius Collegii, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. Si quis, &c. Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ 1555. undecimo Kalendas Septembris Pontif. noſtri Anno I.

§. 2. Poſtmodum, anno ſcilicet 1719. occaſione obitus bo. me. Nicolai S. Rom. E. Cardinalis Acciajoli Epiſcopi, dum viveret, Oſtienſis, & Veliternenſis, Sacrique Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium Collegii Decani dubitatio emerſit, an prædicta Conſtitutione adverſus Cardinales a Curia Romana abſentes lata comprehenderentur, vel potius excluderentur Cardinales promotione antiquiores, qui eveniente Decanatus ejuſdem Sacri Collegii vacatione a præfata Curia quidem abeſſent, ſed apud illas Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias reſiderent, quibus eos una cum aliqua ex iis Cathedralibus Eccleſiis Suburbicariis, quæ ipſis Cardinalibus antiquioribus pro ſuis titulis, ſeu dominationibus aſſignari ſolent, præeſſe contingeret. Cunque ejuſmodi dubitatio nullis antea Sanctæ Sedis definitionibus diſcuſſa, ac dirempta eſſe videretur, rec. me. Clemens PP. XI. Prædeceſſor itidem noſter eam expendendam, librandamque committere decreverat, ſive Dilectis Filiis Rotæ Romanæ Auditoribus, ſive aliis ejuſdem Curiæ Præſulibus integritate, doctrinaque præſtantibus, quorum audita ſententia id, quod rationi, & æquitati conſentaneum illi viſum fuiſſe, ſtatuere poſſet. Verum dum in ea deliberatione verſaretur, Nos, quos potiſſimum, tanquam eo tempore S. R. E. Cardinalem Epiſcopum Portuenſem, & Archiepiſcopum Beneventanum, cæteriſque Collegiis promotione priores (memorata Pauli IV. Conſtitutione ſepoſita) tam ad Decanatus Dignitatem, quam ad præfatas Oſtienſem, & Veliternenſem Eccleſias, antiquitatis jura vocabant, animo reputantes rem hanc abſque aliqua contentione tranſigi minime poſſe, probeque memores verborum Apoſtoli Timotheum ſuum admonentis; *Servum Domini non oportet litigare*, firmiter conſtituimus ſuper iſtiuſmodi negotio a quavis concertatione, ſeu litis ſpecie prorſus abſtinere; adeoque datis primum ad eundem Prædeceſſorem noſtrum literis ex ſuburbano ſeceſſu S. Paſtoris, & mox etiam apertis verbis illi coram explicavimus, ac obteſtati fuimus, ut quacunque Noſtri ratione poſthabita, Dignitatem Decanatus Cardinali Epiſcopo ex reſidentibus in Romana Curia antiquiori deferre vellet, eidemque Eccleſiarum Oſtienſis, & Veliternenſis optionem permitteret, ea tamen adjecta declaratione, ut ſimili in poſterum occurrente Decanatus vacatione, ſalva, & illæſa remanerent jura Cardinalium Epiſco-

porum,

porum, qui Cardinalatu quidem eſſent antiquiores, ſed extra Romanam Curiam in prioribus ſuis Epiſcopatibus tunc reſiderent. Attenta itaque hujuſmodi noſtra obteſtatione, atque ceſſione, vacans Sacri Collegii Decanatus uno cum Oſtienſi, & Veliternenſi Eccleſiis a memorato Pontifice in Conſiſtorio ſecreto habito die 26. Aprilis 1719. bo. me. Fulvio S. R. E. Cardin. Aſtallio tunc Epiſcopo Sabinenſi, qui ex Epiſcopis Cardinalibus in Curia degentibus antiquior erat, cum ſpeciali tamen jurium quorumcumque tam Epiſcoporum Cardinalium extra Curiam apud priores ſuas Eccleſias reſidentium, quam aliorum Epiſcoporum Cardinalium in eadem commorantium, præſervatione delatus fuit.

§. 3. Deinde vero cum præfatus Cardinalis Aſtallius Decanus, inſcrutabili divinæ providentiæ diſpoſitione, ab humana omnium opinione celerius deceſſiſſet, & alia non abſimilis controverſia inter Venerabiles Fratres noſtros bon. mem. Cardinalem Sebaſtianum Antonium Tanarium tunc Epiſcopum Tuſculanum, & Cardinalem Franciſcum Judicem, tunc pariter Epiſcopum Prænestinum, in Romana Curia præſentes (Nobis omnino ſilentibus, & a quacunque petitione prorſus abſtinentibus) excitata fuiſſet, memoratus Clemens Prædeceſſor ſeptem ejuſdem Curiæ Præſules doctrina, & integritate præſtantes deputavit, illiſque commiſit, ut probe, ac mature perpenſis rationum momentis, quæ hinc inde afferri poterant, & de quibus eos plena inſtrui curavit, ſuum circa verum ſenſum antedictæ Conſtitutionis Pauli IV. judicium proferrent, quod poſtea in hunc, qui ſequitur, modum protulerunt

„ Die 28. Februarii 1712. Habita fuit Congreg. Particu-
„ laris in Manſionibus Rev. P. D. Auditoris Sanctiſſimi
„ ſuper Cauſa Decanatus Sacri Collegii Cardinalium,
„ cui interfuerunt RR. PP. DD. Petra Mareſuſcus Au-
„ ditor Sanctiſſimi, Lancetta, Cerrus, Herrera, An-
„ ſideus, & Lambertinus ejuſdem Particularis Con-
„ gregationis Secretarius: Omneſque unanimiter reſ-
„ ponderunt: Conſulendum eſſe Sanctiſſimo, quod
„ declarare dignetur Decanatum Sacri Collegii Cardi-
„ nalium deveniſſe vigore Bullæ quintæ ſa. mem. Pauli
„ IV. ad Eminentiſſimum D. Cardinalem Tanarium,
„ uti Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia
„ præſentem tempore vacationis dicti Decanatus ſe-
„ cutæ per obitum Card. Fulvii Aſtallii, excluſis Epi-
„ ſcopis Cardinalibus antiquioribus extra Curiam tem-
„ pore dictæ vacationis commorantibus, non ex pu-
„ blica cauſa, & deſtinatione Romani Pontificis,
„ etiamſi reſiderent in Eccleſiis, quarum adminiſtra-
„ tionem ex diſpenſatione Apoſtolica retinent, & ita
„ ſervandum eſſe perpetuis futuris vacationibus, Quo-
„ ad aliam vero controverſiam inter EE. DD. Cardina-
„ lem Tanarium antiquiorem in Epiſcopatu, & junio-
„ rem in Cardinalatu, & Cardinalem Judicem junio-
„ rem in Epiſcopatu, ſed antiquiorem in Cardinala-
„ tu, cauſa non fuit propoſita, attenta ceſſione ſuo
„ juri facta ab eodem Cardinali Judice, Dominique
„ unanimiter dixerunt conſulendum eſſe Sanctiſſimo,
„ quod declarare dignetur ex hujuſmodi ceſſione nul
„ lum in futuris Decanatus vacationibus cenſeri irro-
„ gatum fuiſſe præjudicium Cardinalibus ſimilia jura
„ foventibus. Factaque eadem die per me infraſcri-
„ ptum Secretarium de præmiſſis Sanctiſſimo Domino
„ Noſtro relatione, Sanctitas Sua Congregationis
„ Sententiam quoad utramque partem benigne appro-
„ bavit, & perpetuis futuris temporibus obſervari
„ mandavit, Proſper de Lambertinis Secretarius:

Idem vero Clemens Prædeceſſor non modo antedictorum Præſulum Votum; ſeu Conſilium, ut præfertur benigne probavit, perpetuiſque futuris temporibus obſervari mandavit, verum etiam illud in Conſiſtorio ſecreto ſubinde, nempe die 3. Martii 1721. habito, palam recitari, & inter Acta ejuſdem Conſiſtorii ad perpetuam rei memoriam aſſervari, atque præcepit,

§. 4. Cum autem, ſecluſa Paulina Conſtitutione maxime æquum, & rationi conſonum videatur, ut Cardinales Epiſcopi antiquiores præfati, quamvis tempore vacationis Decanatus Sac. Collegii a Romana Curia abſint, & apud priores ſibi commiſſas Eccleſias perſonaliter reſideant, ad eundem Decanatum aſſequendum admitti debeant, tum quia ipſi re vera a Curia non abſunt ex voluntate ſua, ſed ex formali neceſſitate, cum ex divinarum, canonicarumque Sanctionum, & Concilii potiſſimum Tridentini præſcripto, apud priores Eccleſias jugiter reſidere cogantur; quin etiam ab eis diſcedere abſque Sedis Apoſtolicæ licentia non poſſint, nec ab hoc apud ipſas reſidendi onere exempti ſint, quamvis in Urbe, vel in Eccleſiis Suburbicariis, quæ illis in titulum fuere aſſignatæ, commorari vellent, quemadmodum expreſſe ſub graviſſimis pœnis cavetur peculiari Conſtitutione piæ mem. Urbani Papæ VII. Prædeceſſoribus pariter noſtri, cujus tenor eſt, qui ſequitur, videlicet:

Urbanus Papa „
VIII. ad perpetuam rei memoriam. Sancta Synodus „
Tridentina ſub recolendæ mem. Paulo Papa Tertius „
Prædeceſſore noſtro, ad diſciplinam Eccleſiaſticam „
reſtaurandam, provide ſtatuit, ut omnes quacun- „
que dignitate, gradu, & præeminentia fulgentes, „
Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, „
& Cathedralibus Eccleſiis quibuſcunque quovis no- „
mine, & titulo præfecti, apud eas perſonaliter re- „
ſidere deberent: alias, ſi per ſex menſes continuos „
abeſſent, amiſſionis quartæ partis fructuum unius „
anni pœnam ipſo jure incurrerent, quod ſi per alios „
ſex menſes in abſentia perſeverarent, tunc aliam quar- „
tam partem fructuum hujuſmodi eo ipſo amitterent: „
creſcente vero contumacia Romanus Ponifex ſu- „
prema ejus authoritate in ipſos abſentes animadver- „
tere, & Eccleſiis ipſis de Paſtoribus utilioribus pro- „
videre poſſet. Deinde ſub fel. record. Pio IV. etiam „
Prædeceſſores noſtro, eadem Synodus declaravit „
omnes eiſdem Patriarchalibus, Primatialibus, Me- „
tropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis præfectos „
etiamſi S.R.E. Cardinales forent, obligari ad perſo- „
nalem reſidentiam in ſua Eccleſia, vel Diœceſi fa- „
ciendam; nec abeſſe poſſe, niſi ob legitimas cauſas „
in ſcriptis approbandas. Et in eorundem Concilii „
decretorum executionem idem Pius IV. Prædeceſſor „
per ſuas ſub plumbo ſub Dat. 7. Kalend. Decembris „
1564. expeditas literas monuit eoſdem præfatis Ec- „
cleſiis præfectos, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac „
ultra pœnas in eodem Concilio contentas, ſub pri- „
vationis eorum a regimine, & adminiſtratione ip- „
ſarum Eccleſiarum, ac amiſſionis facultatum te- „
ſtandi, & diſponendi, aliiſque pœnis ſuo, & Ro- „
mani Pontificis arbitrio imponendis, mandavit eiſ- „
dem, ut in Eccleſiis præfatis omnino perſonaliter „
reſidere deberent: Denique certior factus, quod „
multi eorundem præfectorum erant inobedientes, „
Motu ſuo proprio commiſit Cameræ Apoſtolicæ Au- „
ditori generali, ut contra illos uſque ad ſententiam „
procederet, & ſibi deinde referret, ad effectum in „
eos privationis, & depoſitionis ſententiam in ſuo „
Conſiſtorio ſecreto pronunciandi. Succeſſive alii „
etiam Romani Pontifices contra non reſidentes di- „
verſa Edicta publicari fecerunt, ac piæ mem. Gre- „
gor. XIII. etiam Prædeceſſor noſter per ſuum Decre „
tum Conſiſtoriale declaravit decreta ejuſdem Conci- „
lii de perſonali reſidentia in Eccleſiis prædictis fa- „
cienda etiam in S. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus lo- „
cum habere, quocunque titulo illis præeſſent; itaut a „
reatu, & pœnis in dicto Concilio ſtatutis non excu- „
ſarentur, niſi abſentiæ cauſa in ſcriptis approbata „
foret; ſcientiaque, vel tolerantia non excuſaret „
eoſdem Cardinales, nec alios Epiſcopos. Similis „
quoque mem. Clemens Papa VIII. etiam Prædeceſſor „
noſter per ſimile Conſiſtoriale Decretum per obſer- „
vantiam reſidentiæ perſonalis ab eodem Concilio or- „
dinatæ, addidit pœnam inhabilitatis ad majores di „
gnitates, & Eccleſias obtinendas; prout in præfa- „
tis Conciliis, ac literis Apoſtolicis, Conſiſtoriali- „
buſque decretis latius continetur. Cunque etiam „
Nos Edicta contra non reſidentes ſæpius publicari „
fecerimus, & tamen præteritis menſibus aliqui „
etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Metro- „
politanis, ſeu Cathedralibus Eccleſiis ex conceſſio- „
ne Apoſtolica præfecti, ſuæ obligationis ad perſo- „
nalem reſidentiam in eis faciendam immemores, „
in grave Animarum ſuarum detrimentum, ac ortum „

ſibi

ſibi creditarum præjudicium, ab eiſdem Eccleſiis abeſſe continuarent, etiam ſub prætextu ſuorum titulorum Cardinalatus præſertim Epiſcopalium, prope Urbem, ſeu in Urbis diſtrictu reſpective conſiſtentium, & quod in eadem Urbe in conſpectu, & præſentia noſtra moram traherent: Nos pro noſtro Paſtorali debito nedum animarum præfatarum, ſed etiam Eccleſiarum indemnitati providere volentes, in Conſiſtorio noſtro ſecreto declaravimus eoſdem S.R.E. Cardinales, qui aliis Eccleſiis Metropolitanis, & Cathedralibus præerant, & apud eas non reſederant, nec reſidebant, non feciſſe, nec facere illarum fructus ſuos, etiam ſub prætextu, quod alicui ex dictis Eccleſiis Epiſcopalibus, quibus Cardinales in ordine priore præeſſe ſolent, præſideant, & ibi, vel in Urbe commorentur, aut cujuſvis tolerantiæ, vel facultatis, præterquam per Breve ſpeciale noſtrum, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ſibi conceſſæ: Ideoque eoſdem Cardinales monuimus pro prima vice, ut ad reſidentiam hujuſmodi ſtatim ſe conferrent, ſub pœna amiſſionis fructuum eo ipſo incurrenda, & aliis canonicis pœnis, animo etiam procedendi ad ulteriores, ſi non paruiſſent, & prout in Decreto noſtro Conſiſtoriali plenius habetur. Quia vero ab inde citra non omnes, prout tenebantur, noſtra mandata executi ſunt: Nos ut omnino debitum ſuum agnoſcant, & animabus ſubjectis, quantum Nobis ex Alto conceditur, magis conſultum ſit, ulterius providere volentes, Concilii Tridentini decretis, & literis Apoſtolicis, Motuque proprio, ac Conſiſtorialibus Decretis præfatis inhærentes, illorumque tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, pro plene inſertis, & expreſſis habentes, Motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præfata Concilii decreta, literaſque Apoſtolicas, ac primo dictum Motum proprium, Decretaque Conſiſtorialia præfata, & in eis contenta quæcumque hac noſtra Conſtitutione perpetua confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus, adverſus quemcunque prætenſum non uſum, vel contrarium uſum, innovamus, & pleniſſime reſtituimus. Inſuperque omnes, & ſingulos, Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus, quocunque nomine, ſeu titulo præfectos, etiam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, a præfatis ipſis Eccleſiis abſentes, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interdicto ingreſſus Eccleſiæ, amiſſioniſque tam fructuum earundem Eccleſiarum pro tempore, quo abſentia duraverit, quam facultatum teſtandi, & diſponendi de bonis ſuis, a Sede Apoſtolica ſibi aliàs conceſſarum, eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, necnon privationis a regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum hujuſmodi, aliiſque pœnis noſtro, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, arbitrio infligendis, diſtricte præcipiendo monemus, ut omnibus poſtpoſitis, quanto citius, in Romana Curia videlicet moram trahentes intra unum, extra eam vero in Italia intra duos, extra vero Italiam exiſtentes intra quatuor menſes a die publicationis præſentium in locis infraſcriptis faciendæ computandos, quos pro tribus canonicis monitionibus, peremptoriiſque dilationibus, & terminis reſpective eis aſſignamus, & aſſignatos eſſe volumus, ſe itineri committere, & legitimis itineribus ad Eccleſias, ſeu Diœceſes ſuas proficiſci, & ſe perſonaliter conferre, ac ibidem, ut tenentur, reſidere debeant. Eiſdemque præfectis, poſtquam perſonaliter ad reſidendum ſe contulerint, necnon quibuſcunque aliis apud ſuas Eccleſias quandocunque perſonaliter reſidentibus, ſub eiſdem pœnis, etiam eo ipſo reſpective incurrendis, injungimus, ne ab eorum Eccleſiis diſcedant, niſi prius obtenta noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, per Breve, ſeu literas miſſivas, licentia. Illos etiam, qui in poſterum per Nos, ſeu Romanos Pontifices Succeſſores noſtros, alicui præfatarum Eccleſiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium quovis nomine, vel titulo præfecti fuerint, etiamſi S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales quandocunque fuerint, vel ſint, ſub eiſdem pœnis, etiam eo ipſo reſpective incurrendis debeant, & quilibet ipſorum debeat intra præfatum tempus, a die eorum promotionis ad aliquam Eccleſiarum præfatarum inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus, & dilationibus, ut præfertur, ex nunc aſſignamus, pariter ſe itineri committere, & ad Eccleſias, ſive Diœceſes ſibi commiſſis, ad perſonaliter in eis reſidendum, conferre; Et reſpective, poſtquam reſidere inceperint, ab illis non diſcedere, niſi obtenta prius a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente, licentia præfata. A quarum pœnarum incurſu nolumus poſſe aliquem ſe excuſare prætextu, & ratione cujuſcunque ſervitii, quomodolibet præſtiti, & præſtiti, & præſtandi pro gerendis, & tractandis negotiis quoruncunque Principum, etiam Imperatoris, & Regum, aut Rerum publicarum, Regnorum, ac Provinciarum; nec ratione cujuslibet juſſionis, vel mandati eorum, vel earum, quandocunque facti, vel faciendi; nec etiam ratione proſecutionis, ſeu defenſionis quarumcunque litium, ſeu controverſiarum etiam Eccleſiaſticarum, vel ineundi fœderis, aut cujoſcunque alterius negotii, etiam graviſſimi, & ſpeciali mentione digni, tractandi; vel diſtantiæ locorum, aut brevitatis temporis, ob quam non videatur expectanda Sedis Apoſtolicæ licentia præfata, antequam a ſuis Eccleſiis, & Diœceſibus diſcedant; aut ratione cujuſcunque alterius cauſæ, vel occaſionis, etiam publicæ, vel alias favorabilis, & æque piæ, etiam cujuslibet utilitatis, ſive neceſſitatis Eccleſiarum, & perſonarum: præterquam perſonalis intereſſentiæ in Synodis provincialibus, vel Congregationibus, ſeu Aſſembleis generalibus, in quibus Eccleſiaſtici intervenire ſolent, vel ratione muneris, aut Reipublicæ Officii, Epiſcopatibus, vel Eccleſiis majoribus præfatis adjuncti, cujus ratione ad certum tempus occupari ſolent: & tunc pro tempore, quo illæ Synodus, Congregationes, & Aſſembleæ, exercitiumque muneris, ſeu Officii publici, ipſis Eccleſiis adjuncti, actu duraverint, quibus finitis, recto tramite ad Eccleſias præfatas ſibi commiſſas ſe conferre debeant. Nec etiam a prædicta reſidentia, & pœnarum præfatarum incurſu volumus excuſari S. R. E. Cardinales nunc, & pro tempore exiſtentes alicui præfatarum Eccleſiarum præfectos, ſeu præficiendos, etiamſi, tanquam in ordine priores, aliquem ex dictis titulis Epiſcopalibus prope Urbem, vel in ejus diſtrictu conſiſtentibus obtineant, & in poſterum obtinuerint, & in prædictis Epiſcopatibus titularibus Urbi proximis reſederint, vel in Romana Curia in ſuis titulis reſpective, etiam Nobis, ac Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris, ſcientibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus, moram traxerint; itaut nulla noſtra, ac Romanorum Pontificum Succeſſorum Noſtrorum conniventia, taciturnitate, & ad quarumcunque functionum, & actuum Pontificalium, etiam publicorum, & ſolemnium celebrationem, receptione, & admiſſione, unquam tueri ſe poſſint. Et pro præmiſſorum, & infraſcriptorum inviolabili obſervatione committimus, & mandamus dilecto filio Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori nunc, & pro tempore exiſtenti, quatenus contra omnes, & ſingulos prædictos, tam in Urbe, quam alibi, & ubique locorum, nunc, & pro tempore commorantes, & in ſuis Eccleſiis, ſeu Diœceſibus non reſidentes, per affixionem ad valvas Baſilicæ S. Petri, ac in Acie Campi Floræ, & quoad præſentes in Romana Curia ad abundantiorem cautelam, etiam domi dimiſſa copia, procedat: Et conſtito ſibi, quantum ſufficere videbitur, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſola veritate inſpecta, & manu Regia, de contraventione, & inobedientia præfatis, uſque ad ſententiam excluſive procedat; & deinde Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, referat, ut Nos, ac Romanus Pontifex pro tem-

„ tempore exiſtens, in Conſiſtorio ad ſententiam de-
„ clarationis incurſus pœnarum, ac reſpective priva-
„ tionis, ſeu depoſitionis, aliarumque punitionum
„ præfatorum inobedientium, valeamus, & ipſe
„ Pontifex Romanus pro tempore exiſtens valeat pro-
„ cedere. Volumus tamen Epiſcopos, Archiepiſco-
„ pos, Metropolitanos, Primates, & Patriarchas
„ etiam S. R. E. Cardinales citra Montes, vel Mare
„ exiſtentes per quatuor, alios vero ultra Montes,
„ vel Mare degentes per ſeptem menſes continuos a
„ reſidentia in præfatis Eccleſiis facienda, ad effe-
„ ctum viſitandi Limina SS. Apoſtolorum Petri, &
„ Pauli juxta Sacros Canones, ac Apoſtolicas Con-
„ ſtitutiones, pro qualibet viſitatione excuſari: ita
„ tamen, ut tunc illis durantibus viſitationis hujuſ-
„ modi munus explere teneantur, nec ad alios actus
„ ſe divertant. Cardinalibus vero nunc, & pro tem-
„ pore exiſtentibus, qui in caſu vacationis Sedis Apo-
„ ſtolicæ ad electionem Romani Pontificis faciendam
„ accedere ſolum ad locum Conclavis ad hoc deſigna-
„ ti, concedimus licentiam diſcedendi ab Eccleſiis
„ præfatis ſibi commiſſis, habita tamen prius certa
„ notitia vacationis ipſius Sedis Apoſtolicæ, & extra
„ reſidentiam in loco, in quo electionem hujuſmodi
„ celebrari continget, commorandi, & permanendi
„ uſque ad peractam electionem, ac etiam poſtea per
„ duos menſes, poſtquam Romanus Pontifex Coro-
„ nationis ſuæ inſignia ſuſceperit; quo tempore elapſo
„ præfati Cardinales, niſi illico, ut præfertur, ad
„ Eccleſias præfatas, quibus præſidere eos contigerit,
„ ſe contulerint, ſubjaceant pœnis ſupradictis. Præ-
„ ſentes quoque literas, &c. Sicque, & non aliter
„ in præmiſſis, &c. Non obſtantibus præmiſſis, &c.
„ Volumus etiam, quod ii, qui duabus, vel pluri-
„ bus Eccleſiis præfatis ex earum unione, vel alias ex
„ conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica, quo-
„ cumque nomine, vel titulo præfecti ſunt, vel pro
„ tempore erunt, a reſidentia, & pœnis hujuſmodi
„ excuſentur, dummodo in earum altera, in qua de
„ jure reſidere debent, vere, & perſonaliter reſi-
„ deant, exceptis tamen, ut præfertur, Eccleſiis E-
„ piſcopalibus Urbi proximis, quibus Cardinales in
„ ordine priores præeſſe ſolent; reſidentia enim, ſi-
„ quæ apud præfatas Eccleſias titulorum Cardinalium
„ fieret, aliquam excuſationem eiſdem Cardinalibus,
„ ut præfertur, non præſtaret, quominus ipſi in a-
„ lia, vel aliis Eccleſiis præfatis, quibus eos etiam
„ pro tempore præfici contigerit, reſidere omnino te-
„ neantur. Quodque, ut præſentes, &c. Datum Ro-
„ mæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 12.
„ Decembris milleſimo ſexcenteſimo quarto Pontifi-
„ catus Noſtri Anno XII. Tum etiam quia, ſi juxta

Paulinam Conſtitutionem a Decanatu non repellitur Epiſcopus Cardinalis antiquior ex cauſa publica abſens, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatus: ob eandem quoque rationem repelli non debere videtur Epiſcopus Cardinalis antiquior, qui apud priorem Eccleſiam reſidet; Is enim vere a Romana Curia abeſſe dicitur ex cauſa publica, publicam ſcilicet particularis Eccleſiæ, cui præeſt, utilitatem, in qua publicum quoque univerſalis Eccleſiæ commodum continetur, reſpiciente. Præterea negari non poteſt, quin ipſe extra Curiam per Romanum Pontificem fuerit deſtinatus dum idem Romanus Pontifex non modo illi prioris Eccleſiæ regimen deſtinavit, ſed etiam, ut commiſſam ſibi Paſtoralis ſollicitudinis partem cumulatius expleret, eum ad jugiter reſidendum apud Eccleſiam ſibi deſtinatam, ſub graviſſimis in præinſerta potiſſimum Urbani Prædeceſſoris Conſtitutione ſancitis pœnis compulit, & obſtrinxit. Accedit præmiſſis, quod ab ejuſmodi excluſione Epiſcoporum Cardinalium antiquiorum extra Romanam Curiam in prioribus Eccleſiis reſidentium maximum illud promanat abſurdum, quod alienæ mortis deteſtabile votum ingeritur; nam, ſicut accepimus, & Nobis etiam ipſis eveniſſe non diffidemur, ſtatim ac Cardinalis Sacr. Collegii Decanus gravi, & periculoſo morbo laborat, illico Epiſcopus Cardinalis antiquior abſens, qui ipſi in Decanatu ſucceſſurus eſt, amicorum literis ad Urbem quantocius repetendam incitatur, ut tempore obitus ejuſdem Cardinalis Decani in Romana Curia præſens ſit, adeoque ad eum ex Paulinæ Conſtitutionis præſcripto Decanatus deferatur; Unde non ſine gravi bonorum offenſione, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ detrimento, in Urbe conſpicitur Epiſcopus Cardinalis antiquior, in Decanatu proxime ſucceſſurus, qui Cardinalis Decani ægrotantis mortem expectat, ut ad ipſum Dignitas vacatura deveniat: contra ſaluberrimum Lateranenſis Concilii monitum relatum in cap. 2. de conceſſione Præbendæ, cujus verba ſunt,

deſiderare quis mortem proximi videatur, in cu- „
jus locum, & Beneficium ſe crediderit ſucceſſu- „
rum. Cum enim in ipſis etiam legibus Gentilium „
inveniatur inhibitum, turpe eſt, & divini plenum „
animadverſione judicii, ſi locum in Eccleſia Dei „
futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipſi „

etiam Gentiles condemnare curarunt.

§. 5. Nos itaque, qui deinde prædictum Sacri Collegii Cardinalium Decanatum abſque ulla contentione obtinuimus ob illius vacationem retroactis menſibus ſecutam per obitum memorati Cardinalis Tanarii Decani, dum in Romana Curia præſentes eſſemus, & in Conclavi, ubi, Divina ſic diſponente Clementia, ad ſummi Apoſtolatus faſtigium evecti fuimus, reperiremur; præmiſſis omnibus, quantum cum Domino poſſumus, occurrere, & obviare, ac alias deſuper opportune providere volentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præfatis, aliiſque juſtis, & rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus adducti, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus, atque decernimus, quod Epiſcopus Cardinalis antiquior, qui una cum aliqua ex Cathedralibus Suburbicariis præfatis in Titulum Cardinalibus antiquioribus aſſignari ſolitis aliam retinebit Cathedralem, ſeu Metropolitanam Eccleſiam in adminiſtrationem, dummodo tamen apud ipſam ſecundo dictam Eccleſiam perſonaliter reſideat tempore vacationis Decanatus ejuſdem Sacri Collegii, de cætero ad ipſum Decanatum admitti debeat, & admittatur, perinde ac ſi occurrente illius vacatione in Romana Curia præſens fuiſſet, itaut abſentia ab Urbe ad præmiſſum effectum ei nullatenus obeſſe poſſit: Quin etiam volumus, & declaramus ipſum Decanatum ad prædictum Epiſcopum Cardinalem antiquiorem abſentem, & apud priorem Eccleſiam, ut præfertur, actu reſidentem ipſo jure devenire debere eo prorſus modo, quo in Paulina Conſtitutione ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, aut ex cauſa publica abſentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum devenire debere decernitur, ita quod inter eos nullum amplius diſcrimen, ſeu differentia conſtituatur; ac ita perpetuis futuris temporibus ſervari præcipimus, & mandamus.

§. 6. Præterea expedire cenſentes, ut e medio tollatur, ac penitus extinguatur alia pariter controverſia alias, ſicut præmittitur, excitata, & non definita, utrum ſcilicet in aſſecutione ſæpe memorati Decanatus Cardinalis antiquior in Epiſcopatu Suburbicario, & junior in Cardinalatu, præferendus ſit Cardinali juniori in Epiſcopatu, ſed antiquiori in Cardinalatu, vel e contra; Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, prælationem deberi Cardinali antiquiori in Epiſcopatu, licet ſit junior in Cardinalatu, decernimus, & declaramus, ac ita deinceps in occurrentibus Decanatus vacationibus perpetuo ſervari volumus, & mandamus.

§. 7. Quoniam vero ab antiquo tempore, ac præſertim ab edita Paulina Conſtitutione uſque ad præſentem diem, Cardinalis Sacri Collegii Decanus Oſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiarum invicem perpetuo canonice unitarum Epiſcopatum ſemper obtinuit, adeoque ſive ex præſumpta earum cum Decanatu unione, ſive alio titulo, ſpeciale jus ad ipſum fovere videtur, in quo mentis, ac intentionis noſtræ non eſt, ut eidem Cardinali Decano præjudicium aliquod inferatur: contingere autem facile poteſt, quod Epiſcopus Cardinalis antiquior a Romana Curia abſens, & apud ſuam priorem Eccleſiam reſidens, ad quem De-

cana-

cantatos ex præmiſſis impoſterum deveniet, ad Urbem celeriter accedere, & primò Conſiſtorio, in quo memoratum Oſtienſem, & Veliternenſem Epiſcopatum optare deberet, præſens intereſſe nequeat; Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus optionem prædictarum Oſtienſis, & Veliternenſis, Eccleſiarum Cardinali, qui pro tempore fuerit ejuſdem Sacri Collegii Decanus, ſpecialiter reſervamus, ac reſervatam eſſe volumus, & declaramus, itaut earundem Eccleſiarum Epiſcopatum nemo alius optare unquam poſſit, ſed ad Cardinalem Decanum prædictum privative quoad alios quoſcunque perpetuis futuris temporibus ejuſmodi optio pertineat, ac pertinere debeat. Volumus tamen, atque decernimus, quod idem Epiſcopus Cardinalis antiquior a Curia abſens, & apud priorem Eccleſiam, ut præfertur, reſidens, poſtquam ad eum Sacri Collegii Decanatus devenerit, quantocitius poterit, ad Urbem ſe conferre, Summoque Pontifici in Conſiſtorio, ut moris eſt, pro optione earundem Oſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiarum ſupplicare teneatur; Quod ſi notoria ægritudine fuerit impeditus, vel ob aliam juſtam, & gravem cauſam a Romano Pontifice pro tempore exiſtente probandam ad Urbem venire nequiverit: Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus, eidem Cardinali Decano, ut in prænarratis caſibus per ſuum legitimum Procuratorem antedictas Oſtienſem, & Veliternenſem Eccleſias optare, & vigore optionis hujuſmodi eas aſſequi libere, & licite poſſit, & valeat, non ſecus ac ſi ipſe præſens perſonaliter illas optaſſet, licentiam, & facultatem in Domino concedimus, & impertimur.

§. 8. Decernentes præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ea eo quod ſupradicti, & alii quicunque in præmiſſis jus, vel intereſſe habentes, aut habere prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ac auditi, & cauſæ, propter quas præſentes emanarunt, verificatæ, ſeu alias ſufficienter, aut etiam in aliquo juſtificatæ non fuerint, ſeu aliis quibuſvis de cauſis, quantumvis urgentibus, ullo unquam tempore a quoquam de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ vel alio quolibet, quantumvis magno, formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, retardari, invalidari, aut ea quovis quæſito prætextu, vel colore, in controverſiam vocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut quempiam impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, uti nullatenus poſſe; nec ſub quibuslibet ſimilium, diſſimilium Conſtitutionum, ſive diſpoſitionum, etiam motu, ſcientiam, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores, & Succeſſores Noſtros, ac etiam per Nos factarum, & faciendarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi: ſed eaſdem præſentes literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere, nec non prædictis S. R. E. Cardinalibus a Romana Curia abſentibus, & apud ſuas priores Eccleſias, ut præfertur, actu reſidentibus pleniſſime ſuffragari: ab omnibus vero aliis, ad quos ſpectant, & pro tempore quandocunque ſpectabunt, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari debere: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon quaſcunque eorundem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios qualibet authoritate, præeminentia, & poteſtate fungentes, & quandocunque functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere: Irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

§. 9. Non obſtantibus præinſerta Conſtitutione Pauli Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, & præinſerto ſimiliter Conſilio, ſeu Voto Congregationis ſeptem Præſulum a fel. rec. Clement XI. Prædeceſſoris etiam noſtro deputatorum, ab eo, ut præfertur, ſpecialiter approbato, necnon Decretis Conſiſtorialibus ſan. m. Pauli III. & S. Pii V. Romanorum Pontificum pariter Prædeceſſorum Noſtrorum, & Conſtitutione ſan. me. Innocentii Papæ X. Prædeceſſoris itidem Noſtri ſuper reſidentia ejuſdem S R. E. Cardinalium apud Sedem Apoſtolicam, & quibuſvis Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, & ſignanter illa de jure quæſito non tollendo, & alia, quod Cardinales in Conſtitutionibus, & Regulis per Nos edendis non comprehendantur, niſi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel de ipſorum, ſeu majoris partis eorum conſilio editæ fuerint, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam Conciliaribus, & aliis Decretis Conſiſtorialibus quibuſcunque, necnon dicti Sacri Collegii, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis Decretis, Statutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis quibuſcunque ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiſcunque vicibus innovatis, Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quælibet alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plene, & ſufficienter, ac exactiſſime expreſſis, inſertis, ſervatis, & ſpecificatis reſpective habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe, ac pleniſſime, & ampliſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

§. 10. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud, habeatur, quæ haberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrarum voluntatis, declarationis, extenſionis, reformationis, moderationis, conceſſionis, præcepti, ſanctionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto vii. Idus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno primo.

P. M. Card. Prod. F. Card. Oliv.

Viſa de Curia J. C. Archiepiſcopus Amaſenus.

Loco † Plumbi.

ANNOTATIONES

Ad Conſtitutionem.

DUbitari poteſt, an Conſtitutio ſit declaratoria Juris antiqui, ſcilicet Conſtitutionis Pauli IV,
64 vel potius ſit inductiva Juris novi, ſeu nova lex derogatoria antiquæ; videtur eam fuiſſe legem novam, quia Motu proprio Summus Pontifex per viam novæ Conſtitutionis proceſſit, ut legitur §. 5. ibi: *Hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus atque decernimus:* Item quia derogavit Conſtitutioni Pauli IV. cujus integrum tenorem inſeruit, ut in §. 9. ibi: *Non obſtantibus præinſerta Conſtitutione Pauli Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri:* ergo eſſe non poteſt declaratoria hujus Conſtitutionis, cui derogavit, ſed
65 dicenda erit nova Conſtitutio derogatoria præcedentis, & nova lex recedens ab antiqua, *Gloſſ. in cap. unica in verb. Receperit de Cleric. non reſidem. in 6.* Felin. *in cap Quoniam ſub n. 6. verſ. Puta verbum decernimus de Conſtit.* Geminian. *in Can. Ex antiquis ſub n. 3. diſtinct. 64.* præſertim quia Conſtitutio Pauli IV. in ſenſu contrario declarata fuerat per Congregationem particularem mediante voto per Clementem XI. ſpecialiter approbato, cui pariter noviſſima Conſti-
66 tutio in eodem §. 9. derogavit, in quibus terminis etiam Conſtitutio poſterior, quæ ſit declaratoria præcedentis habetur pro nova diſpoſitione, Geminian. *in Can ex antiquis n. 3. verſ. Fallit iſtud diſtin. 54.* Felin. *in d. cap. Quoniam n. 6. de Conſtit.* cum aliis apud Cyriac. *contr. 210. n. 31.* Rot. *dec. 158. n. 5. p. 2. diverſ.*

Per contrarium vero videtur hujuſmodi Conſtitutio-
67 nem potius explicaſſe, ſeu declaraſſe mentem, & verba Conſtitutionis Pauli IV. quæ Decanatum deferri voluit etiam Cardinalibus, qui eſſent abſentes non ex voluntate ſua, ſed ex publica cauſa, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinati, ut legitur in §. 4. modernæ Conſtitutionis ibi: *Quia ſi juxta Paulinam Conſtitutionem a Decanatu non repellitur Epiſcopus Cardinalis antiquior ex cauſa publica abſens; & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatus, ob eandem quoque rationem repelli non debere videtur Epiſcopus Cardinalis antiquior, qui apud priorem Eccleſiam reſidet; is enim vere a Romana Curia abeſſe dicitur ex cauſa publica, publicam ſcilicet particularis Eccleſiæ cui præeſt utilitatem, in qua publicum quoque univerſalis Eccleſiæ commodum continetur, reſpiciente:* per quæ verba Conſtitutio Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ in eorum Eccleſiis eſſe illos ab-
68 ſentes ex cauſa publica, quibus juxta Conſtitutionem Paulinam competit Decanatus, & inſuper in eodem §. 4. Conſtitutio proſequitur dicendum, quod Cardinalis abſens ex cauſa ſupradictæ reſidentiæ dicitur extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatus ibi: *Præterea negari non poteſt quin ipſe extra Curiam per Romanum Pontificem fuerit deſtinatus, dum idem Romanus Pontifex non modo illi priori Eccleſiæ regimen deſtinavit, sed etiam, ut commiſſam ſibi Paſtoralis ſolicitudinis partem cumulatius expleret eum ad jugiter reſidendum apud Eccleſiam ſibi deſtinatam ſub graviſſimis in præinſerta potiſſimum Urbani Prædeceſſoris Conſtitutione ſancitis pœnis compulit, & obſtrinxit:* Dum Conſtitutio Paulina Decanatum deferri voluit Cardinalibus abſentibus ex cauſa pu-
69 blica, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatis; moderna autem Conſtitutio declaravit id verificari in Cardinalibus abſentibus ex cauſa reſidentiæ in ſuis Epiſcopatibus, hæc propterea cenſetur mere declaratoria mentis, & verborum Paulinæ Conſtitutionis, non autem nova lex illi contraria, dum quidquid continetur ſub expreſſa ratione
70 legis antiquæ dicitur in ea diſpoſitum, & comprehenſum *l. Quæſitum ſcia, ff. de Teſtibus* cum aliis apud Barboſ. *axiom. 89. num. 13.* Jovius *de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ. 7. §. 4. num. 66. & gloſſ. 12. num 33.* Honded. *conſ. 4. num. 26. lib. 1.* Pacion. *de locat. capit. 41. num. 5. & 6.*

Et quando Conſtitutio reſpicit in ſubſtantia decla-
71 rationem, & explicationem legis antiquæ, tunc non dicitur nova diſpoſitio præter aut contra primam, non obſtante, quod utatur verbo *ſtatuimus, ſancimus*, & aliis aptis ad componendam legem novam, quia in cunctis non tenor verborum attenditur, ſed ſub- 72
ſtantia mentis, & rationis, ut firmat Gloſſ. *in Clem. unica in verb. Cenſemus de conceſſ. præben.* Felin. *in cap. Quoniam num. 2. in fin. de Conſtitut.* Geminian. *conſil. 72. n. 1. verſ Contrarium*, Cyriac. *d. controv. 210. n. 10.* quod comprobat diſpoſitiva Conſtitutionis, in qua adhibetur verbum *declaramus* pro inſimul parificandis, & comprehendendis Cardinalibus ex cauſa publica, ſeu ex cauſa reſidentiæ abſentibus extra Curiam, ut in §. 5. ibi: *Quin etiam volumus, & declaramus ipſum Decanatum ad præd. Epiſcopum Cardinalem antiquiorem abſentem, & apud priorem Eccleſiam, ut præfertur, actu reſidentem ipſo Jure devenire debere, eo prorſus modo, quo in Paulina Conſtitutione ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, aut ex cauſa publica abſentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum devenire debere decernitur, ita quod inter eos nullum amplius diſcrimen, ſeu differentia conſtituatur:* Ego reflectendo ad declarationem Conſtitutionis Paulinæ præcedenter jam factam, mediante ſupradicto voto Congregationis particularis, approbato per Summum Pontificem Clem. XI. una cum ejus effectu ſubſecuto, dice-
rem hanc fuiſſe Conſtitutionem novam, in qua video 73
derogatum extitiſſe eidem Paulinæ, & voto per Summum Pontificem approbato, motus ex auctoritatibus ſupra relatis *num. 64. 65. & 66.* ſed quia hujuſmodi voto declaratorio, quod abſentia ex cauſa reſidentiæ non eſſet abſentia ex cauſa publica, neque ex deſtinatione Cardinalis extra Curiam per Romanum Pontificem facta, directe contrariatur hæc alia declaratio modernæ Conſtitutionis, quod nempe idem ſit abeſſe ex cauſa reſidentiæ, ac ex cauſa publica, & idem ſit eſſe deſtinatus extra Curiam per Romanum Pontificem, ac eſſe per eum deſtinatus ad regimen Eccleſiæ extra Curiam, facta utriuſque parificatione ſine ullo diſcrimine, aut differentia, ut le-
gitur §. 4. & 5. concludendum videtur Conſtitutio- 74
nem eſſe ſimul tam declaratoriam antiqui, quam enunciatiam Juris novi, juxta rationes in ea expreſſas, quæ partim declarationem, partim vero antiquæ Conſtitutionis reformationem deſignant, ut inferius ſermo erit.

Quærendum eſt ſecundo, an Conſtitutio fuerit juſtiſſime edita ex legitimis rationibus, & cauſis, & nul-
la in hoc intrare poteſt umbra dubitandi, non ſolum 75
quia Summus Pontifex eam feciſſe aſſeruit: *Præfatis, aliiſque juſtis, & rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus adducti:* ut legere eſt §. 5. cui
aſſertioni factæ Motu proprio per Legiſlatorem ple- 76
niſſima fides, veneratio, & obſequium adhibetur *cap. Si Motu proprio de præben. in 6. cap. Si Papa de privileg in 6.* ſed etiam quia in Supremo Principe Le-
gem, aut Conſtitutionem aliquam concedente ſem- 77
per juſta, & rationabilis cauſa præſumitur, etiam non expreſſa, Soccinus *jun. conſ. 140. num. 38. lib. 2.* Vaſquius *contrav. illuſtr. lib. 1. cap. 25. num. 17.* Gratian. *diſcept. 845. num. 38.* & in terminis Papæ *diſcept. 959. n. 4. & 5.* Jovius *de ſolemnit. in contrac. minor. gloſſ. 8. §. 6 num. 49.*

Recurrendo autem cauſas, ſeu rationes, quas Conſtitutio expreſſit, ego non reperio juſtificationem, & rationabilitatem illius, quod Cardinalis abſens ex cauſa reſidentiæ apud ſuam Eccleſiam extra Curiam dicatur abſens ex cauſa publica, non autem ex voluntate ſua, dum ſatis id probavi ſupra *n. 20. & ſeqq.* & habetur infra *diſceptat. 55. n. 37* altera vero ratio, quod
dicatur extra Curiam per Romanum Pontificem de- 78
ſtinatus ille Cardinalis per Summum Pontificem præconizzatus in Conſiſtorio ad regimen Eccleſiæ Cathedralis extra Curiam, ſatis ex ſe ipſa manifeſtatur, quia Papa eſt ille, qui regimen Eccleſiæ Extra Curiam Cardinali præconizzato deſtinavit ad cumulatius explendam partem Paſtoralis ſolicitudinis univerſaliter commiſſæ Summo Paſtori, ſeu Pontifici, ut bene advertit Conſtitutio §. 4. juxta Textus expreſſos *in Can. Multum ſuper 3. q. 6.* & aliis ſupra relatis *n. 23.*

neque

neque idcirco locum habet illa reſtrictiva interpretatio, quod Cardinalis per Papam deſtinatus extra Curiam intelligatur de illo, cui Summus Pontifex commiſerit aliquod particulare negotium, cum verba Conſtitutionis: *Et extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum*; ſint generalia, & verificentur etiam in Cardinali deſtinato ad regimen Eccleſiæ
79 Epiſcopalis, ex regula *Indefinita* in legibus appoſitæ, de qua *Gloſſ. in cap. Circa in verb. Aliorum de elect. in 6.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 21. n. 5.* Mantic. *de conject. lib 3. cap. 4. n. 12.* Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. p. 9. n. 24.* Antonin. *var. reſ. lib. 3. reſ. 29. num. 9.* cum aliis apud Me *diſcept. Eccleſ. 16. n. 40.*

Præter has rationes, quæ ut dixi, faciunt Conſtitutionem antiqui Juris declaratoriam expreſſa legitur altera, quæ eam facit novi Juris editoriam, illa ſcilicet deducta ex ſaluberrimo Concilii Lateranenſis monito in *cap. 2. de conſſ. præben.* quia ſcilicet ob præ-
80 ſentiam in Curia volitam in Conſtitutione Paulina reſpectu illius Cardinalis Epiſcopi antiquioris, cui Decanatus ſpectabat, maximum contigebat abſurdum, quod ille Cardinalis ſtatim ac audiebat Decanum grandi, ac periculoſo morbo laborantem ſe transferebat ad Urbem, & locum Ægrotantis veluti inhians alienæ mortis, ut morienti ſuccederet in Decanatu, quod & legibus Gentilium reperitur inhibitum, ut in allegato *cap. 2.* ibi: *Ne deſiderare mortem proximi videatur, in cujus locum, & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum, cum enim in ipſis etiam legibus Gentilium inveniatur inhibitum turpe eſt, & Divini plenum animadverſione Judicii, ſi locum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipſi etiam Gentiles condemnare currarunt*: ad hoc accedit notabilis locus Taciti *lib. 2. Annal.* refe-
81 rentis, quod celeberrimus ille Germanicus morti proximus poſtquam agnovit Piſonem ſibi in Provinciæ gubernio ſuccedere anhelantem circumire Provinciam, ſuamque mortem expectare per frequentem acceſſum Exploratorum ad domum Morientis alte exclamavit ibi: *Si limen obſideretur*: & infra ibi: *Feſtinare, & urgere ut Provinciam, ut Legionem ſolus habeat*: & profecto non leve abſurdum videbatur tempore obitus Cardinalis Decani ex gravi morbo imminentis videre ad Urbem currere ex improviſo Cardinalem illum antiquiorem in Decanatu ſucceſſurum, relinquendo reſidentiam Epiſcopatus, vel Archiepiſcopatus, cui præſidebat omnibus palam agnoſcentibus, & notantibus hujuſmodi improviſum acceſſum ad Urbem temporibus, quandoque incongruis una cum incongrua deſertione reſidentiæ Epiſcopalis, ſolum intendere ad expectationem mortis Decani æ-
82 grotantis, & quaſi ad numeranda momenta deficientis, ut de Domitiano avido mortis Julii Agricolæ refert Tacitus *in vita Agricol. circa finem* ibi: *Supremo quidem die momenta deficientis per diſpoſitos Curſores nunciata conſtabat, nullo credente ſic accelerari, quæ triſtis audires*: hæc igitur juſtiſſima cauſa fuit faciendi Conſtitutionem in hac parte Editoriam novi Juris, tollendo ſcilicet quidquid tendit contra ho-
83 neſtatem Eccleſiaſticam, & bonos mores, *ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cujus locum, ſeu officium ſe crediderit ſucceſſurum*: juxta allegatam rationem Concilii Lateranenſis, in quo concordant alii *Textus in cap. deteſtanda, & in cap. Ne captanda de conceſſ. præben. in 6. & in l. final. C. de pactis.*

Quærendum eſt tertio de Juſtitia, & ſubſiſtentia Conſtitutionis ſuper diſpoſitis in §. 6. ubi decrevit prælationem in Decanatu deberi Cardinali antiquiori in
84 Epiſcopatu ſuburbicario, licet juniori in Cardinalatu reſpective ad Cardinalem juniorem in Epiſcopatu, ſed antiquiorem in Cardinalatu; & in hoc puncto exponam rationes, quas ego una cum aliis Mecum adhibitis Conſultoribus conſideravi in contingentia caſus inter cla. mem. Cardinalem Tanarium, & Eminentiſſimum Judice, ut ſupra relatum fuit *n. 10. & 11.* Etenim pro ſententia, quod Decanatus ſpectaret ad Cardinalem antiquiorem in Cardinalatu, non
85 autem Epiſcopatu ſuburbicario, & ſic ratione antianitatis naturalis, non autem civilis, conſpirare videbantur verba Conſtitutionis Paulinæ ibi: *Decanatus hujuſmodi, &c. non niſi ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, &c. devenire poſſit*; quæ verba qualitatem antiquioritatis connectunt reſpectu Cardinalatus, quia non dixerunt: *Ad Cardinalem Epiſcopum antiquiorem*: ſed ordine inverſo; *ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem*: ita ut antiquioritas ſtet qualificative ad Cardinalatum, non autem Epiſcopatum, Rot. *cor. Celſ. dec. 232. num. 11. & cor. Emer. jun. dec. 535 n. 10* cum aliis *in Cremonen.* 86
Beneficii 9. Martii 1714. §. Abſque eo quod cor. b. m. Lancetta, præſertim quia verbum ſubſtantivum videtur eſſe illud *Cardinalem*, ſed verbum *Epiſcopum* videtur ejus adjectivum, & ſic antiquioritas referenda eſt ad verbum ſubſtantivum veluti principale, ſcilicet Cardinalatum.

Hoc aſſumptum confovere viſa ſunt alia verba ipſius Conſtitutionis Paulinæ, ubi Papa refert ſe obti-
nuiſſe Decanatum ob continuam in Urbe reſidentiam; 87
ante alios Cardinales Nobis in Cardinalatu antiquiores: quæ verba ſine ope ullius interpretationis præſeferunt antiquioritatem in Cardinalatu, & hoc ipſum deſignant alia ſubſequentia verba ubi Summus Pontifex diſpoſuit, *quod Epiſcopus Cardinalis antiquior &c. poſtquam Decanatus hujuſmodi ad eum devenerit omnes alios Cardinales etiam antiquiores ſemper in quibuſvis ſeſſionibus, & actibus publicis præcedat*: 88
quæ verba referunt antiquioritatem ad ſolum Cardinalatum, exprimendo *Cardinales antiquiores*, ſine adjectione *Epiſcopos*, & verbis famulatur ipſa etiam diſpoſitio Juris, juxta quam cum agatur de Decanatu Sacri Collegii Cardinalium, antianitas ad illum aſſequendum ſemper intelligitur de illa naturali, ſcili-
cet ratione prioris admiſſionis ad Collegium, & ſic 89
ratione primis promotionis ad Cardinalatum ad *Text. in l. 1. ff. de albo ſcriben. Gloſſ. in cap. final. in verb. antiquior. de Conſuetud. in 6.* ibique Geminian. *n. 11.* Card. de Luc. *de Canonic. diſc. 15. n. 3.* Gonzal. *de regul. 8. Cancell. §. 3. proœmial. n. 22.* Barboſ. *de Canonic. cap. 30. n. 9. & ſeqq.* Moneta *de option. cap. 4. q. 1. num. 15. & ſeqq.*

Aſſiſtebat etiam auctoritas Monet. *de option. cap.
7. n. 36. & 37.* dicentis, quod in Sacro Cardinalium 90
Collegio Jus præcedentiæ: *Non datur ratione alicujus ſervitii in aliquo Ordine Eccleſiaſtico præſtiti, ſed generalis obſequii que Romana, & univerſali Eccleſia, cujus ſunt Cardinales diutius in hujuſmodi Dignitate præſtant, propterea inter eos attenditur ſimpliciter antiquitas promotionis*: nec non Cohellius *in notitia Cardinalatus cap. 10. pag. 26. lit. A.* quibus accedebat obvia ratio, quod agitur de Decanatu Collegii Cardinalium in genere *Cardinalium*, non autem Collegii Cardinalium, uti *Epiſcoporum*, ideoque antiquior in Cardinalatu, non antiquior in Epiſcopatu eſſe deberet Decanus.

His tamen non obſtantibus Ego contrarium cenſui 92
in eundem ſenſum convenientibus etiam aliis Advocatis ſimul congregatis in congreſſu deſuper habito in Palatio Eminentiſſimi Judice ſub die 7. Febr. 1721. quoniam advertebam, quod licet verba Conſtitutionis Paulinæ, juxta intelligentiam forte magis naturalem præſeferre videtentur antiquioritatem in Cardinalatu, illa tamen non erant talia, ut prohiberent diverſam interpretationem, ſed capaciſſima erant importandi antiquioritatem in Epiſcopatu, ſcilicet in-
telligendo io ſenſu compoſito ea verba: *Ad Epiſco-* 92
pum Cardinalem antiquiorem: ita ut antiquioritas ad Epiſcopum Cardinalem referri poſſet in ſenſu compoſito, non autem ad ſolum Cardinalem in ſenſu diviſo, & accedebant Doctores, qui pro majori parte in hoc puncto antiquioritatem reſpectu Epiſcopatus, non autem Cardinalatus aſſerebant, ſignanter Pax Jord. *tom. 1. lucubr. lib. 5. tit. 1. n. 3.* ubi allegat Cæremoniale Romanum ſub Leone X. *lib. 1. ſect. 2. cap. 3.* nec non etiam Azor. *Inſtit. moral. tom. 2. libr. 4. cap. 1. q. 6. verſ. In quibus*, ultra alios Doctores, qui tunc reperti fuerunt.

Quo ſtante erat locus judicandi, juxta obſervantiam
ſubſecutam poſt Conſtitutionem Paulinam, quæſitis 93
autem caſibus reperta fuerunt quattuor exempla in præciſis terminis duorum Cardinalium Epiſco-

porum, quorum prior, ſeu antiquior in Epiſcopatu
licet junior in Cardinalatu obtinuit Decanatum ad
excluſionem Cardinalis antiquioris in Cardinalatu,
ſed junioris in Epiſcopatu; ut ſignanter erat exem-
plum Cardinalis Rodulphi Pii Carpenſis, qui factus
eſt Decanus ad excluſionem Cardinalis Piſani, licet
ambo fuiſſent præſentes in Curia de tempore obitus
Decani: unde propter hanc obſervantiam ego cenſui
vanum eſſe quærere diverſam, ſeu contrariam intelli-
gentiam Conſtitutionis Paulinæ ex ſignificatu, & im-
portantia verborum, quæ non reſiſtebant huic obſer-
vantiæ, ſed illi poterant famulari, & adaptari, maxi-
me cum agatur de obſervantia adeo qualificata in pu-
blico Conſiſtorio, præſente, & approbante Papa cum
univerſo Cardinalium ibi aſſiſtentium Collegio, ubi
enim concurrit obſervantia, ſilere debent omnes aliæ
interpretationes ex tenore verborum deſumptæ, cum
94 nulla melior interpres Conſtitutionum Apoſtolica-
rum, aut alterius cujuſcunque diſpoſitionis dari poſ-
ſit, quam ipſa obſervantia, etiamſi intellectus datus
ab obſervantia eſſet contra veriorem Juris intelle-
ctum, Rot. cor. *Ubago dec.89. n.13. & cor.* Dunoz. *jun.*
decis. 966. n. 17. & coram Cerr. dec 723. n. 4. & cor.
Emer. *jun. dec. 24. n. 8. & 9. & dec. 242. n. 11. & 12.*
95 ubi ampliat etiamſi intellectus datus ab obſervantia
eſſet malus, vel de Jure non tenendus, in quaam-
pliatione concordat Rot. *dec 608. n. 6. par. 2. recen. &*
dec. 393. n. 14. cor. Card. Caprara; Ex quibus patet
modernam Conſtitutionem Summi Pontificis regnan-
tis eſſe juſtiſſimam, & in hac parte declaratoriam
Conſtitutionis Paulinæ.

Quærendum eſt quarto ſuper diſpoſitis in eadem
moderna Conſtitutione §. 7. & juſtiſſimum eſt quid-
quid in prima parte continetur, quod nempe Cardi-
96 nalis Decanus ſpeciale jus fovere videatur ad Epiſ-
copatum Hoſtien. Velitern. Eccleſiarum *ſive ex præ-
ſumpta earum cum Decanatu unione, ſive alio titu-
lo*, dum hæc unio ſatis probata fuit ſuperius *n. 52. &
ſeqq.* & pariter juſtiſſimum eſt quidquid in ſecunda
parte continetur, in qua, ſcilicet reſervatur Cardi-
nali effecto Decano Jus optandi Epiſcopatum Ho-
ſtien. & Velitern. caſu quo ille a Romana Curia ab-
ſens ex cauſa reſidentiæ apud ſuam Eccleſiam celeri-
tes accedere ad Urbem, & primo in Conſiſtorio, in
quo ſupradictum Epiſcopatum optare deberet, inte-
reſſe nequeat, una cum ſubalterna diſpoſitione,
quod memoratus Cardinalis Decanus abſens, quanto
citius poterit, ad Urbem ſe conferre, & in Conſiſto-
rio, ut moris eſt, pro optione hujuſmodi Epiſcopatus
Summo Pontifici ſupplicare teneatur, data illi facul-
tate optandi per Procuratorem in caſu impedimenti
per infirmitatem, vel aliam juſtam, & gravem cau-
ſam a Romano Pontifice approbandam, ob quam
accedere ad Romanam Curiam non poſſit, nihil
enim imputari valet impedito, ne faciat, & adim-
97 pleat, quod facere, & adimplere tenetur, juxta *Text.
in cap. unic. de Cleric. non reſidentib.* Rot. *in Melevi-
tana Bajulivatus Loræ* 13. *Januar.* 1721. §. *Et ſi*, *juxta
ſenſum cor. bo. mem. Foſcaro*, & in hac parte Conſti-
tutio concordat cum diſpoſitione Juris, juxta quam
abſens optare poteſt per Procuratorem, qui habeat
ſpeciale mandatum, juxta *Text. in cap. final. de con-
ſuetud. in* 6. ibique *Gloſſ. in verb. Per alios*, Gonzal.
ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 34. n. 123. Movet. *de option.
cap. 4. q. 3. n. 31.* Gavant. *in Manual. in verb. Canon.
cor. optio num. 2. & 3. apud* Me *de controv. Patron. al-
leg. 26. num. 12.*

Et quia non omne impedimentum excuſat, aut
eſt ſufficiens, prudentiſſime Summus Pontifex voluit
98 cauſam eſſe ab ipſo approbandam ibi: *Si notoria æ-
gritudine fuerit impeditus, vel ob aliam juſtam, &
gravem cauſam a Romano Pontifice pro tempore exi-
ſtente approbandam*: nam juſtum eſt reſervare judi-
cio Superioris cognitionem cauſæ circa ejus juſti-
tiam, & ſubſiſtentiam habilem ad excuſandum, dum
alias impedimentum, quod ſit affectatum, & de faci-
li removibile, non ſuffragatur *l. Sed & ſi §. 2. ff. ex qui-
bus cauſ. major.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 118. *num.* 6. 7.
Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 39. n. 126. & ſeqq. & lib.
3. q. 23. n. 31.* Rot. *dec. 492. n. 5. par. 9. rec. & dec. 43.
num. 3. cor. Nunez. & dec. 260. num. 15. cor. Card. Ca-
prara.*

Quærendum eſt quinto, an hæc moderna Con-
ſtitutio extendatur ad alios caſus, in quibus militat
eadem ratio ipſius Conſtitutionis, ubi enim ratio le- 99
gis applicatur fieri ſolet extenſio, quæ proprie exten-
ſio non dicitur, ſed potius comprehenſio alterius ca-
ſus in lege non expreſſi, ſed ſub ejus ratione, in eadem
lege virtualiter incluſi *l. His ſolis verſ. Satis etiam C.
de revocan. donat* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœ-
mial. n. 105.* cum aliis apud Barboſ. *axiom. 197. n. 7.*
Alexand. *conſ. 36 numer. 11. in fin. cum ſeqq lib. 6.* ubi
quod ſicut genus continet omnem ſpeciem, ita gene-
ralis ratio continet omnem caſum, Altograd. *conſ. 86.
n. 32. lib. 1.* Decian. *conſ. 3. n. 61. lib. 1.* Rot. *cor. Celſ.
dec. 125. n. 15 & cor. Royas dec. 359. n. 19. & coram
Dunoz. jun. dec. 198. num. 4. & in rec. dec. 339. n. 16.
part. 5. & dec. 727. n. 10. par. 18* Reſolutio iſta pendet
ab inſpectione, an Conſtitutio ſit correctoria Juris,
ſeu odioſa, vel favorabilis; nam primo caſu non ad-
mittitur extenſio etiam ab identitate, ſeu majoritate 100
rationis, Rot. *cor. Emer. jun. decis. 795. n. 15. & decis.
769. n. 22.* item Conſtitutio, quando apparet juxta
mentem Statuentis reſtricta ad caſum particularem,
nunquam extenditur in univerſum, quia limitata
diſpoſitio limitatum patit effectum, Rocca *diſput. Jur.
cap. 25. num. 22. 25. & 26.* Anchatan. *conſ. 118. n. 4.*
cum aliis apud Rot. Me *ſcribente in Dertuſen. juriſ-
dict. ſuper gravibus 4. Martii* 1717. §. *Abſque eo quod
in fin. cor. bo. mem. Pio.* Ego in hac quæſtione nihil
reſolvendum cenſeo, ſed ſolum adverto, quod reſi-
dentia Cardinalium extra Urbem in ſuis Epiſcopa-
tibus poſt hanc Conſtitutionem non poterit reputa-
ri cauſa voluntaria, & privata, nempe ut illorum
abſentia ab Urbe ſit principaliter ordinata ad commo-
dum, & utilitatem privatam ipſius reſidentis, & abſen-
tis, ut male viſum fuit Card. de Luc. *de benef. diſc. 145.
ſub n. 3.* dicenti, quod illa fiat, ut mediante reſiden-
tia pingues percipiantur reditus, itaut cenſeatur prin-
cipaliter ordinata ad commodum, & utilitatem ab-
ſentis, quod infra reprobavi *diſc. ept. 55. num. 37.* ſed
dicenda, & reputanda eſt cauſa publica, quemadmo-
dum declaravit Conſtitutio §. 4 cumque in hac parte
ipſa ſit declaratoria, inde ſequitur, ut hæc reſiden-
tia reputari non poſſit cauſa publica pro uno caſu,
non autem pro alio; nam res declarata ſemper eſt ea- 101
dem, & ſuam declarationem retinet in omni caſu
*cap. Ex multa de vot. & vot. redempt. Deciſio Sici-
lia apud* Card. de Luc. *de feud. num. 286. verſ. Tamen*
etiamſi declaratio emanaverit in contingentia caſus
particularis, Rot. Me ſcribente, in *Mutinen. præ-
tenſæ obſervationis Conſtitutionis* 12. *Januar* 1705.
§. *Adſtipulabantur*, & 1. *Martii* 1705. §. *Eoque for-
tius cor. Anſaldo*, & allegata *Deciſio Sicilia ubi ſu-
pra ex n. 283. cum ſeq. juncto n* 286.

GREGORIUS PAPA XVI.

Ad perpetuam rei memoriam.

SI de reſtituendis, & conſervandis juribus Eccle- 103
ſiarum cæterorum Epiſcoporum magna Nobis cu-
ra animo inſidet: quanto majori ſtudio eam Nos
ſolicitudinem ſuſtinere oportet, ut eorum Eccle-
ſiarum, quæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
nalium propriæ ſunt jura, ablata reſtituantur, ac re-
ſtituta conſerventur.

Cum itaque fel. rec. Sixtus Papa V. Prædeceſſor
ab Eccleſiis *Oſtien. & Velitern.* Cardinalis Farneſii
nuncupati apud Sedem Apoſtolicam defuncti, Paſto-
ris ſolatio deſtitutis, *Gubernium, & omnimodam ju-
riſdictionem temporalem Civitatum Oſtien. & Veli-
tern* ad hoc ut perſonis idoneis, & benemeritis per
eundem Prædeceſſorem, ſeu Succeſſores ſuos Roma-
nos Pontifices Motu proprio, & certa ſua ſcientia de
Apoſtolicæ, poteſtatis plenitudine *diſmembravit*, &
ſeparaverit, ac unione diſſolverit.

Ac gubernium, & juriſdictionem hujuſmodi ex
tunc perpetuo diſmembratum, & ſeparatum *Cameræ
Apoſtolicæ incorporaverit*, & applicaverit, prout in
literis

litteris dicti Prædeceſſoris deſuper confectis plenius continetur.

Nos attente proſpicientes, Cardinales ipſos Romani Pontificis in dirigenda Eccleſia Catholica cui præeſt, Conſiliarios, & Conductores exiſtere, & in partem Apoſtolicæ ſolicitudinis ab Altiſſimo vocatos fuiſſe, ac ipſam Eccleſiam Romanam cujus honorabilia membra exiſtunt ſuorum honorari plenius magnitudine meritorum,

Nec alicui dignius, quam Epiſcopo Oſtien. *ipſius Sacri Collegii Decano* pro tempore exiſtenti, hujuſmodi *Gubernium*, & juriſdictionem *temporalem committi poſſe*,

Quod, & ipſemet Sixtus Prædeceſſor noſter poſt diſmembrationem factam perſpexit, cum ſtatim omnimodam juriſdictionem adminiſtrationem, & gubernium ipſum temporale prædictæ Civitatis Velitern. bo. mem. Joanni Antonio Epiſcopo Oſtien. & Veliternen. Cardinalis Gregorii ſub certis modo, & forma tunc expreſſis commiſerit.

Ac denique ex conceſſione guberni hujuſmodi Civitatis, & Diœceſis Oſtien. & Velitern. magnam utilitatem omnino percepturos eſſe ſentientes.

Dict. litterarum tenores præſentibus pro expreſſis Motu proprio habentes ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine *diſmembrationem*, reparationem, diſſolutionem, incorporationem, & applicationem, nec non litteras prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo revocamus, caſſamus, & annullamus, & irritamus, & revocata, caſſata, irrita, nulliuſque roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, nulliuſque protſus ſuffragari poſſe, ſeu debere decernimus.

Ejuſque Eccleſiis Oſtien. & Velitern. Gubernium, & omnimodam Juriſdictionem temporalem Civitatum Oſtien. & Velitern. prædictarum cum omnibus, & ſingulis Arcibus, Fortalitiis, Palatiis, Hortis, omnibuſque aliis Juribus pertinentiis, adjacentiis, & annexis quibuſcumque, prout Epiſcopi Oſtien. & Velitern. ante diſmembrationem, & unionem dicti Sixti Prædeceſſoris gaudere, frui, & poſſidere ſolebant, ac in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus,

Itaut nunc, & pro tempore exiſtens, *Decanus*, *& Epiſcopus Oſtien. & Velitern. Gubernium & omnimodam Juriſdictionem dictarum Civitatum* cum omnibus ſuis priſtinis honoribus, omnibus privilegiis, & facultatibus, in omnibus, & per omnia gerere, & exercere poſſit, & debeat, perinde, ac ſi illa ab eiſdem Eccleſiis diſmembrata, & ſeparata, ac dictæ Cameræ incorporata, & applicata nunquam fuiſſent,

Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ S. R. E. Camerario, ac dictæ Cameræ Clericis Præſidentibus, & quibuſvis aliis ad quos pertinet, ne deinceps in gubernio, & adminiſtratione hujuſmodi quoquomodo intromittere ſudeant, ſeu præſumant, ſed gubernium, & omnia alia prædicta *eiſdem Decano, & Epiſcopo Oſtien. & Velitern.* pro tempore libere, prout ante diſmembrationem prædictam dimittant, & relaxent.

Ita quod liceat *eidem Decano, & Epiſcopo Oſtien. & Velitern.* moderno, & prædicti gubernii, & juriſdictionis temporalis, ac aliarum præmiſſarum *poſſeſſionem propria auctoritate*, & vigore præſentium, per ſe, vel alium, ſeu alios apprehendere, & retinere,

Ac gubernium, & juriſdictionem hujuſmodi per ſe, vel alium, vel alios regere, adminiſtrare, & gubernare,

Non obſtan. præmiſſis, & quatenus opus ſit noſtra de tollendo jure quæſito, aliiſque Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non fel. rec. Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri de regiſtran. infra certum tempus in ipſa Camera Apoſtolica quibusvis gratiis illius intereſſe quomodolibet concernen.

Iraque præſentes litteræ etiamſi infra tempus prædictum, aut etiam nunquam ipſa Camera regiſtratæ fuerint, nihilominus perpetuo valeant, nec illis nunquam opponi poſſit.

Quibus omnibus earum tenores præſentibus pro expreſſis haberi hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 23. Martii 1591. Pontificatus Noſtri Anno I.

SABINEN. JURIS CONFERENDI

ARGUMENTUM.

S. R. E. Cardinales abſentes ex cauſa Reſidentiæ in ſuis Archiepiſcopatibus, vel Epiſcopatibus juxta Conſtitutionem ſanct. memor. Urbani VIII. an habeant jus conferendi beneficia tempore abſentiæ vacata in aliquo ex Epiſcopatibus Suburbicariis, quem obtinent ratione optionis ob explicationem *Regulæ Septimæ, hodie Octavæ Cancellariæ*.

S U M M A R I U M.

1 *Sex Epiſcopatus Romanæ Curiæ circumadjacentes ſunt annexi S. R. E. Cardinalibus.*
2 *Non obligant ad reſidentiam, nec ſunt incompatibiles cum altero Epiſcopatu reſidentiali.*
3 *Cardinales ſunt obligati ad reſidendum in Urbe.*
4 *Regula 7. hodie 8. Cancellariæ reſervavit beneficia ſpectantia ad Cardinales ratione ſex Epiſcopatuum, ac Titulorum, quamdiu fuerint abſentes a Curia.*
5 *Conſtitutio Urbani VIII. Cardinales, licet reſidentes in Urbe in ſuis Titulis, & habentes Epiſcopatus ſuburbicarios obligat ad reſidendum extra Urbem in aliis Epiſcopatibus, quos habent*, & num. 7.
6 *Refertur diſpoſitio Regulæ 7. hodie 8. Cancellariæ, & an comprehendat Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ Epiſcopalis extra Urbem* & n. 13. & 14.
8 *Olim opinio erat, quod Cardinales excuſarentur a reſidentia extra Urbem in ſuis Eccleſiis tamquam obligati ad reſidendum in Urbe.*
9 *Regula 7. hodie 8. Cancellariæ non comprehendit Cardinales abſentes de licentia Papæ.*
10 *Hæc licentia dicitur quando Papa promovet Cardinales ad Epiſcopatum extra Urbem.*
11 *Excluſio Epiſcopi a Jure conferendi dicitur pœna.*
12 *Pœnam non meretur, qui adimplet præceptum legis.*
14 *Cardinalibus abſentibus concedi ſolet indultum conferendi beneficia eis ratione ſuarum Eccleſiarum ſpectantia non obſtante abſentia.*
15 *Opinio* Card. de Luca, *quod Regula 7. hodie 8. Cancellariæ comprehendat Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ in Epiſcopatibus extra Urbem.*
16 *Hæc opinio revocatur in dubium, & reprobatur.*
17 *Papa uti Epiſcopus Urbis habet unicum Vicarium.*
18 *Sex Epiſcopatus ſuburbicarii ſunt vere, & proprie Cathedrales cum ſuis veris Epiſcopis, ubi Cardinales ſuos tenent Vicarios.*
19 *Epiſcopi uti vocati in partem ſolicitudinis Paſtoralis recognoſcunt ſuam Juriſdictionem ab ipſo Summo Pontifice, qui potuit ſibi plura reſervare in omnibus Epiſcopatibus.*
20 *Repugnat in Jure, quod aliquis ſit Epiſcopus, nec habeat uniformem Juriſdictionem Epiſcopalem.*

21 *Papæ, quas repræſentantias faciat.*

22 *Reſervatio dicitur avocatio ad ſe facta per Papam de proviſione Beneficiorum.*

23 *Reſervationes reputantur odioſæ.*

24 *Juriſdictio Vicarii Papæ quo uſque extendatur*, & num. 25. 26. & 27.

28 *Regula prædicta Cancellariæ emanavit in pœnam abſentiæ Cardinalium.*

29 *Ad reſidentiam tenetur Epiſcopus Vicarius, & Suffraganeus Epiſcopus Titularis in partibus infidelium.*

30 *Cardinales reſidendo in Urbe cenſentur reſidere in Epiſcopatibus ſuburbicariis.*

31 *Iſti Epiſcopatus ſunt annexi Cardinalatibus, & recipiunt reſidentiam in Urbe.*

32 *De duplici modo annexionis in genere, & in ſpecie.*

33 *Sa. mem. Alexander VII. delere fecit verba Regulæ 7. hodie 8. Cancellariæ. excipientia Cardinales abſentes ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & cum licentia Papæ, vel ob reſidentiam apud eorum Eccleſias, & infra num. 42. & 43.*

34 *Deletio verborum ab aliqua diſpoſitione reponit rem ad terminos Juris.*

35 *Aliquando quæ adduntur in legibus cauſam præbent novis interpretationibus aliiſque conſequentiis evitandis.*

36 *Obſervantia, & conſuetudo eſt fideliſſima legum interpres.*

37 *Abſentia ex cauſa reſidentiæ in Epiſcopatibus extra Urbem non eſt principaliter ordinata ad privatam utilitatem abſentis, & reprobatur* Card. de Luca.

38 *An Regula 7. hodie 8. comprehendat abſentes ex cauſa reſidentiæ in Epiſcopatibus eſt caſus dubius dependens ex obſervantia.*

39 *An obſervantia aſſiſtat, vel reſiſtat Cardinalibus, ut ſupra abſentibus, & de nova proviſione per Datariam concedi ſolita proviſis per eoſdem.*

40 *Statur obſervantiæ etiam contra veriorem Juris intellectum.*

41 *Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ in Epiſcopatibus extra Urbem, an perdant Jus conferendi beneficia ſuorum Titulorum.*

DISCEPTATIO LV.

1 UT notum eſt omnibus annexi reperiuntur S.R.E. Cardinalibus ſex Epiſcopatus Romanæ Curiæ circumadjacentes, nempe *Hoſtien. Portuen. Sabinen. Albanen. Tuſculan. & Præneſtin.* ad quos aſcendere ſolent Cardinales in ordine priores per modum optionis introductæ ſub Pontificatu Alexandri V. & in quibus habent jus conferendi Beneficia vacantia, qui E-
2 piſcopatus non obligant ad reſidentiam, & ſunt compatibiles cum altero Epiſcopatu reſidentiali ſeu actualis reſidentiæ, ut *ex diſſertatione Card. Brancacii de option. ſex Epiſcopat. Cardinal.* & teſtatur Cardin. de Luc. *de Benef. diſc.* 145. *num.* 10. *verſ. & quarto Pax Jordan. tom.* 1. *lucubr. lib.* 5. *art.* 1. *num.* 5. Rot. *in Romana Juris tumulandi* 20. *Febru.* 1702. §. *idem cor. cl. me. Card. Priolo impreſſ. ſuperius apud me diſcept. Eccleſ.* 52. *in fine part.* 2.

Verum quia Cardinales obligati exiſtunt ad reſidendum in Urbe apud Summum Pontificem ratione ſuorum Titulorum, juxta *Text. in cap.* 2. *de Cleric.*
3 *non reſident.* ac etiam, ut aſſiſtant Papæ tanquam ejus Conſiliarii, & membra, juxta *Conſtit.* 55. *ſac. me. Sixti V.* hinc ad magis eos obſtringendos huic
4 reſidentiæ *in regul.* 7. *hodie* 8. *Cancell.* reſervata fuerunt Sedi Apoſtolicæ omnia beneficia ad eorum collationem ſpectantia ratione hujuſmodi ſex Epiſcopatuum, ac Titulorum, ſi ipſi a Romana Curia fuerint abſentes, quandiu abſentia hujuſmodi duraverit, non tamen intelliguntur abſentes, ſi eos morari contingat in hujuſmodi Epiſcopatibus intra diſtrictum Urbis exiſtentibus, ut reprobata opinione *Mandoſii* bene fundat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 35. *n.* 16. *& ſeqq.* Card. de Luc. *de benef. d. diſc.* 145. *ſub num.* 3.

Poſt hæc ſupervenit Conſtitutio 137. ſa. me. Urbani VIII. edita 12. Decembris 1634. in qua Cardina- 5
les qui priores in ordine habent hos Epiſcopatus prope Urbem, etiamſi in illis vel in Urbe in ſuis Titulis reſideant non excuſantur, ſed obligantur ad reſidendum in aliis Epiſcopatibus, quos habent, non Cardinalitiis, ſeu Cardinalatibus non annexis, ut legitur in *eadem Conſtit.* 137. §. 17. *impreſſ. apud* Pax. Jordan. *tom.* 1. *lucubr. prælud.* 8. *n.* 37. & tradunt Fagnan. *in c. qualiter n.* 22. *& in c.* 2. *n.* 16. *&* 24. *de Cleric. non reſident. Card. Laurea in Epitome Canon. in verb. Cardinalis quoad reſidentiam in fine.*

Eminent. & Reverend. Card. Pignatellus, qui obtinet unum ex ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis, nempe Sabinen. juxta relatam Conſtitutionem Urbani continuam facit reſidentiam in ſuo Archiepiſcopatu Neapolis, cumque præceſſerit ad collationem Beneficii ſimplicis vacati in Diœceſi Sabinen. tempore quo ipſe reſidet in Archiepiſcopatu, dubitari contingit, an ejus collatio ſubſiſtat, vel potius proviſio de reſervato pertineat ad Datariam Apoſtolicam vigore memoratæ *reg.* 7. *hodie* 8. *Cancell.* reſervantis Beneficia ratione hujuſmodi Epiſcopatuum ſpectantia ad Cardinales a Romana Curia abſentes, & quandiu eorum abſentia duraverit.

Super hoc articulo Eminentiſſ. Cardinalis meum pro veritate Votum requiſivit; Unde Ego qui libentius ab hoc munere excuſari maluiſſem, ne tamen deficiam Eminentiſſimi Requirentis deſiderio, abſtinere non poſſum quominus meam qualemcunque ſententiam, ut infra, exponam ſub omnimoda tamen cenſura melioris, & ſapientiori judicii ipſius Datariæ Apoſtolicæ, cui Me ſubmittere omnino proteſtor, declaro.

Et quidem poſita diſpoſitione clara *Regula* 7. *hodie* 8. *Cancell.* juxta quam contra Cardinales a Ro- 6
mana Curia abſentes reſervantur Beneficia ad eorum collationem ſpectantia ratione ſuorum Epiſcopatuum, qui Cardinalatibus ſunt annexi, quæſtio reſtringitur ad applicationem, utrum nempe procedat in caſu quo Cardinales habent alium Epiſcopatum actualis reſidentiæ, ad quam obligati exiſtunt, etiamſi habeant Epiſcopatus Cardinalitios in diſtrictu Urbis, & Titulos in eadem, plura enim meo judicio urgentiſſima occurrunt ad concludendum, quod Regula de hoc caſu non loquatur.

Primo ſcilicet, quia ſupponit Regula Cardinales obligatos ad reſidendum in Romana Curia, conſiderando eos tranſgreſſores hujus reſidentiæ per abſentiam ibi, *quandiu abſentia hujuſmodi duraverit*; ergo non comprehendit niſi Cardinales huic Reſidentiæ adſtrictos, nempe illos, qui habent Titulos, & ſex Epiſcopatus Cardinalatibus annexos, & reſpectu quorum abſentia cenſetur voluntaria, contumacialis in tranſgreſſionem propriæ obligationis; ſub qua proinde diſpoſitione omiſſus cenſetur, & non diſpoſitus caſus mixtus de Cardinalibus præter Titulos, & Epiſcopatus hujuſmodi annexos habentibus etiam alios Epiſcopatus, qui ſunt reſidentiales, illi enim qui ſunt Epiſ- 7
copi aliarum partium non ſunt obligati ad reſidendum in Romana Curia, ſed in Epiſcopatibus ſuis, non obſtante, quod habeant Titulos in Urbe, necnon Epiſcopatus Cardinalatibus annexos, juxta allegatam *Conſtitutionem* 137. §. 17. *Urbani VIII.* quæ literis apertis obligat Cardinales ad diſcedendum ab Urbe, & reſidentia in Curia, non obſtante, quod in Titulum habeant unum ex ſex Epiſcopatibus prædictis ad effectum, ut reſideant in aliis Epiſcopatibus ſuis, & tradunt Fagnan. *in d. cap. qualiter n.* 22. *de Cleric. non reſident. Card. Laurea in Epitome Canon. in verbo Cardinales quoad reſidentiam in fine*, Diana *Coordinat. to.* 9. *tract.* 7. *reſ.* 35. *n.* 2. Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 23. *c.* 1. *n.* 2. *de refor.* & ſuperius dixi *diſcept.* 54. *n.* 37. Quæ Conſtitutio emanavit ad tollendam opinionem, quod
Cardinales tanquam obligati ad reſidendum in Roma- 8
na Curia apud Summum Pontificem non eſſent ſubjecti cenſuræ *Text. in cap. multa de præbend.* ſed excuſarentur ab onere reſidendi extra Urbem in Epiſcopatibus, quos obtinebant, ut videre eſt apud

Panorm.

Digitized by Google

Panormit. *in cap. bona 3. de poſtulat. Prælat. n. 6.* Mandoſ. *in Regul. 7. Cancell. qu. 3. num. 8.* Gomez *ad regul. de impet. benef. per obitum famil. q. 17. n. 5.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 24. n. 128. alter* Gonzal. *in cap. 2. n. 6. de Cleric. non reſident.* Rot. *in Romana Juris tumulandi dec. 7. n. 34. poſt.* Monacell. *in form. tom. 4.* & habetur ſupra *diſcept. 54. n. 39.*

Secundo Regula prædicta locum non habet quoad Cardinales qui ſunt abſentes de licentia Papæ, ut
9 tradit Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 35. n. 27.* Azzor. *Inſt. Moral. par. 2. lib. 6. cap. 34. q. 10. in fine verſic. quæres etiam*, quando autem Summus Pontifex promo-
10 vet Cardinalem ad Epiſcopatum, dicitur ei concedere tacitam, vel expreſſam licentiam abſendi a Romana Curia, ut reſideat in Epiſcopatu, ut ait Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 24. nu. 140.* idque indubitatum remanet propter memoratam Conſtitutionem Urbani, quæ nedum licentiam abeſſendi ab Urbe, ſed immo præceptum expreſſum continet diſcedendi a Romana Curia, licet habeant Titulos, & Epiſcopatus Cardinalitios ad effectum, ut reſideant in aliis Epiſcopatibus, quos obtinent extra Romanam Curiam Verall. *dec. 86. n. 2. & ſeqq. par. 2.*

Tertio durum eſſet, quod regula propter abſentiam neceſſariam ex Conſtitutione Urbani coactam privare voluerit Cardinales univerſo jure conferendi omnia beneficia vacantia in Epiſcopatibus Cardinalitiis, unde flectere debet interpretatio in benigniorem partem ad excludendam pœnam, quod Epiſcopus quoad Jus conferendi habeatur ad inſtar ſuſpenſi, qui conferre non poteſt, de quo *Text. in cap. quia*
11 *diverſitatem de conceſſ. præbend.* quia pœnam non meretur, qui adimplet præceptum Legis, vel Conſtitutionis, ad vulgatum *Text. in l.* Græcus *C. ad legem*
12 *Juliam de adult.* Campanil. *in diverſ. Jur. Canonic. rubr. 11. cap. 33. n. 86.* Antonin. *var. reſol. lib. 4. reſol. 42. num. 2.* Gratian. *diſcept. 960. num. 15.* & optime ad rem noſtram Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 24. n. 150. & 151.* & in puncto, quod hæc *regula 7.* non comprehendat Cardinales abſentes ex legitima cau-
13 ſa, ſcilicet ob reſidentiam in eorum Epiſcopatibus firmat Caſtropal. *oper. moral. tract. 13. de benefic. diſput. 1. punct. 21. num. 5.* & melius ad rem probat Filliucc. *oper. moral. tract. 41. de benefic. cap. 3. nu. 73.* ubi in puncto Cardinalium abſentium ob reſidentiam in Epiſcopatu, quem obtinent, firmat poſſe: *Conferre beneficia vacantia ſui Tituli in Urbe, neque enim implementum officii ſui debet alicui eſſe damnoſum:* & allegat Garz. *ubi ſupra numer. 637.* & dixi in præcedenti *diſcept. 54. numer. 40.* & comprobat ipſe Card. de Luca contrariæ opinionis aſſertor, ut infra reprobatur *de benefic. diſc. 145. num. 2. verſic. & alterum.*

Quarto demum Doctores noſtri aſſerunt hanc regulam hodie nihil operari propter Indultum concedi ſolitum Cardinalibus de conferendo beneficia ad eo-
14 rum collationem ſpectantia, ratione Eccleſiarum ſuarum abſentia non obſtante, quemadmodum teſtantur Leo *in Theſaur. For. Eccleſ. part. 2. cap. 5. numer. 11.* Ventrigl. *in prax. part. 2. annot. 1. §. 2. num. 64. in fine* Garz. *de benefic. par. 5. cap. 1. n. 406.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 57. n. 137.* Filliucc. *oper. moral. tract. 41. de benef. cap. 3. n. 57. & 73.*

His tamen omnibus obſtat ſpecialis auctoritas
15 Card. de Luc. *de benef. diſc. 145. per totum*, qui examinando hunc præciſum articulum in caſu collationis factæ per Card. Grimaldum Epiſcopum Albanen. reſidentem in ſua Metropolitana Aquen. exiſtimavit obſtare Collationi *regulam 7. hodie* 8. ex pluribus, quæ ibi legi poſſunt ratiociniis, quæ licet deſtituta auctoritate Doctorum; attamen ipſa tanti Viri auctoritas in puncto caſus contradictorem quem viderim non habens multum urgebit ad interpretationem regulæ.

Verum non erit lædere Cineres tanti Auctoris, ſi
16 ſtudio veritatis revocando ad examen, quæ ipſi ſcripſit minus habentia demonſtrationis, ipſi enim hanc licentiam dedit fatendo ſe conſuluiſſe ex improviſo in anguſtiis temporis, & ſine librorum revolutione, ut in *d. diſc. 145. in fine* ibi: *& hæc ſunt, quæ mihi in iſta controverſia ex improviſo, atque currenti calamo abſque librorum revolutione in notoria magna temporis anguſtia obſervanda videntur reſervando aliis, qui majori abundant otio illa ponderandi, & comprobandi partes:* & in principio *ſub num. 1.* ibi: *deſuper conſultus ex improviſo dum meorum munerum occupationes non permittunt illud accuratum ſtudium illamque diligentem aperturam librorum, quæ pro efformando judicio requiruntur.*

Præcipuum igitur fundamentum conſtituit Card. de Luc. in ſuppoſito, quod iſti ſex Epiſcopi ſint proprie Vicarii, & Adjutores Papæ tanquam Epiſcopi Urbis; quodque Diœceſis Epiſcopatus Romani complectatur omnia Oppida & loca, quæ conſtituunt ſex Epiſcopatus Cardinalitios, qui dicantur etiam improprie Cathedrales: ex quo ſuppoſito infert, quod iſtis Vicariis Papa voluit omnimodam Juriſdictionem Epiſcopalem communicare, ſed pleraque ſibi reſervavit, & præſertim iſtam collationis beneficiorum, quæ non venit ſub mandato generali, quod datur Vicario, & ideo ad alliciendos hos Vicarios ad reſidentiam in Urbe, voluit eis concedere collationem beneficiorum ſub conditione tamen reſidentiæ, & ſic attendendum non veniat an abſentia ſit juſta, cum hoc locum habeat in privatione illius Juris, quod alias habitualiter competit; ſecus autem ubi agitur de obtinendo ex alicujus liberalitate id quod alias Jure ſuo non competit, quia tunc quoad conditionem, quæ requiritur pro Jure quærendo, attenditur nudum factum, non curato an defectus ſit nec ne culpoſus, & iſta fit ratio, ob quam omittitur alternativa conceſſa Epiſcopis ſub conditione reſidentiæ, ubi non excuſat juſta cauſa abſentiæ.

Sed hoc fundamentum pariter difficultatem in ſuppoſito, quod agatur de Vicariis, & quod illis tributum fuerit jus conferendi ſub conditione reſidendi in Curia. Papa enim uti Epiſcopus Urbis habet uni- 17
cum Vicarium; quem hoc nomine conſtituit, ut notat Filliuc. *tract. 41. de benef. cap. 1. num. 41.* unde dici non poteſt, quod ſex Epiſcopi cenſeri debeant Vicarii, ob illam inveriſimilitudinem, quod Epiſcopatus Urbis non debeat habere amplam Diœceſim; in hoc enim ſenſu etiam Epiſcopatus Reatinus, Sutrinus, Tyburtinus, Viterbien. & alii conſimilis diſtantiæ dicendi forent Vicariatus Papæ, quando tamen illi ſex Epiſcopatus ſunt vere & proprie Cathedrales cum ſuis veris Epiſcopis, qui habent plenitudinem Juriſdi- 18
ctionis Epiſcopalis, & tenent ſuos Vicarios apud eaſdem Cathedrales, ut notat *Alfonſo Soto ſuper d. 7. regul. verſ. & poſſunt habere Vicarios*, & optime Rota *in Romana Juris tumulandi 5. Martii 1703. §. nam dato cor. cl. me. Card. Priol. impreſſ. apud* Monacell. *in formul. for. Eccleſ. part. 4. dec. 7. n. 33.* Prout Epiſcopus Sabinen. retinet in hac Diœceſi Suffraganeum proprium, nec alio modo appellari valent Vicarii Papæ niſi illo, quo generaliter dicuntur eſſe omnes Epiſcopi Orbis Catholici ex quo totus mundus dicitur Parochia Papæ, & Epiſcopi dicuntur ejus Vicarii in partem ſollicitudinis vocati; & qui propterea recognoſcunt eorum poteſtatem & Juriſdictionem ab ipſo Summo Pontifice, qui merito potuit ſibi plura 19
in omnibus Epiſcopatibus reſervare tam circa collationem beneficiorum, quam alia, ut in *Can. multum ſupra 3. q. 6. verſ. vices enim noſtras, & in cap. ad honorem de auctorit. & uſu Pallii* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 1. proœmial. n. 6. & 8.* ibi. *Epiſcopi in ſuis Diœceſibus dicuntur Papæ Vicarii, &c. nam totus mundus dicitur Parochia Papæ, &c. & Papa habet pro propria Diœceſi totum Orbem, & §. 1. proœmial. n. 43. & ſeqq.* Gaſpar de Peruſio *de reſerv. cap. 1. num. 19.* Selva *de benef. par. 2. q. 1. n. 19.* Rot. *cor. Merlino dec. 764. n. 13.* Marta *in addit. reditum Eccleſ. n. 51. impreſſ. poſt tract. de cauſis Conſiſt.* dum itaque agitur de veris, ac propriis Epiſcopis non applicantur termini ſimplicis Vicarii, ſub cujus mandato non continetur Jus conferendi, minuſque intrat ſuppoſitum, quod his Epiſcopis ſub conditione reſidendi in Curia datum fuerit Jus conferendi, quia ſicut ſub conditione data non fuit omnimoda poteſtas, & Juriſdictio Epiſcopalis, ita nec Jus conferendi, & repugnat in

Jure, quod aliquis ſit factus Epiſcopus, & non habeat uniformem Juriſdictionem, & poteſtatem Epi-
20 ſcopalem ſibi attributam in erectione Dignitatis per ea quæ habentur apud Pac. Jordan. *tom. 2. lucubr. in prælad. 3. num. 16. & 17.* Rot. *dec. 62. num. 5. verſ. viſum part. 1. rec.*

Et in excluſionem ſuppoſiti, cum quo proceſſit Card. de Luca adduco ſpecialem Auctoritatem Filliuc. *oper. moral. tract. 41. de benefic. cap. 1. numer. 41.* ubi firmat Summum Pontificem eſſe *tum Epiſcopum Urbis habentem Populum, & Clericum, tum Archiepiſcopum, Præſidentem Suffraganeis quibuſdam, tum Patriarcham Occidentis, tum Summam totius Eccleſiæ Caput. Primo erga tanquam Epiſcopus Urbis habet Roma Generalem Vicarium, qui eſt unus de Cardinalibus. Secunda tanquam Archiepiſcopus habebat olim ditioni ſuæ ſubjectos Epiſcopos octo Urbi vicinos, qui poſtea ſequenti tempore ad ſex redacti ſunt, &c. qui ſunt Epiſcopi Card. nempe Hoſtien. Portuen. &c. Tertio tanquam Patriarcha præfuit omnibus Archiepiſcopis, & Primatibus per Italiam Galliam, Germaniam &c. Quarto tanquam totius Eccleſiæ Antiſtes omnibus Eccleſiarum Epiſcopis, Ar-*
21 *chiepiſcopis, Primatibus, & Patriarchis præeſt, & Jura dat:* ex cujus dictis excluditur, quod Papa tanquam Epiſcopus Urbis habeat ſex Epiſcopos Urbi vicinos uti ſuos Vicarios, dum tanquam Archiepiſcopus habet eos ſibi ſubjectos.

Regula autem 7. *hodie* 8. *Cancell.* non probat hoc ſuppoſitum, quod ſub conditione datum fuerit Jus conferendi, ſed potius quod conceſſum, ſeu competens Epiſcopis fuerit Ius ademptum in caſu abſentiæ, & conſequenter in pœnam iſtius abſentiæ, juxta naturam reſervationis, quæ dicitur avocatio ad ſe
22 factam per Papam de proviſione beneficiorum ligando poteſtatem Inferiorum Collatorum, quibus alias ſecluſa reſervatione illa pertinet Jure ordinario, ut apud Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 31. num. 2. & 3.* Simonett. *de reſervat. quæſt. 1. num. 1.* Rot. *dec. 32. num. 2, de præbend. in antiquis*, accedente inſuper illorum
23 aſſumpto, qui cenſuerunt reſervationes eſſe odioſas, ut videre eſt apud Rot. *dec. 1. num. 6. in antiquiorib.* Biſignet. & *deciſ. 846. num. 11. & 12. cor.* Coccin. & *dec. 43. num. 3. part. 1. rec. & in Parmen. beneficii 26. Januar.* 1702. *§. altera vero cor. b. m. Anſalde.*

Minuſque ad probandum, quod iſti Epiſcopatus ſint Vicariatus Papæ in Diœceſi Urbis concludere videtur praxis, juxta quam Vicarius Urbis habet in prima Inſtantia cumulativam Juriſdictionem ordinariam cum iſtis ſex Cardinalibus Epiſcopis in eorum Diœceſibus, quodque Congregatio viſitationis Apoſtolicæ complectatur hos Epiſcopatus; Etenim Iu-
24 riſdictio Card. Vicarii Papæ de Jure non extenditur extra Urbem, ut in *cap. tua nobis de Offic. Vicarii*, extenſa autem poſtea fuit ad diſtrictum Urbis *ex Conſt. 1. Pauli II*, necnon *Conſt. 36. Pauli III*, qui di-
25 ſtrictus eſt 40. milliarium, & comprehendit non ſolum iſtos ſex Epiſcopatus Cardinalitios, ſed etiam alios, ut fatetur ipſe Card. de Luc. in *relat. Romana Curia diſc. 13. num. 6. verſ. item*, licet poſtquam ſcripſit in caſu, de quo in allegato *diſc. 145. de beneficiis*, fecerit annotationem reſtrictivam ad *eundem diſc. 13. num. 3.* ubi reſtringit diſtrictum ad hujuſmodi ſex Epiſcopatus Cardinalitios tantum, quando Bul. Paulii II. appellatione diſtrictus non fecit iſtam reſtrictionem, & Doctores communiter tenent diſtrictum complecti ſpatium 40. milliarium, ut agendo de Vicario Urbis firmat Azzor. *Inſtit. moral. p. 2. lib. 5. c. 39.* Maria *in tractatu de Tribunalibus Urbis impreſſ. poſt deciſiones* Creſcen. *cap. 2. num. 83. & 84. verſ. quadraginta milliaria, & verſic. ſed ubi de proprietate* Veſtrius *in prax. libr. 2. cap. 16. numer. 2. verſic. etiam extra Urbem* Ridolphin. *in prax. part. 3. cap. 5. num. 420.*

Ex hoc autem, quod Vicarius Urbis habeat hanc Juriſdictionem cumulativam in diſtrictu 40. milliarium, non ſequitur, quod diſtrictus ſit una Diœceſis Urbis, quando habet tot Diœceſes cum tot Epiſcopatibus tam Cardinalitiis, quam non Cardinalitiis, ſed dicendum eſt hujuſmodi Juriſdictionem ſibi fuiſſe conceſſam ex ſpeciali conceſſione Summorum Pontificum extra Diœceſim Urbis ex quadam congruentia ratione Diſtrictus, ut probant deducta apud 26
Veſtrium *in prax. lib. 2. cap. 16. num. 2.* referentem, quod in cauſis ubi agitur de proprietate uſque ad ſummam 60. ducatorum auri de Camera habet Juriſdictionem: *etiam extra Urbem, & Diœceſim uſque ad quadrageſimum lapidem*; & concordat Maria *ubi ſupra cap. 2. n. 84.*

Quodque hæc Juriſdictio in Diſtrictu Urbis eidem Vicario fuerit conceſſa ex Conſtitutionibus Apoſtoli- 27
cis, quodque alias de Jure contrarium ſtatutum fuerat in *cap. tua nobis de Offic. Vicar.* notavit Cherubin. *in compend. Bullar. ad Conſtit. 36. Pauli III. Schol. 2.* ergo quidquid Vicarius obtinuit ex ſpeciali privilegio non probat obtinuiſſe ex quo Diſtrictus ſit Diœceſis Urbis, dum contrarium erat de Jure ſtatutum in *d. cap. tua nobis de Offic. Vicar.* ubi notant omnes Canoniſtæ, eoque minus dici poteſt quod diſtrictus reſtringatur ad hujuſmodi ſex Epiſcopatus, dum comprehendit omnes alios in ipſius latitudine exiſtentes, nempe Sutrin. *Civitatis Caſtellan.* Tyburtin. Signin. Verulan. *& alios quamplures*, in quibus Cardinalis Vicarius habet cumulativam ex Bullis Apoſtolicis, & juxta praxim, quam ab ipſis Curialibus accepi mihi aſſerentibus ita ſervari, eademque reſponſio militat ad Juriſdictionem Congregationis Apoſtolicæ.

Præterea confunditur aſſumptum memorati Auctoris reflectendo, quod cum prædicti ſint proprie Epiſcopi, in hac Dignitate Epiſcopali potius Suffraganei, quam Vicarii dicendi ſunt, quibus proinde non applicatur comparatio illa cum ſimplicibus Vicariis, quam facit Card. de Luc. quia de ſui natura in Epiſcopum etiam Suffraganeum transfunditur ſemper poteſtas, & Juriſdictio Epiſcopalis, quæ ſi Papæ reſervetur ex cauſa abſentiæ erit avocatio, & ſubtractio ejus, quod de Jure habet, non autem conceſſio ſub conditione reſidendi; ex Conſtitutione enim Dignitatis Epiſcopalis naſcitur de Jure plenitudo ejus poteſtatis, & Juriſdictionis, quæ cohæret Dignitati, & ſemper propterea eſt intellectus divinatorius, 28
quod ſub conditione reſidendi datum fuerit hujuſmodi Epiſcopis jus conferendi, quando *regula 7.* potius contrarium ſupponit ut ſupra, & quod illa in pœnam abſentiæ emanaverit firmat Quæſanad. *in d. reg. 8. §. Cum igitur* ibi: *facta fuit reſervatio prædicta in pœnam abſentiæ.*

Quod vero ejuſmodi Epiſcopatus Cardinalitii non ſint reſidentiales non eſt circumſtantia, quæ concludat illos eſſe potius Vicarios, quam Epiſcopos, quia tam Epiſcopus, quam Vicarius tenentur ad reſidentiam, *ut in cap. final. de Offic. Vicar.* ſicut etiam te- 29
netur Epiſcopus Titularis in partibus Infidelium Suffraganeus alicujus Epiſcopi Ordinarii, juxta decretum Conſiſtoriale S. Pii V. 26. Octobris 1565. tanquam ejus Vicarius, & adjutor, Hoſtien. *in cap. quoniam in pleriſque num. 5. de Offic. Ordinar.* Thomaſſin. *de benefic. lib. 1. par. 1. cap. 29. n. 2.* ideoque eſt circumſtantia impertinens, ſicut & altera, quod propter hoc ſupradicti Epiſcopatus ſint compatibiles cum altero Epiſcopatu reſidentiali, hoc enim non facit quominus illi ſint veri Epiſcopatus, & veræ Cathedrales, ut optime Rot. *in d. Romana Iuris cumulandi cor.* Card. Priolo *impreſſ. poſt* Monacell. *in formul. par. 4. deciſ. 7. n. 33.* nam circa reſidentiam non neceſ-
ſariam in his Epiſcopatibus Cardinalitiis, ratio eſt ſecundum aliquos, ex quo Cardinales reſidendo in Ur- 30
be cenſentur reſidere in Epiſcopatibus Urbi proximis, Filiucc. *d. tract. 41. de benef. cap. 3. num. 57.* Lotter. *q. 35. num. 26.* Mandoſ. *ad regul. 7. q. 3. num. 3.* ſive etiam, ut ego opinor hoc proceſſit ex voluntate Papæ inducta forſan ex ratione, quod iſti Epiſcopatus ſunt annexi Cardinalatibus, ubi annexum transfun- 31
ditur in naturam ejus, cui facta eſt annexio, itaut obliget ſolum illa reſidentia in Urbe ad quam tenentur Cardinales, præſertim ratione proprii Officii, ut aſſiſtant Papæ pro Eccleſia univerſali *cap. 3. de Poſtulat. Prælat.* ſecundum ea, quæ in hujuſmodi unitis, ſeu annexis reſolvit Sac. Congregatio Concilii in

duo-

duodecima declaratione apud Garz. *de benef. part. 3.*
cap. 1. n. 179. verſ. duodecimo, quamvis iſta annexio ſit
32 in genere, non autem in ſpecie facta uni, vel alteri ex
Cardinalatibus, juxta Theoricam de qua Rota Me
ſcribente in Auguſt. ſumme Cuſtodia ſuper ſecundis li-
teris 15. Maii 1716. §. fruſtra cor. Eminentiſſ. Falcone-
rio, & in Paderbonen. Canonicatus 16. Aprilis 1717.
§. Multo minus cor. bo. me. Anſaldo,

Magis urgeret circumſtantia relata per Card. de Luca
33 *ubi ſupra n. 12. in fine*, quod ſcilicet *in regul. ſeptima*
hodie 8 Cancell. circa abſentiam Cardinalium ibi ex-
preſſam, de ordine Alexandrii VII. Summi Pontificis
deleta fuerint iſta verba: *non tamen ob ſervitium Sedis*
Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel apud
eorum Eccleſias reſidentes, hæc enim circumſtantia
quæ inferius probatur n. 42. & 43. magnam impreſ-
ſionem facit, ut regula locum habeat etiam contra Car-
dinales, qui vel de licentia Summi Pontificis, vel ratio-
ne reſidentiæ in eorum Epiſcopatibus ſunt abſentes, dum
tempore Alexandri VII. jam emanaverat ſoluta Conſti-
tutio Urbani juxta ea, quæ habentur apud Me *diſcept.*
Eccleſ. 12. n. 5. verſ. maxime quia, adhuc tamen hoc
34 etiam neceſſario non concludit, quia verba hujuſmodi
potuerunt deleri, ut iſti caſus relinquerentur, prout
de jure decidendi, abſque eo quod Summus Pontifex
haberet neceſſitatem hujuſmodi limitationem addendi,
& exprimendi in regula; & ſemper obſtat argumen-
tum, quod aut regula comprehendit, aut non com-
prehendit Cardinales ex cauſa reſidentiæ in eorum Epi-
ſcopatibus legitime abſentes; primo caſu delectio præ-
dictorum verborum operabitur, non autem in ſecundo,
quia deletio iſta non dat, neque tollit aliquid, quod
eſſet vel contra, vel ſecundum diſpoſitionem Regulæ,
immo etiam in caſu dubio ponere verba, & delera
non concludit, quod caſſans, & delens verba ſupra
dicta in Lege, dederit neceſſariam interpretationem
Legi, quia potius cenſetur ſe abſtinuiſſe, ſeu declara-
re noluiſſe, quod eſſet dubium, ita ex motivis pru-
dentialibus abſtinendo, & relinquendo ad terminos
juris intelligentiam legis; aliquando enim ex iſtis de-
clarationibus, & limitationibus, quæ adduntur in
Legibus, datur occaſio novis interpretationibus, a-
35 liiſque conſequentiis omnino evitandis ad Text. *in l.*
1. §. noſtra autem C. de veteri Jure enucleand. ac e-
tiam quia non expedit Legi jam conſtitutæ aliquid ad-
dere, aut declarare, ſed ejus interpretatio relinquitur
36 obſervantiæ, & conſuetudini, quæ dicitur optima
legum, ac fideliſſima interpres, ut ait Text. *in l. Si*
de Interpretatione l. nam Imperator, ff. de legib. ne
alias addendo aliquid in legibus ab antiquo editis
per additionem violari contingat quidquid ex obſer-
vantia receptum extitit *l. Minime, ff. de legib. & cap.*
cum conſuetud. de conſuet.

Tranſit Card. de Luca ad reſpondendum Indultis
conferendi reſervata, quæ concedi ſolent Cardinali-
bus, in quo breviter dico, quod ſi Indulta continent
facultatem conferendi abſentia, non obſtante, ut ſup-
ponunt Doctores ſuperius allegati n. 14. obſtare non
poſſunt tradita per Card. de Luca, quia corruit ejus
ſuppoſitum, quod Indulta non faciant Collatores
quando non ſunt etenim Cardinales in Epiſcopatibus
annexis eſſe Epiſcopos, & Collatores ſuperius ſatis
probatum eſt, quamvis iſte Auctor non loquatur de
Indulto ſuper abſentia per Doctores, ut ſupra relato,
& ideo ulterius ejus dicta confutare non eſt opus.

Quibus ſtantibus Ego ſicut ratiocinia hujus practici
Auctoris approbare non poſſum, ita nec etiam tantum
de Me confido, ut audeam firmare *regul. 7. Cancell.*
37 clare, & indubitate non comprehendere Cardinales
legitime abſentes ea cauſa reſidentiæ in eorum Epiſco-
patibus, licet de cætero rationes, & auctoritates ſupra
relatæ ſatis id convincere videantur, & meus non ac-
quieſcat intellectus in credendo, quod Regula com-
prehendat, & privet Cardinales ex præcepto Apoſto-
lico abſentes pro reſidendo in eorum Epiſcopatibus,
cum incongruum Mihi videatur ſuppoſitum Card. de
Luca ubi ſupra n. 3. quod hæc abſentia ſit principaliter
ordinata ad commodum, & utilitatem privatam ipſius
abſentis, ut in Epiſcopatu, in quo ſit reſidentia, pin-
gues percipiantur reditus, & Pontificalis exerceatur
auctoritas, cum reſidentia in Epiſcopatibus, & bene-
ficiis Curatis principaliter ſit ordinata ad publicam uti-
litatem Curæ Animarum *cap. Cum ſit de elect. in 6.* quod
dicitur onus Angelicis humeris formidandum in Conc.
Trid. *ſeſſ. 6. cap. 1. de reform.* Monacell. *tom. 2. tit. 16.*
form. 3. num. 8. alia autem veniunt ſecundario, & in
conſequentiam in præmium laboris *cap. Cum ſecundum*
de Præben. neque propterea principaliter conſiderantur,
& ita Meo judicio dicendum, ne alias Sanctiſſimos
Epiſcopatus abſurdiſſime dicamus ad lucrum, &
quodammodo mercimonium principaliter directos,
quod eſſet horrendum in Eccleſia ſcandalum, præ-
ſertim quando Epiſcopatus non providentur ad am-
bitum petentis, ſed Motu proprio Summi Pontifi-
cis, Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 9. num. 122. & ſupra*
diſcept. 54. num. 40. & 41.

Idcirco Me reſtringendo in ſenſu veritatis hoc unum
firmare poſſum, quod caſus ſaltem dicendus eſt du-
bius, & ideo reſolvendus ex obſervantia, quæ ſola
tutam, & certam interpretationem inducit etiam in 38
ordine ad Regulas Cancellariæ, ut tradunt Adden.
ad Gregor. *decif. 184. num. 8.* Rota *decif. 608. num. 6.*
par. 2. recent. relat. apud Me *diſcept. Eccl. 27. num. 21.*
& cor. Coccin. dec. 2316. num. 9.

Obſervantia autem, ut Mihi ſupponitur, aſſiſtit
Cardinalibus, ut licet abſentes a Romana Curia ea 39
cauſa reſidentiæ in eorum Epiſcopatibus adhuc gaude-
ant jure conferendi, dum Eminent. Cardinalis Urſinus
(hodie Pontifex Maximus) reſidendo in Epiſcopatu
Beneventano ſemper contulit beneficia Epiſcopatus Tu-
ſculani, & deinde Portuenſis, hoc ipſum ſervatum
fuit in cl. me. Card. Bugliono, qui non obſtante ab-
ſentia ab Urbe, fecit collationem beneficiorum Epi-
ſcopatus Hoſtien. & Dataria Apoſtolica conceſſit no-
vas proviſiones, Proviſis ab antedictis Cardinalibus
quando beneficia excedebant 24. ducatos auri de Ca-
mera, juxta praxim de qua Monacell. *in formul. tom. 4.*
in ſupplem. ad tom. 2. n. 168. & 169. quæ obſervantia
comprobata, ut ſupponitur, etiam ex facto Datariæ
Apoſtolicæ, præſtat tutiſſimam intelligentiam Regu-
læ, cui ſtandum venit etiamſi contraria interpreta- 40
tio eſſet forſan de jure verior, juxta communiter
receptam propoſitionem, de qua Fontanel. *dec. 89. n.*
24. & 25. Rota *cor. Burac. decif. 679. n. 9. & in rec. dec.*
216. n. 3. & dec. 520. n. 9. part. 13. & cor. Emer. Jun.
dec. 242. n. 12. & in Nullius, ſeu Marſicen. Juriſdictio-
nis 7. Junii 1700. §. Poſtea autem bo. me. Muto impreſſ.
apud Monacell. *in formul. tom. 4. decif. 4. nu. 36. & in*
Urbanien. Canonicatus 23. Januarii 1697. §. Omiſſo e-
nim cor. bo. mem. dell'Olmo impreſſ. apud Me *diſcept.*
Eccleſ. 4. num. 88.

Poſtquam hæc ſcripſeram, ex parte Datariæ Apo-
ſtolicæ ſuppoſitum fuit conſtare de obſervantia po- 41
tius contraria, adductis exemplis, & caſibus de qui-
bus infra, reſpicientibus proviſiones factas per Da-
tariam de Beneficiis Eccleſiarum Urbis, quæ ſunt
Tituli Cardinalitii tempore quo earum Card. Titu-
lares erant abſentes ab Urbe reſidendo apud ſuas
Eccleſias Epiſcopales, & adducto etiam exemplo no-
væ Proviſionis conceſſæ Proviſo ab Eminent. Pigna-
tello de Parochiali Diœceſis Sabinen. ob dubium nul-
litatis Proviſionis Eminent. Ordinarii propter ejus
abſentiam ab Urbe; Ego autem hoc exemplum exi-
ſtimavi inſufficiens veluti ad cautelam ſupplicantis
emanatum inſcio Eminent. Ordinario, a quo proviſus
fuerat, obſervando præſertim, quod alia exempla non
adducebantur in præciſis terminis beneficiorum va-
cantium in Epiſcopatibus Cardinalitiis, illa vero
adducta ſuper beneficiis Eccleſiarum Titularium re-
ſtringebantur ad duas Eccleſias, nempe S. Marci
tempore quo erat Titularis clar. me. Card. Barbadi-
cus, & S. Euſtachii, dum erat Titularis clar. mem.
Card. Curſius, & deinde Eminent. Card. Origus,
unde verificatis in contrarium exemplis de quibus
ſupra num. 38. articulus remanebat in ſua dubietate,
in qua multum conſiderabilis eſt moderna Conſti-
tutio SS. D. N. Benedicti XIII. edita ſuper Decanatu
Sac. Collegii ſuperius regiſtrata *diſcept. 54. num. 63.*
juxta concluſionem, de qua Rocca *diſput. Jur. cap.*
57. num. 62.

De-

Declaratio Regularum Cancellariæ, ſcilicet 8. & 70. facta a Sanctiſſimo D. N. Alexandro Papa VII. de Anno 1655.

IN Chriſti nomine. Amen, Anno ab ejus Nativitate 1655. Indictione octava die vero 4. Septembris.

Sanctiſſimus Dom. Alexander PP. VII. animadver-
42 tens leges optima etiam ratione conditas interdum ad mores utentium, temporum conditiones, ac ſubſequentia rerum experimenta meliori ſuadente conſilio moderari expediens, ac ſepe neceſſarium eſſe ſequens etiam in hac parte veſtigia plurium Romanorum Pontificum Prædeceſſorum ſuorum, qui Regulas Cancellariæ ab ipſis, ſeu eorum juſſu emanatas reformarunt.

Declaravit Regulam 8. Cancellariæ Sanctitatis Suæ publica reſervatio beneficiorum Eccleſiarum S. Joannis Lateranenſis, S. Petri, & Beatæ Mariæ Majoris de Urbe, & Beneficiorum Titulorum Cardinalium
43 a Curia abſen. ſervandam eſſe, ac omnes reſervationes in ea comprehenſas locum habere, demptis verbis illis in ea appoſitis (*non tamen ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel apud earum Eccleſias reſiden.*) quæ pro non appoſitis haberi voluit.

Præterea declaravit aliam Regulam in ordine 70. ſub rubrica, quod Cardinales non comprehendan-
44 tur ſub Regulis faciendis, &c. ſervanda pariter eſſe, ac locum habere in Conſtitutionibus, & aliis Ordinationibus per Sanctitatem Suam in poſterum poſt earundem Regularum editionem tantum faciendis, dempto verbo illo in ea adſcripto (editis) quod pro non appoſito haberi voluit.

Volens inſuper Sanctitas Sua, atque decernens pro validitate, & executione præſentis Decreti, & declarationis ejus mentis, & intentionis ſuper præmiſſis ſolam Signaturam Sanctitatis Suæ ſufficere, abſque alia ejus regiſtratione, ſeu publicatione non obſtantibus ejuſdem Cancellariæ Regulis, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & Decretis etiam Conſiſtorialibus, & aliis quibuſcunque etiam efficaciſſimis Clauſulis, & Decretis irritan. roboratis omni meliori, & efficaciori modo, &c.

Alex. PP. VII.

1656. Die Mercurii 5. Januarii de mane Ego J. Cardinalis Prodatarius conſignavi hoc Decretum D. Stephano de Nulphis Officiali Datariæ, ut illud regiſtrari faciat in libro ad hoc deſignato, & originale ipſum diligenter conſervet.

Idem J. Card. Prodat.

S A B I N E N.

ORator Paulus Antonius Fernandea Presbyter de Parochiali Archipresbyteratus nuncupata S. Mariæ Loci Ponticelli Sabinen. Diœceſis, &c. etiam cum incertis 145. ſcilicet per obitum de Aprili 1719. vacan. à Cardinali Pignatello Præſule, & Indultario proviſus de validitate ſuæ proviſionis pro eo, quod dictus Cardinalis, & Præſul a Romana Curia abſens exiſtebat dubitans, ideo ſupplicavit pro nova illius Proviſione, quæ fuit conceſſa, & ſignata a SS. D. Noſtro.

Exempla collationum a Dataria factarum de Canonicatibus in Collegiatis Urbis earundem Titularibus abſentibus, & apud ſuas Eccleſias reſidentibus.

Canonicatus Collegiatæ Sancti Marci per obitum
45 Joannis Baptiſtæ Capitolii devota creatura Gregorio Tituli Sancti Marci Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali Barbadico nuncupat. a Romana Curia abſente vacans, &c. pro Antonio Mezzomonaco.

Apud Sanctam Mariam Majorem pridie Kalendas Februarii Anno nono fel. rec. Innocentii Undecimi.

Canonicatus S. Marci per obitum Ludovici A- 46
ſcentii devota creatura Veſtra Gregorio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali Barbadico nuncupat. Eccleſiæ Paduan. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolicis Præſule exiſtente Titulari ab Urbe notorie abſente vacans, &c. pro Carolo Antonio Torcono.

Apud S. M. M. 8. Kalend. Decembris Anno ſecundo fel. rec. Innocentii XII.

Canonicatus Sancti Euſtachii per obitum Stephani de Marchis devota creatura Veſtra Dominico
Maria Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacono Cardin. 47
Curſio nuncupat. dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Titulari exiſtente, ipſo tamen a Romana Curia abſente pro Antonio Buffi, &c

S. M. M. 5. Idus Novembris Anno primo Innocentii XII.

Canonicatus S. Euſtachii per obitum Petri Calli- 48
maco devota creatura Veſtra Dominico Maria Card. Curſio Card. Diacono ejuſdem Eccleſiæ exiſtente vacans, &c. pro Jo. Angelo Magnono.

S. M. M. 10. Kalend. Auguſti Anno ſecundo Innocentii XII.

Canonicatus S. Euſtachii de Urbe per obitum An- 49
geli Phanoni pro Fauſto Nairono.

S. M. M. 16. Kalend. Novembris Anno ſeptimo Innocentii XII.

1702. Canonicatus Sancti Marci Eminentiſſimo
Barbadico ab Urbe abſente: ſuper quo Canoni- 50
catu emanaverat reſolutio Congregationis Particularis.

1720. Beneficiatus S. Euſtachii Eminent. Origo ab Urbe abſente.

PANORMITANA, SEU REGNI SICILIÆ Contributionum.

A R G U M E N T U M.

Donativum dari ſolitum Regi pro manutentione Regni, ſi pro certa quota ad illud obligantur Eccleſiaſtici illius Regni vigore Indulti Apoſtolici, non remanet diminutum, ſi aliqui ex illis ſint exempti, & an comprehendantur ſub hoc Indulto Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales poſſidentes in eodem Regno Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Dignitates, & Penſiones.

S U M M A R I U M.

1 *In Regno Siciliæ ſolvitur donativum Regium, & quomodo imponatur pro certa rata Eccleſiaſticis, vide num. 2. & 3.*

4 *Rata certa pro contributione impoſita certo generi Perſonarum non minuitur per exemptionem aliquarum, ſed portio, quæ ſpectaret ad exemptos, cæteros onerat.*

5 *Iſti tantum onerati habent jus reclamandi apud proprium Superiorem.*

6 *Donativum Regium, ad quod gravantur Eccleſiaſtici pendet ex voluntate, & aſſenſu Summi Pontificis.*

7 *Exceptuatio S. R. E. Cardinalium ſub Indulto obligante ad donativum Regium eos excludit.*

8 *Exceptio quoad aliquos firmat regulam in contrarium quoad non exceptos.*

9 *Sancta Romana Eccleſia Cardinales non veniunt appellatione Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Eccleſiaſticarum Perſonarum.*

10 *Quando Cardinales comprehendi poſſint ſub verbis generalibus, ſed pregnantibus, & efficacibus & num. 38.*

11 *Reſervatio omnium fructuum ſuper beneficio*

loco

loco Penſionis non conceditur niſi Cardinalibus.

12 *Penſio reſervari non ſolet ultra tertiam vel dimidiam partem fructuum Beneficii.*

13 *Exceptio facta ad tollendam dubitationem non firmat regulam in contrarium, ſed ſtat declarative quoad omnes partes.*

14 *Extenſio diſpoſitionis de caſu ad caſum, & de Perſona ad Perſonam admittitur ex identitate, & majoritate rationis.*

15 *Cardinales dicuntur pars, ſeu membra corporis Papæ.*

16 *Voluntas ſemper ad limites rationis intelligi debet.*

17 *Titularis, & Penſionarius dicuntur inter ſe Conſocii fructuum, & ambo tenentur ad onera.*

18 *Ratio non minus diſponit, quam ipſa verba diſpoſitiva.*

19 *Expreſſum dicitur, quod ſub eadem ratione comprehenditur.*

20 *Reſervatarii fructuum Beneficii in totum æquiparantur Titularibus.*

21 *Penſionarii percipiunt fructus Beneficii titulo lucrativo, & Titulares titulo oneroſo ob ſervitium Eccleſiæ, & ſic majori indulgentia digni ſunt.*

22 *Abſurdum, & imprudentia diſpoſitionis non præſumitur.*

23 *Cardinales faciunt unum corpus cum Papa, & laborant pro Eccleſia univerſali.*

24 *Non comprehenduntur ſub quacunque diſpoſitione generali, niſi de eis facta fuerit mentio ſpecialis & n. 41.*

25 *Regula 70. Cancellariæ, quod Cardinales non comprehenſi cenſeantur abſque mentione ſpeciali in quibuſcunque Conſtitutionibus, & regulis per Papam edendis, quomodo intelligatur.*

26 *Quando Papa excipit Cardinales in aliqua diſpoſitione, id faciat ad tollendam dubitationem, non autem ad neceſſitatem.*

27 *Cardinales ſunt exempti ab impoſitionibus, quæ cauſa belli fiunt, & ab illis contributionibus, quæ perſolvi mandantur Regibus, & Principibus, & de obſervantia num. 28.*

29 *Stylus Sedis Apoſtolicæ demonſtrat voluntatem Papæ.*

30 *Obſervantia declarat, an Cardinales comprehendantur ſub Indulto, & num. 31.*

32 *Exemptio per viam gratiæ ab aliquo ex exemptis obtenta dicitur ad cautelam.*

33 *Pro conſuetudine attenditur quid a majori parte obſervatum fuit.*

34 *Declaratur, & reſpective revocatur in dubium deciſio* Otthoboni *ſuper comprehenſione Cardinalium ſub diſpoſitione odioſa odio rationabili, & n. 35. 38. 39. 40. & 41.*

36 *Cardinales ſunt Perſonæ majores Archiepiſcopis, & Epiſcopis ratione officii.*

37 *Dictio* Aliarum *denotat Perſonas ſimiles.*

DISCEPTATIO LVI.

EXtat in Regno Siciliæ antiquiſſima conſuetudo ſolvendi Donativum Regium pro expenſis inſervien-
1 tibus ad manutentionem Regni, ad quem effectum quolibet triennio coram Excellentiſſimo Dom. Prorege convocatur Parlamentum compoſitum ex tribus ordinibus perſonarum nuncupatis: *Bracci del Regno*: nempe Eccleſiaſticis, Militaribus, & Demanialibus, Et pro Ordine Eccleſiaſtico interveniunt omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & Priores; Pro Militari omnes Barones Regni, Et demum pro Demanialibus omnes Civitates Regii Demanii. Quibus omnibus inſimul congregatis in Parlamento ſtatuitur quid, & quantum ſolvendum ſit pro Regio Donativo de conſenſu hujuſmodi trium Ordinum, & facto inter eos repartimento Eccleſiaſtici obligantur ad ſolutionem ſextæ duntaxat partis, quam ratam *Tandem* appellant, ſemper tamen præmiſſa ab ipſis declaratione, quod non teneantur, niſi pro ſexta parte, & dummodo Summi Pontificis accedat aſſenſus, ut hanc conſuetudinem referunt Maſtrill. *de Magiſtr. part. 2. cap. 5. num. 15.* Bernardin. Maſtell. *in ſua relatione Gubernii Regni Siciliæ cap. 4. §. Però mai circa medium*, & Andr. Marcheſinius *in ejus libro Parlamentorum Regni impreſſ. de ann. 1659.*

Poſtea Sereniſſimus Rex in ſequelam relationis Par- 2
lamenti ſupplicat Summo Pontifici pro Indulto obligatorio, & coactivo Eccleſiaſticorum ad faciendam contributionem 6. partis pro Regio Donativo, & Summus Pontifex concedit Indultum in forma commiſſaria directum Archiepiſcopo Panormitano, ſeu Epiſcopo Mazarien. ut conſtito per legitimas probationes de expreſſo conſenſu majoris Partis Cleri auctoritatem Apoſtolicam interponat oblationi, & promiſſioni factæ per majorem partem Eccleſiaſticorum, nec non cogat ad ſolutionem Juris remediis tam majorem partem conſentientem, quam minorem diſſentientem, ac etiam indulgeat, ut abſque conſcientiæ ſcrupulo, ſeu cenſurarum, & pœnarum incurſu tam Eccleſiaſtici ſolvere ſummam promiſſam, quam Sereniſſimus Rex eam petere, & recipere libere, & licite valeant; Et demum abſolvat ab ipſis cenſuris jam incurſis tam Eccleſiaſticos, quam Regem, ſi illi ſummam promiſſam ante Indultum perſolverint, & iſte, ejuſque Miniſtri eam perceperint.

Juxta hanc formam noviſſime conceſſum fuit Indul- 3
tum per Summum Pontificem Innocentium XIII. ad ſupplicationem Sereniſſimi Regis pro Donativo Regio ſtabilito in ultimo Parlamento 25. Octobr. 1720, in quo Indulto Summus Pontifex declarat illud concedere inhærendo veſtigiis Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Gregor. XIII. Sixti V. aliorunque ſucceſſivorum Eccleſiaſticos Pontificum comprehendendo per illa verba: *Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Archimandritæ, ac aliæ Perſonæ Eccleſiaſticæ dicti Regni*, ut legitur in eodem Indulto.

Quamvis autem ſub hoc Indulto per Romanos Pontifices concedi ſolito nunquam comprehenſi fuerint S. R. E. Cardinales, qui ſint Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut Abbates, in eo Regno, nec minus ulla ſolutio, ad quam illi adſtricti fuerint oſtendi poſſit, immo ſemper immunes remanſerunt ab hoc Donativo Regio, juxta obſervantiam fere centenariam; adhuc tamen nonnulli Regii Officiales Regni Siciliæ prætenſionem excitarunt cogendi ad contributionem pro Donativo Regio etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, quaſi hæc prætenſio reſpiciat intereſſe ipſius Sereniſſimi Regis.

Ex parte igitur Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, qui beneficia poſſident in Regno Siciliæ, Ego in ſenſu veritatis interrogatus exiui ſuper duobus articulis, quorum primus eſt, an iſta prætenſio declarandi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſubjectos Contributioni, ſeu Donativo Regio, juxta tenorem Indulti reſpiciat intereſſe Sereniſſimi Regis, vel potius ſolum intereſſe Cleri, ſeu aliorum Eccleſiaſticorum; Et ſecundus, an juxta tenorem Indulti memorati Cardinales dici poſſint comprehendi ad faciendam contributionem.

Aggrediendo itaque examen prioris articuli, Ego indubitanter cenſeo hujuſmodi prætenſionem nullo modo reſpicere intereſſe Sereniſſimi Regis, ſed ſolum ipſius Cleri, ſeu aliorum Eccleſiaſticorum, ad quod affirmandum moveor ex Regula, ſeu Taxa repartimenti fieri ſolita quoad ſolutionem hujus Regii Donativi, dum video ad quancunque ſummam Donativum aſcendat Eccleſiaſticos eſſe duntaxat obligatos ad certam, & invariabilem quotam, ſcilicet ſextæ partis totius Donativi, ut eſt conſuetudo, & probat Indultum Apoſtolicum ibi; *Certam ratam non excedentem ſextam partem*, Ex quo ſequitur, ut cum totus Cœtus Eccleſiaſticorum ad hujuſmodi ſextam partem duntaxat teneatur, ſive in hoc Cœtu Eccleſiaſticorum comprehendatur, ſive non Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardin. nihil pertinet ad intereſſe Sereniſſimi Regis,

ſed

ſed ſolum ipſius Cleri, dum ſtata certa rata ſextæ partis ſolvendæ ab Eccleſiaſticis quoties ab hoc Cœtu Eccleſiaſticorum demantur Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſemper reliqui Eccleſiaſtici tenentur ſolvere Regi totam, & integram ratam ſextæ partis, quia data exemptione Cardinalium non com-
4 prehenſorum, portio, quæ illos tangeret, refunditur ad onus cæterorum Eccleſiaſticorum, qui nunquam evitare poſſunt integræ ſextæ partis ſolutionem *l. 1. Cod. de omn. agr. deſert. lib. 11. Gloſſ. in l. Auctores Cod. de exact. Tribut. lib. 10. in verb. Immunitas* ibi: *Nam ſi iſti Officiales non ſolverent, totum onus portarent Provinciales*, ubi Bartol. *num. 1.* ibi: *Officiales tenentur ad ſolvendum tributa, ne ipſis ceſſantibus cæteri onerentur, iſta lex innuit, &c. quod ſi ex aliquo caſu quidam non ſolvunt, cæteri onerantur, & in §. 2. verſic. Aut conſiſtit Cod. De Apochis public. lib. 10.* Amaya *in d. l. Auctores num. 5.* ibi: *Relevatio enim, & Immunitas aliorum cæteros gravat, ad quos ſolidum onus ſpectabit:*

Et optime Joannes de Imola *in l. ab omnibus, ff. de legat. 1.* quem refert Adden. ad Panorm. *in cap. pervenit de Immunit. Eccleſ. num. 16. litt. D.* ibi: *Adde hic, quod determinat Joannes de Imola in quæſtione, quam ponit, & dicit fuiſſe de facto in l. ab omnibus in fine principii, ff. de legat. 1. quod ſi Papa imponat Collectam Clero, & aliqui de Clero ſunt exempti, & non tenentur ſolvere aliquod onus, vel aliquam Collectam quacunque ex cauſa impoſitam, quod alii Clerici tenebuntur ſolvere Collectam integram etiam pro parte exemptorum.* Jaſon. *in l. Avus neptis num. 12. digeſtis de pactis* ibi: *adde etiam prædictis quæſtionem, quam dicit Imola fuiſſe de facto in dict. l. ab omnibus in fine principii, quod ſi Papa imponit Collectam Clero, & aliqui ex Clero ſint exempti, qui non teneantur ſolvere aliquam Collectam quacunque ex cauſa impoſitam, an alii Clerici teneantur ſolvere pro parte exempti, & dicitur quod ſic*, concordant Panormit. *in capit. accedentes num. 9. verſ. tertio caſu de præſcript.* Zabarell. *in clement. præſenti num. 15. verſ. ſi autem Collecta de cenſibus* Decian. *conſ. 5. numer. 18. verſ. nam hic non tractatur lib. 4.*

Quoties igitur quæſtio in hoc verſatur, an ſub Indulto Summi Pontificis comprehendantur, vel non, Eminentiſſimi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, nullum intereſſe Sereniſſimi Regis in hoc ullo modo conſiderari poteſt, quia ſi illi exiſtimantur non comprehenſi, ſemper verum eſt, quod ſexta pars contributionis cadit ſuper aliis Eccleſiaſticis, veluti illis, qui ſoli remanent comprehenſi in Indulto, & ſemper hujuſmodi pars tota quanta eſt ſolvi debet ab his Eccleſiaſticis Sereniſſimo Regi vigore Indulti eos tantum conſtringentis ad integram ſextam, juxta Text. *in l. ab omnibus, ff. de legat. 1.* Unde totum intereſſe in puncto hujus quæſtionis reſpicit ſolum Clerum, ſeu ſolos Eccleſiaſticos Regni, qui ſe cagravari intenduot mediante refuſione hujus oneris etiam in Eminentiſſimos Cardinales, ex quorum additione ad Cœtum Eccleſiaſticorum ex Indulto gravatum, quærunt proprium levamen, & ſubſidium, ut ex Petro Ubald. *in tract. de Collect. par. 1. quæſt. 6. num 32.* Silvan. *conſ. 66. ſub num. 4. & 7.* & aliis relatis advertit Cyriac. *controv. 154. num. 20.*

Pro intereſſe autem Cleri nullas habent partes Miniſtri Regii, quorum eſt tueri quidquid tangit Ærarium Sereniſſimi Regis, ejuſque præjudicium concernit, non autem quidquid onerat Clerum, cujus defenſor eſt Summus Pontifex, apud quem propterea Clerus inſtare debet, & promovere hoc aſſumptum ſuper ab eis prætenſa comprehenſione Eminentiſſimorum Cardinalium ſub Indulto Apoſtolico, juxta exemplum, quod habemus *in deciſ. 257. cor. Ottoboon.* & in terminis noſtris, quod intereſſe reſpiciat duntaxat cæteros grava-
5 tos, eiſque ſolis competat Jus reclamandi apud proprium Superiorem, probant Joan. Andr. *in cap. pervenit n. 2. in fin. de Immunit. Eccleſ.* Butr. *n. 2. verſ. ſi autem* Henrich. Boich. *numer. 6.* Panormit. *in cap. accedentes num. 10. de præſumpt.* Cephal. *conſ. 57. num 46.* Ruin. *conſ. 125. num. 5. in fin. lib. 4.* ubi refert ſuperius adductam auctoritatem Joan. de Imola *l. ab omnibus* loquentis de Collecta impoſita per Papam Clero, qui tenetur ad eam integre perſolvendam ſi aliqui de Clero eam ſolvere non tenentur, ubi in caſu gravaminis dicit, quod Clerus debet adire Papam ibi: *& idem in effectu voluit Imola in dict. l. ab omnibus in fin. principii dicens, quod illi de Clero adeant Papam, quod provideat*, Adden. *ad Cappell. Toloſan. quæſt. 349. num. 8.*

Unde videtur mihi ſatis manifeſtum, quod in ſubjecta quæſtione extraneum remaneat Officium cujuſcunque Miniſtri Regii, quando illa neque per umbram tangit intereſſe ipſius Sereniſſimi Regis, quod in nihilo redditur diminutum mediante declaratione, quod Eminentiſſimi Cardinales ſub Indulto non comprehendantur, quia ſemper, eidem, juxta Indultum ſolvenda venit ſexta pars contributionis ab aliis Eccleſiaſticis Titularibus, qui exiſtunt in Regno Siciliæ, demptis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ita ut Eccleſiaſtici in hac prætenſione eoſdem Cardinales comprehendendi ſub Indulto foveant proprium privatum intereſſe, non autem illud Sereniſſimi Regis.

Hinc deſcendendo ad ſecundum articulum abſque ulla dubitatione cenſeo ſub Indulto Summi Pontificis non eſſe comprehenſos, ſed immo ſpecialiter exceptos Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales; præmiſſo enim principio, quod hoc Donativum Regium, ad cujus contributionem gravantur etiam Eccleſiaſtici, totum pendet ex voluntate, & aſſenſu Romani Pontificis,
ſub cujus reſervatione Eccleſiaſtici conſenſum præ- 6
ſtant huic oneri, & ſic perpetuo agnoverunt parlamenta, tam antiqua, quam moderna, in quibus ad evitandas cenſuras Concilii Lateranenſis *in cap. non minus de Immunit. Eccleſiaſtic.* ſemper ſuſpenſa fuit exactio Tandarum Eccleſiaſticis impoſitarum, donec obtentum fuerit Summi Pontificis Indultum, juxta Text. expreſſum *in cap. adverſus de Immunit. Eccleſiaſt.* ibi: *Romanus Pontifex prius conſulatur*, & in *Extravag. prima de Immunit. Eccleſ. inter. commun.* ibi: *Romanum Pontificem &c. primitus conſulendum*, Ventrigl. *in prax. part. 1. annot. 14. numer. 25. verſic. quarto, quod contributio* Ricc. *in prax. part. 3. reſolut. 141. numer. ſecundo verſic. quinto*, Craſſ. *de effect. Cleric. effect. 3. numer. 299. & 231.* Germon. *de Sacrorum Immunit. libro tertio capit. 17. numer. 33.*

Profecto voluntas Summi Pontificis, juxta tenorem Indulti apud Me clara videtur pro non comprehenſione, immo exceptione Cardinalium; Etenim Summus Pontifex in Indulto gravavit ad ſolvendam ſextam partem Donativi Archiepiſcopos, Epiſcopos, Archimandritam, & alias Perſonas Eccleſiaſticas Regni Siciliæ, ac etiam omnes, & ſingulos Penſionarios cujuſcunque Dignitatis, & conditionis eſſent, excipiendo ſpecialiter Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ibi: *Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Archimandritæ, aliiſque Eccleſiaſticis Perſonis prædictis, ut ratam hujuſmodi, &c. perſolvere, &c. libere, & licite valeant auctoritate noſtra concedas, & indulgeas, &c. & quod omnes, & ſinguli Penſionarii, ſeu ii, quibus loco Penſionum fructus in totum, vel in parte reſervati exiſtunt cujuſcunque Dignitatis, vel conditionis ſint, exceptis tamen Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, &c. ad hujuſmodi ratæ ſolutionem, &c. teneantur, & efficaciter obſtricti ſint*, dum itaque litteris apertis Papa ab hoc onere excepit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, nul-
la inſurgere valet juſta dubitatio, quominus ipſi ex 7
manifeſta Summi Pontificis voluntate ad hujuſmodi onus non teneantur, & ab Indulto fuerint excluſi, & ſub illo non comprehenſi, ut eſt Text. *in extravag. Execrabilis, §. nos itaque de præbend.* & docent Canoniſtæ *in cap. pervenit de Immunit. Eccleſiaſt.* ſignanter Jo. Andr. *numer. 3.* Zabarell. *circa fin. verb. per prædicta* Hoſtien. *num. 6.* Jo. de Anan. *num. 8.* Cephal. *conſ. 58. num. 49.* Adden. ad *Capp. Toloſan. quæſt. 349. num. 8.*

Neque difficultatem mihi facit, quod exceptio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium facta legatur per Indultum in ea parte, in qua loquitur de Penſionariis,

& pro-

& propterea referri non poſſit ad ſuperiorem partem, ubi loquitur de Titularibus, nempe Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Archimandrita, & aliis Perſonis Eccleſiaſticis; Immo deduci poſſit argumento in
8 contrarium, quod nempe exceptio facta quoad Penſionarios firmet regulam in contrarium quoad Titulares, juxta regulam Text. *in l. quæſitum*, §. *Denique*, *ff. de fund. inſtr.* Seraph. *dec.* 981. *n.* 7. *& in rec. dec.* 158. *n.* 5. *& dec.* 150. *n.* 20. *part.* 16. *& dec.* 400. *n.* 8. *part.* 17. Quia ſicut ubi voluit quoad Penſionarios, Papa expreſſit eorum exceptionem, ita ubi eam non expreſſit quoad Titulares, noluiſſe cenſetur ad not. Text. *in l. unica*, §. *ſin autem*, *Cod. de cad. tollend.* Rota *dec.* 36. *n.* 11. *part.* 16. *& dec.* 457. *n.* 5. *part.* 18.

Facilis enim reſponſio eſt, quod in tantum Summus Pontifex non excepit Cardinales in ea parte, in qua loquitur de Titularibus, in quantum iſta ſpecialis expreſſio non erat neceſſaria ad limitandam aliquam generalitatem verborum ſub quibus Cardinales comprehendi potuiſſent, quia verba erant reſtricta ad Perſo-
9 nas ibi: *Archiepiſcoporum*, *Epiſcoporum*, *& aliorum Eccleſiaſticarum Perſonarum*. Quorum appellatione non comprehenduntur Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales propter excellentiam eorum Dignitatis, ut in terminis Conſtitutionis Sancti Pii V. exprimentis Epiſcopos, vel Ordinarios, quod appellatione illorum non fuerint comprehenſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, firmat Azor. *Inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 19. *q.* 5. *in fin.* ibi: *Et ſicut nomine Beneficiariorum in pœnis, & odiis non comprehenduntur Epiſcopi, Abbates, vel alia Dignitates Eccleſiaſticæ, ita nec Epiſcoporum, vel Ordinariorum appellatione intelliguntur Cardinales in prædicta Pii V. Conſtitutione, tametſi illi ſint Epiſcopi, quoniam ſunt in Excellentiori honoris, & Dignitatis gradu conſtituti*, & Ego ſcripſi *Diſcept. Eccleſ.* 12. *num.* 31. & in terminis expreſſionis Clericorum, & Perſonarum Eccleſiaſticarum, quod Cardinales non comprehendantur, communiter tradunt Jaſon. *conſ.* 117. *n.* 2. *verſ. tertium principaliter lib.* 4. Cæphal. *conſ.* 1. *n.* 42. *tom.* 1. Ruin. *conſ.* 4. *num.* 6. *lib.* 5. Bollett. *diſquiſ. Cleric. part.* 1. *cit. diſcip. Cleric.* §. 2. *n.* 40. Pariſ. *conſ.* 141. *num.* 8. *libr. quartus* Barboſ. *appellat.* 31. *ann.* 6.

Per contrarium vero in alia parte, ubi Indultum loquitur de Penſionariis neceſſaria fuit exceptio ſpecia-
10 lis Cardinalium, quia verba ſunt prægnantia, & effrenata, quæ poterant Cardinalibus applicari dicendo ibi: *Omnes, & ſinguli Penſionarii, ſeu ii, quibus loco Penſionum fructus in totum, vel in parte reſervati exiſtunt cujuſcunque Dignitatis, & conditionis ſint*: Quæ verba verificari poſſunt in Cardinalibus ibi: *Cujuſcunque Dignitatis, vel conditionis ſint*: quemadmodum in terminis noſtris probat Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 38. *n.* 2. *&* 3. Gomeſ. *in proœm. regul. Cancell. q.* 4. *ſub num.* 2. Et multo magis alia illa, quæ exprimunt Penſionarios, quibus: *loco Penſionum fructus in totum reſervati exiſtunt*. Cum iſta reſer-
11 vatio fructuum in totum loco Penſionum non concedatur, niſi Cardinalibus juxta Decretum Alex. VI. de quo teſtatur Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *q.* 1. *n.* 35. *&* 36. *verſ. datur duntaxat*, Rebuff. *in prax. beneſ. tit. de regreſſib.* §. *fin. in fin.* dum quoad alios Pa-
12 pa non ſolet reſervare Penſiones ultra tertiam, vel dimidiam partem fructuum, ut apud Gigas *de penſionibus quæſt.* 9. *num.* 1. Fagnan. *in cap. niſi eſſent de Præbend.* Rota *dec.* 444. *n.* 1. *verſ. cum non ſoleat part.* 2. *recent.*

Quoties autem dari poteſt alia interpretatio quare
13 Indultum Apoſtolicum exceptionem Cardinalium expreſſerit potius in parte loquente de Penſionariis, quam in alia loquente de Titularibus, nempe ad effectum tollendi dubitationem ab illa parte, ubi dubitari poterat de comprehenſione Cardinalium, tali caſu exceptio illarum in una parte non denotat voluntatem contrariam in altera, quæ de cætero non continet verba generalia, & effrenata, & capacia includendi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ut in terminis præciſis reſpondet Roman. *conſ.* 498. *num.* 21. *&* 22. Marcheſ. *de commiſſ. part.* 2. *tit. de commiſſ. Cardin. directa* §. *unico n.* 17. 18. *&* 34. *fol.* 452. *&* 453. Immo talis exceptio facta in una parte influit in aliam, & utranque æquo jure determinat, ac declarat, cum voluntas Papæ excipiendi Cardinales ex quacunque parte Indulti deſumatur, ſemper declarat quid ipſe ſenſerit etiam in alia, ut ad principium indubitatum in omnibus diſpoſitionibus, quæ ſunt ambiguæ, ubi expreſſio facta in una parte, ſemper refertur ad declarationem alterius de eadem materia loquentis ad Text. *in l. qui filiab.* 17. *ff. de legat.* 1. Barat. *dec.* 899. *n.* 1. *& in rec. dec.* 314. *n.* 11. *part.* 9. *& dec.* 243. *n.* 10. *part.* 17. & in terminis conſuluit Frideric. de Sen. *dec.* 233. *n.* 7. *verſ. non obſtat quod excipit* Barboſ. *axiom.* 85. *n.* 5. Rota *dec.* 287. *num.* 22. *part.* 18. *recent.*

Quodque iſta exceptio Cardinalium facta in parte loquente de Penſionariis indubitanter explicet, ac declaret alteram partem, quæ loquitur de Titularibus, & uniformem in utraque mentem Summi Pontificis oſtendat; ad evidentiam probat non ſolum identitas, ſed etiam majoritas rationis, qua concurrente paſſim 14
in jure noſtro admittitur extenſio de caſu ad caſum, & de una Perſona ad aliam, cum proprie iſta non dicatur extenſio, ſed comprehenſio, Rota *coram Royas dec.* 359. *n.* 19. *& coram Dunozett. Jun. dec.* 198. *n.* 4. *& coram Celſo dec.* 125. *n.* 14. *& in recentior. dec.* 727. *n.* 10. *part.* 18. *& dec.* 74. *n.* 2. *part.* 19. cum agitur de agnoſcenda voluntate Papæ quoad comprehendendum, vel excipiendum ab onere hujus con-
tributionis Cardinales, qui dicuntur pars, ſeu mem- 15
bra ſui corporis *gloſſ. in c. excommunicatis in verb. commiſſam de Offic. Legati*, *& in extravag. execrabilis in verb. ſublimitatem verſ. Sextum de præbend.* Hoſtienſ. *in cap. dilectus n.* 2. *de præbend.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 25. *&* 26. Roman. *conſ.* 498. *n.* 7. Card. de Abbic. poſt de Luc. *de Juriſdiction. diſc.* 2. *q.* 1. *n.* 20. ubi voluntas ex quacunque parte
Indulti deſumatur ſemper ad limites ejuſdem ratio- 16
nis porrigitur, & intelligi debet Pariſ. *conſ.* 6. *n.* 20. *libr.* 2. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 11. *num.* 54. Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 20. Guttier. *pract. q. lib.* 3. *q.* 17. *n.* 79. *& ſeqq.* Rota *dec.* 154. *n.* 14. *& ſeqq. part.* 17. *rec.*

Et quidem ſi Papa in Indulto gravare voluit primo Titulares, nempe Archiepiſcopos, Epiſcopos, aliaſque Perſonas Eccleſiaſticas, & deinde etiam Penſionarios, excipiendo inter iſtos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, hæc exceptio juxta ejus mentem deſumpta ab identitate rationis complectitur etiam Titulares, quia cum contributio reſpiciat fructus Beneficiorum, nulla eſt rationis differentia ad hunc effectum ſolvendi contributionem inter Titulares, & Penſiona-
rios, cum ipſi inter ſe dicantur conſocii fructuum, 17
& propterea ambo teneantur de jure ad onerum contributionem, ut firmant Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. n.* 138. Tondut. *de penſion. cap.* 6. *n.* 5. *& ſeqq.* Gigas *de penſion. q.* 38. *per tot.* Barboſ. *Vot. dec.* 96. *n.* 100. *&* 101. cum in ſubſtantia Penſio pars Beneficii reputetur, ut inquit Gigas *de Penſion. q.* 28. Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *q.* 6. *n.* 68.

Unde non percipio qua ratione Papa excipiendo ab hoc onere Cardinales Penſionarios, non intelleaxit excipere etiam Cardinales Titulares, quando agitur de materia contributionis directa ad fructus Beneficiorum Regni, ubi tantum eos percipiunt Titulares, quantum Penſionarii, itaut eadem ratione, qua Papa excipere voluit Cardinales Penſionarios, eadem dicitur excepiſſe Cardinales Titulares tanquam æqualiter perceptores fructuum, ex quibus ſolvenda eſt contributio; Et ille favor, & affectio, quam Papa habuit in excipiendo Cardinales Penſionarios, æque militat in Cardinalibus Titularibus, ſicut æque militat in utriſque identitas perceptionis fructuum, quod eſt ſubjectum ipſius contributionis *l. his ſolis verſ. ſatis cauta putamus*, *Cod. de revocat. donat.* Carill. *decif.* 51. *num.* 25. Coccin. *decif.* 1788. *num.* 59. *& in recent. dec.* 154. *n.* 13. *part.* 17. quia ratio eſt illa, quæ non
minus diſponit, quam ipſa verba diſpoſitiva, ut poſt 18
Decian. *conſ.* 15. *n.* 13. *& ſeqq. lib.* 1. Molin. *de primogenit.*

genit. lib. 1. *cap.* 5. *num.* 7. firmat Coccin. *dec.* 2064. *num.* 5. & ſatis expreſſum dicitur, quod ſub ratione
19 comprehenditur, vel ex eadem ratione deducitur *l. quæſitum ſcit, ff. de Teſtib.* Gutier. *pract. qu. lib.* 3. *quæſt.* 17. *n.* 81. Surd *dec.* 234. *n.* 40. Rota *deciſ.* 10. *n.* 3. *part.* 1. *rec.* cum aliis apud Barboſ. *axiom.* 89. *num.* 13.

Quod multo magis apud Me ſtringit, dum video fuiſſe exceptos Cardinales Penſionarios, etiamſi loco Penſionum percipiant omnes fructus Epiſcopatus, vel Eccleſiæ ibi: *Seu iis, quibus loco penſionum fructus in totum, &c. reſervata exiſtunt*. Et proinde ſi fuerunt excepti Cardinales Penſionarii, qui percipiunt omnes fructus Eccleſiæ, ſeu Epiſcopatus, Mihi clarum videtur, quod excepti fuerint ipſi etiam Cardinales Titulares, quia quantum ad perceptionem fructuum, ſuper quibus cadit contributio, Cardinales reſervatarii
20 fructuum in totum æquiparantur Titularibus, dum habent omnes illius fructos, quos percipiunt Titulares, ut conſiderat Gomes *in regul. Cancell. tit. de public. reſignat. q.* 2. *num.* 3. *in fine*, Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 34. excluſo nudo titulo, qui in ſubiecta materia non conſideratur, tanquam Impertinens, ſeu extraneus ab ipſis fructibus contributioni ſubjectis.

Verum non ſolum concurrit identitas, ſed etiam majoritas rationis, quia nempe Papa excepit Cardinales Penſionarios, multo magis fatendum eſt excipe-
21 re voluiſſe Cardinales Titulares, dum Penſionarii percipiunt fructus titulo lucrativo ſine ullo labore, aut onere, quod eſt annexum adminiſtrationi Epiſcopatus, vel Beneficii, ut notavit Gigas *de Penſion. q.* 96. *n.* 3. *& ſeqq.* ubi quod Penſionarius manducat, ſed non laborat, Gomes *in regul. Cancell. ad regul. de Inſtr. q.* 16. *n.* 2. ibi: *nam Penſionarii non laborant in Eccleſia, neque ſeminant, & tamen metunt, & fructus ſine labore manducant*, Farinell. *de translat. penſion. cap.* 9. *n.* 8. Per contrarium vero Titulares percipiunt fructus titulo oneroſo inſerviendo Eccleſiæ, & ſuſtinendo pondus adminiſtrationis Epiſcopatus, unde quis unquam dubitare poteſt, quod ubi Papa excepit Cardinales Penſionarios titulo lucrativo fructus percipientes, multo magis excipere voluerit Cardinales Epiſcopos, & Archiepiſcopos, qui titulo oneroſo ſerviunt, & adminiſtrationis Eccleſiæ merentur majorem indulgentiam, ne graventur in eo, quod propriis laboribus percipiunt, ut expendendo majoritatem rationis, de qua Text. *in Auth. multo magis, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* tradunt Gloſſ. *in extravag. execrabilis in verb. ſublimitatem verſ. ergo multo fortius de Præbend.* Peregrin. *conſ.* 103. *num.* 17. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 6. *n.* 20. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 350. *num.* 48. *lib.* 3. Surd. *conſ.* 383. *n.* 13. Oſaſc. *conſ.* 56. *n.* 12. Solorz. *de Jur. Indiar. tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 14. Rota *dec.* 59. *n.* 10. *part.* 18.

Neque enim perſuaderi poteſt hæc prorſus incongrua, & irregularis voluntas, juxta quam dicamus Summum Pontificem voluiſſe excipere Cardinales, ſi eſſent Penſionarii, non autem ſi eſſent Titulares in hac materia contributionis cadentis ſuper fructibus beneficiorum, quia ſequeretur abſurdum, quod magis Papa indulgere voluiſſet Penſionariis, qui minorem favorem merentur, quam Titularibus, qui majori prærogativa gratiæ digni exiſtimantur propter onus Epiſcopatus, & Eccleſiæ eorum humeris impoſitum, contra omnem veriſimilitudinem, & cum ſpecie abſurdi; dum ſi daremus in hoc Regno Cardinalem Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, ſuper cujus Eccleſiæ fructibus impoſita eſſet Penſio ad favorem alterius Cardinalis, videre oporteret hoc abſurdum, quod Cardinalis Titularis eſſet obligatus ad contributionem, & per contrarium exemptus ab illa Cardinalis Penſionarius,
22 quod involveret abſurdum, ſeu imprudentiam diſpoſitionis nullatenus præſumendam in Summo Pontifice *l. Meminerint in fin. Cod. Unde vi, l. Salvius Ariſto, digeſtis de legat. præſtand.* Præſertim in ordine ad Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, erga quos uniformis affectio Summi Pontificis præſumitur tanquam
23 illos, qui faciunt unum Corpus cum ipſo, & laborant pro Eccleſia univerſali, ut inquit Joan. XXII. *in extravag. execrabilis, §. Nos itaque de Præbend.* Prepoſ. *in Can. Quamquam* 2. *quæſt.* 7. *numer.* 12. Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 68. Roman. *conſ.* 498. *n.* 7. Et conſequenter hæc ratio affectionis tantum militat in Cardinalibus Penſionariis, quantum in Titularibus, itaut exceptio Penſionariorum potius facta dicatur ad majorem declarationem, Rota *deciſion.* 343. *numer.* 12. *in fin. part.* 16. Celſ. *deciſ.* 229. *numer.* 8.

In qua ſententia Me fortius confirmat illa communis propoſitio, quod in quacunque diſpoſitione generali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales 24
nunquam comprehenſi cenſeantur, niſi de illis facta fuerit mentio ſpecialis, tum ex particulari eorum privilegio tanquam membra corporis Papæ ſint ſpeciali nota digni, & ſpecialiter nominandi: alias in diſpoſitione generali, quæ juxta præſentem caſum odioſa eſt, incluſi nunquam cenſeantur, ut eſt Text. *in cap.* 1. *de offic. legat. in* 6. ibi: *Quod in fratribus noſtris legatione fungentibus volumus obſervari, quia ſicut honoris prærogativa lætantur, ſic eos auctoritate fungi volumus ampliori, & in extravag. execrabilis, §. Nos itaque de præbend.* Jaſon. *conſil.* 117. *numer.* 2. *verſic. Tertio principaliter libr.* 4. Cæphal. *conſil.* 1. *numer.* 42. *& ſeq. libr.* 1. Pariſ. *conſil* 141. *numer.* 8. *libr.* 4. Mandoſ. *in Regul. Cancell. in regul. de inſir. quæſt.* 2. *numer.* 4. *in fin.* Gigas *de penſion. quæſt.* 59. *numer.* 11. Marcheſ. *de commiſſion. part.* 2. *titul. De commiſſion. Cardinal. direct. §. unico numer.* 17. Pariſ. *de confid. quæſt.* 27. *numer.* 29 ubi quod hæc eſt communior opinio, Monet. *de decim. capit.* 9. *quæſt.* 3. *numer.* 110. & in terminis contributionis, ſeu decimæ Dian. *coord. tom.* 9. *tract.* 7. *de poteſt. & privileg. Cardin. reſolut.* 30. *num.* 2.

Eo magis quando per modum privilegii ſpecialis, ne hæc opinio communior amplius poneretur 25
in dubio, ſicut controvertitur apud aliquos Doctores, teſte Pariſ. *de confid. dict.* 27. *numer.* 29. Summi Pontifices devenerunt ad condendum *Regulam* 70. *Cancellariæ* ſtatuendo ibi: *Cum Sancta Romana Eccleſia Cardinales Sanctiſſimo Domino Noſtro aſſiſtant, ac propterea debeant ſpecialiter privilegiis, & prærogativis gaudere, idem Dominus Noſter ſtatuit, ordinavit, decrevit, &c. quod in quibuſcunque Conſtitutionibus, & Regulis per Sanctitatem Suam edendis non comprehendantur, neque comprehenſi cenſeantur ipſi Cardinales, niſi illa eorundem Cardinalium favorem concernant, vel Conſtitutiones edendæ de eorundem Cardinalium, vel majoris partis conſilio editæ fuerint, ſeu in eiſdem Regulis, & Conſtitutionibus facta fuerit ipſorum Cardinalium expreſſa mentio*: Quam declarationem licet procedere in Conſtitutionibus, & Regulis, non autem in aliis diſpoſitionibus exiſtimaverit, Rota *coram Ottboben. deciſion.* 257. *numer.* 13. *&* 14. Hæc tamen propoſitio convincitur meo judicio apertiſſime inſubſiſtens, & legalibus principiis adverſa, dum ſi Cardinales ſpeciali nota digni ſunt, & Regula Cancellariæ hanc ſpecialem mentionem neceſſariam eſſe voluit propter illam rationem, quod ſpecialibus prærogativis, & privilegiis gaudere debent; Ego non video quomodo hæc ratio, quæ generalis eſt, limitari poſſit ad certum genus diſpoſitionis, immo ſi ſpecialis mentio requiritur in Conſtitutionibus, & Regulis, quæ ſunt generales per viam legis, & ſunt fortiores, & favorabiliores, eo magis neceſſaria eſt in indultis, & diſpoſitionibus particularibus, quæ vim legis non habent, & ſunt odioſæ, vel ſaltem minus favorabiles, per ea, quæ habentur apud Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 51. *& gloſſ.* 36. *numer.* 31. *& ſeqq.* Rota *deciſion.* 1029. *numer.* 11. *coram Emerix Jun. & in Monaſterien. Decanatus* 13. *Junii* 1710. §. *Nec hujuſmodi cor. bo. me. Caffarello*.

Neque de cætero eſt locus de hoc dubitandi, quando ita docet obſervantia Sedis Apoſtolicæ, juxta quam nunquam cenſentur incluſi in qualibet diſpoſitione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales,

niſi

niſi fuerint ſpecialiter nominati, & quando Papa in
aliqua diſpoſitione eos excipit, id facere dicitur ad
26 tollendam dubitationem, potius quam ad neceſſi-
tatem, ut dicit Pasiſ. *de confiden. dict. quaſt.* 27.
numer. 28. *&* 29. & in terminis impoſitionum,
27 quæ imponuntur cauſa belli, quod ab illis ſint
exempti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales reſo-
lutum teſtatur per Sacr. Congregationem Immu-
nitatis Ricc. *in Synop. Decret. Congregationis in
verb. Contributio cauſa belli numer.* 8. & in præ-
ciſis terminis, quod *Regula Cancellariæ* 70. locum
habeat etiam in Brevibus Apoſtolicis emanatis pro
ſubſidiis, impoſitionibus, contributionibus, ac do-
nativis, quæ in Eccleſiaſticis perſolvi mandantur
Regibus, & Principibus, teſtatur publicus Officialis
Secretariæ Brevium Apoſtolicorum, ubi refert talem
eſſe obſervantiam, & praxim, cui in hac mate-
ria concernente proprium officium plena fides ad-
hibetur Spad. *conſil.* 124. *& conſil.* 158. *numer.* 18.
Caval. *deciſ.* 10. *numer.* 12. Seraphin. *deciſ.* 792.
numer. 3. But. *deciſion.* 910. *numer.* 8. *& in re-
centior. deciſ.* 427. *num.* 7. *part.* 18. *& in Mo-
naſterien. Canonicatus nona Decembris* 1712. §.
*Alterum, coram Reverendiſſimo Domino Aldro-
vando.*

Si enim talis eſt obſervantia Sedis Apoſtolicæ,
28 quæ ita intellexit, & declaravit *Regul.* 70. ab ipſa
editam ſilere debet omnis contraria interpretatio in
concurſu alterius datæ ab ipſo Conditore Legis,
ſeu Regulæ *leg. Non ambigitur, digeſtis de legi-
bus, leg. Si Imperialis, & leg. Leges Sacratiſſimæ,
Cod. de legibus, & cap. Cum veniſſent de judic. &
cap. Inter alia de ſentent. excommunicat.* & in ter-
minis noſtris Rota *deciſ.* 303. *numer.* 13. *part.* 17.
recent. & in Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ 23.
Januarii 1722. §. *Jure igitur, coram Rev. P. Dom.
Cerro.*

Ex his indubitatum cenſeo, quod Cardinales non
fuerunt ullo modo comprehenſi, ſed excepti in in-
dulto; cum enim de ſpeciali privilegio illi non
comprehendantur in generali diſpoſitione, quæ con-
tineat gravamen, vel odium; ſi indultum expreſſe
excipit Cardinales Penſionarios, & ſic etiam mul-
to magis Titulares, ſi praxis, & obſervantia Se-
dis Apoſtolicæ eſt, ut ſub generali ſermone illi non
comprehendantur ad formam *Regulæ* 70. *Cancella-
riæ*, etiam in his indultis, quæ dantur pro obli-
gandis Eccleſiaſticis ad ſubſidia, & donativa pro
Regibus, & ſubſidiis non videtur ſupereſſe aliqua
difficultatis reliquia ad certo affirmandum, & con-
cludendum, quod mens Papæ nunquam fuerit in-
cludere in hoc indulto Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinales, cum iſta voluntas non ſolum colliga-
tur ex verbis indulti, ſed etiam ex opinione Do-
ctorum ex *Regula* 70. *Cancellariæ*, & demum ex
ipſo ſtylo Sedis Apoſtolicæ, ut bene notavit Gon-
zal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 2. *numer.* 63.
& ſeqq. & §. 7. *proœmial. numer.* 136. Adden. ad
Gregor. *dec.* 184. *num.* 8. Rota *dec.* 608. *n.* 6. *part.* 2.
& dec. 614. *nu.* 28. *part.* 4. *tom.* 3. *& in Forolivien.
Parochialis* 26. *Aprilis* 1706. §. *Proxime, coram
bon. mem. Omana.*

Si hæc ſufficerent ſiſtendo in ſola interpretatione in-
dulti, quid ſane dicendum erit, quando concurrit ob-
ſervantia interpretativa? juxta quam nunquam Car-
dinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut alii Cardina-
les Titulares in Regno Siciliæ ſubjecti fuerunt huic do-
nativo Regio, nec unquam fuerunt adſtricti ad talem
contributionem, aut ſolutionem aliquam eos feciſſe
conſtat per obſervantiam fere centenariam ab anno
1634. uſque in præſens, non obſtante, quod tanto
temporis decurſu numerentur 23. Cardinales, qui
pro tempore poſſederunt Epiſcopatus, & Beneficia
in eodem Regno, ut probatur in Libris Regii Pa-
trimonii, quando autem talis, & tanti temporis ha-
bemus obſervantiam, vana redditur omnis diſputatio
quomodo intelligatur indultum, & an comprehendat
Cardinales, quia ſi, nunquam fuerunt habiti pro
comprehenſis, ſed exceptuatis per tanti temporis
praxim, & obſervantiam; jam habere dicimus melio-
rem interpretationem, quæ dari poſſit, & quæ præ-
valet cuicunque alteri interpretationi, licet (quod
verum non eſt) forte veriori, & magis legitimæ,
juxta communem propoſitionem, de qua Honded.
conſ. 92. *num.* 30. *lib.* 1. Adden. ad Gregor. *dec.* 184.
n. 8. Rota *coram Dunozet. Junior. dec.* 966. *n.* 17. *&
coram Emerix Jun. dec.* 24. *n.* 8. *&* 9. *& dec.* 242.
num. 11. *& in Urbanien. Canonicatus, coram bon.
mem. dell'Olmo* Impreſſ. apud Me *Diſcept. Eccl.* 4.
num. 88.

Non enim hujuſmodi praxis tolerata fuiſſet tanto
temporis ſpatio in tot Cardinalibus, ſi vere indultum 31
comprehendere voluiſſet etiam Cardinales, neque
cæteri Eccleſiaſtici ſupportaſſent in ſe ipſis totam
contributionem: dum ergo ita ſervatum fuit, nec
datur caſus unius ſolutionis factæ ab ullo ex Car-
dinalibus; perneceſſe fatendum eſt eos ſub indulto
gravatorio nunquam fuiſſe incluſos, ſed exceptos
Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *n.* 40. *&
ſeqq.* Rota *coram Mantic. dec.* 59. *n.* 12. *& coram
Bich. dec.* 83. *n.* 9. *& cor. Cerro dec.* 842. *n.* 12. *&
cor. Emerix Jun. dec.* 1342. *n.* 8. *& in rec. dec.* 441.
n. 9. *& ſeqq. part.* 18.

Idque locum obtinet etiamſi forte aliquis ex Car- 32
dinalibus petiiſſet exemptionem ab ipſo Rege per
viam gratiæ, illamque obtinuiſſet, quia hoc factum
videretur potius ad majorem cautelam, quam ad
neceſſitatem, Card. de Luc. *de penſ. diſc.* 47. *n.* 14.
Rota *in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704.
§. *final. cor. bo. me. Muto, & in Melphiten. Beneficii*
21. *Junii* 1712. §. *Atque hæc, &* 5. *Decembris ejuſ-
dem anni* §. *Hinc non refragatur, cor. bo. me. Lancet-* 33
ta. Præſertim quando omnes alii Cardinales ante-
ceſſores, & ſucceſſores continuarunt in ſua pleniſ-
ſima exemptione ſine ullo facto ſolutionis, cum in
hac materia conſuetudinis attendatur quidquid pro ma-
jori parte factum, ac obſervatum fuerit, ut bene
Rota *coram Dunozett. Jun. dec.* 265. *num.* 10. *in fin.
& n.* 11. Conſtantin. *ad Stat. Urb. annot.* 6. *art.* 1.
n. 45. Rota *dec.* 2. *n.* 39. ad ornat. Card. de Luc. *de
regal. & in Imolen. bonorum ſuper decimis* 24. *No-
vembris* 1698. §. *Prout nec minus, coram bo. mem.
Molines.*

Quibus omnibus obſtare non cenſeo *dec.* 257. *cor.
Orthobon.* Quia ejus caſus eſt omnino diverſus, & 34
nihil applicabilis ad terminos noſtri indulti. Nam
primo obſervo, quod ibi agebatur de contributione
conceſſa pro munitione Civitatum ad repellendos
incurſus Hoſtium, quod reſpiciebat commodum,
perſonas, & bona etiam Eccleſiaſticorum, ut lege-
re eſt *d. dec.* 257. *n.* 5. In propoſito autem contributio,
ſeu donativum fieri ſolet partim pro manutentione,
& defenſione Regni, partim pro muniendis Civita-
tibus, & Terris Regni, partim pro reparatione Pon-
tium, partim pro reſtauratione Palatiorum Regio-
rum, partim pro reſtauratione, & cuſtodia Tur-
rium in littore Maris, partim pro ſolvendis affi
bus domorum, quas in Civitate Viennæ inhabitant
Miniſtri Conſilii Italiæ, partim vero pro expenſis
Miniſtrorum, qui aſſiſtunt Parlamento, & hoc to-
tum donativum non ſolvitur in perpetuum, quia
de triennio in triennium renovatur in Parlamentis.

Secundo *dec. Otthoboni* emanavit in terminis in-
dulti Urb. 8. habentis clauſulas univerſales, & effre-
natas ibi: *Cujuſcunque Ordinis, Congregationis, ac* 35
*Societatis etiam neceſſario exprimen. cæterorumque
Collegiorum Eccleſiaſticorum cujuſcunque qualitatis
ſint:* Quæ clauſulæ eſt quatæ, & univerſales omnino
deficiunt in noſtro indulto, veluti reſtricto ad Ar-
chiepiſcopos, & Epiſcopos, & Archimandritam,
& alias Perſonas Eccleſiaſticas, quorum appellatio-
ne non veniunt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
nales, quæ ratione officii ſunt Perſonæ majores 36
Archiepiſcopis, & Epiſcopis, juxta *Conſtitutionem
Eugenii IV. Conſtit.* 15. *Bullar. Roman. tom.* 1. Panor-
mit. *in Clem. frequens n.* 3. *de exceſſib. Prælator.* &
apud Dian. *coordinat. tom.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 1. *n.* 4. *&
ſeqq.* Nicol. *in Floſc. in verb. Cardinalis n.* 3. nec
minus veniunt appellatione aliarum Perſonarum Eccle-
ſiaſticarum, quia dictio *Aliarum* denotat Perſonas ſi- 37
miles

miles Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & ſic ſemper inferiores Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus. *cap. Sedes de reſcript.* ut in puncto Roman. *conſ.* 498. *n.* 10. *verſ. Sexta ratio*, & generaliter Suid. *conſ.* 21. *n.* 13. *&* 14. Gratian. *diſcept.* 774. *n.* 28. Rota *dec.* 373. *n.* 4. *part.* 3. *&* *dec.* 218. *n.* 14. *part.* 11. *&* *dec.* 126. *n.* 9. *part.* 18. Ideoque ab indulto, de quo loquitur *dec. Otthobon.* tanquam continente clauſulas effrenatas, & univerſales, non poteſt inferri ad noſtrum, quod continet verba valde reſtricta, & exprimentia ſolos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & Archimanditam, & alias Perſonas Eccleſiaſticas, ut
38 in terminis, quod *dec. Otthobon.* non procedat, niſi quando verba indulti contineant amplitudinem, vel alias circumſtantias ſuadentes veriſimilem intentionem Papæ includendi Cardinales, animadvertit Card. de Luca *in Miſcell. Eccl. diſc.* 23. *n.* 11. *& de benef. diſc.* 109. *n.* 6.

Tertio in caſu *decis. Otthob.* non aderat exceptio
39 Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium in aliqua parte indulti, quæ ex prædictis informat indultum in omni alia parte, in qua Cardinales expreſſe non fuerunt comprehenſi, juxta identitatem, & majoritatem rationis, de qua ſuperius abunde dictum eſt.

Quarto demum *dec. Otthob.* fundatur in obſer-
40 vantia, quæ erat contraria Cardinalibus, ut legere eſt ibidem n. 14. & 15. in caſu autem iſto obſervantia, & quidem notabilis tota aſſiſtit favore Cardinalium, ubi propterea potius retorquetur concluſio allegata in *eadem dec.* 257. *n.* 15. *cor. Otthobon.*

Cæterum quatenus hæc *dec.* firmavit Cardinales
41 comprehendi in diſpoſitione generali, quæ ſit odioſa odio rationabili, non bene loquitur, dum ratio, ob quam Cardinales non comprehenduntur in diſpoſitione generali loquente de oneribus, & gravaminibus, eſt exemptio, qua gaudent Cardinales, uti pars corporis Papæ, & de latere ipſius, juxta Text. *in l. unic. in fin. Cod. de propoſit. labor. libr.* 12. ibi: *Nam, & Immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat*, *& l. Senatorum, C. de dignitat. lib.* 12. & obſervat Queſada *in not. ad Regul.* 70. *Cancell.* ideoque uti privilegiati in hac exemptione ſub generalitate verborum non veniunt, juxta Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 90. & bene notavit Panormit. *in Clem. frequens n.* 3. *de exceſſib. Prælator.* ubi quod Cardinales vere ſunt Partim ſcripti in Diademate Principis, & ſunt pars corporis ipſius, & ſunt ſpecialius Fratres Principis; & plus aliis privilegiatis. In cæteris vero diſpoſitionibus de alia materia loquentibus non comprehenduntur in generali ſermone ob privilegium, quod habent ratione altiſſimæ Dignitatis, ſicut Reges, ut ſpeciali mentione ſint exprimendi, ut apud Cæphal. *conſ.* 1. *n.* 42. *&* 43. *lib.* 1. Jaſon. *conſ.* 110. *ſub n.* 2. *lib.* 4. & alios ſupra relatos §. *In qua ſententia*, quæ ratio expreſſa legitur in *Regul.* 70. *Cancell.* ibi: *Facta fuerit ipſorum Cardinalium expreſſa mentio*: quæ ratio ſemper urget, & locum habet, ſive diſpoſitio ſit odioſa odio rationabili, ſive irrationabili, prout in terminis conſtitutionis rationabilis loquitur Pariſ. *de confiden. q.* 27. *n.* 29. quod tamen ex abundanti, & ultra neceſſitatem adduco, quia ſubjecti caſus deciſio non pendet ab hoc articulo in abſtracto, ſed ex verbis indulti, mente Summi Pontificis, Praxi Sedis Apoſtolicæ, & obſervantia interpretativa, quæ ſpatio 90. annorum exceptos ab indulto, & contributione declaravit S. R. E. Cardinales.

Hoc votum a Me feſtinanter ſcriptum ob urgentiam rei ad requiſitionem Eminentiſſ. DD. Cardinalium Judicæ, & Columnæ ad Aulam Cæſaream tranſmiſſum fuit, ejuſque copiam requiſivit, & apud ſe habere voluit ſan. mem. Innoc. XIII. ad effectum legendi, & poſt illud, ut ſupra tranſmiſſum res quievit, ſicut tunc temporis audivi.

HILDESIMEN DECANATUS.

ARGUMENTUM.

An valeat Conſuetudo, ſeu Statutum, juxta quod Canonici in eorum receptione ad Eccleſiam tenentur dare certam pecuniarum quantitatem pro fabrica, & ſuppellectilibus Eccleſiæ, necnon etiam pro ſalario, ſeu mercede plurium ejus Officialium, & Miniſtrorum, & ſervire gratis pro anno ſuperviventiæ Defuncti, ad materiam *Text. in cap. Jacobus de ſimon. Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *de reformat. & Conſtit.* 104. *S. Pii V. & Conſtit.* 51. *S. mem. Innoc. XII.*

SUMMARIUM.

1 *Exponitur conſuetudo, & ſtatutum Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Mauritii Hildeſimen. Diœceſis.*

2 *Statutum, quod Canonicus in ingreſſu Eccleſiæ teneatur dare certam pecuniam pro fabrica, & ſuppellectilibus Eccleſiæ eſt ſuſpectum de ſimonia.*

3 *Iſta contributio in uſus pios, an faciat valere ſtatutum, ſeu potius conſuetudinem, & numer.* 4.

5 *Quid requiratur ad evitandum vitium ſimoniæ in hac materia.*

6 *Solutiones, quæ fiunt per noviter recipiendos in Eccleſia, quomodo fuerint reprobatæ per Concilium Tridentinum, necnon Conſtitutiones Sancti Pii V. necnon ſan. mem. Innocentii XII.*

7 *Statutum, quod noviter proviſi aliquid ſolvant etiam in uſus pios, an afficiat Proviſos Apoſtolicos.*

8 *Statutum, & conſuetudo in hac materia non valent, ſi fiat ſolutio in privatam utilitatem Canonicorum; ſecus autem in uſus pios, & n.* 66. 67. *&* 69.

9 *Rejecta differentia inter ſtatutum, & conſuetudinem, & reſpondetur contrariis, ut numer.* 10.

11 *Dictio pro importat cauſam finalem.*

12 *De ratione, ob quam non ſubſiſtat differentia inter ſtatutum, & conſuetudinem, & numero* 13.

14 *An valeat ſtatutum, quod detur certa pecuniæ quantitas in admiſſione, & ingreſſu ad Confraternitates.*

15 *An ſit ſimoniaca conſuetudo, juxta quam Moniales in ingreſſu ad Monaſterium, ſolvere teneantur aliquas contributiones.*

16 *Contributiones, quæ fiunt in uſus pios per Canonicos noviter proviſos in ingreſſu ad Eccleſiam approbatæ fuerunt per Concilium Tridentinum, & num.* 17. *reprobatur* Barboſa, *vide num.* 59.

18 *In jure dantur tria tempora ante actum, in actu, & poſt actum.*

19 *Vigore ſtatuti, & conſuetudinis licitum eſt, ut noviter proviſi faciant ſolutionem aliquarum contributionum in uſus pios, etiam ante receptionem ad Eccleſiam, vel præſtent cautionem de ſolvendo, & de opinione Auctoris, ut num.* 20.

22 *Reprobatur* Garzias, *qui tenuit poſt Concilium non valere hujuſmodi ſtatutum, niſi fuerit per Papam confirmatum, & numer.* 22. *&* 23.

24 *Obſervantia centenaria præſumit confirmationem Papæ in forma ſpecifica.*

25 *Refertur Conſtitutio* 104. *S. Pii V.*

26 *Conſtitutio prohibuit noviter proviſis ſubtrahi fructus, & diſtributiones applicatas ad pium uſum*

ultra

ultra ſemeſtre tempus, & permiſit intra idem tempus, & num. 27. & 70.

28 *An hac Conſtitutio in hac parte limitativa potuerit per non uſum abrogari.*

29 *Refertur Conſtitutio* 51. *ſa. mem. Innocentii XII.*

30 *Quomodo intelligatur concluſio, quod ſtatutum Eccleſiarum non obliget proviſos Apoſtolicos.*

31 *An ſit licita conſuetudo, ſeu ſtatutum, quod novitur proviſi ſolvant aliquid pro ſalario, mercede, & ſubſtentatione Miniſtrorum, & Officialium Eccleſia*, & num. 32. 33. 34. 35. & 60.

36 *Quomodo in hac parte fieri poſſit ſtatutum validum.*

37 *Obſervantia requirit actus effectuatos probandos ab eo, qui ſe fundat in conſuetudine.*

38 *Validum eſt ſtatutum, quod concedit heredibus defuncti annum ſuperviventia, & de ratione* num. 39. vide num. 68.

40 *Non valet ſtatutum, quod noviter proviſus ex fructibus ſua Prabenda contribuat aliquid annuum pro Miniſtro, Capituli; declara*, ut num. 41.

42 *Probatio ſolutionis non deducitur ex promiſſione, ſed ex effectiva datione; amplia etiamſi agatur de promiſſione jurata* num. 43.

44 *Quomodo debeant fieri, & reformari ſtatuta, in hac materia.*

45 *Obſervantia eorum, qua continentur in ſtatuto inſerto in volumine ſtatutorum Eccleſia praſumenda eſt.*

46 *Obſervantia hujuſmodi ſtatuti in parte praſumit obſervantiam in totum.*

47 *Statutum praſumitur eſſe in viridi obſervantia, etiamſi caſus illud obſervandi non evenerit per mille annos.*

48 *Decanus Eccleſia Collegiata non poteſt in ea deferre habitum violacei coloris, quem geſtare ſolet in Eccleſia Cathedrali, cujus eſt Canonicus*, & num. 61.

49 *Canonicus, qui eſt miles Regularis non poteſt in Choro ſuper habitu Canonicali deferre Crucem.*

50 *Non poteſt in uno Corpore, ſeu Capitulo diſſimilis habitus geſtari. Limita quoad primam Dignitatem*, ut num. 51. *& limita etiam quoad Epiſcopum*, ut num. 52.

53 *In quolibet actu attenditur repraſentatio perſona, quam quis gerit in illo.*

54 *Parochus Regularis Eccleſia Matricis pracedit Parocho Eccleſia Sacularis eidem ſubdita, & ſic etiam Clerus Regularis Eccleſia Cathedralis quoad Clerum Sacularem Eccleſiarum inferiorum.*

55 *Ex negligentia reſidendi in Eccleſia, Decanus Collegiata amittit fructus.*

56 *Impedimentum, quoad potuit ad libitum removeri, non excuſat.*

57 *Pro reſidentia nulla acquiritur monitio, ſeu interpellatio.*

58 *Expenſa litis quando non ſint, reficienda per Collitigantem.*

62 *Diſpoſitio in Beneficialibus tota pendet ex voluntate Papa.*

63 *Litera Pontificia Motu proprio ligant etiam ſine acceptatione ſubditorum, & de ratione.*

64 *Decretum irritans infringit contrarium uſum.*

65 *Canonico in Eccleſia recepto debentur fructus, & diſtributiones.*

71 *Spectat ad Epiſcopum invigilare, ut deſtinata in pios uſus, convertantur in eoſdem.*

72 *Valet ſtatutum, ſeu conſuetudo, quod Canonici juniores arceantur ab actibus Capitularibus.*

73 *Applicatio fructuum novi Canonici pro anima defuncti, an locum habeat etiam favore Reſignantis* Rota *non reſolvit.*

DISCEPTATIO LVII.

VIget in inſigni Collegiata S. Mauritii Hildeſim. Diœceſis Statutum, ac conſuetudo, quorum vigore tam Decanus, quam Canonici in eorum receptione ad Eccleſiam ſolvere tenentur certa onera, 1
ſeu Jura tam pro fabrica, & ſacris ſuppellectilibus Clenodia nuncupatis, quam pro mercede ejus Miniſtrorum, & Officialium; Cumque Ignatius Henricus Liber a Sede Apoſtolica noviſſime proviſus de Decanato, recuſet prædicta onera ſubire Reverendiſſimum Capitulum æqui, ac juſti Amator maturo prius conſilio procedere intendens, votum meum pro veritate requiſivit ſuper infraſcriptis quinque dubiis.

I. An Decanus teneatur dare 30. *florenos Rhenenſes aureos pro ſabrica Eccleſia, & Clenodiis.*

II. An etiam florenos quinque ſimiles Succentori, Camerario, Campanario, & Rectori Schola, qui docet juventutem univerſitatis ſacularis, nec non Prafecto juriſdictionis Capituli ſemiduas ulnas panni rubri coloris, & Choralibus Eccleſia florenos ſex moneta currentis.

III. An teneatur ſervire gratis pro anno ſuperviventia Decani defuncti, cui cedunt fructus dicti anni pro ejus anima, & funeralibus.

IV. An teneatur ſingulis annis ſalariare Agentem, ſeu Advocatum, aut Sindicum Capituli ex fructibus Decanatus dando unum Plauſtrum, ſcilicet modium ſiliginis, ac modium Hordei.

V. An liceat eidem Decano intrare Collegiatam cum habitu violaceo, quem portat uti Canonicus Cathedralis Eccleſia Hildeſimen non obſtante, quod ſui pradeceſſores parem ſemper cum Canonicis portaverint habitum nimirum nigri coloris.

Qua in re negotio mature examinato per tramites univerſi Juris Eccleſiaſtici cenſeo in ſenſo veritatis eſſe prout in prima reſpondendum, & ag- 2
grediendo examen prioris articuli, & præſupponendo in facto, quod prædicti 30. floreni debeantur vigore Statuti conditi uſque de anno 1528. multum dubitare cogor ſuper ejus validitate, quippe hujuſmodi Statutum tanquam inducens neceſſitatem promittendi dictam ſummam in ingreſſu Eccleſiæ, habere videtur vehementem ſuſpicionem Simoniæ, quod nempe pro ingreſſu ipſo ſpirituali Proviſus ſolvere temporalia cogetur, & conſequenter tanquam Simoniacum, & reprobum nullatenus valere probat *Text. in cap. cum in Eccleſia de Simonia* ibi: *Cum in Eccleſia corpore omnia debeant ex charitate tractari, & quod gratis receptum eſt, gratis impendi, horribile nimis eſt, quod in quibuſdam Eccleſiis locum venalitas prohibetur habere, ſtatut pro Epiſcopis, Abbatibus, ſeu quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ponendis in Sede, ſeu introducendis Presbyteris in Eccleſia, &c. aliquid exigatur*: concordat alter *Text. in cap. in tantum de Simonia* ibi: *pravam illam conſuetudinem de tua Provincia ſtudeas abolere, per quam pro Eccleſiarum Inveſtitura Archidiaconi marcham argenti, minores vero Decani Vaccam albam ſibi dari poſtulant, vel certam ſolvi pecunia quantitatem, & text. civilis in auth. de Sanctiſſ. Epiſcop. §. Sed neque* ac late ex pluribus aliis textibus, & Canonicis documentis probat Gonzalez. *in cap. cum in Eccleſia de Simon. num.* 3. *& 6. in fin.* Paſſerin. *de elect. cap.* 7. *num.* 224. Rebuff. *in concordatis tit. de reſervat. §. in Cathedralibus verſ.* 5. Cened. *ad decretal. collectan.* 16. *num.* 2.

Et quamvis hujuſmodi textus, & DD. non loquantur quando ſolutio fit in pios uſus, nempe in 3
fabricam, & paramenta Eccleſiæ, tamen eadem ratio viget etiam in hoc caſu, quia non debet aliquid mali accipi, ut bene diſpenſetur ſeu committi Simoniam, ut convertatur in bonum ut eſt *text. in can. ex multis* 1. *qu.* 3. *§. conſtituimus*, ibi: *Nullus cujuſcumque gradus Clericus pro Eccleſia beneficio aliquid audeat conferre, aut fabrica Eccleſiarum, vel donariis Eccle-*

Jure, quod aliquis ſit factus Epiſcopus, & non ha-
beat uniformem Juriſdictionem, & poteſtatem Epi-
20 ſcopalem ſibi attributam in erectione Dignitatis pee
ea quæ habentur apud Pac. Jordan. *tom. 1. lucubr. in
prælud. 3. num. 16. & 17.* Rot. *dec. 62. num. 5. verſ. vi-
ſum part. 1. rec.*

Et in excluſionem ſuppoſiti, cum quo proceſſit
Card. de Luca adduco ſpecialem Auctoritatem Fi-
liuc. *oper. moral. tract. 41. de benefic. cap. 1. numer. 41.*
ubi firmat Sommum Pontificem eſſe *tum Epiſcopum
Urbis habentem Populum, & Clericum, tum Archie-
piſcopum, Præſidentem Suffraganeis quibuſdam, tum
Patriarcham Occidentis, tum Summum totius Eccle-
ſiæ Caput. Primo ergo tanquam Epiſcopus Urbis
habet Roma Generalem Vicarium, qui eſt unus de
Cardinalibus. Secundo tanquam Archiepiſcopus ha-
bebat olim ditioni ſuæ ſubjectos Epiſcopos octo Urbi
vicinos, qui poſtea ſequenti tempore ad ſex redacti
ſunt, &c. qui ſunt Epiſcopi Card. nempe Hoſtien.
Portuen. &c. Tertio tanquam Patriarcha præfuit
omnibus Archiepiſcopis, & Primatibus per Italiam
Galliam, Germaniam &c. Quarto tanquam totius
Eccleſiæ Antiſtes omnibus Eccleſiarum Epiſcopis, Ar-
21 chiepiſcopis, Primatibus, & Patriarchis præeſt, &
Jura dat:* ex cujus dictis excluditur, quod Papa
tanquam Epiſcopus Urbis habeat ſex Epiſcopos Ur-
bi vicinos uti ſuos Vicarios, dum tanquam Archie-
piſcopus habet eos ſibi ſubjectos.

Regula autem 7. *hodie* 8. *Cancell.* non probat hoc
ſuppoſitum, quod ſub conditione datum fuerit Jus
conferendi, ſed potius quod conceſſum, ſeu com-
petens Epiſcopis fuerit Ius ademptum in caſu abſen-
tiæ, & conſequenter in pœnam iſtius abſentiæ, juxta
naturam reſervationis, quæ dicitur avocatio ad ſe
22 factam per Papam de proviſione beneficiorum ligan-
do poteſtatem Inferiorum Collatorum, quibus alias
ſecluſa reſervatione illa pertinet Jure ordinario, ut
apud Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 31. num. 1. & 3.* Simo-
nett. *de reſervat. quæſt. 1. num. 1.* Rot. *dec. 32. num. 2.
de præbend. in antiquis*, accedente inſuper illorum
23 aſſumpto, qui cenſuerunt reſervationes eſſe odioſas,
ut videre eſt apud Rot. *dec. 1. num. 6. in antiquiorib.*
Biſigneit. & *deciſ. 846. num. 11. & 12. cor.* Coccin. &
*dec. 43. num. 3. part. 1. rec. & in Parmen. beneficii 16.
Januar.* 1702. *§. altera vero cor. b. m. Anſaldo.*

Minuſque ad probandum, quod iſti Epiſcopatus
ſint Vicariatus Papæ in Diœceſi Urbis concludere
videtur praxis, juxta quam Vicarius Urbis habet in
prima Inſtantia cumulativam Juriſdictionem ordina-
riam cum iſtis ſex Cardinalibus Epiſcopis in eorum
Diœceſibus, quodque Congregatio viſitationis Apo-
ſtolicæ complectatur hos Epiſcopatus; Etenim Iu-
24 riſdictio Card. Vicarii Papæ de Jure non extenditur
extra Urbem, ut in *cap. tua nobis de Offic. Vicarii*,
extenſa autem poſtea fuit ad diſtrictum Urbis *ex
Conſt. 1. Pauli II*, necnon *Conſt. 36. Pauli III.* qui di-
25 ſtrictus eſt 40. milliarium, & comprehendit non ſo-
lum iſtos ſex Epiſcopatus Cardinalitios, ſed etiam
alios, ut fatetur ipſe Card. de Luc. *in relat. Roman.
Curiæ diſc. 13. num. 6. verſ. item*, licet poſtquam ſcri-
pſit in caſu, de quo in allegato *diſc. 145. de bene
ficiis*, fecerit annotationem reſtrictivam ad *eundem
diſc. 13. num. 3.* ubi reſtringit diſtrictum ad hujuſmodi
ſex Epiſcopatus Cardinalitios tantum, quando Bul-
Paulii II. appellatione diſtrictus non fecit iſtam re-
ſtrictionem, & Doctores communiter tenent diſtri-
ctum complecti ſpatium 40. milliarium, ut agen-
do de Vicario Urbis firmat Azzor. *Inſtit. moral. p.
2. lib. 5. c. 39.* Marta *in tractatu de Tribunalibus Ur-
bis impreſſ. poſt deciſiones* Creſcen. *cap. 2. num. 83 &
84. verſ. quadraginta milliaria, & verſic. ſed ubi de
proprietate* Veſtrius *in prax libr. 1. cap. 16. numer. 2.
verſic. etiam extra Urbem* Ridolphin. *in prax. part. 3.
cap. 5. num. 420.*

Ex hoc autem, quod Vicarius Urbis habeat hanc
Juriſdictionem cumulativam in diſtrictu 40. millia-
rium, non ſequitur, quod diſtrictus ſit una Diœce-
ſis Urbis, quando habet tot Diœceſes cum tot Epi-
ſcopatibus tam Cardinalitiis, quam non Cardinali
tiis, ſed dicendum eſt hujuſmodi Juriſdictionem ſibi
fuiſſe conceſſam ex ſpeciali conceſſione Summorum
Pontificum extra Diœceſim Urbis ex quadam congru-
entia ratione Diſtrictus, ut probant deducta apud 26
Veſtrium *in prax. lib. 2. cap. 16. num. 2.* referentem,
quod in cauſis ubi agitur de proprietate uſque ad ſum-
mam 60. ducatorum auri de Camera habet Juriſdi-
ctionem: *etiam extra Urbem, & Diœceſim uſque
ad quadrageſimum lapidem:* & concordat Marta *ubi
ſupra cap. 2. n. 84.*

Quodque hæc Juriſdictio in Diſtrictu Urbis eidem
Vicario fuerit conceſſa ex Conſtitutionibus Apoſtoli- 27
cis, quodque alias de Jure contrarium ſtatutum fue-
rat *in cap. tua nobis de Offic. Vicar.* notavit Cheru-
bin. *in compend. Bullar. ad Conſtit. 36. Pauli III.
Schol. 1.* ergo quidquid Vicarius obtinuit ex ſpeciali
privilegio non probat obtinuiſſe ex quo Diſtrictus ſit
Diœceſis Urbis, dum contrarium erat de Jure ſtatu-
tum in *d. cap. tua nobis de Offic. Vicar.* ubi notant
omnes Canoniſtæ, eoque minus dici poteſt quod
diſtrictus reſtringatur ad hujuſmodi ſex Epiſcopatus,
dum comprehendit omnes alios in ipſius latitudine
exiſtentes, nempe Sutrin. *Civitatis Caſtellan.* Tybur-
tin. Signin. Verulan. *& alios quamplures.*, in quibus
Cardinalis Vicarius habet cumulativam ex Bullis A-
poſtolicis, & juxta praxim, quam ab ipſis Curiali-
bus accepi mihi aſſerentibus ita ſervari, eadenque
reſponſio militat ad Juriſdictionem Congregationis
Apoſtolicæ.

Præterea confunditur aſſumptum memorati Au-
ctoris reflectendo, quod cum prædicti ſint proprie
Epiſcopi, in hac Dignitate Epiſcopali potius Suffra-
ganei, quam Vicarii dicendi ſunt, quibus proinde
non applicatur comparatio illa cum ſimplicibus Vi-
cariis, quam facit Card. de Luc. quia de ſui natura
in Epiſcopum etiam Suffraganeum transfunditur ſem-
per poteſtas, & Juriſdictio Epiſcopalis, quæ ſi Pa-
pæ reſervetur ex cauſa abſentiæ erit avocatio, & ſub-
tractio ejus, quod de Jure habet, non autem conceſ-
ſio ſub conditione reſidendi; ex Conſtitutione enim
Dignitatis Epiſcopalis naſcitur de Jure plenitudo ejus
poteſtatis, & Juriſdictionis, quæ cohæret Dignitati,
& ſemper propterea eſt intellectus divinatorius, 28
quod ſub conditione reſidendi datum fuerit hujuſ-
modi Epiſcopis jus conferendi, quando *regula* 7. po-
tius contrarium ſupponit ut ſupra, & quod illa in
pœnam abſentiæ emanaverit firmat Quæſanad. *in d.
reg. 8. §. Cum igitur* ibi: *facta fuit reſervatio prædicta
in pœnam abſentiæ.*

Quod vero ejuſmodi Epiſcopatus Cardinalitii non
ſint reſidentiales non eſt circumſtantia, quæ conclu-
dat illos eſſe potius Vicarios, quam Epiſcopos, quia
tam Epiſcopus, quam Vicarius tenentur ad reſiden-
tiam, *ut in cap. final. de Offic. Vicar.* ſicut etiam te-
netur Epiſcopus Titularis in partibus Infidelium Suf- 29
fraganeus alicujus Epiſcopi Ordinarii, juxta decretum
Conſiſtoriale S. Pii V. 26. Octobris 1565. tanquam
ejus Vicarius, & adjutor, Hoſtien. *in cap. quoniam
in pleriſque num. 5. de Offic. Ordinar.* Thomaſſin. *de
benefic. lib. 1. par. 1. cap. 29. nu. 2.* ideoque eſt circum-
ſtantia impertinens, ſicut & altera, quod propter
hoc ſupradicti Epiſcopatus ſint compatibiles cum al-
tero Epiſcopatu reſidentiali, hoc enim non facit quo-
minus illi ſint veri Epiſcopatus, & veræ Cathedra-
les, ut optime Rot. *in d. Romana Iuris tumulandi
cor.* Card. Priolo *impreſſ. poſt* Monacell. *in formul.
par. 4. deciſ. 7. n. 33.* nam circa reſidentiam non neceſ-
ſariam in his Epiſcopatibus Cardinalitiis, ratio eſt ſe- 30
cundum aliquos, ex quo Cardinales reſidendo in Ur-
be cenſentur reſidere in Epiſcopatibus Urbi proxi-
mis, Filiucc. *d. tract. 41. de benef. cap. 3. num. 57.* Lot-
ter. *q. 35. num. 16.* Mandoſ. *ad regul. 7. q. 3. num. 3.* ſive
etiam, ut ego opinor hoc proceſſit ex voluntate Pa-
pæ inducta forſan ex ratione, quod iſti Epiſcopatus
ſunt annexi Cardinalatibus, ubi annexum transfun- 31
ditur in naturam ejus, cui facta eſt annexio, itaut
obliget ſolum illa reſidentia in Urbe ad quam tenen-
tur Cardinales, præſertim ratione proprii Officii,
ut aſſiſtant Papæ pro Eccleſia univerſali *cap. 3. de
Poſtulat. Prælat.* ſecundum ea, quæ in hujuſmodi uni-
tis, ſeu annexis reſolvit Sac. Congregatio Concilii in
duo-

Digitized by Google

duodecima declaratione apud Garz. *de benef. part. 3.*
cap. 1. n. 179. verſ. duodecimo, quamvis iſta anocaio ſit
32 in genere, non autem in ſpecie facta uni, vel alteri ex
Cardinalatibus, juxta Theoricam de qua Rota Me
ſcribente in Auguſt. ſumma Cuſtodia ſuper ſecundis lit-
teris 15. Maii 1716. §. fruſtra cor. Eminentiſſ. Falcone-
rio, & in Paderbonen. Canonicatus 16. Aprilis 1717.
§. Multa minus cor. bo. me. Anſaldo.

Magis urgeret circumſtantia relata per Card. de Luca
33 *ubi ſupra n. 12. in fine*, quod ſcilicet *in regul. ſeptima*
hodie 8 Cancell. circa abſentiam Cardinalium ibi ex-
preſſam, de ordine Alexandrii VII. Summi Pontificis
deleta fuerint iſta verba: *non tamen ob ſervitium Sedis*
Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel apud
eorum Eccleſias reſidentes, hæc enim circumſtantia
quæ inferius probatur n. 42. & 43. magnam impreſ-
ſionem facit, ut regula locum habeat etiam contra Car-
dinales, qui vel de licentia Summi Pontificis, vel ratio-
ne reſidentiæ in eorum Epiſcopatibus ſunt abſentes, dum
tempore Alexandri VII. jam emanaverat relata Conſti-
tutio Urbani juxta ea, quæ habentur apud Me *diſcept.*
Eccleſ. 12. n. 5. verſ. maxime quia, adhuc tamen hoc
34 etiam neceſſario non concludit, quia verba hujuſmodi
potuerunt deleri, ut iſti caſus relinquerentur, prout
de jure decidendi, abſque eo quod Summus Pontifex
haberet neceſſitatem hujuſmodi limitationem addendi,
& exprimendi in regula; & ſemper obſtat argumen-
tum, quod aut regula comprehendit, aut non com-
prehendit Cardinales ex cauſa reſidentiæ in eorum Epi-
ſcopatibus legitime abſentes; primo caſu delectio præ-
dictorum verborum operabitur, non autem in ſecundo,
quia deletio iſta non dat, neque tollit aliquid, quod
eſſet vel contra, vel ſecundum diſpoſitionem Regulæ,
immo etiam in caſu dubio ponere verba, & delere
non concludit, quod caſſans, & delens verba ſupra
dicta in Lege, dederit neceſſariam interpretationem
Legi, quia potius cenſetur ſe abſtinuiſſe, ſeu declara-
re noluiſſe, quod eſſet dubium, ita ex motivis pru-
dentialibus abſtinendo, & relinquendo ad terminos
juris intelligentiam legis; aliquando enim ex iſtis de-
clarationibus, & limitationibus, quæ adduntur in
Legibus, datur occaſio novis interpretationibus, a-
35 liiſque conſequentiis omnino evitandis ad Text. *in l.*
2. §. noſtra autem C. de veteri Jure enucleand. ac et-
iam quia non expedit Legi jam conſtitutæ aliquid ad-
dere, aut declarare, ſed ejus interpretatio relinquitur
36 obſervantiæ, & conſuetudini, quæ dicitur optima
legum, ac fideliſſima interpres, ut ait Text. *in l. Si*
de Interpretatione l. nam Imperator, ff. de legib. ne
alias addendo aliquid in legibus ab antiquo editis
per additionem violari contingat quidquid ex obſer-
vantia receptum exiſtit *l. Minime, ff. de legib. & cap.*
cum conſuetud. de conſuet.

Tranſit Card. de Luca ad reſpondendum Indultis
conferendi reſervata, quæ concedi ſolent Cardinali-
bus, in quo breviter dico, quod ſi Indulta continent
facultatem conferendi abſentia, non obſtante, ut ſup-
ponunt Doctores ſuperius allegati n. 24. obſtare non
poſſunt tradita per Card. de Luca, quia corruit ejus
ſuppoſitum, quod Indulta non faciant Collatores
quando non ſunt etenim Cardinales in Epiſcopatibus
annexis eſſe Epiſcopos, & Collatores ſuperius ſatis
probatum eſt, quamvis iſte Auctor non loquatur de
Indulto ſuper abſentia per Doctores, ut ſupra relato,
& ideo ulterius ejus dicta confutare non eſt opus.

Quibus ſtantibus Ego ſicut ratiocinia hujus practici
Auctoris approbare non poſſum, ita nec etiam tantum
de Me confido, ut audeam firmare *regul. 7. Cancell.*
37 clare, & indubitate non comprehendere Cardinales
legitime abſentes ex cauſa reſidentiæ in eorum Epiſco-
patibus, licet de cætero rationes, & auctoritates ſupra
relatæ ſatis id convincere videantur, & meus non ac-
quieſcat intellectus in credendo, quod Regula com-
prehendat, & privet Cardinales ex præcepto Apoſto-
lico abſentes pro reſidendo in eorum Epiſcopatibus,
cum incongruum Mihi videatur ſuppoſitum Card. de
Luca ubi ſupra n. 3. quod hæc abſentia ſit principaliter
ordinata ad commodum, & utilitatem privatam ipſius
abſentis, ut in Epiſcopatu, in quo fit reſidentia, pin-
gues percipiantur reditus, & Pontificalis exerceatur
auctoritas, cum reſidentia in Epiſcopatibus, & bene-
ficiis Curatis principaliter ſit ordinata ad publicam uti-
litatem Curæ Animarum *cap. Cum ſit de elect. in 6.* quod
dicitur onus Angelicis humeris formidandum in Conc.
Trid. *ſeſſ. 6. cap. 1. de reform.* Monacell. *tom. 2. tit. 16.*
form. 3. num. 8. alia autem veniunt ſecundario, & in
conſequentiam in præmium laboris *cap. Cum ſecundum*
de Preben. neque propterea principaliter conſiderantur,
& ita Meo judicio dicendum, ne alias Sanctiſſimos
Epiſcopatus abſurdiſſime dicamus ad lucrum, &
quodammodo mercimonium principaliter directos,
quod eſſet horrendum in Eccleſia ſcandalum, præ-
ſertim quando Epiſcopatus non providentur ad am-
bitum petentis, ſed Motu proprio Summi Pontifi-
cis, Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 9. num. 122. & ſupra*
diſcept. 54. num. 40. & 41.

Idcirco Me reſtringendo in ſenſu veritatis hoc unum
firmare poſſum, quod caſus ſaltem dicendus eſt du-
bius, & ideo reſolvendus ex obſervantia, quæ ſola
tutam, & certam interpretationem inducit etiam in 38
ordine ad Regulas Cancellariæ, ut tradunt Adden.
ad Gregor. *deciſ. 184. num. 8.* Rota *deciſ. 608. num. 6.*
par. 2. recent. relat. apud Me *diſcept. Eccl. 27. num. 21.*
& cor. Coccin. dec. 2316. num. 9.

Obſervantia autem, ut Mihi ſupponitur, aſſiſtit
Cardinalibus, ut licet abſentes a Romana Curia ex 39
cauſa reſidentiæ in eorum Epiſcopatibus adhuc gaude-
ant jure conferendi, dum Eminent. Cardinalis Urſinus
(hodie Pontifex Maximus) reſidendo in Epiſcopatu
Beneventano ſemper contulit beneficia Epiſcopatus Tu-
ſculani, & deinde Portuenſis, hoc ipſum ſervatum
fuit in cl. me. Card. Bugliono, qui non obſtante ab-
ſentia ab Urbe, fecit collationem beneficiorum Epi-
ſcopatus Hoſtien. & Dataria Apoſtolica conceſſit no-
vas proviſiones, Proviſis ab antedictis Cardinalibus
quando beneficia excedebant 24. ducatos auri de Ca-
mera, juxta praxim de qua Monacell. *in formul. tom. 4.*
in ſupplem. ad tom. 2. n. 168. & 169. quæ obſervantia
comprobata, ut ſupponitur, etiam ex facto Datariæ
Apoſtolicæ, præſtat tutiſſimam intelligentiam Regu-
læ, cui ſtandum venit etiamſi contraria interpreta- 40
tio eſſet forſan de jure verior, juxta communiter
receptam propoſitionem, de qua Fontanel. *dec. 89. n.*
24. & 25. Rota *cor. Burat. deciſ. 679. n. 9. & in rec. dec.*
216. n. 3. & dec. 520. n. 9. part. 13. & cor. Emer. Jun.
dec. 242. n. 12. & in Nullius, ſeu Marſicen. Juriſdictio-
nis 7. Junii 1700. §. Poſtea autem bo. me. Muti impreſſ.
apud Monacell. *in formul. tom. 4. deciſ. 4. nu. 36. & in*
Urbanien. Canonicatus 23. Januarii 1697. §. Omiſſa e-
nim cor. bo. mem. dell'Olmo impreſſ. apud Me *diſcept.*
Eccleſ. 4. num. 88.

Poſtquam hæc ſcripſeram, ex parte Datariæ Apo-
ſtolicæ ſuppoſitum fuit conſtare de obſervantia po- 41
tius contraria, adductis exemplis, & caſibus de qui-
bus infra, reſpicientibus proviſiones factas per Da-
tariam de Beneficiis Eccleſiarum Urbis, quæ ſunt
Tituli Cardinalitii tempore quo earum Card. Titu-
lares erant abſentes ab Urbe reſidendo apud ſuas
Eccleſias Epiſcopales, & adducto etiam exemplo no-
væ Proviſionis conceſſæ Proviſo ab Eminent. Pigna-
tello de Parochiali Diœceſis Sabinen. ob dubium nul-
litatis Proviſionis Eminent. Ordinarii propter ejus
abſentiam ab Urbe; Ego autem hoc exemplum exi-
ſtimavi inſufficiens veluti ad cautelam ſupplicantis
emanatum inſcio Eminent. Ordinario, a quo proviſus
fuerat, obſervando præſertim, quod alia exempla non
adducebantur in præciſis terminis beneficiorum va-
cantium in Epiſcopatibus Cardinalitiis, illa vero
adducta ſuper beneficiis Eccleſiarum Titularium re-
ſtringebantur ad duas Eccleſias, nempe S. Marci
tempore quo erat Titularis clar. me. Card. Barbadi-
cus, & S. Euſtachii, dum erat Titularis clar. mem.
Card. Curſius, & deinde Eminent. Card. Origus,
unde verificatis in contrarium exemplis de quibus
ſupra num. 38. articulus remanebat in ſua dubietate,
in qua multum conſiderabilis eſt moderna Conſti-
tutio SS. D. N. Benedicti XIII. edita ſuper Decanatu
Sac. Collegii ſuperius regiſtrata *diſcept. 54. num. 63.*
juxta concluſionem, de qua Rocca *diſput. Jur. cap.*
57. num. 62.

De-

Declaratio Regularum Cancellariæ, ſcilicet 8. & 70. facta a Sanctiſſimo D. N. Alexandro Papa VII. de Anno 1655.

IN Chriſti nomine. Amen, Anno ab ejus Nativitate 1655. Indictione octava die vero 4. Septembris.

Sanctiſſimus Dom. Alexander PP. VII. animadver-
42 tens leges optima etiam ratione conditas interdum
ad mores utentium, temporum conditiones, ac ſubſequentia
eorum experimenta meliori ſuadente conſilio moderari expediens,
ac ſæpe neceſſarium eſſe ſequens etiam in hac parte veſtigia
plurium Romanorum Pontificum Prædeceſſorum ſuorum, qui Regulas
Cancellariæ ab ipſis, ſeu eorum juſſu emanatas reformaverunt.

Declaravit Regulam 8. Cancellariæ Sanctitatis Suæ
publica reſervatio beneficiorum Eccleſiarum S. Joannis
Lateranenſis, S. Petri, & Beatæ Mariæ Majoris
de Urbe, & Beneficiorum Titulorum Cardinalium
43 a Curia abſen. ſervandam eſſe, ac omnes reſervationes
in ea comprehenſas locum habere, demptis verbis
illis in ea appoſitis (*non tamen ob ſervitium Sedis
Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel
apud eorum Eccleſias reſiden.*) quæ pro non appoſitis
haberi voluit.

Præterea declaravit aliam Regulam in ordine 70.
ſub rubrica, quod Cardinales non comprehendan-
44 tur ſub Regulis faciendis, &c. ſervanda pariter eſſe,
ac locum habere in Conſtitutionibus, & aliis
Ordinationibus per Sanctitatem Suam in poſterum
poſt earundem Regularum editionem tantum faciendis,
dempto verbo illo in ea adſcripto (editis) quod
pro non appoſito haberi voluit.

Volens inſuper Sanctitas Sua, atque decernens pro validitate, & executione præſentis Decreti, & declarationis ejus mentis, & intentionis ſuper præmiſſis ſolam Signaturam Sanctitatis Suæ ſufficere, abſque alia ejus regiſtratione, ſeu publicatione non obſtantibus ejuſdem Cancellariæ Regulis, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & Decretis etiam Conſiſtorialibus, & aliis quibuſcunque etiam efficaciſſimis Clauſulis, & Decretis irritan. roboratis omni meliori, & efficaciori modo, &c.

Alex. PP. VII.

1656. Die Mercurii 5. Januarii de mane Ego J. Cardinalis Prodatarius conſignavi hoc Decretum D. Stephano de Nulphis Officiali Datariæ, ut illud regiſtrari faciat in libro ad hoc deſignato, & originale ipſum diligenter conſervet.

Idem J. Card. Prodat.

S A B I N E N.

ORator Paulus Antonius Fernandez Presbyter de Parochiali Archipresbyteratus nuncupata S. Mariæ Loci Ponticelli Sabinen. Diœceſis, &c. etiam cum incertis 145. ſcilicet per obitum de Aprili 1719. vacan. a Cardinali Pignatello Præſule, & Indultario proviſus de validitate ſuæ proviſionis pro eo, quod dictus Cardinalis, & Præſul a Romana Curia abſens exiſtebat dubitans, ideo ſupplicavit pro nova illius Proviſione, quæ fuit conceſſa, & ſignata a SS. D. Noſtro.

Exempla collationum a Dataria factarum de Canonicatibus in Collegiatis Urbis earundem Titularibus abſentibus, & apud ſuas Eccleſias reſidentibus.

Canonicatus Collegiatæ Sancti Marci per obitum
45 Joannis Baptiſtæ Capitolii devota creatura Gregorio
Tituli Sancti Marci Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Presbytero Cardinali Barbadico nuncupat. a Romana
Curia abſente vacans, &c. pro Antonio Mezzomonaco.

Apud Sanctam Mariam Majorem pridie Kalendas Februarii Anno nono fel. rec. Innocentii Undecimi.

Canonicatus S. Marci per obitum Ludovici A- 46
ſcentii devota creatura Veſtra Gregorio Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ Presbytero Cardinali Barbadico nuncupat.
Eccleſiæ Paduan. ex conceſſione, & diſpenſatione
Apoſtolicis Præſule exiſtente Titulari ab Urbe
notorie abſente vacans, &c. pro Carolo Antonio
Torcono.

Apud S. M. M. 8. Kalend. Decembris Anno ſecundo fel. rec. Innocentii XII.

Canonicatus Sancti Euſtachii per obitum Stephani
de Marchis devota creatura Veſtra Dominico
Maria Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacono Cardin. 47
Curſio nuncupat. dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Titulari
exiſtente, ipſo tamen a Romana Curia abſente pro
Antonio Buffi, &c.

S. M. M. 5. Idus Novembris Anno primo Innocentii XII.

Canonicatus S. Euſtachii per obitum Petri Calli- 48
maco devota creatura Veſtra Dominico Maria Card.
Curſio Card. Diacono ejuſdem Eccleſiæ exiſtente vacans,
&c. pro Jo. Angelo Magnono.

S. M. M. 10. Kalend. Auguſti Anno ſecundo Innocentii XII.

Canonicatus S. Euſtachii de Urbe per obitum An- 49
geli Phanoni pro Fauſto Nairono.

S. M. M. 16. Kalend. Novembris Anno ſeptimo Innocentii XII.

1702. Canonicatus Sancti Marci Eminentiſſimo
Barbadico ab Urbe abſente: ſuper quo Canoni- 50
catu emanaverat reſolutio Congregationis Particularis.

1720. Beneficiatus S. Euſtachii Eminent. Origo ab Urbe abſente.

PANORMITANA, SEU REGNI SICILIÆ Contributionum.

A R G U M E N T U M.

Donativum dari ſolitum Regi pro manutentione Regni, ſi pro certa quota ad illud obligantur Eccleſiaſtici illius Regni vigore Indulti Apoſtolici, non remanet diminutum, ſi aliqui ex illis ſint exempti, & an comprehendantur ſub hoc Indulto Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales poſſidentes in eodem Regno Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Dignitates, & Penſiones.

S U M M A R I U M.

1 *In Regno Siciliæ ſolvitur donativum Regium, & quomodo imponatur pro certa rata Eccleſiaſticis, vide num. 2. & 3.*

4 *Rata certa pro contributione impoſita certo generi Perſonarum non minuitur per exemptionem aliquarum, ſed portio, quæ ſpectaret ad exemptos, cæteros onerat.*

5 *Iſti tantum onerati habent jus reclamandi apud proprium Superiorem.*

6 *Donativum Regium, ad quod gravantur Eccleſiaſtici pendet ex voluntate, & aſſenſu Summi Pontificis.*

7 *Exceptuatio S. R. E. Cardinalium ſub Indulto obligante ad donativum Regium eos excludit.*

8 *Exceptio quoad aliquos firmat regulam in contrarium quoad non exceptos.*

9 *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales non veniunt appellatione Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Eccleſiaſticarum Perſonarum.*

10 *Quando Cardinales comprehendi poſſint ſub verbis generalibus, ſed pragnantibus, & effrenatis & num. 38.*

11 *Reſervatio omnium fructuum ſuper beneficio*

loca

loco Penſionis non conceditur niſi Cardinalibus.

12 *Penſio reſervari non ſolet ultra tertiam vel dimidiam partem fructuum Beneficii.*

13 *Exceptio facta ad tollendam dubitationem non firmat regulam in contrarium, ſed ſtat declarative quoad omnes partes.*

14 *Extenſio diſpoſitionis de caſu ad caſum, & de Perſona ad Perſonam admittitur ex identitate, & majoritate rationis.*

15 *Cardinales dicuntur pars, ſeu membra corporis Papæ.*

16 *Voluntas ſemper ad limites rationis intelligi debet.*

17 *Titularis, & Penſionarius dicuntur inter ſe Conſocii fructuum, & ambo tenentur ad onera.*

18 *Ratio non minus diſponit, quam ipſa verba diſpoſitiva.*

19 *Expreſſum dicitur, quod ſub eadem ratione comprehenditur.*

20 *Reſervatarii fructuum Beneficii in totum æquiparantur Titularibus.*

21 *Penſionarii percipiunt fructus Beneficii titulo lucrativo, & Titulares titulo oneroſo ob ſervitium Eccleſiæ, & ſic majori indulgentia digni ſunt.*

22 *Abſurdum, & imprudentia diſpoſitionis non præſumitur.*

23 *Cardinales faciunt unum corpus cum Papa, & laborant pro Eccleſia univerſale.*

24 *Non comprehenduntur ſub quacunque diſpoſitione generali, niſi de eis facta fuerit mentio ſpecialis & n. 41.*

25 *Regula 70. Cancellariæ, quod Cardinales non comprehenſi cenſeantur abſque mentione ſpeciali in quibuſcunque Conſtitutionibus, & regulis per Papam edendis, quomodo intelligatur.*

26 *Quando Papa excipit Cardinales in aliqua diſpoſitione, id faciat ad tollendam dubitationem, non autem ad neceſſitatem.*

27 *Cardinales ſunt exempti ab impoſitionibus, quæ cauſa belli fiunt, & ab illis contributionibus, quæ perſolvi mandantur Regibus, & Principibus, & de obſervantia num. 28.*

29 *Stylus Sedis Apoſtolicæ demonſtrat voluntatem Papæ.*

30 *Obſervantia declarat, an Cardinales comprehendantur ſub Indulto, & num. 31.*

32 *Exemptio per viam gratiæ ab aliquo ex exemptis obtenta dicitur ad cautelam.*

33 *Pro conſuetudine attenditur quid a majori parte obſervatum fuit.*

34 *Declaratur, & reſpective revocatur in dubium deciſio* Otthoboni *ſuper comprehenſione Cardinalium ſub diſpoſitione odioſa odio rationabili, & n. 35. 38. 39. 40. & 41.*

36 *Cardinales ſunt Perſonæ majores Archiepiſcopis, & Epiſcopis ratione officii.*

37 *Dictio* Aliarum *denotat Perſonas ſimiles.*

DISCEPTATIO LVI.

EXtat in Regno Siciliæ antiquiſſima conſuetudo ſolvendi Donativum Regium pro expenſis intervenien-
1 tibus ad manutentionem Regni, ad quem effectum quolibet triennio coram Excellentiſſimo Dom. Prorege convocatur Parlamentum compoſitum ex tribus ordinibus perſonarum nuncupatis: *Bracci del Regno*: nempe Eccleſiaſticis, Militaribus, & Demanialibus; Et pro Ordine Eccleſiaſtico interveniunt omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & Priores; Pro Militari omnes Barones Regni, Et demum pro Demanialibus omnes Civitates Regii Demanii. Quibus omnibus inſimul congregatis in Parlamento ſtatuitur quid, & quantum ſolvendum ſit pro Regio Donativo de conſenſu hujuſmodi trium Ordinum, & facto inter eos repartimento Eccleſiaſtici obligantur ad ſolutionem ſextæ duntaxat partis, quam ratam *Tandem* appellant, ſemper tamen præmiſſa ab ipſis declaratione, quod non teneantur, niſi pro ſexta parte, & dummodo Summi Pontificis accedat aſſenſus, ut hanc conſuetudinem referunt Maſtrill. *de Magiſtr. part. 2. cap. 5. num. 15.* Bernardin. Maſtell. *in ſua relatione Gubernii Regni Siciliæ cap. 4. §. Però mai circa medium*, & Andr. Marcheſinius *in ejus libro Parlamentorum Regni impreſſ. de ann. 1659.*

Poſtea Sereniſſimus Rex in ſequelam relationis Parlamenti ſupplicat Summo Pontifici pro Indulto obligatorio, & coactivo Eccleſiaſticorum ad faciendam contributionem 6. partis pro Regio Donativo, & Summus Pontifex concedit Indultum in forma commiſſaria directum Archiepiſcopo Panormitano, ſeu Epiſcopo Mazarien. ut conſtito per legitimas probationes de expreſſo conſenſu majoris Partis Cleri auctoritatem Apoſtolicam interponat oblationi, & promiſſioni factæ per majorem partem Eccleſiaſticorum, nec non cogat ad ſolutionem Juris remediis tam majorem partem conſentientem, quam minorem diſſentientem, ac etiam indulgeat, ut abſque conſcientiæ ſcrupulo, ſeu cenſurarum, & pœnarum incurſu tam Eccleſiaſtici ſolvere ſummam promiſſam, quam Sereniſſimus Rex eam petere, & recipere libere, & licite valeant; Et demum abſolvat ab ipſis cenſuris jam incurſis tam Eccleſiaſticos, quam Regem, ſi illi ſummam promiſſam ante Indultum perſolverint, & iſte, ejuſque Miniſtri eam perceperint. 2

Juxta hanc formam noviſſime conceſſum fuit Indultum per Summum Pontificem Innocentium XIII. ad ſupplicationem Sereniſſimi Regis pro Donativo Regio ſtabilito in ultimo Parlamento 25. Octobr. 1720, in quo Indulto Summus Pontifex declarat illud concedere inhærendo veſtigiis Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Gregor. XIII. Sixti V. aliorumque ſucceſſivorum Eccleſiaſticos Pontificum comprehendendo per illa verba: *Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Archimandritæ, ac aliæ Perſonæ Eccleſiaſticæ dicti Regni*, ut legitur in eodem Indulto. 3

Quamvis autem ſub hoc Indulto per Romanos Pontifices concedi ſolito nunquam comprehenſi fuerint S. R. E. Cardinales, qui ſint Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut Abbates, in eo Regno, nec minus ulla ſolutio, ad quam illi adſtricti fuerint oſtendi poſſit, immo ſemper immunes remanſerunt ab hoc Donativo Regio, juxta obſervantiam fere centenariam; adhuc tamen nonnulli Regii Officiales Regni Siciliæ prætenſionem excitarunt cogendi ad contributionem pro Donativo Regio etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, quaſi hæc prætenſio reſpiciat intereſſe ipſius Sereniſſimi Regis.

Ea parte igitur Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, qui beneficia poſſident in Regno Siciliæ, Ego in ſenſu veritatis interrogatus exiui ſuper duobus articulis, quorum primus eſt, an iſta prætenſio declarandi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſubjectos Contributioni, ſeu Donativo Regio, juxta tenorem Indulti reſpiciat intereſſe Sereniſſimi Regis, vel potius ſolum intereſſe Cleri, ſeu aliorum Eccleſiaſticorum; Et ſecundus, an juxta tenorem Indulti memorati Cardinales dici poſſint comprehendi ad faciendam contributionem.

Aggrediendo itaque examen prioris articuli, Ego indubitanter cenſeo hujuſmodi prætenſionem nullo modo reſpicere intereſſe Sereniſſimi Regis, ſed ſolum ipſius Cleri, ſeu aliorum Eccleſiaſticorum, ad quod affirmandum moveor ex Regula, ſeu Taxa repartimenti fieri ſolita quoad ſolutionem hujus Regii Donativi, dum video ad quancunque ſummam Donativum aſcendat Eccleſiaſticos eſſe duntaxat obligatos ad certam, & invariabilem quotam, ſcilicet ſextæ partis totius Donativi, ut eſt conſuetudo, & probat Indultum Apoſtolicum ibi; *Certam ratam non excedentem ſextam partem.* Ex quo ſequitur, ut cum totus Cœtus Eccleſiaſticorum ad hujuſmodi ſextam partem duntaxat teneatur, ſive in hoc Cœtu Eccleſiaſticorum comprehendatur, ſive non Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardin. nihil pertinet ad intereſſe Sereniſſimi Regis,

ſed

ſed ſolum ipſius Cleri, dum ſiſtata certa rata ſextæ partis ſolvendæ ab Eccleſiaſticis quoties ab hoc Cœtu Eccleſiaſticorum demantur Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſemper reliqui Eccleſiaſtici tenentur ſolvere Regi totam, & integram ratam ſextæ partis, quia data exemptione Cardinalium non com-
4 prehenſorum, portio, quæ illos tangeret, refunditur ad onus cæterorum Eccleſiaſticorum, qui nunquam evitare poſſunt integræ ſextæ partis ſolutionem *l. 1. Cod. de omn. agr. deſert. lib. 11. Gloſſ. in l. Auctores Cod. de exact. Tribut. lib. 10. in verb. Immunitas* ibi: *Nam ſi iſti Officiales non ſolverent, totum onus portarent Provinciales*, ubi Bartol. *num.* 1. ibi: *Officiales tenentur ad ſolvendum tributa, ne ipſis ceſſantibus cæteri onerentur, iſta lex innuit, &c. quod ſi ex aliquo caſu quidam non ſolvunt, cæteri onerantur, & in l. 2. verſic. Aut conſiſtit Cod. De Apochis public. lib.* 10. Amaya *in d. l. Auctores num.* 5. ibi: *Relevatio enim, & Immunitas aliorum cæteros gravat, ad quos ſolidum onus ſpectabit:*

Et optime Joannes de Imola *in l. ab omnibus, ff. de legat.* 3. quem refert Adden. ad Panorm. *in cap. pervenit de Immunit. Eccleſ. num.* 16. *litt.* D. ibi: *Adde hic, quod determinat Joannes de Imola in quæſtione, quam ponit, & dicit fuiſſe de facto in l. ab omnibus in fine principii, ff. de legat.* 1. *quod ſi Papa imponat Collectam Clero, & aliqui de Clero ſunt exempti, & non tenentur ſolvere aliquod onus, vel aliquam Collectam quacunque ex cauſa impoſitam, quod alii Clerici tenebuntur ſolvere Collectam integram etiam pro parte exemptorum.* Jaſon. *in l. Avus neptis num.* 12. *digeſtis de pactis ibi: adde etiam prædictis quæſtionem, quam dicit Imola fuiſſe de facto in dict. l. ab omnibus in fine principii, quod ſi Papa imponit Collectam Clero, & aliqui ex Clero ſint exempti, qui non teneantur ſolvere aliquam Collectam quacunque ex cauſa impoſitam, an alii Clerici teneantur ſolvere pro parte exempti, & dicitur quod ſic*, concordant Panormit. in *capit. accedentes num. 9. verſ. tertio caſu de præſcript.* Zabarell. *in clemens. præſenti num. 15. verſ. ſi autem Collecta de cenſibus* Decian, *conſ. 5. numer. 18. verſ. nam hic non tractatur lib.* 4.

Quoties igitur quæſtio in hoc verſatur, an ſub Indulto Summi Pontificis comprehendantur, vel non, Eminentiſſimi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, nullum intereſſe Sereniſſimi Regis in hoc ullo modo conſiderari poteſt, quia ſi illi exiſtimantur non comprehenſi, ſemper verum eſt, quod ſexta pars contributionis cadit ſuper alios Eccleſiaſticis, veluti illis, qui ſoli remanent comprehenſi in Indulto, & ſemper hujuſmodi pars tota quanta eſt ſolvi debet ab his Eccleſiaſticis Sereniſſimo Regi vigore Indulti eos tantum conſtringentis ad integram ſextam, juxta Text. *in l. ab omnibus, ff. de legat.* 1. Unde totum intereſſe in puncto hujus quæſtionis reſpicit ſolum Clerum, ſeu ſolos Eccleſiaſticos Regni, qui ſe exgravari intendunt mediante refuſione hujus oneris etiam in Eminentiſſimos Cardinales, ex quorum additione ad Cœtum Eccleſiaſticorum ex Indulto gravatum, quærunt proprium levamen, & ſubſidium, ut ex Petro Ubald. *in tract. de Collect. par. 1. quæſt. 6. num* 32. Silvan. *conſ. 66. ſub num.* 4 *&* 7. & aliis relatis advertit Cyriac, *controv.* 154. *num.* 20.

Pro intereſſe autem Cleri nullas habent partes Miniſtri Regii, quorum eſt tueri quidquid tangit Ærarium Sereniſſimi Regis, ejuſque præjudicium concernit, non autem quidquid onerat Clerum, cujus defenſor eſt Summus Pontifex, apud quem propterea Clerus inſtare debet, & promovere hoc aſſumptum ſuper ab eis prætenſa comprehenſione Eminentiſſimorum Cardinalium ſub Indulto Apoſtolico, juxta exemplum, quod habemus in *deciſ. 257. cor. Ottobon.* & in terminis noſtris, quod intereſſe reſpiciat duntaxat cæteros grava-
5 tos, eiſque ſoli competat Jus reclamandi apud proprium Superiorem, probant Joan. Andr. *in cap. pervenit n. 2. in fin. de Immunit. Eccleſ.* Butr. *n.* 2. *verſ. ſi autem* Henrich. Boich. *numer.* 6. Panormit. *in cap. accedentes num.* 10. *de præſumpt.* Cæphal. *conſ.* 57. *num* 46. Ruin. *conſ.* 125. *num. 5. in fin. lib.* 4. ubi refert ſuperius adductam auctoritatem Joan. de Imola *l. ab omnibus* loquentis de Collecta impoſita per Papam Clero, qui tenetur ad eam integre perſolvendam ſi aliqui de Clero eam ſolvere non tenentur, ubi in caſu gravaminis dicit, quod Clerus debet adire Papam ibi: *& idem in effectu voluit Imola in dict. l. ab omnibus in fin. principii dicens, quod illi de Clero adeant Papam, quod provideat*, Adden. *ad Cappell. Toloſan. quæſt.* 349. *num.* 8.

Unde videtur mihi ſatis manifeſtum, quod in ſubjecta quæſtione extraneum remaneat Officium cujuſcunque Miniſtri Regii, quando illa neque per umbram tangit intereſſe ipſius Sereniſſimi Regis, quod in nihilo redditur diminutum mediante declaratione, quod Eminentiſſimi Cardinales ſub Indulto non comprehendantur, quia ſemper, eidem, juxta Indultum ſolvenda venit ſexta pars contributionis ab aliis Eccleſiaſticis Titularibus, qui exiſtunt in Regno Siciliæ, demptis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ita ut Eccleſiaſtici in hac prætenſione eoſdem Cardinales comprehendendi ſub Indulto foveant proprium privatum intereſſe, non autem illud Sereniſſimi Regis.

Hinc deſcendendo ad ſecundum articulum abſque ulla dubitatione cenſeo ſub Indulto Summi Pontificis non eſſe comprehenſos, ſed immo ſpecialiter exceptos Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales; præmiſſo enim principio, quod hoc Donativum Regium, ad cujus contributionem gravantur etiam Eccleſiaſtici, totum pendet ex voluntate, & aſſenſu Romani Pontificis,
ſub cujus reſervatione Eccleſiaſtici conſenſum præ- 6
ſtant huic oneri, & ſic perpetuo agnoverunt parlamenta, tam antiqua, quam moderna, in quibus ad evitandas cenſuras Concilii Lateranenſis *in cap. non minus de Immunit. Eccleſiaſtic.* ſemper ſuſpenſa fuit exactio Taxarum Eccleſiaſticis impoſitarum, donec obtentum fuerit Summi Pontificis Indultum, juxta Text. expreſſum *in cap. adverſus de Immunit. Eccleſiaſt.* ibi: *Romanus Pontifex prius conſulatur*, & in *Extravag. prima de Immunit. Eccleſ. inter. commun.* ibi: *Romanum Pontificem &c. primitus conſulendum*, Ventrigl. *in prax. part. 1. annot. 14, numer. 25, verſic. quarto, quod contributio* Ricc. *in prax. part. 3. reſolut. 141. numer. ſecundo verſic. quinto*, Craſſ. *de effect. Cleric. effect. 3. numer.* 299. *&* 231. Germon. *de Sacrorum Immunit. libro tertio capit.* 17, *numer.* 33.

Profecto voluntas Summi Pontificis, juxta tenorem Indulti apud Me clara videtur pro non comprehenſione, immo exceptione Cardinalium; Etenim Summus Pontifex in Indulto gravavit ad ſolvendam ſextam partem Donativi Archiepiſcopos, Epiſcopos, Archimandritam, & alias Perſonas Eccleſiaſticas Regni Siciliæ, ac etiam omnes, & ſingulos Penſionarios cujuſcunque Dignitatis, & conditionis eſſent, excipiendo ſpecialiter Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ibi: *Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Archimandritæ, aliiſque Eccleſiaſticis Perſonis prædictis, ut ratam hujuſmodi, &c. perſolvere, &c. libere, & licite valeant auctoritate noſtra concedas, & indulgeas, &c. & quod omnes, & ſinguli Penſionarii, ſeu ii, quibus loco Penſionum fructus in totum, vel in parte reſervati exiſtunt cujuſcunque Dignitatis, vel conditionis ſint, exceptis tamen Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, &c. ad hujuſmodi ratæ ſolutionem, &c. teneantur, & efficaciter obſtricti ſint*, dum itaque litteris apertis Papa ab hoc onere excepit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, nul-
la inſurgere valet juſta dubitatio, quominus ipſi ex 7
manifeſta Summi Pontificis voluntate ad hujuſmodi onus non teneantur, & ab Indulto fuerint excluſi, & ſub illo non comprehenſi, ut eſt Text. *in extravag. Execrabilis, §. nos itaque de præbend.* & docent Canoniſtæ *in cap. pervenit de Immunit. Eccleſiaſt.* ſignanter Jo. Andr. *numer.* 3. Zabarell. *circa fin. verb. per prædicta* Hoſtien. *num.* 6. Jo. de Anan. *num.* 8. Cæphal. *conſ.* 58. *num.* 49. Adden. *ad Capp. Toloſan. quæſt.* 349. *num.* 8.

Neque difficultatem mihi facit, quod exceptio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium facta legatur per Indultum in ea parte, in qua loquitur de Penſionariis,

& pro-

& propterea referri non poſſit ad ſuperiorem par-
tem, ubi loquitur de Titularibus, nempe Archiepiſco-
pis, & Epiſcopis, Archimandritis, & aliis Perſonis
Eccleſiaſticis; immo deduci poſſit argumentum in
8 contrarium, quod nempe exceptio facta quoad Pen-
ſionarios firmet regulam in contrarium quoad Ti-
tulares, juxta regulam Text. *in l. quoſitum*, §. *Deni-
que*, *ff. de feud. inſtr.* Seraph. *dec.*981. *n.*7. *& in rec.*
*dec.*158. *n.*5. *& dec.*150. *n.*20. *part.*16. *& dec.*400.
*n.*8. *part.* 17. Quia ſicut ubi voluit quoad Penſio-
narios, Papa expreſſit eorum exceptionem, ita ubi
eam non expreſſit quoad Titulares, noluiſſe cenſetur
ad not. Text. *in l. unica*, §. *ſin autem*, *Cod. de cad.*
tollend. Rota *dec.*36. *n.*11. *part.*16. *& dec.*457. *n.*5.
part. 18.

Facilis enim reſponſio eſt, quod in tantum Summus
Pontifex non excepit Cardinales in ea parte, in qua
loquitur de Titularibus, in quantum iſta ſpecialis ex-
preſſio non erat neceſſaria ad limitandam aliquam ge-
neralitatem verborum ſub quibus Cardinales compre-
hendi potuiſſent, quia verba erant reſtricta ad Perſo-
9 nas ibi: *Archiepiſcoporum*, *Epiſcoporum*, *& aliarum*
Eccleſiaſticarum Perſonarum. Quorum appellatione
non comprehenduntur Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
dinales propter excellentiam eorum Dignitatis, ut
in terminis Conſtitutionis Sancti Pii V. exprimen-
tis Epiſcopos, vel Ordinarios, quod appellatione il-
lorum non fuerint comprehenſi Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ Cardinales, firmat Azor. *Inſtit. moral. p.*2.
*lib.*7. *cap.*19. *q.*5. *in fin.* ibi: *Et ſicut nomine Bene*
ficiariorum in pœnis, *& odiis non comprehenduntur*
Epiſcopi, *Abbates*, *vel alia Dignitates Eccleſiaſti-*
cæ, *ita nec Epiſcoporum*, *vel Ordinariorum appella-*
tione intelliguntur Cardinales in prædicta Pii V.
Conſtitutione, *tametſi illi ſint Epiſcopi*, *quoniam ſunt*
in Excellentiori honoris, *& Dignitatis gradu conſti-*
tuti, & Ego ſcripſi *Diſcept. Eccleſ.* 12. *num.*31. &
in terminis expreſſionis Clericorum, & Perſonarum
Eccleſiaſticarum, quod Cardinales non comprehen-
dantur, communiter tradunt Jaſon. *conſ.* 117. *n.* 2.
*verſ. tertium principaliter lib.*4. Cæphal. *conſ.*1. *n.*42.
tom. 1. Ruin. *conſ.* 4. *num.* 6. *lib.* 5. Bollett. *diſquiſ.*
Cleric. part. 1. *tit. diſcip. Cleric.* §. 2. *n.* 40. Pariſ.
conſ. 141. *num.*8. *libr. quartus* Barboſ. *appellat.* 51.
num. 6.

Per contrarium vero in alia parte, ubi Indultum
loquitur de Penſionatiis neceſſaria fuit exceptio ſpecia-
10 lis Cardinalium, quia verba ſunt prægnantia, & ef-
frenata, quæ poterant Cardinalibus applicari dicen-
do ibi: *Omnes*, *& ſinguli Penſionarii*, *ſeu ii*, *quibus*
loco Penſionum fructus in totum, *vel in parte reſerva-*
ti exiſtunt cujuſcunque Dignitatis, *& conditionis ſint*:
Quæ verba verificari poſſunt in Cardinalibus ibi:
Cujuſcunque Dignitatis, *vel conditionis ſint*: quem-
admodum in terminis noſtris probat Gonzal. *ad regul.*8.
*Cancell. gloſſ.*38. *n.*2. *&* 3. Gomeſ. *in proœm. regul.*
Cancell. q. 4. *ſub num.* 2. Et multo magis alia illa,
quæ exprimunt Penſionarios, quibus: *loco Penſionum*
fructus in totum reſervati exiſtunt. Cum iſta reſer-
11 vatio fructuum in totum loco Penſionum non con-
cedatur, niſi Cardinalibus juxta Decretum Alex. VI.
de quo teſtatur Pariſ. *de reſignat. lib.*6. *q.* 1. *n.* 35.
& 36. *verſ. datur duntaxat*, Rebuff. *in prax. beneſ.*
tit. de regreſſib. §. *fin. in fin.* dum quoad alios Pa-
12 pa non ſolet reſervare Penſiones ultra tertiam, vel
dimidiam partem fructuum, ut apud Gigas *de pen-*
*ſionibus quæſt.*9. *num.*1. Fagnan. *in cap. niſi eſſent de*
Prabend. Rota *dec.*444. *n.* 1. *verſ. cum non ſoleat*
part. 2. *recent.*

Quoties autem dari poteſt alia interpretatio quare
13 Indultum Apoſtolicum exceptionem Cardinalium ex-
preſſerit potius in parte loquente de Penſionariis,
quam in alia loquente de Titularibus, nempe ad effe-
ctum tollendi dubitationem ab illa parte, ubi dubitari
poterat de comprehenſione Cardinalium, tali caſu ex-
ceptio illatum in una parte non denotat voluntatem
contrariam in altera, quæ de cætero non continet ver-
ba generalia, & effrenata, & capacia includendi San-
ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ut in terminis præ-
ciſis reſpondet Roman. *conſ.*498. *num.*21. *&* 22. Mar-
cheſ. *de commiſſ. part.*2. *tit. de commiſſ. Cardin. directa*
§. *unico n* 17. *ubi.* *&* 34. *fol.*452. *&* 453. Immo talis
exceptio facta in una parte influit in aliam, & u-
tramque æquo jure determinat, ac declarat, cum
voluntas Papæ excipiendi Cardinales ex quacunque
parte Indulti deſumatur, ſemper declaret quid ipſe
ſenſerit etiam in alia, ut ad principium indubita-
tum in omnibus diſpoſitionibus, quæ ſunt ambiguæ,
ubi expreſſio facta in una parte, ſemper refertur ad
declarationem alterius de eadem materia loquentis
ad Text. *in l. qui filiab.* 17. *ff de legat.* 1. Baratt. *dec.*
899. *n.*1. *& in rec. dec.*314 *n.*11. *part.*9. *& dec.*243.
*n.*10. *part.* 17. & in terminis conſuluit Fridetic. de
Sen. *dec.*233. *n.*7. *verſ. non obſtat quod excipit* Bar-
boſ. *axiom.*85. *n.*5. Rota *dec.*287. *num.*22. *part.*18.
recent.

Quodque iſta exceptio Cardinalium facta in parte
loquente de Penſionariis indubitanter explicet, ac de-
claret alteram partem, quæ loquitur de Titularibus,
& uniformem in utraque mentem Summi Pontificis
oſtendat; ad evidentiam probat non ſolum identitas,
ſed etiam majoritas rationis, qua concurrente paſſim 14
in jure noſtro admittitur extenſio de caſu ad caſum,
& de una Perſona ad aliam, cum proprie iſta non di-
catur extenſio, ſed comprehenſio, Rota coram Royas
dec. 359. *n.* 19. *& coram Dunozett. Jun. dec.* 198.
*n.*4. *& coram Celſo dec.*125. *n.* 14. *& in recentior.*
*dec.*727. *n.*10. *part.*18. *& dec.*74. *n.*2. *part.*19. cum
agitur de agnoſcenda voluntate Papæ quoad com-
prehendendum, vel excipiendum ab onere hujus con-
tributionis Cardinales, qui dicuntur pars, ſeu mem- 15
bra ſui corporis *gloſſ. in c. excommunicatis in verb.*
commiſſam de Offic. Legati, *& in extravag. execra-*
bilis in verb. ſublimitatem verſ. Sextum de prabend.
Hoſtienſ. *in cap. dilectus n.* 2. *de præbend.* Pariſ. *de*
*reſignat. lib.*1. *q.*10. *n.*25. *&* 26. Roman. *conſ.*498.
n. 7. Card. de Abbic. poſt de Luc. *de Juriſdiction.*
diſc. 2. *q.* 1. *n.*20. ubi voluntas ex quacunque parte
Indulti deſumatur ſemper ad limites ejuſdem ratio- 16
nis porrigitur, & intelligi debet Pariſ. *conſ.*6. *n.*20.
libr. 2. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 11. *num.* 54.
Mantic. *de conject. lib* 6. *tit.* 14. *n.*20. Gutier. *pra-*
*ctic. q. lib.*3. *q.*17. *n.*79. *& ſeqq.* Rota *dec.*154. *n.*14.
& ſeqq. part. 17. *rec.*

Et quidem ſi Papa in Indulto gravare voluit primo
Titulares, nempe Archiepiſcopos, Epiſcopos, aliaſ-
que Perſonas Eccleſiaſticas, & deinde etiam Penſiona-
rios, excipiendo inter iſtos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinales, hæc exceptio juxta ejus mentem deſumpta
ab identitate rationis complectitur etiam Titulares,
quia cum contributio reſpiciat fructus Beneficiorum,
nulla eſt rationis differentia ad hunc effectum ſol-
vendi contributionem inter Titulares, & Penſiona-
rios, cum ipſi inter ſe dicantur conſocii fructuum, 17
& propterea ambo teneantur de jure ad onerum con-
tributionem, ut firmant Rebuff. *de pacific. poſſeſſ.*
*n.*138. Tondut. *de penſion. cap.* 6. *n.* 5. *& ſeqq.* Gi-
gas *de penſion. q.* 38. *per tot.* Barboſ. *Voc. dec.* 96.
*n.*100. *&* 101. cum in ſubſtantia Penſio pars Be-
neficii reputetur, ut inquit Gigas *de Penſion. q.* 28.
Pariſ. *de reſignat. lib.*3. *q.*6. *n.*68.

Unde non percipio qua ratione Papa excipiendo ab
hoc onere Cardinales Penſionarios, non intelleat exci-
pere etiam Cardinales Titulares, quando agitur de
materia contributionis directa ad fructus Beneficiorum
Regni, ubi tantum eos percipiunt Titulares, quan-
tum Penſionarii, itant eadem ratione, qua Papa exci-
pere voluit Cardinales Penſionarios, eadem dicitur
excepiſſe Cardinales Titulares tanquam æqualiter per-
ceptores fructuum, ex quibus ſolvenda eſt contribu-
tio; Et ille favor, & affectio, quam Papa habuit in
excipiendo Cardinales Penſionarios, æque militat in
Cardinalibus Titularibus, ſicut æque militat in utriſ-
que identitas perceptionis fructuum, quod eſt ſubie-
ctum ipſius contributionis *l. his ſolis verſ ſatis cauta*
putamus, *Cod. de revocat. donat.* Cattil. *decif.* 51.
num. 25. Coccin. *decif.*1788. *num.* 59. *& in recent.*
*dec.*154. *n.*13. *part.*17. quia ratio eſt illa, quæ non
minus diſponit, quam ipſa verba diſpoſitiva, ut poſt 18
Decian. *conſ.*15. *n.*13. *& ſeqq. lib.*1. Molin. *de primo-*
genit.

Digitized by Google

*genit. lib.*1. *cap.*5. *num.*7. firmat Coccin. *dec.*2064. *num.*5. & ſatis expreſſum dicitur, quod ſub ratione
19 comprehenditur, vel ex eadem ratione deducitur *l. quæſitum fuit, ff. de Teſtib.* Guttier. *pract. qu. lib.*3. *quæſt.*17. *n.*82. Surd *dec.*254. *n.*40. Rota *deciſ.*10. *n.*3. *part.*1. *rec.* cum aliis apud Barboſ. *axiom.*89. *num.*13.

Quod multo magis apud Me ſtringit, dum video fuiſſe exceptos Cardinales Penſionarios, etiamſi loco Penſionum percipiant omnes fructus Epiſcopatus, vel Eccleſiæ ibi: *Seniie, quibus loco penſionum fructus in totum, &c. reſervata exiſtunt.* Et proinde ſi fuerunt excepti Cardinales Penſionarii, qui percipiunt omnes fructus Eccleſiæ, ſeu Epiſcopatus, Mihi clarum videtur, quod excepti fuerint ipſi etiam Cardinales Titulares, quia quantum ad perceptionem fructuum, ſuper quibus cadit contributio, Cardinales reſervatarii
20 fructuum in totum æquiparantur Titularibus, dum habent omnes illos fructus, quos percipiunt Titulares, ut conſiderat Gomes *in regul. Cancell. tit. de public. reſignat. q.*2. *num.*3. *in fine*, Pariſ. *de reſignat. lib.*3. *quæſt.*5. *n.*34. excluſo nudo titulo, qui in ſubiecta materia non conſideratur tanquam impertinens, ſeu extraneus ab ipſis fructibus contributioni ſubjectis.

Verum non ſolum concurrit identitas, ſed etiam majoritas rationis, quia nempe Papa excepit Cardinales Penſionarios, multo magis fatendum eſt excipe-
21 re voluiſſe Cardinales Titulares, dum Penſionarii percipiunt fructus titulo lucrativo ſine ullo labore, aut onere, quod eſt annexum adminiſtrationi Epiſcopatus, vel Beneficii, ut notavit Gigas *de Penſion. q.*96. *n.*3. *& ſeqq.* ubi quod Penſionarius manducat, ſed non laborat, Gomes *in regul. Cancell. ad regul. de Inſtr. q.*16. *n.*2. ibi: *nam Penſionarii non laborant in Eccleſia, neque ſeminant, & tamen metunt, & fructus ſine labore manducant*, Farinell. *de translat. penſion. cap.*9. *n.*8. Per contrarium vero Titulares percipiunt fructus titulo oneroſo inſerviendo Eccleſiæ, & ſuſtinendo pondus adminiſtrationis Epiſcopatus, unde quis unquam dubitare poteſt, quod ubi Papa excepit Cardinales Penſionarios titulo lucrativo fructus percipientes, multo magis excipere voluerit Cardinales Epiſcopos, & Archiepiſcopos, qui titulo oneroſo ſervitii, & adminiſtrationis Eccleſiæ merentur majorem indulgentiam, ne graventur in eo, quod propriis laboribus percipiunt, ut expendendo majoritatem rationis, de qua Text. *in Auth. multo magis, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* tradunt Gloſſ. *in extravag. execrabilis in verb. ſublimitatem verſ. ergo multo fortius de Præbend.* Peregrin. *conſ.*103. *num.*17. *lib.*1. Decian. *conſ.*6. *n.*20. *lib.*1. Cæphal. *conſ.*350. *num.*46. *lib.*3. Surd. *conſ.*383. *n.*13. Oſaſc. *conſ.*56. *n.*12. Solorz. *de Jur. Indiar. tom.*3. *lib.*2. *cap.*10. *num.*14. Rota *dec.*59. *n.*10. *part.*18.

Neque enim perſuaderi poteſt hæc prorſus incongrua, & irregularis voluntas, juxta quam dicamus Summum Pontificem voluiſſe excipere Cardinales, ſi eſſent Penſionarii, non autem ſi eſſent Titulares in hac materia contributionis cadentis ſuper fructibus beneficiorum, quia ſequeretur abſurdum, quod magis Papa indulgere voluiſſet Penſionariis, qui minorem favorem merentur, quam Titularibus, qui majori prærogativa gratiæ digni exiſtimantur propter onus Epiſcopatus, & Eccleſiæ eorum humeris impoſitum, contra omnem veriſimilitudinem, & cum ſpecie abſurdi; dum ſi daremus in hoc Regno Cardinalem Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, ſuper cujus Eccleſiæ fructibus impoſita eſſet Penſio ad favorem alterius Cardinalis, videre oporteret hoc abſurdum, quod Cardinalis Titularis eſſet obligatus ad contributionem, & per contrarium exemptus ab illa Cardinalis Penſionarius,
22 quod involveret abſurdum, ſeu imprudentiam diſpoſitionis nullatenus præſumendam in Summo Pontifice *l. Meminerint in fin. Cod. Unde vi, l. Salvius Ariſto, digeſtis de legat. præſtand.* Præſertim in ordine ad Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, erga quos uniformis affectio Summi Pontificis præſumitur tanquam
23 illos, qui faciant unum Corpus cum ipſo, & laborant pro Eccleſia univerſali, ut inquit Joan. XXII. *in extravag. execrabilis, §. Nos itaque de Præbend.* Prepoſ. *in Can. Quanquam* 2. *quæſt.*7. *numer.*12. Pariſ. *de reſignat. lib.*3. *quæſt.*1. *num.*68. Roman. *conſ.*498. *n.*7. Et conſequenter hæc ratio affectionis tantum militat in Cardinalibus Penſionariis, quantum in Titularibus, ita ut exceptio Penſionariorum potius facta dicatur ad majorem declarationem, Rota *deciſion.*345. *numer.*12. *in fin. part.*16. Celſ. *deciſ.*229. *numer.*8.

In qua ſententia Me fortius confirmat illa communis propoſitio, quod in quacunque diſpoſitione generali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales 24
nunquam comprehenſi cenſeantur, niſi de illis facta fuerit mentio ſpecialis, tum ex particulari eorum privilegio tanquam membra corporis Papæ ſint ſpeciali nota digni, & ſpecialiter nominandi: alias in diſpoſitione generali, quæ juxta præſentem caſum ordinata eſt, incluſi nunquam cenſeantur, ut eſt Text. *in cap.* 1. *de offic. legat. in* 6. ibi: *Quod in fratribus noſtris legatione fungentibus volumus obſervari, quia ſicut honoris prærogativa lætantur, ſic eos auctoritate fungi volumus ampliori, & in extravag. execrabilis, §. Nos itaque de præbend.* Jaſon. *conſil.* 127. *numer.*2. *verſic. Tertio principaliter lib.*4. Cæphal. *conſil.*1. *numer.*42. *& ſeq. libr.*1. Pariſ. *conſil.*141. *numer.*8. *libr.*4. Mandoſ. *in Regul. Cancell. in regul. de infir. quæſt.*2. *numer.*4. *in fin.* Gigas *de penſion. quæſt.* 59. *numer.*11. Marchel. *de commiſſion. part.* 2. *titul. De commiſſion. Cardinal. direct. §. unico numer.*17. Pariſ. *de confid. quæſt.*27. *numer.*29 ubi quod hæc eſt communior opinio, Monet. *de decim. capit.*9. *quæſt.*3. *numer.*110. & in terminis contributionis, ſeu decimæ Dian. *coord. tom* 9. *tract.*7. *de poteſt. & privileg. Cardin reſolut.*30. *num.*2.

Eo magis quando per modum privilegii ſpecialis, ne hæc opinio communior amplius poneretur 25
in dubio, ſicut controvertitur apud aliquos Doctores, teſte Pariſ. *de confid. dict.*27. *numer.*29. Summi Pontifices devenerunt ad condendum *Regulam* 70. *Cancellariæ* ſtatuendo ibi: *Cum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Sanctiſſimo Domino Noſtro aſſiſtant, ac propterea debeant ſpecialiter privilegiis, & prærogativis gaudere, idem Dominus Noſter ſtatuit, ordinavit, decrevit, &c. quod in quibuſcunque Conſtitutionibus, & Regulis per Sanctitatem Suam edendis non comprehendantur, neque comprehenſi cenſeantur ipſi Cardinales, niſi illæ eorundem Cardinalium favorem concernant, vel Conſtitutiones edendæ de eorundem Cardinalium, vel majoris partis conſilio editæ fuerint, ſeu in eiſdem Regulis, & Conſtitutionibus facta fuerit ipſorum Cardinalium expreſſa mentio*: Quam declarationem licet procedere in Conſtitutionibus, & Regulis, non autem in aliis diſpoſitionibus exiſtimaverit, Rota *coram Otthobon. deciſion.*257. *numer.*13. *&* 14. Hæc tamen propoſitio convincitur meo judicio apertiſſime inſubſiſtens, & legalibus principiis adverſa, dum ſi Cardinales ſpeciali nota digni ſunt, & Regula Cancellariæ hanc ſpecialem mentionem neceſſariam eſſe voluit propter illam rationem, quod ſpecialibus prærogativis, & privilegiis gaudere debent; Ego non video quomodo hæc ratio, quæ generalis eſt, limitari poſſit ad certum genus diſpoſitionis, immo ſi ſpecialis mentio requiritur in Conſtitutionibus, & Regulis, quæ ſunt generales per viam legis, & ſunt fortiores, & favorabiliores, eo magis neceſſaria eſt in indultis, & diſpoſitionibus particularibus, quæ vim legis non habent, & ſunt odioſæ, vel ſaltem minus favorabiles, per ea, quæ habentur apud Gonzal. *ad Regul.*8. *Cancell. gloſſ.*9. §.1. *num.*51. *& gloſſ.*36. *numer.*31. *& ſeqq.* Rota *deciſion.*1029. *numer.*11. *coram Emerix Jun. & in Monaſterien. Decanatus* 13. *Junii* 1720. §. *Nec hujuſmodi cor. bo. me. Caffarello*.

Neque de cætero eſt locus de hoc dubitandi, quando ita docet obſervantia Sedis Apoſtolicæ, juxta quam nunquam cenſentur incluſi in qualibet diſpoſitione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales,

niſi

niſi fuerint ſpecialiter nominati, & quando Papa in
aliqua diſpoſitione eos excipit, id facere dicitur ad
26 tollendam dubitationem, potius quam ad neceſſi-
tatem, ut dicit Patiſ. *de confiden. dict. queſt.* 27.
numer. 28. *&* 29. & in terminis impoſitionum,
27 quæ imponuntur cauſa belli, quod ab illis ſint
exempti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales reſo-
lutum teſtatur per Sacr. Congregationem Immu-
nitatis Ricc. *in Synop. Decret. Congregationis in
verb. Contributio cauſa belli numer.* 8. & in præ-
ciſis terminis, quod *Regula Cancellariæ* 70. locum
habeat etiam in Brevibus Apoſtolicis emanatis pro
ſubſidiis, impoſitionibus, contributionibus, ac do-
nativis, quæ in Eccleſiaſticis perſolvi mandantur
Regibus, & Principibus, teſtatur publicus Officialis
Secretariæ Brevium Apoſtolicorum, ubi refert talem
eſſe obſervantiam, & praxim, cui in hac mate-
ria concernente proprium officium plena fides ad-
hibetur Spad. *conſil.* 124. *& conſil.* 158. *numer.* 18.
Caval. *deciſ.* 10. *numer.* 12. Seraphin. *deciſ.* 792.
numer. 3. But. *deciſion.* 910. *numer.* 8. *& in re-
centior. deciſ.* 427. *num.* 7. *part.* 18. *& in Mo-
naſterien. Canonicatus nona Decembris* 1712. §.
*Alterum, coram Reverendiſſimo Domino Aldro-
vando.*

Si enim talis eſt obſervantia Sedis Apoſtolicæ,
28 quæ ita intellexit, & declaravit *Regul.* 70. ab ipſa
editam ſilere debet omnis contraria interpretatio in
concurſu alterius datæ ab ipſo Conditore Legis,
ſeu Regulæ *leg. Non ambigitur, digeſtis de legi-
bus, leg. Si Imperialis, & leg. Leges Sacratiſſimæ,
Cod. de legibus, & cap. Cum veniſſent de judic. &
cap. Inter alia de ſentent. excommunicat.* & in ter-
minis noſtris Rota *deciſ.* 303. *numer.* 13. *part.*17.
recent. & in Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ 23.
Januarii 1722. §. *Jure igitur, coram Rev. P. Dom.
Cerro.*

Ex his indubitatum cenſeo, quod Cardinales non
fuerunt ullo modo comprehenſi, ſed excepti in in-
dulto; cum enim de ſpeciali privilegio illi non
comprehendantur in generali diſpoſitione, quæ con-
tineat gravamen, vel odium; ſi indultum expreſſe
excipit Cardinales Penſionarios, & ſic etiam mul-
to magis Titulares, ſi praxis, & obſervantia Se-
dis Apoſtolicæ eſt, ut ſub generali ſermone illi non
comprehendantur ad formam *Regulæ* 70. *Cancella-
riæ*, etiam in his indultis, quæ dantur pro obli-
gandis Eccleſiaſticis ad ſubſidia, & donativa pro
Regibus, & ſubſidiis non videtur ſupereſſe aliqua
difficultatis reliquia ad certo affirmandum, & con-
cludendum, quod mens Papæ nunquam fuerit in-
cludere in hoc indulto Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinales, cum iſta voluntas non ſolum colliga-
tur ex verbis indulti, ſed etiam ex opinione Do-
ctorum ex *Regula* 70. *Cancellariæ*, & demum ex
ipſo ſtylo Sedis Apoſtolicæ, ut bene notavit Gon-
zal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 2. *numer.* 63.
& ſeqq. & §. 7. *proœmial. numer.* 136. Adden. ad
Gregor. *dec.*184. *num.*8. Rota *dec.*608. *n.*6. *part.* 2.
*& dec.*614. *nu.*28. *part.*4. *tom.*3. *& in Forolivien.
Parochialis* 26. *Aprilis* 1706. §. *Proxime, coram
bon. mem. Omana.*

Si hæc ſufficerent ſiſtendo in ſola interpretatione in-
dulti, quid ſane dicendum erit, quando concurrit ob-
ſervantia interpretativa? juxta quam nunquam Car-
dinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut alii Cardina-
les Titulares in Regno Siciliæ ſubjecti fuerunt huic do-
nativo Regio, nec unquam fuerunt adſtricti ad talem
contributionem, aut ſolutionem aliquam eos feciſſe
conſtat per obſervantiam fere centenariam ab anno
1634. uſque in præſens, non obſtante, quod tanto
temporis decurſu numerentur 23. Cardinales, qui
pro tempore poſſederunt Epiſcopatus, & Beneficia
in eodem Regno, ut probatur in Libris Regii Pa-
trimonii, quando autem talis, & tanti temporis ha-
bemus obſervantiam, vana redditur omnis diſputatio
quomodo intelligatur indultum, & an comprehendat
Cardinales, quia ſi nunquam fuerunt habiti pro
comprehenſis, ſed exceptuatis per tanti temporis
praxim, & obſervantiam; jam habere dicimus melio-
rem interpretationem, quæ dari poſſit, & quæ præ-
valet cuicunque alteri interpretationi, licet (quod
verum non eſt) forte veriori, & magis legitimæ,
juxta communem propoſitionem, de qua Honded.
*conſ.*92. *num.*30. *lib.*1. Adden. ad Gregor. *dec.*184.
*n.*8. Rota *coram Dunozet. Junior. dec.*966. *n.*17. *&
coram Emerix Jun. dec.*24. *n.*8. *&* 9. *& dec.* 242.
*num.*11. *& in Urbanien. Canonicatus, coram bon.
mem. dell'Olmo* impreſſ. apud Me *Diſcept. Eccl.* 4.
num. 88.

Non enim hujuſmodi praxis tolerata fuiſſet tanto
temporis ſpatio in tot Cardinalibus, ſi vere indultum 31
comprehendere voluiſſet etiam Cardinales, neque
cæteri Eccleſiaſtici ſupportaſſent in ſe ipſis totam
contributionem: dum ergo ita ſervatum fuit, nec
datur caſus unius ſolutionis factæ ab ullo ex Car-
dinalibus; perneceſſe fatendum eſt eos ſub indulto
gravatorio nunquam fuiſſe incluſos, ſed exceptos
Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *n.*40. *&
ſeqq.* Rota *coram Manric. dec.* 59. *n.* 12. *& coram
Bich. dec.*83. *n.*9. *& cor. Cerro dec.* 842. *n.* 12. *&
cor. Emerix Jun. dec.*1342. *n.*8. *& in rec. dec.*441.
*n.*9. *& ſeqq. part.* 18.

Idque locum obtinet etiamſi forte aliquis ex Car- 32
dinalibus petiiſſet exemptionem ab ipſo Rege per
viam gratiæ, illamque obtinuiſſet, quia hoc factum
videretur potius ad majorem cautelam, quam ad
neceſſitatem, Card. de Luc. *de penſ. diſc.*47. *n.* 14.
Rota *in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704.
§. *final. cor. bo. me. Muto, & in Melphiten. Beneficii*
21. *Junii* 1712. §. *Atque hæc, &* 5. *Decembris ejuſ-
dem anni* §. *Hinc non refragatur, cor. bo.me. Lancet- 33
ta.* Præſertim quando omnes alii Cardinales ante-
ceſſores, & ſucceſſores continuarunt in ſua pleniſ-
ſima exemptione ſine ullo facto ſolutionis, cum in
hac materia conſuetudini attendatur quidquid pro ma-
jori parte factum, ac obſervatum fuerit, ut bene
Rota *coram Dunozett. Jun. dec.*265. *num.*10. *in fin.
& n.*11. Conſtantin. *ad Stat. Urb. annot.* 6. *art.* 1.
*n.*45. Rota *dec.*2. *n.*39. ad ornat Card. de Luc. *de
regal. & in Imolen. bonorum ſuper decimis* 24. *No-
vembris* 1698. §. *Prout nec minus, coram bo. mem.
Molines.*

Quibus omnibus obſtare non cenſeo *dec.*257. *cor.
Otthobon.* Quia ejus caſus eſt omnino diverſus, & 34
nihil applicabilis ad terminos noſtri indulti. Nam
primo obſervo, quod ibi agebatur de contributione
conceſſa pro munitione Civitatum ad repellendos
incurſus Hoſtium, quod reſpiciebat commodum,
perſonas, & bona etiam Eccleſiaſticorum, ut lege-
re eſt *d. dec.*257. *n.*5. In propoſito autem contributio,
ſeu donativum fieri ſolet partim pro manutentione,
& defenſione Regni, partim pro muniendis Civita-
tibus, & Terris Regni, partim pro reparatione Pon-
tium, partim pro reſtauratione Palatiorum Regio-
rium, partim pro reſtauratione, & cuſtodia Tur-
rium in littore Maris, partim pro ſolvendis affecti-
bus domorum, quas in Civitate Viennæ inhabitant
Miniſtri Conſilii Italiæ, partim vero pro expenſis
Miniſtrorum, qui aſſiſtunt Parlamento, & hoc to-
tum donativum non ſolvitur in perpetuum, quia
de triennio in triennium renovatur in Parlamentis.

Secundo *dec. Otthoboni* emanavit in terminis in-
dulti Urb. 8. habentis clauſulas univerſales, & effre-
natas ibi: *Cujuſcunque Ordinis, Congregationis, ac* 35
*Societatis etiam neceſſario exprimen. cæterorumque
Collegiorum Eccleſiaſticorum cujuſcunque qualitatis
ſint:* Quæ clauſulæ effrenatæ, & univerſales omnino
deficiunt in noſtro indulto, veluti reſtricto ad Ar-
chiepiſcopos, & Epiſcopos, & Archimandritam,
& alias Perſonas Eccleſiaſticas, quorum appellatio-
ne non veniunt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
nales, quæ ratione officii ſunt Perſonæ majores 36
Archiepiſcopis, & Epiſcopis, juxta *Conſtitutionem
Eugenii IV. Conſtit.*15. *Bullar. Roman. tom.*1. Panor-
mit. *in Clem. frequens n.*3. *de exceſſib. Prælator.* &
apud Dian. *coordinat. tom.*9. *tract.*7. *reſol.*1. *n.*4. *&
ſeqq.* Nicol. *in Floſc. in verb. Cardinalis n.* 3. nec
minus veniunt appellatione aliarum Perſonarum Eccle-
ſiaſticarum, quia dictio *Aliarum* denotat Perſonas ſi- 37
miles

ultra ſemeſtre tempus, & permiſit intra idem tempus, & num. 27. & 70.

28 *An hac Conſtitutio in hac parte limitativa potuerit per non uſum abrogari.*

29 *Refertur Conſtitutio* 31. *fa. mem. Innocentii XII.*

30 *Quomodo intelligatur concluſio, quod ſtatutum Eccleſiarum non obliget proviſos Apoſtolicos.*

31 *An ſit licita conſuetudo, ſeu ſtatutum, quod noviter proviſi ſolvant aliquid pro ſalario, mercede, & ſubſtentatione Miniſtrorum, & Officialium Eccleſia*, & num. 32. 33. 34. 35. & 60.

36 *Quomodo in hac parte fieri poſſit ſtatutum validum.*

37 *Obſervantia requirit actus effectuatos probandos ab eo, qui ſe fundat in conſuetudine.*

38 *Validum eſt ſtatutum, quod concedit heredibus defuncti annum ſuperviventia, & de ratione* num. 39. vide num. 68.

40 *Non valet ſtatutum, quod noviter proviſus ex fructibus ſua Prabenda contribuat aliquid annuum pro Miniſtra, Capituli; declara*, ut num. 41.

42 *Probatia ſolutionis non deducitur ex promiſſione, ſed ex effectiva datione; amptia etiam ſi agatur de promiſſione jurata* num. 43.

44 *Quomodo debeant fieri, & reformari ſtatuta, in hac materia.*

45 *Obſervantia eorum, que continentur in ſtatuta inſerto in nolumine ſtatutorum Eccleſia praſumenda eſt.*

46 *Obſervantia hujuſmodi ſtatuti in parte praſumit obſervantiam in totum.*

47 *Statutum praſumitur eſſe in viridi obſervantia, etiamſi caſus illud obſervandi non evenerit per mille annos.*

48 *Decanus Eccleſia Collegiata non poteſt in ea deferre habitum violacei coloris, quem geſtare ſolet in Eccleſia Cathedrali, cujus eſt Canonicus*, & num. 61.

49 *Canonicus, qui eſt miles Regularis non poteſt in Chora ſuper habitu Canonicali deferre Crucem.*

50 *Non poteſt in uno Corpore, ſeu Capitulo diſſimilis habitus geſtari. Limita quoad primam Dignitatem*, ut num. 51. *& limita etiam quoad Epiſcopum*, ut num. 52.

53 *In quolibet actu attenditur repraſentatio perſona, quam quis gerit in illo.*

54 *Parochus Regularis Eccleſia Matricis pracedit Parocho Eccleſia Sacularis eidem ſubdita, & ſic etiam Clerus Regularis Eccleſia Cathedralis quoad Clerum Sacularem Eccleſiarum inferiorum.*

55 *Ex negligentia reſidendi in Eccleſia, Decanus Collegiata amittit fructus.*

56 *Impedimentum, quoad potuit ad libitum removeri, non excuſat.*

57 *Pro reſidentia nulla acquiritur monitio, ſeu interpellatio.*

58 *Expenſa litis quanda non ſint, reficiende per Collitigantem.*

62 *Diſpoſitio in Beneficialibus tota pendet ex voluntate Papa.*

63 *Litera Pontificia Motu propria ligant etiam ſine acceptatione ſubditorum, & de ratione.*

64 *Decretum irritans infringit contrarium uſum.*

65 *Canonico in Eccleſia recepto debentur fructus, & diſtributiones.*

71 *Spectat ad Epiſcopum invigilare, ut deſtinata in pios uſus, convertantur in eoſdem.*

72 *Valet ſtatutum, ſeu conſuetudo, quod Canonici Juniores arceantur ab actibus Capitularibus.*

73 *Applicatio fructuum novi Canonici pro anima defuncti, an locum habeat etiam favore Reſignantis* Rota *non reſolvit.*

DISCEPTATIO LVII.

VIget in inſigni Collegiata S. Mauritii Hildeſim. Diœceſis Statutum, ac conſuetudo, quorum vigore tam Decanus, quam Canonici in eorum receptione ad Eccleſiam ſolvere tenentur certa onera, 1
ſeu Jura tam pro fabrica, & ſacris ſuppellectilibus Clenodia nuncupatis, quam pro mercede ejus Miniſtrorum, & Officialium; Cumque Ignatius Henricus Liber a Sede Apoſtolica noviſſime proviſus de Decanatu, recuſet prædicta onera ſubire Reverendiſſimum Capitulum æqui, ac juſti Amator maturo prius conſilio procedere intendens, votum meum pro veritate requiſivit ſuper infraſcriptis quinque dubiis.

I. An Decanus teneatur dare 30. *florenos Rhenenſes aureos pro ſabrica Eccleſia, & Clenodiis.*

II. An etiam florenos quinque ſimiles Succentori, Cameraria, Campanario, & Rectori Schola, qui docet juventutem univerſitatis ſacularis, nec non Prafecto juriſdictianis Capitoli ſemiduas olnas panni rubri coloris, & Choralibus Eccleſia florenos ſex moneta currentis.

III. An teneatur ſervire gratis pra anno ſuperviventia Decani defuncti, cui cedunt fructus dicti anni pro ejus anima, & funeralibus.

IV. An teneatur ſingulis annis ſalariare Agentem, ſeu Advocatum, aut Sindicum Capituli ex fructibus Decanatus dando unum Plauſtrum, ſcilicet madium ſiliginis, ac modium Hordei.

V. An liceat eidem Decano intrare Collegiatam cum habitu violaceo, quem portat uti Canonicus Cathedralis Eccleſia Hildeſimen non obſtante, quod ſui pradeceſſores parem ſemper cum Canonicis portaverint habitum nimirum nigri coloris.

Qua in re negotio mature examinato per tramites univerſi Juris Eccleſiaſtici cenſeo in ſenſu veritatis eſſe prout in prima reſpondendum, & ag- 2
grediendo examen prioris articuli, & præſupponendo in facto, quod prædicti 30. floreni debeantur vigore Statuti conditi uſque de anno 1528. multum dubitare cogor ſuper ejus validitate, quippe hujuſmodi Statutum tanquam inducens neceſſitatem promittendi dictam ſummam in ingreſſu Eccleſiæ, habere videtur vehementem ſuſpicionem Simoniæ, quod nempe pro ingreſſu ipſo ſpirituali Proviſus ſolvere temporalia cogetur, & conſequenter tanquam Simoniacum, & reprobum nullatenus valere probat *Text. in cap. cum in Eccleſia de Simonia* ibi: *Cum in Eccleſia corpore omnia debeant ex charitate tractari, & quod gratis receptum eſt, gratis impendi, horribile nimis eſt, quod in quibuſdam Eccleſiis locum venalitas probibetur habere, itant pra Epiſcopis, Abbatibus, ſeu quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ponendis in Sede, ſeu introducendis Presbyteris in Eccleſia, &c. aliquid exigatur*: concordat alter *Text. in cap. in tantum de Simonia* ibi: *pravam illam conſuetudinem de tua Provincia ſtudeas abolere, per quam pra Eccleſiarum Inveſtitura Archidiaconi marcham argenti, minores vera Decani Vaccam albam ſibi dari poſtulant, vel certam ſolvi pecunia quantitatem, & tex. civilis in auth. de Sanctiſſ. Epiſcop. §. Sed neque ac* late ex pluribus aliis textibus, & Canonicis documentis probat Gonzalez. *in cap. cum in Eccleſia de Simon. num.* 3. *& 6. in fin.* Paſſerin. *de elect. cap.* 7. *num.* 224. Rebuff. *in concordatis tit. de reſervat. §. in Cathedralibus verſ.* 5. Cened. *ad decretal. collectan.* 16. *num.* 2.

Et quamvis hujuſmodi textus, & DD. non loquantur quando ſolutio fit in pios uſus, nempe in 3
fabricam, & paramenta Eccleſiæ, tamen eadem ratio viget etiam in hoc caſu, quia non debet aliquid mali accipi, ut bene diſpenſetur ſeu committi Simoniam, ut convertatur in bonum ut eſt *text. in can. ex multis* 1. *qu.* 3. *§. conſtituimus*, ibi: *Nullus cujuſcumque gradus Clericus pro Eccleſia beneficio aliquid audeat conferre, aut fabrica Eccleſiarum, vel donariis Eccleſiarum*,

ſiarum, ſeu etiam quod Pauperibus ſit tribuendum, quia teſtè Scriptura qui aliquid male accipit, ut quaſi bene diſpenſet potius gravatur, quam juvatur: per quem textum communiter firmant ſcribentes Statutum non valere, quod mandat ingreſſuris Eccleſiam, ut aliquid ſolvant in fabricam Eccleſiæ, aut alios quoſcunque uſus pios, ut docent Panorm, *in cap. cum M. Ferrarienſis de Conſt, n.* 25. *& in cap. Jacobus n.* 3. *& in cap. dilectus il n. n.*6, *de Simonia*, Felin. *in d. cap. cum M. Ferrarienſis n.* 20. *&* 21. *& in cap. pro certo num.* 1. *& cap. Jacobus n.*2. *de Simonia*, ubi quod DD, qui in contrarium ſentiunt fuerunt in errore propter ſupradictum Textum ſingularem ibi: *Conclude quod non valet Statutum, quod aliquid ſolvatur per receptum in Canonicum, etiam ſi illud ſit convertendum in pios uſus per Text. ſingularem in Can. ex multis prope finem* 1. *qu.* 3. per quem multi ex præfatis Doctoribus fuerunt in errore aliter ſentiendo, Rebuff, *in concord. tit. de reſerv.* §. *in Cathedralibus verſ.* 5, *in fine, ubi refert ita judicatum, & optime*, Cardinalis Pariſ. *conſ.* 93. *n.* 3. *lib.* 4. Rota cor. *Puteo deciſ.* 369. *num.* 2. *lib* 3.

Quicquid ſecus in conſuetudine, quam Panorm.
4 necnon ejus ſequaces putant in hoc caſu valere, allegando rationem differentiæ inter Statutum, & conſuetudinem, quod nempe habet principium voluntarium, & ideo valida eſt, ſtatutum vero habet principium neceſſitativum, nec ideo valet, quam differentiam licet non admittant, ſed rejiciant Joannes de Anania *in cap. ſicut pro certo n.* 3. *verſ conſidera de Simon*, Ripa *in cap. cum M. Ferrarienſis n.* 176. *verſ. non obſtat quod conſuetudo*, & ibidem pleniſſime Decius *n.* 58. indiſtinctè tenentes non valere Statutum neque conſuetudinem, tamen opinio Panormitani fuit a pluribus recepta, & notat Adden. ad Panorm. *in d. cap. M. Ferrarienſis litt. G.* Felin. *ibid. n.* 21. Andreas Abexea *in rubric. de Conſt. n.* 74. *& in cap. cum omnes eodem tit. n.* 123. & optime Garz. *de Benef. par.* 8. *cap.* 1, *n.* 86. Guttier. *Canonic. qu. lib.* 1. *cap.* 29. *n.* 26. *&* 31. Card. Pariſ. *conſil.* 93. *n.* 3. & 25. *lib.* 4. Caſtropal. *oper. moral. tom.* 3. *tract.* 17. *diſp.* 3. *punct.* 12. *n.* 9. Azor. *Inſtit. mor. tom.* 3. *lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 6. *verſ.* Panormit. Panimol. *deciſ.* 31. *annot.* 1. *n.* 57. excepto tantum caſu, quo præceſſiſſet exactio, quæ dediſſet cauſam conſuetudini, quam tunc minime valere limitando tenet Panormit. *in cap. ſuam nobis* 29. *de Simon. n.* 4. *verſ. ad hanc opinionem, & in cap. ad Apoſtolicam* 42. *eodem tit. n.*5. *in fine verſ. ſecundo*, Joannes de Anania in *d. cap. ſuam nobis n.* 3. *& in d. cap. ad Apoſtolicam num.* 6. Garz. *d. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 76.

Fortius autem, quia etiam in ſenſu communi, qui exiſtimant valere in hac materia tam Statutum, quam conſuetudinem, requiritur, ut non detur aliquid ante ingreſſum, ſeu receptionem, quia non debent
5 ſpiritualia retardari propter temporalia, ſed prius libere debet dari poſſeſſio, & poſtea cogi receptum ad ſervandum Statutum, ſeu conſuetudinem, alias ſi prius petatur, & exigatur ratione modi non valet Statutum neque conſuetudo, ut plene diſcuſſo articulo probat Barboſ. *in d. cap Jacobus n.* 7. *&* 9. *de Simon.* & ibi Joann. de Anania *n.* 4. *in fine* ubi advertit, quod modus ſine ſcrupulo eſt, quod ſemper petatur, & exigatur poſt ſpiritualia, & optime Præpoſit. *in Can. Siquis diſt.* 42. *n.* 4

Et denique, quia hanc prohibitionem ſucceſſive
6 confirmaſſe, ſeu declaraſſe videtur *Sacr. Concilium Tridentinum ſeſſ* 24. *cap.* 14. *de reformat.* ubi reprobatæ fuerunt omnes hujuſmodi promiſſiones, conditiones, & ſolutiones, quæ fiunt per noviter recipiendos in Eccleſia, in cujus Concilii ſequelam ſupervenit *Bull. ſan. mem. S. Pii V. edita de an.* 1570. *quæ eſt Conſtit.* 104. *Bullar. novo tom.* 2, ubi removetur prohibitio, & damnantur ſtatuta, & conſuetudines tanquam corruptelæ, & noviſſime eandem Bullam renovavit, & auxit ſan. mem. Innoc. XII. *ut in ejus Bullar. Conſtit* 51. quæ Sacri Concilii diſpoſitio quidquid ſit an irritaverit ſtatuta tunc vigentia, ut noviter Proviſi aliquid ſolverent in uſum pium, prout ea irritaſſe quando ſolutio ſit ante ingreſſum ſentit Barboſ. *in d. cap. Jacobus n.* 7. certum eſt, quod ſaltem prohibuit in futurum hujuſmodi ſtatuta, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii apud Garz. *de Beneficiis par.* 8. *cap.* 1. *n.* 89. ibi: *non poteſt de cætero ex quocunque ſtatuto imponi, ut aliquid ſolvatur in locum pium cedens veluti pro fabrica, vel Sacriſtia Eccleſiæ*, & ſequuntur Caſtropal. *oper. moral, tom.* 3. *tract.* 17. *diſp* 3. *puncto* 12. *n.* 9. Guttier. *Canonic. quæſt. cap.* 19. *n.* 28. Navar. *cap.* 23. *n.* 101. Barboſ. *in d. cap.* Jacobus *n.* 2. Pas Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 11. *n.* 79. *&* 80. adeo ut pro validitate Statuti poſt Concilium editi requiratur, quod illud fuerit per Papam ex certa ſcientia approbatum, & confirmatum, ut dicunt omnes præallegati.

Et quando etiam dubitari poſſet ſuper prædictis, & Statutum in hac re validum reputari valeret, adhuc 7
tamen non procederet contra Proviſos a Sede Apoſtolica, quia inferior non poteſt ligare Papam Superiorem, ejuſque proviſos, ut in puncto hujus caſus dixit Card. Pariſ. *conſil.* 93. *n.* 7. *l.* 4. & in terminis Statutorum Eccleſiæ requirentium in proviſis certas qualitates firmarunt Amayden. *de ſtylo Datar. l.* 1. *c.* 15. §. 3. *n.* 4. *& ſeq.* Rota *dec.* 375. *per tot. part.* 4. *to.* 3. *rec.* & noviſſime *in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus ſuper bono jure* 7. *Martii* 1701. §. *firmata coram R.P.D. Scotto*, *&* 20. *Jan.* 1702. §. *verum cor. R.P.D. Priolo.*

Quibus tamen non obſtantibus contrarium de jure verius exiſtimo, nempe teneri Decanum ad ſolutionem 50. Florenorum, quia inſpecta Sacrorum Canonum cenſura recepta eſt diſtinctio, quod aut ſolu- 8
tio, & exactio cedit in privatam utilitatem, ſeu ad impinguandam burſam Canonicorum, & tali caſu non valet, & in his terminis loquitur *Text. in cap. cum in Eccleſia cap. in tantum, & cap. Jacobus de Simon.* aut vero cedit in uſum pium, ſcilicet in fabricam Eccleſiæ paramenta, & alia in cultum Divinum, & tunc licita eſt, ſive fiat ratione conſuetudinis, ſive etiam Statuti, ut facit Theorica originalis tradita ab Hoſtien. qui ita diſtinguit *in c. cum M. Ferrarien. de Conſtit. & in c. Jacobus de Simon.* & loquitur Hoſtien. ſine contradictione, & difficultate Butrius *in d. cap. cum M. Ferrarienſis n.* 52. *&* 53. *ac in cap Jacobus n.* 4. *de Simon.* quæ Theorica Hoſtienſis fuit per modernos recepta, tam in conſuetudine, quam ſtatuto, ut tradit Barboſ. *in allegato cap. Jacobus n.* 7. *&* 9. *de Simonia*, Alberic. de Roſat. *in tr. de Statut. par.* 1. *q* 90. ubi loquitur de Pallio dando Eccleſiæ per noviter receptum vigore Statuti, Ripa *conſil.* 2. *n.* 11. *de arbitris*, loquitur de Cappa præſtanda ad ornamentum cultus Divini ibi: *Antonius fuit receptus cum hoc, quod ſolveret Cappam juxta formam Statuti, quare cum non adimpleverit ex parte ſua rationabiliter denegantur ſibi Eccleſiæ proventus. & ſi dicatur non valere Statutum tanquam inducens Simoniam reſpondeo verum ſi ſolutio Cappæ cederet ad commodum burſale Canonicorum, & Beneficiatorum, ſecus ſi cedit ad ornamentum Divini Cultus, ut in caſu noſtro.*

Concurdant in terminis Statutis Card. Bellamer. *conſil.* 31. *num.* 12. Marc. Antonin. *var. reſol. lib.* 1. 9
reſolut. 1 *num.* 1. *& ſeqq.* ubi reſpondet Felino, & Pariſ. reprobando diſtinctionem inter Statutum, & conſuetudinem, Cened *in decretal. collect.* 16. *n.* 2. Aufrer. *ad deciſ. Cappella Tholuſan. quæſt.* 312. *n.* 1. *verſ. ſed quid ſi Statuto*, Pariſ. *de confident. qu.* 38. *num.* 28. Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *num.* 6. *& de Canonicis cap.* 15. *num.* 29. & omnium latius, ac melius Tondut. *quæſt. Benef. part.* 1. *cap.* 47. *ex num.* 1. *ad plur ſeqq* Zerol. *in prax. Epiſcoporum par.* 2. *in verbo poſſeſſio Beneficii* §. 5. & probat *Text. in extrav. ſuſcepti ne Sede vac. inter comm.* ubi approbatur tam Statutum, quam conſuetudo retinendi Beneficiato fructus, ut pars eorum applicetur ad fabricam ibi: *conſuetudini, privilegio, vel Statuto ubi gloſs in verbo privileg.* Ricc. *in prax. par.* 1. *reſol.* 499. *num.* 3. & Marc. Antonin. *d. reſolut.* 1. *num.* 3. *verſ. tertio urgebant.*

Cui receptiſſimæ, & veriori ſententiæ obſtare non 10
valet opinio Panorm. *in d. c. Jacobus n.* 3. *de Simon.* quatenus admittit in his terminis valere conſue-

tudi-

Digitized by Google

tudinem, non autem ſtatutum, quoniam ultra, quod loquitur dubitative per verbum *forte*, ut legere eſt ibi ſub *num.* 3. ibi: *aut imponitur hoc onus ipſi recepto, vel recipiendo, ut recipiendus, vel receptus de ſuo teneatur dare paramentum Eccleſiæ, & forte talo Statutum non valet:* reſpondeo quod Panormit. ſolum fundamentum in hac parte conſiſtit ſuper allegato *Can. ex multis* 1. *quæſt.* 3. qui tamen ſi bene conſideretur nullo modo applicatur ad caſum iſtum, quia loquitur de eo, qui dat aliquid directe pro Beneficio obtinendo ibi: *Pro Eccleſia Beneficio aliquid audeat conferre;* quæ dictio *pro* importat cau-
11 ſam finalem, & oſtendit dationem temporalium pro obtinendo Beneficio, & ſic quando temporale ordinatur ad obtinendum ſpirituale, ſecus quando ordinatur in alium finem, ſcilicet ad ſublevandam Sacrarii paupertatem, & ad fabricam Eccleſiæ, aut aliud ſimile opus pium: hoc enim caſu nequaquam intercedit Simonia, ut in puncto ad præallegatum Canonem reſpondet Pignatell. *Conſult. Canon. tom.* 1. *conſult.* 158. *num.* 7. 8. & 9.

Et hæc eſt ratio, ex qua motus fuit Hoſtien. *in d. cap. Jacobus* ad probandum, quod valeat conſuetudo dandi aliquid in fabricam, ac paramenta Eccleſiæ, quia nempe tali caſu non ſpirituale cum temporali, ſed ſpirituale cum ſpirituali commutantur, videlicet Canonicatus cum commodo Eccleſiæ, & cum eo, quod redundat in Cultum Divinum, & notat Butr. *ibi n.* 4. Joann. Andr. *n.* 4. Azor. *Inſtit. mor. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 11. *qu.* 6. quæ ratio indiſferenter procedit tam in Conſtitutione, quam in ſtatuto, unde patet diſtinctionem a Panormitano excogitatam inter Statutum, & conſuetudinem non ſubſi-
12 ſtere in jure, quia licet conſuetudo ab initio conſtituatur ex actibus voluntariis, tamen poſtquam eſt inducta, & firmata inducit neceſſitatem ſicut Statutum, unde ſi ratio ſuſtinendi conſuetudinem fundaretur ſuper principio voluntario non poſſet evitari Simonia, quia quantum ad illum, qui recipitur, ex quo tempore receptionis cogitur ſolvere ratione conſuetudinis, Simonia videtur, ſicut in Statuto, tempus enim receptionis, quo conſuetudo neceſſitas attendi debet, non autem principium illius voluntarium, ut bene confutando *Panormitani* aſſumptum probat Decius *in d. cap. cum M. Ferrarienſis n.* 28. ibi: *Quia conſuetudo habet neceſſitatem poſtea quam eſt inducta, ſicut ſtatutum, licet a principio ex actibus voluntariis induci videatur, unde quantum ad illum, qui recipitur, ex quo tempore receptionis cogitur ſolvere ratione conſuetudinis Simonia videtur ſicut in Statuto, quod etiam habet principium voluntarium cum a voluntate ſtatuentium procedat, ex quibus omnibus non videtur vera differentia, quam Abbas facit inter conſuetudinem, & Statutum, &c. iſta differentia non videtur probari jure, quia ratio illa de principio voluntario non videtur, vera, quia tempus receptionis attenditur*, Ripa *in d. cap. cum M. Ferrarienſis num.* 176. *in fine*, & Joann. de Anania *in cap. ſicut pro certo n.* 3. *de Simonia*, Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 1. *ſub n.* 3.

Non eſt igitur ratio principii voluntarii conſue-
13 tudo, quæ illam eximit a labe ſimoniæ, ſed commutatio ſpiritualis cum ſpirituali, ut ait Hoſtienſ. *ubi ſupra:* quæ ratio applicatur non ſecus ad conſuetudinem, ac ad ſtatutum, & proinde merito Doctores communi calculo nullam differentiam conſtituentes in ſtatuto, vel conſuetudine firmarunt utrumque valere quando ſolvitur in opus pium intuitu commodi Eccleſiæ, & Cultus Divini, ut dicunt præallegati §. *Quibus tamen*, & §. *Concordantes*, & præcipue Barboſ. *de Canonicis cap.* 15. *n.* 29. ibi: *Valere tamen poteſt conſuetudo, & ſimiliter ſtatutum laudabile admittendum eſt, per quod aliquid exigitur ab obtinentibus Canonicatus, & quotidianas diſtributiones, quod non in ipſorum exigentium utilitatem, ſed in Eccleſiam, alioſque pios uſus convertantur, unde non pro ingreſſu ipſo, & admiſſione, cum ad alium finem accipiatur.*

Quodque nunquam præſumi valeat contributio ſimoniaca quando refertur ad aliam cauſam, & fi-
14 nem quam ingreſſus in Eccleſiam, deducitur ab exemplo Confraternitatum, in quibus ſi vigeat ſtatutum, quod in admiſſione, & ingreſſu in ſocietatem dari debeat certæ pecuniæ quantitas propter honeſtam cauſam, nempe pro alendis pauperibus, vel pro expenſis neceſſariis ſocietatis, hujuſmodi ſtatutum validum, ac laudabile reputatur, ut in propoſito notat Tondut. *qu. Benef. tom.* 1. *cap.* 47. *n.* 8. & fuit theorica Archidiaconi in *Can. Si quis diſt.* 42. *n.* 2. Bellamet. *n.* 1. Butrius *in cap. Cum M. Ferrarienſis n.* 55. *verſ. Et hoc*, quamvis hanc propoſitionem Moraliſtæ fundent in alia ratione, ſcilicet quia Confraternitas non eſt Religio, nec proinde committitur ſimonia in ejus ingreſſus, Sanchez *conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 23. *n.* 8. Reginald. *in prax. for. pænit. lib.* 23. *cap.* 13. *n.* 196. A Spiritu Sancto *in direct. confeſſ. tom.* 2. *tr.* 4. *de ſimonia ſect.* 13. *diſp.* 4. *n.* 280. quam rationem reprobat *Donat. in prax. tom.* 3. *tr.* 8. *de Confratern. qu.* 17. *n.* 1. quia nempe licet Confraternitas non ſit Religio, adhuc tamen ipſis ingredientibus multa jura ſpiritualia confert, privilegia ſcilicet, Indulgentias, gratias, & ſimilia beneficia ſpiritualia, quæ poſſunt eſſe materiæ ſimoniæ.

Confert melius exemplum Monialium, quæ in ingreſſu in Monaſterium vigore conſuetudinis ſol- 15
vere tenentur Monialibus aliquas contributiones, ſeu propinas, nec idcirco ſimoniaca conſuetudo reputatur ex quo pecuniæ non dantur pro ingreſſu ipſo, ſed pro ſolemnitate, & feſtivitate profeſſionis, ut tradit Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regular. n.* 10. Suarez *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 5. *n.* 5. Sanchez *conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 23. *n.* 6. Tambur. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 6. *qu.* 10. *n.* 20. Fagnan. *in cap. Statuimus de Regular. ſub n.* 57. Caſtropal. *Oper. moral. to* 3. *tr.* 17. *diſp.* 3. *punct.* 9. *n.* 4. *verſ. Immo*, & *n.* 6. *verſ. Videmus*, idem Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 18. unde patet ſimoniam excludi quando pecunia non datur pro ingreſſu obtinendo, ſeu pro ſpiritualibus, ſed ad alium finem, ut in caſu præſenti ſolvuntur 50. floreni non pro obtinenda poſſeſſione Decanatus, ſeu Beneficii, ſed pro ſubveniendo fabricæ, ſeu commodo Eccleſiæ, & ſic commutatur Spirituale, ſeu Canonicatus, & Decanatus cum ſpirituali, ſcilicet Eccleſiæ bono, ut cenſuere Hoſtien. & Jo: de Anania *in d. cap. Jacobus n.* 3. & ſequitur Aufrer. *ad dec. Cappella Tholoſan. qu.* 312. *n.* 1. *verſ. In hoc enim caſu*, Tondut. *qu. Benef. d. cap.* 47. *n.* 5. & 6. *part* 1. & faciunt tradita per Barboſ. *ad Concil. d. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *n.* 13. & Bellamer. *conſil.* 2. *ſub n.* 9. *verſ. primum*.

Hæc omnia, quæ procedunt in terminis juris communis clariora evadunt inſpecta diſpoſitione Sacri 16
Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *de reform.* quod tantum abeſt, ut abrogaverit hujuſmodi ſolutiones, ac exactiones, quin potius eas approbaverit, ſive debeantur ratione conſuetudinis, ſive ſtatuti, ut patet ex illis verbis: *Mandat Epiſcopis, ut quæcunque in pios uſus non convertuntur, &c. fieri permittant:* Per quæ verba Concilium diremit antiquam diſpoſitionem Canoniſtarum, utrum quando contributio fit in pios uſus valeat vigore conſuetudinis, non autem ſtatuti, & clare approbavit hanc contributionem in uſus pios, ſive debitam ex conſuetudine, ſive ex ſolo ſtatuto, ut obſervat Garz. *de Benef. part.* 8. *cap.* 1. *n.* 85. & 86. ibi: *Approbat tamen Concilium ibi hujuſmodi ſtatuta, vel conſuetudinem, quando id in uſus pios convertitur, ut in uſum fabricæ Eccleſiæ, Sacriſtiæ, vel Pauperum, quamvis de jure communi eſſet opinio valere hujuſmodi conſuetudinem in uſum pium quando non præceſſit exactio, non tamen ſtatuta imponentia onus recepto, vel recipiendo etiam in uſum pium.*

Quamobrem hodie vigore Concilii Tridentini eſſe clarum, & indubitatum, quod exactiones ad uſum pium Fabricæ, Sacriſtiæ, vel Pauperum ſint licitæ, & ſervandæ tametſi debeantur vigore ſtatuti, tradunt Bonac. *de Simonia diſp.* 1. *quæſt.* 7. §. 3. *n.* 5. Cened. *in Decretal. collect.* 16. *n.* 2. Barboſ. *ad Conc. d. ſeſſ.* 24. *c.* 14. *n.* 6. Pariſ. *de Confid. qu.* 38. *n.* 28. Scortia *Epit.* 100. Theorem. 298. *verſ. Per hanc tamen Conſtitutionem*, Panimol. *deciſ.* 31. *annot.* 1. *n.* 35. Card. Laurea *in Epitome Can. In verbo beneficiorum poſ-*

ſeſſio, Marc. Antonin. *d. reſol.* 1. *n.* 4. *verſ. Demumque*, Novar. *in ſumm. Bullar. part.* 1. *comment.* 117. *n.* 5. Guttier. *Canon. qu. lib.* 1. *qu.* 29. *n.* 26. *&* 27. Card. de Luc. *de Legatis diſcurſ.* 19. *num.* 4. & ita ſæpe judicavit Sacra Congregatio Concilii Teſte Gallemart. *ad Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *verſ. Admiſſione ad poſſeſſionem*, Bonacin. ubi proxime *num.* 5. Barboſ. *ad Concil. d. cap.* 14. *n.* 11. *& de Canonic. cap.* 15. *n.* 30. Garz. *de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 198. *in reſponſione ad nonum*, Gavant. *in Manual. in verbo Canonicatuum poſſeſſio in addit. n.* 1. Pignatell. *d. conſult.* 158. *n.* 12. *tom.* 1. Pas. Jord. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *n.* 80. *&* 86.

Neque adverſatur doctrina Barboſæ *in d. cap.* Jaco-
17 bus *n.* 7. ſupponentis neque ſtatutum, neque conſuetudinem valere vigore Concilii etiam in uſus pios quando exactio, & ſolutio fit ante ingreſſum, quoniam attento ſtatuto Eccleſiæ in caſu iſto tam cautio, quam exactio fit poſt receptionem ibi: *Infra tres menſes a die receptionis proxime ſequentes dabit realiter, & cum effectu* 50. *florenos Rhenenſes boni, ſeu juſti ponderis ad Fabricam, & Clenodiam noſtræ Eccleſiæ prædictæ perſonis ad hoc deputatis, & infra tres dies etiam a die receptionis proxime ſequentes fidejuſſores idoneos deſuper conſtituet*: & conſequenter nullum ineſt illicitum ratione modi, quia valide fiunt hujuſmodi ſtatuta de jure imponentia onus jam recepto, ut bene Præpoſitus *in Can. Si quis diſtinct.* 42. *n.* 4. *verſ. Si tamen poſt receptionem*, & plene Bellamer. *conſil.* 3. *n.* 10. *in fin. verſ. Præterea.*

Solumque præſtatur juramentum de ſolvendo dictos florenos in ipſa receptione, ut cantat idem ſtatutum ibi: *Idem in ſua receptione corporali præſtabit juramentum*: quod juramentum eſt omnino lici-
18 tum in receptione; cum enim dentur in jure noſtro tria tempora, ſcilicet ante actum, in actu, & poſt actum, Bald. *in cap. Si alicujus* 59. *de elect. n.* 5. & in propoſito Paſſerinus *de elect. cap.* 7. *n.* 8. *verſ. Conſiderandum eſt*: utique Concilium Tridentinum in actu receptionis approbavit, nedum juramenta, ſeu promiſſiones, ſed imo ſolutiones, & exactiones in uſum pium, ut in *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. ibi; *In electione, præſentatione, &c. ſeu alia proviſione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem ſolutiones promiſſiones, &c. quæcunque hujuſmodi in uſus pios non convertantur, &c. fieri non permittant*, & facit Sanchez *conſil. moral. lib.* 4. *cap.* 3. *dubio* 29. *n.* 9. *verſ. At non eſt ſimonia*, Tondut. *d. cap.* 47. *n.* 11. *part.* 1.

Imo quidquid dixerit Barboſa videtur communior Doctorum ſententia, quod de jure communi tam
19 cautio, quam ſolutio poſſint licite recipi etiam ante receptionem, ut de cautione tradit Hoſtienſ. *in cap. Jacobus de ſimonia*, quem refert Anania ibidem *n.* 3. ibi: *Si petatur aliquod paramentum, vel quid ſimile, quod tendat ad fabricam Eccleſiæ, vel ad Cultum Divinum quia tunc licite exigitur, & etiam ante receptionem, poſſit licite recipi cautio*: Jo: Andr. *n.* 4. ibi: *Et hoc caſu ante receptionem poſſet exigi cautio*, Card. Zabarell. *in fine*, Fagnan. *in cap. præterea n.* 81. *ne Prælati vices ſuas verſ. Quinimmo* Azor. *Inſtit. Moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 11. *qu.* 6. Coſmus *in Gloſſ. Pragmatica Sanctionis tit. de annatis* Tondut. *quæſt. Beneficial. lib.* 1. *cap.* 47. *n.* 9. *& ſeqq.* Bellamer. *conſil.* 3. *num.* 12. *verſ. Imo.*

Et de ſolutione, & exactione, quod poſſit fieri ante receptionem, & quod interim loco pignoris poſſit retineri præbenda ſcribunt Cened. *ad decretal. collect.* 16. *n.* 2. Aufret. *ad dec. Cappella* Tholoſ. *qu.* 312. *n.* 1. *verſ. Non tamen* ibi: *Non tamen retineri præbendam loco pignoris, vel etiam poteſt retineri, ſi conſuetudo ſit, quod non aſſignetur præbenda quouſque tale quid ſolverit*; allegando rationem ibi: *In hoc enim caſu fit permutatio ſpiritualis ad ſpirituale*, quod licet Andreas ab Exea *in rubric. de Conſtitut. n.* 74. ibi; *Valet conſuetudo, ut Canonicus de novo receptus ſolvat tantum operi pio, vel pro Cappa, etiamſi conſuetudo dicat, quod non prius aſſignetur ſibi præbenda, quam ipſe ſolverit, quod ſolvi certum eſt*: Aſteſan. *in ſumma part.* 2. *lib.* 1. *tit.* 5. *tr.* 6. *col.* 3. *verſ. Quod ſi de conſuetudine*, Bellamer. *conſil.* 31. *n.* 12. Tondut. *qu. Benef. d. cap.* 47. *num.* 6.

Quam tamen concluſionem Ego non admitto in caſu iſto, ubi præcedit ſtatutum ordinans cautio- 20
nem, & ſolutionem poſt receptionem; nam ſi Capitulum introduxiſſet conſuetudinem contrariam, eſſet contraventio ſtatuto, & illicita; Sufficit enim in receptione, ut præſtetur juramentum dandi cautionem, & ſolvendi, poſtea vero ſi hæc non adimpleatur adeſt ſuum congruum remedium, quia poſt jam admiſſum, & receptum Decanum, & traditam poſſeſſionem poſſunt retineri proventus Beneficii, donec ſequatur adimplementum, juxta punctualem doctrinam Ripæ *conſ.* 1. *n.* 11. *de arbitr.* de qua ſupra §. *Quibus tamen*, imo etiam in caſu, quo non præcederet ſtatutum, ſed totum penderet ex conſuetudine admitterem quidem cautionem ante receptionem, non autem exactionem, quia non debet loco pignoris retineri beneficium, & ſpiritualia retardari Jo: de Mantica *in cap. Ad Apoſtolicam n.* 3. *de ſimonia*, & in his terminis bene procedit concluſio firmata per Barboſ. *in d. cap. Jacobus num.* 7.

Minuſque obſtat reſolutio S. Congregationis Concilii, juxta quam prohibitum fuit de cætero facere ſtatutum, ut aliquid detur etiam in uſum pium, unde ut refert Garzias non valet ſtatutum in po- 21
ſterum, ſeu poſt Concilium, niſi fuerit per Papam ex certa ſcientia confirmatum.

Quippe hujuſmodi reſolutio adducta per Garziam, etiamſi eſſet vera non poſſet applicari ad caſum, dum ſtatutum Collegiatæ, de qua agitur eſt longe ante Concilium, nempe de anno 1528. & diſcurrendo ex abundanti dicta reſolutio Mihi non videtur vera dum caret die, menſe, & anno, & contrarium invenio fuiſſe deciſum per Sac. Congregationem, & Summum Pontificem Sixtum V. in una *Segobien.* 11. *Julii* 1590. his verbis.

An conſtitutio quædam ab Epiſcopo, & Capi- „
tulo poſt Concilium Tridentinum de ſolvendo „
certam pecuniæ quantitatem ratione novæ poſſeſ- „
ſionis, &c. Canonicatuum, & Dignitatum di- „
ſtribuendam in fabricam, & ſalaria Notarii, Ad- „
vocatorum, Campanarii, & aliorum Miniſtro- „
rum Eccleſiæ, quibus jam alias conſtituta ſunt „
certa ſalaria ſit valida nec ne? „

Sanctiſſimus D. Noſter ex ſententia Congrega- „
tionis reſpondit hujuſmodi Conſtitutionem ſervan „
dam, nihil tamen ex ea pecunia Notariis, Curſo- „
ribus, & Campanario, aliiſque Eccleſiæ Miniſtris „
tribuendum, ſed integram ſummam in uſus fabricæ „
convertendam, atque ita libenter ſolvendam, &c. „

Quod ſane decretum, ſeu reſolutionem referunt per extenſum Pignatell. *conſult.* 158. *n.* 12. *to.* 1. Gar- 22
zia *de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 198. *in reſponſione ad nonum*, Barboſ. *de Canonic. cap.* 11. *n.* 30. & quamvis exiſtimet Garz. hoc decretum probare, quod ſtatutum debeat eſſe in ſpecie confirmatum per Papam, & concordat Caſtropal. *& alii ſuperius adducti in objecto §. Quæ Sacri Concilii*, attamen hoc Mihi videtur deſumi non poſſe, ſed totum oppoſitum, dum in relata *Segobien.* fuit proceſſum per viam dubii ibi: *An Conſtitutio quædam, &c. ſit valida, nec ne*; Verum S. Congregatio, & juxta ejus ſententiam Summus Pontifex reſpondit; *Eſſe ſervandam*: quæ reſponſio eſt per viam declarationis juridicæ, prout de jure, nec importat confirmationem Papalem, & in ſpecie Doctores dicunt vigore hujus Decreti fuiſſe declaratum, quod hujuſmodi ſtatutum valebat, ut per Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *n.* 11. ibi: *Valere Conſtitutionem factam per Epiſcopum, & Capitulum poſt Concilium Tridentinum de ſolvendo certam quantitatem ratione poſſeſſionis Canonicatuum, quæ integre cedat in fabricam, & in tr. de Canonic. c.* 15. *n.* 30. ibi: *Valet etiam Conſtitutio facta per Epiſcopum, & Capitulum poſt Concilium Trid. ad ſolvendam certam quantitatem ratione novæ poſſeſſionis Canonicatuum, quæ integre cedat in fabricam*, Gavant. *in Manual. in verb. Canonicatuum poſſeſſio in addit. n.* 1. ibi: *Valet Conſtitutio Epiſcopi, & Capituli ſolvenda certa pecunia ratione novæ poſſeſſionis Canonicatuum in fabricam Eccleſiæ*, Pignatell. *d. conſultat.* 158. *num.* 12. *tom.* 1. ibi: *Declaravit valere ſtatutum, quod*

certa

certa portio ratione novæ poſſeſſionis Canonicatuum ſolvatur convertenda in fabricam, & ornatum Eccleſiæ: Ergo illud ſtatutum non ſumpſit robur a confirmatione Papæ, ſed ex juſtitia, & validitate ſua, quæ ſolum fuit declarata per Sac. Congregationem, & Papam, prout de jure.

Neque etiam veriſimile videtur fuiſſe prohibitam
23 factionem hujuſmodi ſtatutorum poſt Concil. Trid. tanquam laudabilium, & quibus non reſiſtebat, cum potius aſſiſtebat, ac etiam quia de jure fieri ea valebant, itaut non cenſetur voluiſſe tollere, quod de jure permittebatur, juxta Doctrinam *Hoſtien. in cap. Jacobus de ſimon. & Ripa in conſil.* 1. *num.* 11. *de arbitr.* cum aliis ſupra allegatis §. *Quibus tamen*, & §. *Concordant*.

Cæterum, ut dixi ſtatutum Collegiatæ, de qua agitur eſt ante Concilium, & ſic reſpectu illius non intrat talis diſputatio, quæ tamen inſervire poterit pro aliis Eccleſiis Germaniæ, in quibus forte adſunt ſtatuta poſt Concilium Tridentinum edita, eoque
24 magis ſi iſta habuiſſent obſervantiam centenariam, quo caſu præſumeretur eorum confirmatio Apoſtolica in forma ſpecifica, ut ſcribit Valaſch. *conſult.* 99. *num.* 5. Carol. Anton. de Luca *de Apoſtolic. Regioque aſſenſu quæſt.* 200. *num.* 6. *verſ. Niſi bene*.

Attenta etiam Bulla ſan. mem. S. Pii V. *Conſtit.*
25 104. clarius confirmatur, quod ſtatuta, & conſuetudines de ſolvendo aliquid in fabricam, & alios uſus pios fuerint approbata, ut ex illis verbis ibi: *Et nihilominus ſtatuimus, ut ubicunque hujuſmodi fructus, & diſtributiones fabricæ, vel ſacriſtiæ, aut alterius pii loci uſibus ultra ſemeſtre tempus reperiuntur conceſſi, horum duntaxat dimidia pars ipſi ſacriſtiæ, vel fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram vero Beneficiati prædicti integre percipiant*: Cum enim hæc Bulla poſt abſolutam prohibitionem omnium ſtatutorum, & conſuetudinem de aliquid ſolvendo in ingreſſu Eccleſiæ per retentionem, & relaxationem reſpective fructuum, & diſtributionum, poſtea limitat in eo, quod piis uſibus applicatur vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, utique cenſetur ea approbare, ut in puncto advertunt Pariſ. *de conſid. quæſt.* 38. *n.* 28. Bonac. *de ſimon. quæſt.* 7. § 3. *n.* 5. Pignatell. *d. conſult.* 158. *n.* 9. & 10. *tom.* 1. Panimol. *dec.* 31. *annot.* 1. *n.* 25. Marc. Antonin. *d. reſol.* 1. *ſub n.* 4. Card. de Luc. *de legat. diſc.* 19. *ſub n.* 4.

Quatenus vero Bulla prædicta limitat ſtatuta, &
26 conſuetudines quoad medietatem fructuum, & diſtributionum, quando ultra ſemeſtre tempus reperiuntur conceſſi in fabricam, ſacriſtiam, vel alium locum pium, nihil adverſatur caſui noſtro, quia in multis Eccleſiis retinebantur fructus, & diſtributiones noviter receptorum per biennium, in quo caſu voluit providere indemnitati Beneficiatorum, quando ultra ſemeſtre privatur fructibus, & diſtributionibus, juxta *extravag. ſuſcepti ne ſede vacant. inter commun.* nec ideo applicatur ad caſum, ubi non agitur de retentione fructuum, & diſtributionum ultra ſemeſtre, ſed de 50. florenis præſtandis a noviter recepto, qui eſt caſus diverſus, de quo Bulla non loquitur, & patet ex dicto Decreto S. Congregationis in *Segobien.* 11. *Julii* 1590. edito poſt Bullam Pianam, quæ emanavit de anno 1570. in quo Decreto *Segobien.* ſtatutum de ſolvendo certam quantitatem in fabricam, approbatum fuit, ut apud Pignatell. *d. Conſult.* 158. *n.* 12. *tom.* 1. Barboſ. *de Canonic. cap.* 15. *n.* 30. & alios ſupra citatos.

Maxime quia dicti 50. floreni non excedunt valorem fructuum, & diſtributionum ſemeſtris Præbendæ Decanalis, ut ſuppono, & Bulla Piana loquen-
27 do, & prohibendo *ultra ſemeſtre tempus*, utique intra illud permiſiſſe videtur retentionem fructuum, & diſtributionum in fabricam, ac alios pios uſus ad *Text. in l. Si unus* §. 1. *ff. de pactis*, & *l. Non ſolum in fin. ff. de in integr. reſtit.* Caguol. *in l.* 2. *n.* 5. & *ſeqq. C. De pactis*, Barboſ. *diction.* 428. *n.* 1. *in*
28 *fine*, quamvis dictam Bullam in hac parte limitativa fructuum, & diſtributionum ultra ſemeſtre poſſe uſu non recipi in aliquibus locis ſupponit Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 10. Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 145. Panimoll. *dec.* 31. *annot.* 1. *n.* 25. quæ concluſio hodie poteſt omitti ſtante Bulla Innoc. XII. quæ renovavit Conſtitutionem Pianam cum derogatione conſuetudinum in contrarium.

Hæc etiam Bulla ſan. mem. Innoc. VII. in ejus
Bullar. *Conſtit.* 51. pariter nihil adverſatur ad caſum, 29
quia eſt ſimpliciter renovatoria Bullæ Pianæ, & Concilii Tridentini, neque plus imponit, quam eorum præcedens diſpoſitio, & totum illud, quod auxit, conſiſtit in ordinando, quod in illis Eccleſiis, ubi Prælati aſſumuntur per electionem, ſeu poſtulationem, non fiant ante illam ſtatuta; capitulationes, & pactiones; poſt illam vero dicta ſtatuta, & capitulationes faciendæ non obligent niſi prius deferantur ad Sedem Apoſtolicam, ejuſque judicio ſubjiciantur, ut in *d. Conſtit.* 51. *n.* 19. 20. & 21. quod nihil pertinet ad caſum præſentem, immo ſi quid ex hac nova diſpoſitione arguere licet, dici poteſt, quod *Innocentius* prohibendo in futuro ſolummodo ſtatuta, & capitulationes circa Prælaturas, in quibus proceditur per electionem, & poſtulationem, & nihil dicendo circa nova ſtatuta facienda per Capitula Eccleſiarum, & obligantia noviter receptos ad ſolvendum certum quid in uſus pios, utique circa hoc diſponere noluiſſe, ſed hunc caſum reliquiſſe in terminis juris, Concilii Tridentini, & Bullæ Pianæ, juxta notum argumentum *Text. in leg. unica* §. *Sin autem ad deficien. C. De caduc. collen.*

Demum quod hujuſmodi ſtatuta non afficiant pro-
viſos Apoſt. ex Pariſ. *conſ.* 93. *n.* 7. *lib.* 4. non obſtat 30
ad caſum, ubi Papa in literis Apoſtolicis proviſionis Decanatus obligavit Decanum: *Ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiæ ſolitum juramentum*: ultra quod Pariſius dictam concluſionem obiter firmavit, & nulla auctoritate movetur, neque in iſto caſu ejus dictum puto verum, ea ratione, quod ſtatuta, quæ non afficiunt proviſos Apoſtolicos ſunt illa, quæ ſunt impeditiva illorum admiſſionis ad Eccleſiam, ubi nempe in providendis requirunt certas qualitates, ſecus illa, quæ diſponunt circa onera poſt admiſſionem proviſis incumbentia, ut in puncto Bellamer. *conſil.* 31. *n.* 24. *in fin.* & *n.* 25. & 26. Rot. *coram Otthobon. dec.* 46. *n.* 10. & 11. & *in rec. dec.* 103. *ſub n.* 5. *part.* 2. & *in Hildeſimen. Decanatus* 14. *Junii* 1723. §. *Atque hinc coram Reverendiſs. Aldrovando*, contrario, ut dixi, procedente in ſtatutis requirentibus in admittendis certas qualitates, exempli gratia, quod ſint legitimi, & deſcendant etiam ex parentibus ex legitimo matrimonio natis, juxta *Deciſiones Leodien. ſeu Aquiſgranen. coram Eminentiſs. Scotto, & clar. mem. Card. Priolo.*

Expeditus de primo dubio, aggredior ſecundum
circa contribuendum Succentori, Campanario, & 31
aliis Miniſtris Eccleſiæ, in quo pariter reſpondendum videtur Decanum teneri, quoniam cum contributio non cedat in burſam Canonicorum, ſed in neceſſariam ſuſtentationem Miniſtrorum, videtur licita, & ſervanda ex ſuperius inſinuato fundamento, quod ſimonia nequaquam intrat, ubi datur temporale in alium finem, quam in pactum beneficii obtinendi, ut firmat Gonzal. *in cap. Cum in Eccleſiæ n.* 8. *de ſimonia* ibi: *Etiam diſtinguendum eſt inter conſuetudinem, quæ & ſi habuit principium ab exactione, non tamen, ut pretium rei ſpiritualis, ſed in ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ introducta fuit, & inter eam, quæ ut pretium ipſius officii, ſeu beneficii penditur: primo caſu conſuetudo ſervanda eſt.*

Et ratio eſt evidens, quia niſi fieret talis contributio Miniſtris Eccleſiæ oporteret in certum ſalarium, & mercedem erogare, & extenuare reditus fabricæ, & ſic indirecte fraudaretur opus pium, cumque id tendat ad exonerandam Eccleſiam, & opus pium, contributio pia, ac laudabilis judicanda venit, ut in puncto de ſtatuto, juxta quod debet ſolvi certa ſumma, quarum pars ad fabricam, pars vero datur pueris Chori Adminiſtratoribus, Campanario, & aliis Officialibus, ac Servitoribus Capituli firmavit Tondut. *quæſt. benef. cap.* 47. *n.* 3. & *ſeqq. tom.* 1. facit Antonin. *d. reſol.* 1. *n.* 11.

Neque his obſtare videtur reſolutio *Segobien.* 11. 32 *Julii* 1590. de qua ſupra, ubi fuit ordinatum nihil tribuendum eſſe Miniſtris Eccleſiæ, & in hac parte ſtatutum declaratum fuit invalidum, quia reſpondetur hanc reſolutionem loqui cum ſuppoſito, quod Miniſtri Eccleſiæ eſſent jam ſalariati ibi: *Miniſtrorum Eccleſiæ, quibus jam alias conſtituta ſunt certa ſalaria:* Ideoque ubi contributio iſta cedit in partem ſalarii licita reputari debet.

Contrarium tamen puto de jure reſpondendum, 33 nempe d. ſolutionem, & exactionem pro Miniſtris Eccleſiæ in ſecundo dubio comprehenſis eſſe illicitam, & damnatam per Concilium Tridentinum, Bullam Pianam, & Innocentianam, eo quia ea non dicitur erogari in uſus pios, quæ ſola exactio præſervatur per Concilium, & Conſtitutiones Apoſtolicas vigore ſtatuti, vel conſuetudinis; licet enim, quod erogatur in ſumptus Miniſtrorum Dei pium reputatur, & Dei Miniſtri inter pauperes computentur; attamen Concilium non intellexit uſum pium etiam large, ſed ſtricte, nempe de eo, quod erogatur, vel in Seminarii ſubſidium, vel in pauperum eleemoſynas, vel in Eccleſiæ fabricam, & ſacriſtiam, ut ex *Octavio Frangipan. in director. Eccleſ. diſciplina tit. de Beneſ. num.* 25. advertit Garz. *de Beneſ. part.* 8. *cap.* 5. *num.* 91. & 92. Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 83. & 84.

Et in puncto, quod ſtatutum, ſeu conſuetudo 34 mandans noviter receptos ſolvere certam quantitatem hujuſmodi Miniſtris Eccleſiæ contineat iniquitatem, & ſimoniam ſcribit Garz. *de beneſ. dicta p.* 8. *cap.* 5. *num.* 91. ibi: *Unde infertur conſuetudinem, & conſtitutionem cujuſdam Eccleſiæ, quæ habet noviter receptos ſolvere certam quantitatem menſæ capitulari, & certam quantitatem fabricæ, ad quos ſe obligant in admiſſione ad poſſeſſionem dando fidejuſſorem, &c. & inſuper certum, quod Cappellanis, & Pueris Miniſtris Chori eſſe iniquam, & ſimoniacam, nec poſſe tolerari quoad id quod ſolvitur Menſæ, & etiam Cappellanis, & Pueris Miniſtris Chori, cum id non convertatur in uſum pium.* Pax. Jordan. *ubi ſupra num.* 84. & clara eſt in hoc puncto reſolutio *Sacræ Congregationis, & Summi Pontificis Sixti V.* in allegata *Segobien.* 11. *Julii* 1590. in qua fuit dictum nihil eſſe tribuendum Campanario, Notariis, Advocatis, aliiſque Eccleſiæ Miniſtris Barboſ. *ad Concil. ſeſs.* 24. *cap.* 14. *num.* 11. & *de Canonic. cap.* 15. *num* 20. Gavant. *in manual. in verb. Canonicatuum poſſeſſio in addit. num.* 1.

Neque refragatur, quod hæc reſolutio procedat cum ſuppoſito, quod Miniſtri Eccleſiæ haberent jam 35 ſalaria ſibi conſtituta, quia in caſu præſenti dici non poteſt Miniſtros Eccleſiæ florenos, & dationem panni rubri habere in partem ſalarii, quod jam habent conſtitutum, ac etiam quia ſalarium datur annuatim, & menſuatim, prædicta autem contributio ſolvitur per unicam vicem, & conditionaliter, ſeu eventualiter, quando ſcilicet venit caſus recipiendi aliquem novum Præbendatum; ergo agitur potius de xeniis, quam de ſalario, & ſic non applicatur doctrina Gonzal. *in cap. Cum in Eccleſia de ſimon.* ubi etiam refert fuiſſe reprehenſum Ivonem Carnotenſem a Richardo Albanenſi ex eo, quod pro conſuetudine antiqua aliqua publice exigerent Decanus, Cantor, & alii Miniſtri ab his, qui Canonici fiebant, ut narrat ipſe *Ivo Epiſt.* 33. & teſtatur Gonzal. *ubi ſupra n.* 6. *in fine*, & tales exactiones pro Miniſtris Eccleſiæ tanquam improbæ damnantur per Sacros Canones *in dicta cap. Cum in Apoſtolica, & cap. In tantum de ſimonia*, nec non *per Concilium Tridentinum, & Bullam ſan. mem. S. Pii V.* in qua prohibentur hujuſmodi exactiones etiam pro ſolvendis Eccleſiarum, vel Prælatorum debitis, ſive pro ſupportandis illorum oneribus, ſicut etiam aliis majoribus, maximis, & urgentiſſimis cauſis Fagnan. *in cap. Tua nos num.* 30. *de ſimon.*

Prout etiam non urget indirectum præjudicium redditibus fabricæ, hoc enim cohoneſtare non poteſt indebitam præſtationem, quam Sacri Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicæ improbant etiam pro ſolvendis Eccleſiarum, vel Prælatorum debitis, ſicut pro ſupportandis illarum oneribus; cæterum in hac re conſulerem, quod fieret per Capitulum cum approbatione, ſeu conſenſu Epiſcopi novum ſtatutum reformatorium antiqui, in quo diſponeretur, quod jura præſtanda Eccleſiæ Miniſtris amplius non debeantur, ſed tantum in fabricam Eccleſiæ, & Sacriſtiam 36 eſſent eroganda, & præſtanda per noviter receptos poſt ingreſſum, non autem ante, quod ſtatutum poſtea tranſmitteretur ad Sedem Apoſtolicam, ut per Sac. Congregationem Concilii approbetur allegando punctualem reſolutionem *Segobien.* 11. *Julii* 1590. ubi fuit dictum, quod ſumma præſtanda per noviter receptos, partim in fabricam, & partim in Eccleſiæ Miniſtris, eſſet tota eroganda in fabricam: approbatio Sac. Congregationis videtur requiri, quod non poteſt Epiſcopus id facere convertendo in uſum pium, quod eſt deſtinatum ad xenia Miniſtrorum, ut apud Pax. Jordan. *ubi ſupra n.* 81. Garz. *ubi ſupra n.* 89. Verum quia xenia nulliter Miniſtris ſunt deſtinata, quod nullum eſt, nullum præſtat impedimentum, nullumque operatur effectum, & poteſt Epiſcopus facere in ſequelam reſolutionis in dicta *Segobien.*

Addo etiam, quod, circa jura præſtanda Præfecto Juriſdictionis, & Choralibus Eccleſiæ nullum adeſt ſtatutum, dum hoc ſolummodo diſponit, quod ſervitoribus Eccleſiæ dentur quinque floreni Rhenenſes aurei, nec legitur ibi, quod Choralibus dari debeant ſex floreni monetæ currentis, & Præfecto ſemiduæ ulnæ panni rubri, unde quoad hoc recurrere debemus ad conſuetudinem, quæ in caſu iſto non videtur probata, dum ſolum dantur juramenta præſtita per Decanos de annis 1643. 1684. & 1689. quæ juramenta non probant conſuetudinem ſolvendi cum debeat oſtendi, quod Decani effective ſolverint prædicta jura Præfecto, & Choralibus Eccleſiæ, quia pro obſervantia requiruntur actus effectuati probandi ab eo, qui ſe fundat in conſuetudine, ut firmat Rot. *cor. Coccin. dec.* 436. *n.* 9. 37 & *in recent. dec.* 169. *n.* 1. *par.* 1. & *dec.* 265. *n.* 23. *part.* 15. & *cor. Royas dec.* 279. *num* 11. *in fine.*

Tranſeundo nunc ad tertium dubium, in quo quæritur, an Decanus teneatur ſervire gratis in primo anno, ad formam ſtatuti Eccleſiæ, quod concedit hæredibus defuncti annum gratiæ, ſeu ſupervivent iæ pro anima, & funeralibus defuncti prædeceſſoris, videtur negative reſpondendum, nempe, 38 Decanum non teneri, ex quo hujuſmodi ſtatutum videtur reprobatum per Sacrum Concilium Tridentinum, & Bullam Pianam, ac Innocentianam, ut pluribus relatis Sacræ Rotæ Deciſionibus obſervat Garz. *de beneſ. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 141. & 142. Panimoll. *dec.* 31. *annot.* 1. *num.* 19.

Verum contrariam ſententiam cenſeo veriorem, & claram, quia Statutum, & conſuetudinem in hoc caſu valere, nec locum habere Bullam Pianam, neque, Concilii Tridentini cenſuram reſolvit S. Congregatio Concilii in duabus reſolutionibus tranſcriptis apud Garz. *de Beneſ. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 138. ubi in fortioribus de conſuetudine Eccleſiæ Civitatis, ſeu Diœceſis Mediolanenſ. juxta quam duobus primis annis fructus Canonicatus cedunt hæredibus Prædeceſſoris, & in iis Canonicus Succeſſor debet gratis ſervire, & eſt communis opinio, ut apud Leon. *in Theſaur. for. Eccleſ. c.* 32. *n.* 6. Gavant. *in Manual. in verbo Canonicatuum poſſeſſio in addit. n.* 2. Gutier. *Canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 29. *n.* 30. Rodriguez *in ſumma quæſt. Regul. tom.* 1. *cap.* 33. *n.* 1. Suarez *de Relig. tom.* 2. *tr.* 4. *lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 9. Barboſ. *ad Concil. ſeſs.* 24. *cap.* 14. *de reform. n.* 3. 4. & 8. & *de Canonic. cap.* 15. *n.* 31. Panimoll. *dec.* 35. *annot.* 1. *n.* 17. & 18. Rot. *dec.* 660. *n.* 2. *par.* 4. *diverſor.* & *in Leodien. Canonicatus, & Eſcholaſteriæ* 10. *Maii* 1660. §. *quia poſt maturam coram Bourlemont.*

Et ratio eſt evidentiſſima, quia ſervitium gratuitum noviter recepti, & ablatio fructuum Primi anni re- 39 compenſatur cum totidem fructibus anni, qui dantur illi poſt obitum pro ejus Anima, & funeralibus abſque ſervitio Eccleſiæ, ſicut factum fuit in ordine ad Prædeceſſorem, & ideo nulla hic dicitur adeſſe iniqui-

tas,

tas, cum fructus dicantur non auferri, ſed ſimpliciter differri, & reſervari poſt mortem, ut punctualiter advertunt Gutier. *Canonic. quaſt. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 30. Garz. *de Benef. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 139. *&* 143. Paoimoll. *dec.* 31. *annot.* 1. *num.* 17. *&* 18. Rota *deciſ.* 660. *num.* 2. *parc.* 4. *diverſor.* ubi merito dicit hanc conſuetudinem habere potius juris aſſiſtentiam, quam reſiſtentiam, repetita *dec.* 1093. *per totam coram Seraphino*, & probat *Text. in extravag. ſuſcepti ne Sede vacante inter comm. ubi gloſſ. in verbo privilegio.*

40 Remanet diſcutiendum quartum dubium, utrum nempe Decanus teneatur ex fructibus Præbendæ Decanalis dare ſingulis annis Agenti, ſeu Sindico Capituli unum plauſtrum medium ſiliginis, ac medium hordei, in quo videtur affirmative reſpondendum, quia talis præſtatio cedit in ſalarium, & ſuſtentationem Miniſtri Eccleſiæ, ſeu Capituli, & ideo licita reputari debet, juxta Gonzal. *in cap. cum in Eccleſia num.* 8. *de Simon.*

Sed contrarium omnino tenendum puto, quippe hæc contributio non cedit in uſum pium, ſed in privatam utilitatem Capituli, quod liberatur ab oneribus ſalariandi Advocatum, ſeu Agentem ſuum, ut de conſuetudine contribuendi pro reſtauratione, vel reparatione bonorum menſæ, ex quo reſultat privata utilitas Canonicorum, ultra *Gloſſ.* punctualem *in extravag. ſuſcepti ne Sed. vacant. inter comm. in verb. privilegio*, reſolvit *Sac. Congreg. Concilii apud* Garz. *de Benef. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 9. Panimoll. *dec.* 31. *annot.* 1. *num.* 26. Barboſ. *ad Concil. ſeſſione* 24. *cap.* 14. *num.* 7. *& de Canonic. cap.* 15. *num.* 29. Gavant. *in Manual. in verb. Canonicatuum poſſeſſio in addit. n.* 4. Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *n.* 82. & in ſpecie de Statuto, juxta quod certa ſumma præſtatur Advocato Capituli loquitur præallegata *reſolutio in Segobien.* 11. *Julii* 1590. in uſum namque pium non intelligitur quidquid datur Eccleſiæ Miniſtris, attento Concilio Tridentino, ut ſuperius dixi ex Garz. *d. part.* 8. *cap* 1. *n.* 91. *&* 92. Pax Jord. & optime Antonin. *d. reſolut.* 1. *n.* 6. *lib.* 1.

Fortius ſtante diſpoſitione Bullæ Pianæ, quæ improbat Statuta, & conſuetudines aliquid contribuendi, etiam *pro ſolvendis Eccleſiarum, vel Prælatorum debitis, ſive pro ſupportandis illorum oneribus, ſive pro aliis etiam majoribus, maximis, & urgentiſſimis cauſis:* ideoque ſi exactio damnatur etiam pro debitis Eccleſiæ, & oneribus, certe damnatur etiam pro ſalariando Miniſtrum Eccleſiæ, & Capituli, cujus enim eſt dare ſalarium ejus Agenti.

Cæterum in hac re dico, quod ſi apparet fructus
41 d. Præbendæ Decanalis habere hoc onus, itaut fructibus illud ſit appoſitum, non autem ipſi Decano, prout forſan eſſe videtur, ex quo datur unum plauſtrum medium hordei, & medium ſiliginis, tali caſu exactio ſit licita, nec ſubjecta revocationibus, & reprobationibus S. Concilii Tridentini, & Bullæ Pianæ, aut Innocentianæ, ut reſolvit S. Congregatio in una *Placentina* apud *Garz. de Benefic. part.* 8. *cap.* 1. *n.* 90 Pax Jordan. *ubi ſupra n.* 82 & eſt opinio indubitata, ut per Fagnan. *in cap. præterea n.* 81. *ne Prælat. vices ſuas*, ubi, quod fructus hujuſmodi deducuntur tanquam æs alienum ibi: *Nec propterea venditur proviſo Jus aliquod ſpirituale, quia in collatione Beneficii fructus hujuſmodi deducuntur tanquam æs alienum, & Beneficiatus tenetur hujuſmodi onera ſubire &c. ſunt enim onus annexum Beneficio, non autem Beneficiato, & ideo valet ſtatutum, vel conſuetudo, ut ſolvantur a recepto in Canonicum, &c. quinimmo pro illis etiam ante receptionem poteſt recipi cautio, &c. hinc Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum alias conſulta: An ſi extaret conſuetudo, ut fructus puta cujuslibet præſtimonii dimidii anni poſtquam vacaverit, cederent in utilitatem menſa Capitulario an ſit ſublata ejuſdem Concilii decreto cap.* 14. *ſeſſ.* 24. *reſpondit non eſſe ſublatam, eſt enim onus impoſitum Beneficio, & non Beneficiato.*

Hinc diſtinctionem quando onus eſt impoſitum Beneficio, & non Beneficiato probat *Text. in cap. ſignificatum de Præbend.* & tradunt Canoniſtæ in *d. cap. Jacobus de Simonia*, ſignanter *Anania num.* 4. Barboſ. *n.* 4. ubi loquitur de certa parte fructuum in ſuſtentationem Miniſtrorum Panorm. *n.* 30. Azor. *Inſtit. moral. p.* 3. *lib* 12. *c.* 11. *q.* 1. *verſ. Panormitanus Aufrer. ad dec. Capell. Tholoſ. q.* 312. *n.* 1. *in fine.*

Difficultas tamen eſt in hoc puncto, quod non adeſt ſtatutum ordinans talem annuam contributionem, ex quo cognoſci poſſit, an onus imponatur Præbendæ, vel Prælato, & quando etiam ſupponi poſſet onus eſſe impoſitum Præbendæ, ejuſque fructibus; nihilominus non video probatam conſuetu- 42
dinem, dum nihil aliud probatur, quam ſolitum præſtandi Juramentum de ſolvendo dictum plauſtrum medium hordei, & medium ſiliginis; nec tamen oſtenditur Juramentum fuiſſe effectuatum per actualem præſtationem dicti plauſtri factam per Decanos pro tempore exiſtentes d. Advocato, ſeu Sindico Eccleſiæ, ut ſuperius dixi §. *addo etiam*, aliud enim eſt promiſſio jurata, aliud effectiva ſolutio, aliud promittere, aliud eſt dare, neque in hac materia procedi poteſt per præſumptionem, dicendo, quod Juramentum, ſeu promiſſio præſumi debet effectuata, quia cum agatur de probanda conſuetudine, hæc eſt probanda in toto ſuo genere, & tanquam conſiſtens in facto, ſcilicet in effectiva ſolutione, non poteſt deſumi ex promiſſione verbali quantumvis jurata; 43
nam alias diceretur probata conſuetudo jurandi, non autem ſolvendi, Rot. *dec.* 304. *n.* 8. *part.* 12. *& dec.* 222. *n.* 30. *par.* 15. *& dec.* 96. *n.* 21. *&* 22. *par* 17. *rec. & coram Dunoz. Jun. dec.* 616. *n.* 4.

Conſequenter conſulerem, ut per Statutum cum approbatione, ſeu conſenſu Epiſcopi faciendum declararetur fuiſſe antiquam conſuetudinem, quod dictum 44
plauſtrum eſſet impoſitum ad onus Præbendæ Decanalis, & demandaretur obſervantia ejuſdem conſuetudinis, ac inſuper de novo per Statutum hoc onus adjiceretur Præbendæ, requirerem tamen approbationem Sacræ Congregationis Concilii.

Diſcant exinde Capitula Germaniæ, & aliorum Regnorum Orbis Catholici moderari, & reformare ſuas conſuetudines in hac materia, vel exigendo contributiones ad uſus pios fabricæ, Sacriſtiæ, & pauperum, vel apponendo ſemper hujuſmodi jura ad onus Canonicatuum, & Præbendarum quaſi æs alienum, & ab initio, ſeu ante receptionem, caveant exigere, aut petere illud a noviter recipiendo, in hanc enim formam evitabuntur ſuſpiciones ſimoniacæ, & cenſura Sacrorum Canonum, Sacri Concilii Tridentini, & Apoſtolicarum Conſtitutionum; intelligerem tamen de oneribus Beneficio appoſitis, ut ex. gr. dandi ſemel ad tempus, vel quotannis tot ſalmas frumenti, vel tot pecunias pro ſalario alicujus Miniſtri Eccleſiæ, non autem de applicatione omnium fructuum, ſeu partis eorum ad menſam Capitularem, aut Epiſcopalem, aut in communes uſus Perſonarum Eccleſiæ, quia Bulla Piana hoc litteraliter prohibet ibi: *Revocamus, &c. omnia, &c. ſtatuta, &c. quod fructus, ac etiam diſtributiones quotidiana ex eis primo ab ipſo vacationis anno, aut longiori, vel etiam breviori tempore proventuri menſa Epiſcopali, ſeu Capitulari, &c. integre, vel partim remaneant, ſeu applicentur, aut in communes uſus cedant, ſeu inter alios Canonicos, & Perſonas Eccleſia, ſeu Capituli dividantur:* quæ verba videntur contrariari allegatæ reſolutioni Sac. Congregationis in Placentina, de qua apud Garz. Pac. Jord. & Fagnan. *ubi ſupra.*

Ex quibus puto Decanum teneri ad onera expreſſa in primo, & tertio dubio, & clare debita vigore Statuti Eccleſiæ, & fortius ſtante obſervantia in parte deducta ex juramentis præſtitis per Decanos de annis 1643. 1684. & 1689. neque in hoc caſu requiritur probare obſervantiam ſolutionum, & exactionum, quia cum talia Jura deſumantur ex titu- 45
lo Statuti inſerti in volumine Statutorum Eccleſiæ, utique iſtius obſervantia in totum præſumitur, ut in puncto dixit Ceccoper. *lucubrat. Canonic. lib.* 4. *num.* 127. & generaliter Gonzal. *in conſil.* 16. *num.* 27. Honded. *conſil.* 4. *num.* 91. *lib.* 1. Rocca *diſp. Jur. cap.* 38. *num.* 16. Rot. *cor. Penia dec.* 305. *num.* 1.

Scrophin. *deciſ.* 153. *num.* 2. Celſ. *deciſ.* 248. *num.* 17. *& in rec. deciſ.* 623. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 18. & noviſſime Me ſcribente *in Hiſpalen. Jubilationis ſuper bono Jure* 19. *Januarii* 1695. *§. verum omnia, coram bon. mem. Priolo.*

Et indubitanter quando adeſt obſervantia Statuti
46 circa obligationem jurandi juxta formam in eo præſcriptam, hoc enim caſu obſervantia in hac parte præſumit obſervantiam Statuti in totum, hoc eſt obſervantia Statuti quoad jurandum præſumit ejus obſervantiam quoad ſolvendum, ut tradit Adden. ad Gregor. *deciſ.* 557. *num.* 9. Poſthum. *de manut. obſerv.* 73. *num.* 150. *&* 151. Rota *coram Seraph. deciſ.* 1043. *num.* 4. *&* 5.

Ita, & taliter quod non ſufficeret in contrarium probare aliquot Decanos non ſolviſſe jura prædicta, quia cum Statutum loquatur de Decanis non Præbendatis ibi: *Qui actu Canonicatum, & Præbendam in eadem noſtra Eccleſia non poſſideat*, utique probatio non concluderet, quia negativa ſolutionis procedere potuit ex quo Decani, qui non ſolverunt, fuerint Præbendati, & conſequenter ſemper præſu-
47 mitur Statutum eſſe in viridi obſervantia, etiamſi caſus illud obſervandi non evenerit per mille annos, ut ait Rot. *in d. Hiſpalen. Jubilationis* 19 *Januarii* 1695. *cor. bon. mem. Priolo. loco citato* ibi; *Dicendum eſt Statutum fuiſſe ſemper in virili obſervantia, etiamſi illius caſus non evenerit*, Rota *coram Cavaler. deciſ.* 80. *num.* 6.

Quo vero ad quintum Dubium, in quo dubitatur, an Decanus in Collegiata Sancti Mauritii geſtare poſſit habitum violacei coloris, quem habet
48 uti Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Hildeſimen. vel potius geſtare debeat habitum nigri coloris, quem portant Canonici, & Decanus dictæ Collegiatæ juxta antiquam conſuetudinem hactenus ſervatam, reſpondeo teneri geſtare habitum ſolitum Decani, & nigri coloris, non autem violacei.

Quamvis enim Decanus ſit Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, tamen in Eccleſia Collegiata, ubi repræſentat diverſam Perſonam, nempe Decani Collegiatæ, non autem Canonici Cathedralis, tenetur geſtare habitum competentem ſibi uti Decano, non autem uti Canonico Cathedralis, quia in Collegiata non poteſt conſiderari uti Canonicus Cathedralis; nam uti talis reputatur omnino extraneus ab illa, & proinde nec poteſt induere habitum Canonici Cathedralis, ut in ſpecie ex pluribus reſolutionibus Sacræ Congregationis Rituum tradunt Pignatell. *Conſult. Canonic. tom* 4. *conſult.* 76. *num.* 3. *& ſeqq.* & Barboſ. *de jure Eccleſ. lib.* 1. *c.* 23. *n.* 19. *& ſeqq. & de Canonic. cap.* 5. *n.* 53. *& ſeqq. & c.* 18. *n.* 35. *cum quatuor ſeqq.* ubi refert reſolutionem Sac. Congregationis *in Toletana* 2. *Octobris* 1601. juxta quam Canonicus, qui eſt Miles Regularis non po-
49 teſt in Choro ſuper habitu Canonicali deferre Crucem, ſibi uti Militi, competentem, & refert etiam Gavant. *in Manual. in verb. Canonicorum munera, & præſertim in Choro in addition. n.* 8. Nicol. *in Floſculis in verbo Canonicus n.* 10. Card. de Luca *de præeminen. diſc.* 54. *num.* 3.

Cum ergo in Collegiata interveniat uti Decanus, debet aſſumere habitum Decano competentem, non autem uti Canonico Cathedralis, ut ait Pignatell. *dict. conſult.* 76. *n.* 4. Card. de Luc. *d. diſc.* 53. *n.* 3. *verſic. ideoque eſt congrua*, cui accedit etiam alia ratio, quia nempe cum Decanus ſit unus de corpore
50 Capituli, & inſimul cum Canonicis ſocietur, non debet propterea in uno, eodemque conſortio cum diſpari inſolito, & extraneo habitu ſociari, ne alias ſcandalum, & monſtruoſitas generetur, ut docet Teat. *in Clem. prima de elect.* ibi: *Cum non congruat, ut homines diſparis habitus, &c. ſocientur, & in cap. Deus qui de vit. & honeſt. Cleric.* ibi: *ne igitur ſi diſpar in vobis obſervantia fuerit, aut diſſimilis habitus, &c. ſcandalum ſuſcitetur, mandamus quatenus, &c. omnes pariter in unum, &c. honeſtum habitum quantum ad hoc ſpectat Officium conformetis, ubi Gloſſ. in verbo poſſeſſio*, & communiter Canoniſtæ ſcripſerunt, quod diverſitas habitus inter homines unius Collegii, ſeu Capituli ſcandalum generet, itaut debeant omnes in unum habitum conformari, præcipue Panormitan. *num.* 1. *&* 4. Imol. *n.* 1. Joan. Andr. *n.* 4. Zabarel. *num.* 2. Gonzal. *n.* 3. idemque probat Gloſſ. quæ materiam reaſſumit *Can. in nona actione* 16. *quæſt.* 7. *in verb. nec habitu.*

Dum itaque, juxta inveteratam Eccleſiæ conſuetudinem Decanus cum Canonicis in unum habitum nigri coloris conformatus ſemper fuit, & in uno, eodemque conſortio nunquam violaceus color viſus fuit, abſurdum videtur, quod hodie modernus Decanus affectet hanc novitatem Sacris Canonibus exoſam, & reſcriptis Sac. Congregationis contrariam, ut præter citatos probat Teat. *in Can. quod Deo* 33. *quæſt.* 5. *& Canon. illa diſt.* 12. Archidiac. *in dict. Canon. in nona* 16. *quæſt.* 7. *num.* 8. Turrecrem. *num.* 5. Card. de Luca *de præeminent. dict. diſc.* 54. *num.* 3. *verſic. ac etiam.*

Non nego tamen hanc rationem non applicari
primæ Dignitati, quæ Capitis, & Prælati figuram 51
gerat, cui dignior habitus congruit ad majorem honorificentiam Capituli; verum dico tunc non applicari dictam rationem quando prima Dignitas haberet ex Indulto Apoſtolico jus deferendi aliquem habitum digniorem ex. gr. Prothonotarii, & juxta caſum in quo loquitur Card. de Luca *de præemin. dict. diſc.* 54. & Cecoper. *lucubr. Canon. lib.* 2. *n.* 65. ſecus quando ex conſuetudine inveterata Decanus conformatur cum Canonicis uno habitu nigri coloris, & ad majorem honorificentiam utitur Circio rubei coloris, ut practicatur in Collegiata S. Mauritii, neque Decanus eſt Prothonotarius, ſed Canonicus Eccleſiæ Cathedralis; hoc enim caſu non poteſt uti Decanus Collegiatæ facere figuram Canonici Cathedralis portando ejus habitum, quia habitus Cathedralis competit quando ſedet in Cathedrali, non autem quando ſedet in Collegiata repræſentando diverſam Perſonam, hoc eſt Decani ejuſdem Collegiatæ, ut tradit Pignatell. *Conſult.* 33. *n.* 3. *tom.* 2.

Quidquid ſecus dicendum foret ubi ageretur de
Epiſcopo, qui eſſet Canonicus Eccleſiæ alterius Epi- 52
ſcopatus, cui licitum eſt deferre habitum Epiſcopalem ordinarium, quo utuntur Epiſcopi in Romana Curia, idque ex ſpeciali ratione dignitatis Epiſcopalis, ſicut refert deciſum per Sac. Congregationem Rituum Barboſ. *de Canon. cap.* 36. *num.* 4. ſed exceptis Epiſcopis propter excellentiam ſuæ Dignitatis, in aliis inferioribus hoc privilegium non intrat, ut de Vicario Generali eſt reſolutio ejuſdem Sac. Congregationis apud Barboſ. *dict. cap* 36. *ſub n.* 7. *verſic. & in alia*, & in ſpecie Card. de Luc. *de præeminent. diſc.* 41. *num.* 3. 6. *&* 7. ubi exceptis Epiſcopis contrarium dicit ſervari etiam in Prælatis Curiæ Romanæ, attenditur enim repræſentatio Perſonæ, quam quis gerit in quolibet actu abſque eo, quod unius
Perſonæ Jus cum Jure alterius confundatur Barboſ. *de* 53
Canonic. cap. 37. *n.* 18. & ad Concil. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *n.* 46. *circa finem de reform.* Rot. Me *ſcribente in Hiſpalen. juris præſidendi in Capitulo* 5. *Julii* 1700. *§. in caſu etenim, coram bon. mem. dell'Olmo olim Magno Mediolani Cancellario.*

Ex quo principio deciſam habemus illam quæſtionem, an Parochus Regularis Eccleſiæ Matricis præ-
cedere debeat Parocho Eccleſiæ Sæcularis in quibuſ- 54
cunque Proceſſionibus, & functionibus publicis; licet enim de jure præcedentia competat Parocho, & Clero Sæculari ſupra Regularem, id tamen procedit, ubi uterque Clerus, & Parochus interveniunt tanquam Perſonæ de ordine, & hierarchia Eccleſiaſtica in genere inter ſe coæquales, ſecus autem ubi Parochus, & Clerus Regularis interveniat tanquam repræſentans Eccleſiam Superiorem, nempe aut Cathedralem, aut Matricem; hoc enim caſu non intrat ratio ordinis hierarchici circa præcedentiam Cleri Sæcularis ſupra Regularem, ſed ratio ſuperioritatis, & reſpectivæ ſubjectionis, ne detur abſurdum, quod Subditus præcedat Superiorem, dum tali caſu Regularis dicitur intervenire in figura, & repræſentantia Superioris, & ſic præcedit, ut quidquid dixerit Pignatell. *Conſultat.* 26. *tom.* 4. bene firmavit Cardin. de Luca

de præ-

de praeminent. diſc. 52. *num.* 20. Anſald. *in annot. ad deciſ.* 53. *num.* 17. & ego obtinui *in una Melevitana praeminentiarum in Sac. Congreg. Rituum* 27. *Februarii* 1723. *in reſponſ. ad dub. ſecundum ad relat. Eminentiſs. D. Cardin. Gualterii*, ubi ſcribendo pro PP. Dominicanis Eccleſiæ Parochialis B. Mariæ de Portu Salvo Civitatis Vallettæ, obtinui reſolutionem, quod Parocho Regulari ſupradictæ Eccleſiæ Regularis tanquam Matricis competeret præcedentia ſupra Parochum Eccleſiæ Parochialis Sæcularis S. Pauli in quibuſcunque Proceſſionibus generalibus, & functionibus Epiſcoporum, juxta quam reſolutionem Me ſcribente judicavit etiam Rota *in Nullius Calaguritana Juris ingrediendi Chorum ſuper manutentione* 10. *Maii*, 1723. §. *aut vero, coram R. P. D. Cerro*.

R. P. D. O M A N A.

Hildeſimen. Decanatus.

Veneris 27. *Januarii* 1708.

CApitulum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Mauritii poſitæ extra Mœnia Civitatis Hildeſimen. eo uſque ſe oppoſuit executioni literarum Apoſtolicarum ſuper collatione Decanatus expeditarum, quo uſque Decanus detrectavit juramentum præſtare ſuper obſervatione conſuetudinum ejuſdem Eccleſiæ: Hoc autem præſtito juramento, nedum ab ulteriori litis proſecutione ſe abſtinuit, ſed inſuper illum invitavit ad reſidentiam. Exinde Decanus quamvis ex propria culpa nunquam reſederit, plures tamen prætenſiones contra Capitulum excitavit: Primo nempe reſtitutionem fructuum Decanatus huc uſque decurſorum; Secundo expenſas prædictæ litis; Et tertio non teneri ad quædam onera, ad quæ ſua Dignitas reperitur adſtricta; unde poſt duas vices repropoſito in præſenti Rotæ Dubio: *An, & qui fructus, & a quo tempore expenſa, & damna debeantur, & ad quid Decanus teneatur*: agnitaque illarum irrelevantia, Domini in omnibus favore Capituli reſponderunt.

Quo enim ad primam Dubii partem reſpicientem reſtitutionem fructuum, ratio reſolutionis ſtetit in eo, quod Decanus nunquam reſedit; cum autem id
55 prætermiſerit propria negligentia, vel contumacia, conſequenter nullos fructus lucrari valuit tam ex diſpoſitione juris de qua in *cap. Inter quatuor, & in cap. fin. de Cleric. non reſident.* Pignatell. *conſult. Canon.* 114. *numer.* 5. & 15. *tom.* 9. Rota *in Varnien. fructuum Canonicatus* 4. *Decembris* 1702. §. *Pro negativa, cor. Reverendiſs. Domino meo Decano*, quam etiam ex diſpoſitione particularis Statuti in hac Eccleſia vigentis, de quo Rota *in Hildeſimen. fructuum Canonicalium* 19. *Januarii* 1703. §. *Ad quod aſſequendum, coram R. P. D. meo Kaunitz*.

Nec ſubſiſtit in facto, quod Decanus reſidentiam diſtulerit propter impedimenta ſibi per Capitulum illata; Siquidem a die captæ poſſeſſionis uſque ad diem 8. Aprilis 1701. quod Signatura Juſtitiæ reſcripſit cum clauſula: *Sine præjudicio executionis literarum Apoſtolicarum*, figuratum Impedimentum omnino ceſſat, cum dicto tempore Capitulum eatenus eidem ſeſe oppoſuit executioni, quatenus Decanus ſuper Eccleſiæ conſuetudinibus juramentum exponere recuſaverat. Quamobrem cum dictum impedimentum proceſſerit ex injuſta illius prætenſione excitata contra expreſſum tenorem ſuæ collationis, prout recognovit Signatura Juſtitiæ, quæ cum dicta clauſula executionis præſervativa non reſcripſit, niſi poſtquam Decanus obtuliſſet hoc juramentum: defectus igitur reſidentiæ perperam Capitulo adſcribitur, ſed venit omnimode referendus ad culpam Decani, qui pote-
55 rat dictum impedimentum ad ſui libitum removere ad Text. *in l. Qui poteſt, ff. de reg. jur.* cum aliis auctoritatibus relatis per Rot. *in rec. part.* 18. *deciſ.* 392. *num* 19.

A dicto vero tempore ad præſens Decanus nullo præpediebatur obſtaculo, quo minus ad reſidentiam accederet, quinimmo fuit judicialiter a Capitulo interpellatus, & monitus ab Epiſcopo ad reſidendum;

Unde cum adhuc reſidere neglexerit, talis utique negligentia in ejus damnum cedere debet; nam ex præmiſſis conſtitutus dicitur in poſitiva mala fide, juxta Text. *in citato cap. fin. verſ. ſi moniti non redierint de Clericis non reſident.* Pignatell. *conſult.* 132. *numer.* 10. *tom.* 9. quæ tamen exuberat in præſenti, cum de jure nulla requiratur interpellatio, ſive mo- 57
nitio, ut quis obligetur ad reſidentiam Bellet. *Diſquiſ. Cler. art.* 2. §. 34. *num.* 17. Garz. *de Benef. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 145. ubi quod ita declaravit S. Congreg. Concilii Panimoll. *deciſ.* 80. *n.* 25.

Quo vero ad expenſas dixerunt Domini illas reſici non debere, ex quo tota lis vertebatur ſuper eo, an Decanus teneretur juramentum præſtare de obſervandis Eccleſiæ conſuetudinibus. Cum itaque Decanus ſuarum literarum executionem obtinere ne- 58
quiverit niſi prius hujuſmodi juramentum expoſuiſſet, & ab inde citra Capitulum acquieverit, & expreſſe acceptaverit reſcriptum Signaturæ Juſtitiæ, hinc nullæ expenſæ ſunt per Capitulum reficiendæ; cum exinde ſpectata prætenſione in judicium deducta cauſæ victoria ſtetiſſe dicatur ea parte ejuſdem Capituli, non autem Decani, Rota *cor. Puteo deciſ.* 246. *lib.* 2. *coram Emerix Jun. deciſ* 1293. *num.* 2. & *in Mediolanen. fructuum ſuper expenſis* 28. *Januarii* 1707. §. *Non officiente, coram Reverend. meo Decano*.

Et denique tranſeuntes ad poſtremam partem propoſiti dubii, concluſerunt, Decanum teneri ſolvere quinquaginta Florenos Renenſes pro Fabrica, & Clenodiis Eccleſiæ, prout mandat illius ſtatutum, quod tanquam reſpiciens pium uſum fabricæ, & Sacriſtiæ, non autem commodum Canonicorum, omnimo-
de promeretur executionem, ut in præciſis termi- 59
nis firmavit Rota *in dict. Hildeſimen. fructuum Canonicalium* 19. *Januarii* 1703. §. *Similiter, coram R. P. D. Kaunitz*.

Secundo obligatum eſſe quolibet anno præſtare miniſtrationes generice in dicto ſtatu præſcriptas, & in libris Capitularibus explicatas, puta, unius Plauſtri Ordei, & Siliginis Actuario, florenorum ſeptem Camerario, & ſimilium, quæ debentur ex licitis conſuetudinibus Eccleſiæ, quarum, obſervantiam Decanus jurare coactus fuit, juxta tenorem ſuæ proviſionis. Hujuſmodi enim miniſtrationes, 60
quia non dantur ratione ingreſſus quo in caſu a Sacris Canonibus prohiberentur, ſunt omni jure licitæ, cum reputentur inter onera inſita Præbendæ Decanali ad Text. *in cap. Significatum*, ibique Gloſſ. *verb. Ita quod verſ. Sed præpoſitus de præbend.* Barb. *in cap. Jacobus num.* 4. *de ſimon.* Fagnan. *in cap. Præterea num* 81. *ne Prælat. vic. ſuas*, Azor. *Inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 11. *quæſt.* 6. Garz. *de beneſ. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 90. Pax Jordan. *elucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 81.

Et tertio debere Choro intereſſe cum habitu Canonicali nigro geſtari ſolito per Decanos prædeceſſores, non autem cum habitu violaceo, non obſtante, quod tanquam Canonicus Eccleſiæ Cathedralis deferre valeat dictum habitum violacei coloris, quo- 61
niam hic intervenit, ut Decanus, non tanquam Canonicus Cathedralis, unde deferre tenetur habitum nigrum, quem deferre conſueverunt antiqui Decani, nec illum variare poteſt ratione Canonicatus in alia Eccleſia poſſeſſi, Pignatell. *conſult.* 37. *num.* 3. *tom.* 2. Barboſ. *de Canon cap.* 36. *n.* 7. *verſ. Et in alia*, Card. de Luc. *de praemin. diſc.* 41. *num.* 3. 6. & 7.

Et ita Capitulo tantum informante, Decano autem pluries monito, diuque expectato, poſt tertiam cauſæ propoſitionem reſolutum fuit, &c.

ANNOTATIO.

Quidquid firmatur in hac Deciſione contumaciali, quam Ego obtinui *n.* 60. plene examinatur ſupra *ex num.* 31. *uſque ad* 37. *juncto num.* 41. & *ſeqq.* & ibi deductis inhærendum cenſeo, & ad materiam addo ſequentem Deciſionem, quam Ego pariter obtinui.

R. P. D.

R. P. D. KAUNITZ.

Hildeſimen. fructuum Canonicalium.

Luna 19. Januarii 1703.

AD tollendos abuſus, qui fortaſſe occurrere poterant in electionibus ad Epiſcopales Dignitates, ac etiam in admiſſione Canonicorum in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, ſanctæ mem. Innocentii Undecimi inhærendo veſtigiis Sancti Pii V. Prædeceſſoris, ſeu verius innovando ejus Conſtitutionem, quæ eſt 64. inter ejus impreſſas *Bullar. nov. tom.* 2. inter cætera abrogavit ſtatuta, & conſuetudines, quibus Canonici noviter admiſſi privantur pro primo anno, ſeu longiori tempore fructibus ſuorum Canonicatuum, vel Beneficiorum illique applicantur menſæ Capitulari, vel inter ipſos Canonicos ſeniores, & perſonas Eccleſiæ, vel Capituli dividuntur, ut latius apparet ex dicta Conſtitutione impreſſa in ejus particulari Bullario in ordine la 51. talia autem Conſtitutio publicata in inferioribus partibus Germaniæ per Reverendiſſimum Nuncium Colonien. fuit ab omnibus fere Eccleſiis ejuſdem Provinciæ recepta; verum renuente adhuc Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Mauritii extra Civitatem Hildeſimen. præſtare omnes fructus Canonicatuum Joan. Henrico Grothen. ac aliis Canonicis junioribus delata cauſa ad Rotam propoſui dubium: *An Literæ Apoſtolicæ ſint exequendæ, ita ut Canonici juniores ſint admittendi ad participationem fructuum, de quibus agitur*, & eſſe exequendas, & Canonicos eſſe admittendos, juxta modum inferius exprimendum reſolutum fuit.

Moti ſunt Domini in ordine ad id, quod reſpicit executionem Literarum Apoſtolicarum ab abſoluta, & incontrovertibili poteſtate Pontificia diſponendi, ac etiam ſtatuendi præſertim circa materiam Beneficialem, in qua totum operatur vo-
62 luntas Papæ, ut in *Canon. Cuncta per mundum 9. quæſtion.* 3. *& in capit. Propoſuit de conceſſion. Præben. capit.* 2. *de Præben. in* 6. *in Clement. prima, ut lite pendente*, Abb. *in dicto capit. Propoſuit numer.* 2. & ibidem Henrich. Boich. *num.* 4. Gonzal. *numer.* 3. Altaſerra *verſ. Solus Summus Pontifex de conceſſ. Præben.* Caſſabut. *in prax. Jur. Canon. libr.* 2. *capit.* 2. *numer.* 1. Duaren. *de Sac. Eccleſ. Miniſt. lib.* 6. *capit.* 4. *verſ. Sed voluntas*, Thomaſſ. *in veter. & nov. Eccleſ. diſcipl. part.* 2. *libr.* 1. *capit.* 49. *numer.* 6. Selva *de benef. part.* 3. *quæſt. ultim. numer.* 3. Murg. *eodem tract. quæſt.* 3. *numer.* 175. *&* 257. de Mean. *ad jus Leodien. part.* 3. *diſput.* 77. *numer.* 20. Fraſſ. *de Reg. Patron. Indiarum cap.* 33. *numer.* 27. *&* 29. Joann. Baptiſta Fragoſ. *de poteſt. Roman. Pontificis diſputat.* 9. *numer.* 58. *& ſeqq.* Kukier. *ad Regul. Cancell. regul.* 17. *numer.* 19. *in princip.* Vvamea *conſil. Canon.* 343. *numer.* 4. Rota *deciſ.* 814. *numer.* 4. *coram Mertino*. Qua præſuppoſita non eſt dubitandum, quin dictæ Literæ Motu proprio emanatæ, ac pro univerſis Eccleſiis univerſaliter, & ubique abſque ulteriori indagine veniant exequendæ *cap. de Motu proprio, ubi Gloſſ. & ſcribentes in* 6. *Clement. ſi Romanus*, ubi Vitalin. *numer.* 44. *eodem tit.* Tondut. *quæſt. benefic. part.* 2. *capit.* 4. §. 1. *numer.* 8. Lotter. *de re benefic. libr.* 1. *quæſt.* 37. *numer.* 38. *& quæſt.* 40. *numer.* 348. Rota *deciſ.* 385. *numer.* 2. *part.* 19. *recent.* quamvia non probarentur ab omnibus receptæ,
63 quia cum verſemur in poteſtate tributa Pontificibus non ab hominibus, ſed immediate a Deo, nihil operatur ſubditorum acceptatio quoad obligationem eorumdem Leges, & Conſtitutiones ſervandi, ſed ſtatim ac fuerunt legitime publicatæ, ac innoteſcunt, ligant, atque obligant *capit. Nulli, & capit. Ideo* 25. *quæſt.* 1. Sanctus Bernardus *libr. de precept. & diſpenſat. capit.* 12. Fermoſin. *in capit. Eccleſ. Sancta Maria numer.* 19. *& ſeqq. de Conſtitut.* Thomas Uvaldenſis *tom.* 3. *de Sacram. titul. de Hor. Canon. capit.* 10. Molin. *de juſtit. & jur. tract.* 2. *diſput.* 395. *collat.* 2. Cardin. de Luca *de benefic. diſcurſ.* 13. *numer.* 12. *& diſcurſ.* 76. *num.* 7. *&* 8. Rota *dict. deciſ.* 814. *numer.* 4. *&* 5. *coram* Merlin. *& deciſ.* 160. *numer.* 15. *part.* 17. *recent.* etiam non obſtante contrario uſu tam ante,
quam poſt publicationem Conſtitutionis, cum ejus 64
vires infringantur per clauſulam ſublata, & decretum irritans, quibus eadem eſt munita Felin. *in capit. Cum acceſſiſſent collat.* 17. *in princip. verſic. Quarto limita de Conſtit.* Bald. *in leg. Si mihi a Titio* 12. §. *In legatis ad fin. verſ. Et ſic contra, digeſtis de legat.* 1. Fermoſin. *in dict. capit. Eccleſ. Sancta Maria num.* 25. *de Conſtit.* Gratian. *diſceptat.* 559. *numer.* 25. Cardin. de Luca *in annotat. ad Concil. Trident. diſc.* 33. *numer.* 9. *& de regular. diſcurſ.* 3. *numer.* 8. Rota *deciſ.* 201. *numer.* 6. *coram Celſ. & in Illerden. diſtributionum* 8. *Maii* 1702. §. *Nulla ſiquidem, coram clar. me. Cardin. Priolo.*

Ex quibus evidenter exoritur Canonicos juniores admittendos eſſe ad participationem omnium fru-
ctuum, quamvis Pontifex non ſtatuat illis eſſe per- 65
ſolvendos cum ſacta prohibitione Capitulo eoſdem ſibi appropriandi debeantur cuilibet Canonico poſt ejus admiſſionem una cum diſtributionibus quotidianis, Abb. *in cap. Dilectus* 1. *numer.* 7. *de Præben. & in capit. Cum M. Ferrarienſis numer.* 30. ubi Felin. *numer.* 23. & Decian. *num.* 129. *de Conſtitut.* Lotter. *de re benef. lib.* 3. *diſput.* 20. *numer.* 120. Rota *deciſ.* 109. *num.* 4. *coram Cavaler. & deciſ.* 818. *num.* 1. *coram Dunoz. jun. &* 374. *num.* 14. *part.* 19. *rec.*

Verum cum prædicta Conſtitutio emanaverit ſolum ad impediendum illas præſtationes, quæ fieri ſolebant in admiſſione, ac retentione fructuum ten-
dentium particularem utilitatem aliorum Canonico- 66
rum, quæ omnia etiam juxta antiquiorum Canonum ordinationes, tanquam redolentia labem ſimoniæ ſunt vetita, ut in *capit. Cum in Eccleſia cap. In tantum, capit. Jacobus de ſimon.* & deteſtatur Imperator *in authen. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, §. *Sed neque collat.* Gonzal. *in dicto cap. cum in Eccleſia numer.* 3. *&* 6. *in fin.* Paſſerin. *de elect. capit.* 9. *numer.* 224. Cened. *in Decretal. collect.* 16. *num.* 2. Viſum quidem fuit Canonicos eſſe admittendos ad participationem fructuum, ſed ſolum ad formam Statuti, quod cum in nulla ſui parte appareat adverſari prædictæ Conſtitutioni, ſive ſumatur tanquam inhærens Sanctioni Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *capit.* 14. *de reformat.* quam etiam alteri Sancti Pii Quinti, quam innovavit, utpote conditum uſque de anno 1437. atque obſervatum uſque in præſens, eſt Religioſe cuſtodiendum, Innoc. *in capit. Dilectus* 1. *numer.* 3. *de præben.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *numer.* 18. Rota *coram Zaratt. deciſ.* 74. *numer.* 20. *& deciſ.* 115. *numer.* 6. *&* 7. *part.* 19. *recent. & in Derthuſen. juriſdict.* 6. *Februarii* 1696. §. *diſpoſitio, coram R. P. D. meo Pia.*

Ad quod aſſequendum conſiderarunt Statutum tres habere partes; Prima eſt, quando Canonicus non reſidet, & tunc debet carere fructibus trium annorum, quorum primus applicatur Defuncto, ſecundus Fabricæ Eccleſiæ, & tertius Canonicis reſidentibus; ſecunda pars loquitur, quando Canonici juniores reſident, & eo caſu excepta diſtributionibus quotidianis privantur medietate fructuum per quatuor annos, quorum duo applicantur Defuncto, & alii duo Fabricæ Eccleſiæ; Ter-
tia pars inhabilitat Canonicos juniores tempore ca- 67
rentiæ ad obedientias ad eligendum, ac alia Jura Canonicalia; De prima autem non eſt quæſtio, cum omnes Canonici juniores reſideant, & tamen nec illa videtur adverſari Bullæ Pianæ, quia iſta ſupponit Canonicum noviter admiſſum adimpleviſſe Statuta, & conſuetudines laudabiles, quales ſunt ordinantes reſidentiam, & privantes non reſidentes fructibus, ut ſunt Textus aperti *in capit. Relatum capit. inter quatuor cap. fin. de Cleric. non reſiden.* & Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *capite* 14. *de reform.*

form. ita ut ſicuti valuiſſent etiam privare Canonicum non reſidentem Præbenda *cap. conquerente*, & ibidem Innocent. & Abb. *num.* 1. *de Cleric. non reſiden.* & *cap. Inter quatuor eodem tit.* Leon. *in Theſaur. for. Eccl. part.* 3. *cap.* 33. *numer.* 1. ita potuerunt applicare fructus in uſus laudabiles, quales ſunt pro Defuncto, & Fabrica Eccleſiæ, quam etiam pro tertio Anno Canonicis reſidentibus, Marant. *tom.* 3. *ſuar. controv. reſponſ.* 24. *num.* 13. & 14. Ventrigl. *in prax. rer. notabil. annot.* 6. §. 2. *num.* 21. *verſ. pro antiquiſſima.*

Deſcendendo autem ad ſecundam partem, de qua principaliter contigit diſputari, nequaquam videtur eidem obſtare, nec diſpoſitio Conciliaris, nec Conſtitutio Piana, quia ſi inſpiciamus retentionem medietatis fructuum pro primis duobus annis ad favo-
68 rem Defuncti, illa eſt licita, dum emanavit ſpecifice ad formam *Extravag. ſuſcepti de elect.* & tradit ibidem Barboſ. *n.* 20. Anton. *variar. reſol. lib.* 1. *reſol.* 1. *n.* 3. *verſ.* 3. Ricc. *in prax. part.* 1. *reſol.* 499. *num.* 3. nec quidquam fuit in contrarium innovatum a Concilio Tridentino, & prædicta Bulla, ut reſolvit Sacra Congregatio apud Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 138. Leon. *in Theſaur. for. Eccleſ. cap.* 32. *n.* 6. Gavant. *in manual. verb. Canonicatuum poſſeſſio in addit. n.* 2. Rodriguez *in ſumm. quæſt. regular. tom.* 1. *cap.* 33. *n.* 1. Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 9. Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *n.* 34. & *Canon. cap.* 15. *n.* 31. Panimoll. *deciſ.* 31. *annot.* 1. *num.* 17. & 18. concurrente validiſſima ratione, quod ſervitium gratuitum noviter recepti & carentia fructuum, quam patitur pro primis annis compenſatur cum totidem fructibus, qui dantur illi poſt obitum, itaut id videatur potius differri quam auferri, & ordinatio ſit ſummopere laudabilis, videlicet, ut honorificentius præſtari poſſit ſepultura Canonico defuncto, ac etiam perſolvi ejus æs alienum, quæ plerumque propter ejus inopiam negligebantur Guttier. *lib.* 1. *Canon. quæſt. dicto cap.* 29. *ex n.* 26. Fermoſin. *tract. crimin. in cap. Jacobus* 44. *quæſt.* 1. *n.* 23. & *ſeqq. de ſimon.* & recedendo ab antiqua opinione firmavit Rota *deciſ.* 1053. *per totam coram Seraph.*

Similiter non poteſt conſiderari repugnantia in ordine ad carentiam pro medietate fructuum alio-
69 rum duorum annorum, qui dantur pro fabrica, ex quo non ſolum eſt conformis diſpoſitioni Juris communis in dicta *Extravag. ſuſcept. de elect.* ſed immo approbata per Sac. Concil. *dict. ſeſſ.* 24. *capit.* 14. *de reform.* in quo ſpecifice præſervantur deductiones ex fructibus, qui in uſus pios convertuntur, & tradunt Bonaccin. *de Simon. diſp.* 1. *quæſt.* 7. §. 3. *n.* 5. Cened. *in Decretal. collect.* 16. *n.* 2. Barboſ. *ad Concil. dicta ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *n.* 6. Pariſ. *de confid. quæſt.* 38. *n.* 28. Panimoll. *deciſ.* 31. *annot.* 1. *n.* 25. Mar. Antonin. *dicta reſolut.* 1. *n.* 4. *verſ. demumque*, Novar. *in ſumm. Bullar. part.* 1. *comment.* 117. *n.* 5. Guttier. *Canon. qu. lib.* 1. *part.* 29. *n.* 26. Card. de Luca *de Legat. diſc.* 19. *num.* 4. & ita etiam pluries fuiſſe declaratum a Sacra Congregatione Concilii teſtantur Gallemart. *ad Concil. dicto cap.* 14. *verſ. admiſſione ad poſſeſſionem*, Barboſ. *ibid. num.* 11. & *de Canon. cap.* 11. *num.* 2. Garz. *de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 198. Gavan. *in manual. verb. Canonicatuum poſſeſſio in addit. n.* 1. Pignatell. *conſult.* 158. *n.* 12. *tom.* 1. Pax Jordan. *tom.* 1. *Lucubrat. lib.* 10. *tit.* 11. *n.* 80. & 86.

Non obſtat per Conſtitutionem Pianam permitti ſolam applicationem pro Fabrica, vel Sacriſtia pro
70 ſex menſibus ſolummodo, non vero pro integro anno, qualis eſt præſens habita relatione ad medietatem duorum annorum; quoniam ſi recte attendatur contextus Bullæ, ex ea videtur ſolum prohibita integra applicatio fructuum ultra ſemeſtre, non vero medietas relicta alteri Beneficiato ibi: *Statuimus ut quæcunque hujuſmodi fructus, & diſtributiones Fabrica, vel Sacriſtia, aut alterius Pii Loci uſibus ultra ſemeſtre tempus reperiuntur conceſſi, horum tantummodo media pars Sacriſtia, vel Fabricæ, aut Pio loco deinceps ſolvatur, alteram vero Beneficiati prædicti integre percipiant*, proindeque evaneſcit omnis repugnantia, dum in quolibet anno relinquitur Canonico medietas fructuum ultra diſtributiones, & habet ex iiſdem congruam ſuſtentationem, quæ eſt unicus finis in prohibenda integra applicatione ultra ſemeſtre, ut firmant Fermoſin. *tract. crim. in dicto cap. Jacobus* 44. *quæſt.* 11. *n.* 14. *de Simon.* Paſqual. *quæſt. moral. Juriſdic.* 129. *n.* 4. & in durioribus terminis Fagnan. *in cap. Expoſuiſti n.* 86. *de Præbend.*

Quæ vero objiciebantur circa prætenſum abuſum prædictorum fructuum, qui a Capitulo non impenduntur in uſus deſtinatos, ſed potius in propriam utilitatem, apparuerunt inallegabilia ad effectum impediendi emanatam reſolutionem, urgente in contra- 71
rium validiſſimo argumento, quod cum prima Inſtitutio ſit in ſe licita nec adverſativa Conſtitutionibus Apoſtolicis (ut dictum eſt) ſatis eſt reſpondere, quod poſſint applicari ad formam Statuti, cum in reliquis ſint partes Epiſcoporum invigilare, quæ in pios uſus deſtinata ſunt, in eodem convertantur, Salod. *de viſitat. cap.* 16. Piaſec. *eod. tract. tit. de viſit. benef. part.* 2. *cap* 3. *n.* 3. Zerol. *in prax. Epiſcop. verb. viſitatio verſic. ad quartum.*

Nec magnam difficultatem paſſa fuiſſet ultima pars quatenus contigiſſet etiam de eadem diſceptari, in qua Juniores tempore carentiæ arcentur ab actibus Capitularibus ad eligendum, ac obedientias recipien- 72
das, cum parum damnabilis videatur talis conſuetudo, ſeu Statutum, tanquam ordinatum ad hoc ut interim Juniores magis inſtruantur in rebus Eccleſiæ Innoc. *in cap. Dilectus primo n.* 2. *verſ. bene licet de Præben.* Butr. *in cap. cum M. Ferrarienſis n.* 65. *verſic. niſi aliud de Conſtit.* Anton. *dicta reſolut.* 1. *n.* 3. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 20. *num.* 7. & *deciſ.* 28. *n.* 2. *part.* 5. *rec.* nec id apparet tendere in avaritiam ſeu commodum Capituli, quod unice per Sacros Canones, Concilium Tridentinum, & Conſtitutiones Apoſtolicas eſt prohibitum Barboſ. *de Canon. cap.* 15. *n.* 14. Piaſec. *in prax. Epiſc. tit. de viſit. Cathedral. part.* 2. *capit.* 3. *n.* 3. Card. de Luca *de Canon. diſc.* 8. *n.* 5.

An vero applicatio pro medietate fructuum duorum primorum annorum pro Defuncto locum etiam habeat ad favorem reſignantis, mandarunt, ut 73
particulariter videatur.

Et ita in hunc modum concluſum fuit utraque, &c.

ULIXBONEN. OCCIDENTALIS
Nullitatis Matrimonii.

I N T E R

Senatorem Luduvicum Quiſel Barboainum.

C U M

Joanna Agnete de Almeda, & Carnide.

ARGUMENTUM.

Nullum declaratur Matrimonium ſub conditione, quod Uxor intra certum terminum Profeſſionem emittat in Religione, neque illud conſummare debeat; non obſtante, quod hujuſmodi conditio inter Contrahentes conventa, non fuerit expreſſa in faciem Eccleſiæ, ſcilicet in ipſo actu Matrimonii coram Parocho, & Teſtibus, ad materiam *Text. in cap. ſi conditiones de condit. appoſit.* & *in Can. quod interrogaſti diſtinct.* 27.

S U M M A R I U M.

1 *Doloſis Jura non ſubveniunt, & pacta ſunt ſervanda.*
2 *Matrimonium abſque conſenſu per nullam potentiam conſtare poteſt.*
3 *Actus dicitur geſtus ſubſequenter, juxta pactum precedenter in Apocha conventum.*

4 Con-

4 *Conditio in Matrimonio inita inter contrahentes non attenditur, niſi fuerit expreſſa coram Parocho, & Teſtibus.*

5 *Declaratur. iſta concluſio cum diſtinctione trium caſuum de quibus num. 8. 9. 10. & 11.*

12 *Actus pure factus intelligitur juxta proteſtationem praecedentem in contractu Matrimonii, & num. 13.*

14 *In Matrimonio ſufficit, ut conſenſus ſit conditionalis ex parte unius tantum ex contrahentibus.*

15 *Conſenſus praecedenter datus in Apocha durat, & unitur cum conſenſu alterius ex intervallo dato.*

16 *Actus ſequens intelligitur in executionem praecedentis.*

17 *In Matrimonio conditionaliter contracto Ordinarius prohibere debet cohabitationem interim, donec verificata ſit conditio.*

18 *Concluſum in tractatu dicitur repetitum in ipſo contractu, in quo mentio facta non fuit concluſi in tractatu.*

19 *In actu ſubſecuto incontinenti ineſſe dicitur virtualis repetitio voluntatis per actum antecedentem expreſſa; Limita, & declara ibid. n. 20. & 21.*

22 *Concilium Trid. in Matrimonio, prout eſt contractus nihil innovavit contra, vel praeter diſpoſitionem Juris communis.*

23 *Quae incontinenti fiunt dicuntur ineſſe, & voluntas incontinenti mutata non praeſumitur.*

24 *Conditio inter contrahentes ſtabilita ante Matrimonium in ejus actu cenſetur retenta etiamſi verbis non exprimatur.*

25 *Matrimonium conditionatum probatur etiam ex actibus ſubſequentibus.*

26 *Conſenſus conditionalis non poteſt converti in purum, ac ſimplicem.*

27 *Matrimonium non dicitur verum, ſed fictum, ſi appoſita fuerit conditio eidem contraria, & n. 28.*

29 *Conditio non contraria Matrimonio illud facit verum, ſecus ubi ſit contraria ejus ſubſtantia.*

30 *Matrimonium dicitur ſimulatum, & in apparentia factum ſub conditione, quod Uxor ante conſummationem debeat profiteri in Religione, & n. 31.*

32 *Data diſparitate inter foeminam, & Virum militat praeſumptio Matrimonii ficti, & non veri.*

33 *Ubi deficit veriſimilitudo ineſſe dicitur fictionis imago.*

34 *Matrimonium eſt nullum, quando eſt ſimulatum, licet expreſſio ſimulandi non ſit facta coram Parocho, & Teſtibus.*

35 *Matrimonium eſt nullum ſi appoſita fuerit conditio illi repugnans.*

36 *Conditio, quod Uxor teneatur profiteri in Religione ſtatim ante conſumationem eſt contraria ſubſtantia Matrimonii.*

37 *Per Profeſſionem ab altero Conjuge facta in Religione alter Conjux remanet liber ad effectum contrahendi Matrimonium cum alia.*

38 *Cautela Gerardi de Petra Sancta pro Juvenibus deprehenſis in fragranti cum Amaſia arctatis ad contrahendum Matrimonium cum illa, & ſub n. 45.*

39 *Pactum non conſumandi Matrimonium illud reddit nullum, & n. 40.*

41 *Pactum reſolutivum appoſitum Matrimonium in certum eventum illud facit irritum.*

42 *Quando dolus cauſam dedit Matrimonio illud reddit nullum.*

43 *De induſtria foeminarum pro obtinendis Matrimoniis cum Nobilioribus, & divitibus viris.*

44 *Defectus conſenſus nulla arte eſt ſanabilis.*

46 *A conditione appoſita in Matrimonio quando dicatur receſſum per copulam ſubſecutam.*

47 *Refertur reſolutio Cauſa.*

48 *Regiſtratur decretum S. Congreg. Concil. in Aſtenſ nullitatis Profeſſionis.*

DISCEPATIO LVIII.

CAſum aggredior calliditate novum Luſitaniæ
Mulieris, quæ ſuperioris conditionis Viro mo-
lita inſidias Matrimonii, decipiendi ejus conſilium
fecit, juxta ſeriem rei geſtæ mihi in facti informa- 1
tione expoſitam, verum quia doloſis Jora non ſub-
veniunt *leg. nec ex dolo*, *ff. de dolo*, nec humanæ
leges pacta violare, ſed exequi, & ſervare profiten-
tur, *leg. Juriſgentium*, *§. Prator ait*, *digeſtis de pact.*
idcirco in circumſtantiis ſubjecti caſus ſine difficul-
tate mihi videtur eſſe pro nullitate Matrimonii re-
ſolvendum.

Ad quem effectum regiſtrabo de verbo ad ver-
bum apocham contractus matrimonialis, vigore cu-
jus Fœmina induxit Virum ad conſentiendum, co-
ram Parocho, & Teſtibus colorato matrimonio, ut
ſic apocha veluti ejus cauſa efficiens Eminentiſſimo- 2
rum Judicantium oculis ſubjecta fidelibus in aperto
conſtituat qualis fuerit conſenſus Contrahentium, &
quale ex illo matrimonium contractum, vel non
contractum judicari poſſit, quia conſenſus eſt ille, qui in matrimonio eſt ejus cauſa efficiens, & formalis, neque in eo quod pertinet ad humanam voluntatem, actus per ullam potentiam conſtare poteſt abſque conſenſu *Can. ſufficiat*, & *Canon. omnis 27. quaeſt. 2.* plene Sanchez *de matrim. lib. 2. diſp. 6. n. 2. & diſp. 25. n. 2. & diſp. 26. per totam ſignanter n. 5.* Caſtropal. *tract. 28. diſp. 2. punct. 5. n. 3. verſ. illud vero* a Spiritu Sanct. *tract. 11. de matrimon. diſp. 3. ſect. 2. num. 87.* Filliuc. *tract. 10. de matrimon. pars. 1. cap. 3. n. 68.* Coninch. *de matrim. diſpu. 24. dub. 5. n. 48.* tenor ergo apochæ matrimonialis per mulierem ſcriptæ, & ſubſcriptæ juxta cujus conditiones, & formam Vir contraxit talis eſt.

Ancorche il Signor Luigi Quiſel Barbetini non debba coſa alcuna al mio honore, con tutto ciò come l'opinione di queſto ſi trova perſa per la felicità, e continuatione, con la quale li miei Padri lo conducevano a mia caſa, pregando io il detto Signore copriſſe queſto mio diſcredito ricevendomi per ſua moglie.

Gli prometto dal giorno che queſto ſi farà, fra quindici giorni.

Sciegliere Convento, e profeſſare ſubito nel fine dell'anno lo ſtato di Religioſa, ò in queſto Convento della Roſa, ò in qualſivoglia altro.

E non uſare del Matrimonio, ne conſumarlo, al di cui fine immediatamente rinuncio tutto il Jus, che poſſa havere nella perſona di detto Signore.

Il che faccio di molta mia libera volontà, ſenza violenza alcuna;

E mancando io a qualſivoglia di queſte conditioni non hò dubio che il detto matrimonio ſia tenuto, e ſi giudichi come ſe mai foſſe fatto.

Al di cui fine concedo il mio libero, e coſtante conſenſo. Lisbona Occidentale 6. Maggio 1718.

Donna Gioanna Agneſe de Almeda, & Carnide.

Quod autem controverſum Matrimonium ita conditionaliter, juxta formam, & tenorem hujus apochæ, & non alias contractum fuerit apertiſſime reſultat ex facto; Etenim ex parte Mulieris proceſſit hæc machina per medium cujuſdam Patris Regularis certæ Religionis, qui conſuluit primo loco Advocatum de Coes, an fieri potuiſſet ſcriptura matrimonialis, ſub hac conditione, quod Mulier contracto Matrimonio teneretur ingredi Religionem, cui reſpondit: *che ſe le Parti ambedue erano concordate nella conditione non vi era che interrogare*, & requiſitus de minuta ſcripturæ, ſeu apochæ: *glie la fece:* illa deinde ſcripta, & ſubſcripta per Mulierem tempore quo erat in Monaſterio,

ſterio, tradita fuit Viro, qui cum omni cautela pro-
cedens prius illam oſtendit Priori S. Laurentii Parocho
Delegato, necnon Teſtibus ſacramentalibus, nempe
Priori S. Chriſtophori, ejuſque Curato, declarando
coram ipſis, ſe contrahere velle Matrimonium juxta
conditionem in apocha contentam, quibus poſtea de
mane ſequentis diei ſimul congregatis in domo Paro-
chi, & repetita per Virum ſua voluntate non aliter
contrahendi niſi ad formam apochæ, orta eſt diſputatio
inter Teſtes, & Parochum, an ita conditionaliter fieri
poſſet Matrimonium, ubi poſtquam Parochus conclu-
ſit ita fieri poſſe, ſtatim, & cum iſta concluſione im-
mediate ſimul omnes proceſſerunt ad crates Monaſte-
rii, ubi celebratum fuit Matrimonium, quod propte-
rea fuiſſe taliter contractum, qualiter fuit expreſſum in
apocha, dubitari non poteſt, tam ex parte Mulieris,
cujus conſenſus erat expreſſus in apocha, quam ex par-
3 te Viri, qui juxta illam Parocho, & Teſtibus lectam,
& repetitam contrahere velle, & non alias conſtanter
declaravit, ut per Text. in l. quadam 77. ff. de rei vindic.
tradunt Cyriac. controv. 207. num. 41. Altograd. conſ.
5. num. 27. lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.
49. num. 2. & præſumpt. 134. num. 30. Surd. deciſ. 325.
num. 7. Barboſ. axiom. 12. num. 1. & 2. Rota dec. 153.
num. 5. par. 8. & deciſ. 272. num. 16. par. 10. & deciſ.
558. num. 4. par. 19. recent. & in Manuſ. ad Card. de
Luca tom. 8. deciſ. 7. num. 4.

Nec obſtare valet contrarium objectum, quod quan-
tumconque conſtet de conſenſu Contrahentium, &
concluſione deliberata contrahendi ad formam apochæ
uſque ad momentum ante celebrationem Matrimonii,
attamen in ipſo actu, & momento, quo illud fuit ce-
lebratum ad crates Monaſterii contrahentes, coram
Parocho, & Teſtibus non expreſſerint, ſeu repererint
conſenſum conditionalem juxta apocham, ſed pure, &
ſimpliciter in forma Eccleſiæ conſueta contraxerint,
ex quo idcirco dicendum videatur Matrimonium, in
cujus actu inſtantaneo non fuit repetita conditio, judi-
candum eſſe tanquam pure contractum, & ab eadem
4 conditione Contrahentes receſſiſſe, juxta ea, quæ ego
ſupra ſcripſi Diſceptat. Eccleſiaſt. 52. ex num. 37. cum
plurib. ſeqq. uſque ad num. 47. tom. 2. pro reſponſione
enim ad hoc objectum, ut tollantur æquivoca, di-
ſtinguere oportet tres caſus inter ſe differentes, &
diverſos.

Primus ergo caſus eſt, ubi Partes intendunt contra-
here *Matrimonium verum* ſub aliqua tamen conditio-
ne, quam paulo ante ejus celebrationem concluſerunt
inter ſe *inſciis, & non certioratis de illa Parocho, &*
Teſtibus, & poſtea coram iſtis *de conditione ignaris*
ſimpliciter contrahunt Matrimonium non expreſſa con-
5 ditione in ejus actu. Et in hoc tantum caſu verſatur
allegatum objectum, quod de cætero pendet ab Exa-
mine illius graviſſimæ, & arduæ quæſtionis; an pro-
pter conditionem antecedenter concluſam inter Par-
tes, ſed non expreſſam in actu Matrimonii coram Pa-
rocho, & Teſtibus, reddatur nullum Matrimonium,
ſi illa conditio deficiat, in qua quidem quæſtione licet
Ego ſolus in *dict. diſcept. Eccleſ. 52. num. 40. & ſeqq.*
plures rationes deduxerim ad probandum, quod non
ſufficiat conditionem eſſe concluſam inter Partes, ſed
neceſſarium eſſe, ut exprimatur Parocho, & Teſtibus
audire debentibus conſenſum, ſive purum, ſive condi-
tionatum, non tamen in hoc aliquid certum firmare
declaravi, ſed ſolam rationem expoſui per modum du-
bitandi, ut legere eſt *num. 46. in fine*, ibi: *quæ tamen*
omnia dixi per modum dubitandi, non autem decidendi
ad hoc ut ſi caſus eveniat materia melius examinetur:
cumque iſte non ſit caſus præſens, quæſtionem hanc
examinare non eſt opus, licet diſſimulare non poſſim
in hoc puncto plurium Doctorum opinionem eſſe in
contrarium, qui tali caſu firmiter tenuerunt Matrimo-
nium eſſe nullum ex defectu conſenſus, ſeu conditio-
nis paulo ante Matrimonium conventæ, licet Parocho,
ac Teſtibus non ſignificatæ, ut cenſuit Pontius *de ma-
trimon. lib. 4. cap. 21. n. 13.* ubi refert ſe ita obtinuiſſe
per ſententiam Judicis, cui ſubſcripſerunt quamplu-
res Theologi, & Juriſtæ, Salmaticenſes, Valliſole-
tani, Toletani, Complutenſes, & Matritenſes, &
firmarunt etiam Pignatell. *conſult. 136. per tot. tom.*
9. & de Angel. *de confeſſ. tom. 2. quæſt. 44. pariter*
per tot.

Apud quos Doctores tractatur caſus conventionis
inter Partes initæ de contrahendo matrimonium ſub
conditione, quatenus Mulier haberet in dotem au-
reos decem mille, ut in caſu Pignatelli, & quatenus 6
Vir haberet ſcuta quatuor millia, ut in caſu de An-
gelis, & ſub altera conditione quatenus Vir non eſ-
ſet de ſanguine Judæorum Progenitus, ut in caſu
Pontii, & omnes reſpondent ad objectum, quod
conditio non fuerit expreſſa, coram Parocho, & Te-
ſtibus, dicendo id non requiri, ſed ſatis eſſe eam-
dem conditionem pactio ante Matrimonium fuiſſe in-
ter Partes concordatam ad effectum, ut ſemper Ma-
trimonium intelligatur contractum ad formam pacti
præcedentis, & in ejus executionem; nam conditio
paulo ante concluſa inter Partes, cenſetur ineſſe Ma-
trimonio incontinenti ſubſecuto, ut ex Gloſſ. *in cap.*
per tuas in verb. præſumendum de condit. appoſ. & Man-
tic. *de tacit. lib. 2. tit. 2. n. 25.* in puncto reſpondent
de Angelis *d. quæſt. 44. n. 8.* ibi: *minus obſtat, quod in*
ipſo matrimonii actu, coram Parocho, & Teſtibus
non fuerit a Berta repetita præfata conditio, quia
ſufficit eamdem conditionem prius mediatori, & Spon-
ſo pluries dixiſſe etiam ſub tempus contrahendi Ma-
trimonii, quod in executionem præviè tractatus iniiſ-
ſe præſumitur, Pignatell. *d. conſult. 136. n. 13. 14. &*
15. tom. 9. quod ex abundanti in hoc caſu dictum
ſit, quia recedere non intelligo ab his, quæ ſcripſi
d. diſcept. Eccleſiaſt. 52. ex n. 40. cum ſeqq.

Secundus caſus eſt, ubi Partes intendunt contra-
here *Matrimonium verum* ſub aliqua conditione,
quam concluſerunt non ſolum de communi ipſarum
conſenſu, ſed etiam *ſciente, conſulto, & rogato Pa-*
rocho, & Teſtibus Sacramentalibus, & deinde illud
contrahunt immediate, non repetita conditione in
ejus actu inſtantaneo, & in terminis hujuſmodi ca-
ſus ſi conditio deficiat, nulla excogitari valet ratio
dubitandi de nullitate Matrimonii, quod apertiſſi-
me corruit ex defectu conſenſus, qui conditionali-
ter, & non alias datus extitit ſciente Eccleſia, tan- 7
quam repræſentata ex Parocho, & Teſtibus Sacramen-
talibus, nedum informatis de conditione, ſed etiam
conſultis, & rogatis, & concordatis ad aſſiſtendum
Matrimonio conditionali, non obſtante, quod in
illo actu inſtantaneo, quo fit Matrimonium, repeti-
ta non fuerit conditio, cum ejus repetitio neceſſa-
ria non ſit, non quidem reſpectu Partium, quæ in
eadem voluntate determinata, & concluſa paulo an-
te Matrimonium abſque dubio continuare cenſentur
in actu Matrimonii immediate, & incontinenti ſub-
ſecuto, niſi illam expreſſe revocaverint, ut in ter-
minis noſtris communiter docuerunt *Prepoſit. in Ca-*
non. quod interrogaſti diſt. 27. n. 11. Unde illa volun-
tas ſemel poſita ſemper videtur durare, &c. quamvis
poſtea contrahat, nullum eſſe Matrimonium, quia præ-
ſumitur in ſua primæva Sententia perſiſtere, Sanchez
de Matrim. lib. 7. diſp. 18. num 21. Reginald. *in prax.*
for. pœnit. lib. 31. cap. 14. n. 93. in fine Filliuc. *tract. 10.*
de Sacram. Matrimon. part. 2. cap. 2. n. 33. Coninch.
de Sacram. tit. de Matrimon. diſp. 24. dub. 7. n. 56. &
58. a Spirit. Sanct. *tract. 11. de Matrim. diſp. 3. ſect. 4.*
n. 96. Pignatell. *dict. conſult. 136. n. 13. & 14. tom. 9.*
de Angel. *de confeſſ. tom. 2. quæſt. 44. n. 7.*

Neque minus reſpectu Eccleſiæ, ſeu Parochi, &
Teſtium, quibus, ſi jam conſenſus conditionalis, &
voluntas firma contrahendi Matrimonium conditiona-
tum paulo ante ſignificata fuit, immo ſi ipſi concorda- 8
runt, & acceptarunt aſſiſtere Matrimonio conditio-
nali, non intrat amplius objectum, quod facienda ſit
expreſſio conditionis in ipſo actu Matrimonii tan-
quam ſuperflua, & ſufficienter jam facta, cum Paro-
chus, & Teſtes jam ſciunt, ſe aſſiſtere Matrimonio
conditionali, tanquam ita concordato cum ipſis,
in cujus executionem ipſi aſſiſtentiam præſtant, &
intelligunt conſenſum Contrahentium, cum conditio
ſemel expreſſa eiſdem Perſonis non ſit ulterius expri-
menda, ſed intelligatur repetita in actu Matrimonii
contemporaneo, & incontinenti geſto abſque neceſſi-
tate novæ, & reiteratæ expreſſionis, ut in contractibus
paſſim

paſſim receptum habemus per Text. *in l. Juriſgentium, §. Quinimmo, ff. de pact. & in l. lecta, §. Dicebam, ff. ſi cert. petat.* Alexand. *conſ.* 122. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 1. *num.* 30. *lib.* 8. Cepol. *conſ.* 51. *num.* 52. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 4. *numer.* 1. 6. *&* 11. Cyriac. *contr.* 620. *n.* 12.

Ceſſante in hoc caſu ratione apud me deducta *diſcept.* 52. *num.* 41. *& ſeqq. ſuperius allegata*, quod conditio non ſignificata Parocho, & Teſtibus non attendatur, itaut ſicut iſti audiverunt conſenſum ſimpliciter, & ſine ulla conditione datum, ita Matrimonium intelligatur pure, & ſimpliciter contractum, præſumendo receſſum ab illa conditione, quam contrahentes doloſe occultarunt Eccleſiæ, quia ſi Matrimonium conditionale ultra privatam conventionem fuit prius participatum Parocho, & Teſtibus, ſi iſti conſulti, & rogati fuerunt ad aſſiſtendum Matrimonio conditionato, ſi demum iſti acceptarunt aſſiſtere Matrimonio conditionato, quod conſecutive, & incontinenti coram ipſis celebratum extitit, non poteſt amplius dici quod Parochus, & Teſtes fuerint ignari de conditione, aut intellexerint aſſiſtere Matrimonio puro, & non conditionato, & ceſſat conſequenter receſſus ab illa conditione tanquam Parocho, & Teſtibus occultata, & per contrarium ſubintrat præſumptio perſeverantiæ in ea-
9 dem voluntate conditionali, veluti eiſdem ſignificata, & repetita uſque ad ultimum momentum, quo contractum fuit Matrimonium ad Text. *in cap. Scribam de præſumpt.* Coto. *conſ.* 275. *n.* 5. *ad finem lib.* 4. Dec. *conſ.* 525. *n.* 5. Menoch. *præſumpt.* 165. *num.* 2. Grat. *dec. March.* 19. n. 27. Rot. *coram Duran. deciſ.* 74. *n.* 46. & in ſubjecta materia probant Pignat. *dict. conſult.* 136. *num.* 13. *&* 14. *tom.* 9. de Angel. *dict. quæſt.* 44. *num.* 8. neque de cætero in terminis hujus ſecundi caſus, reperitur ulla imaginabilis doctrina, quæ contrarium firmet.

Tertius denique caſus eſt ubi Partes intendunt contrahere *Matrimonium fictum*, de quo præcedenter conſtat per conventionem ex honeſta cauſa factam, & deinde contrahunt per verba exprimentia conſenſum verum, coram Parocho, & teſtibus ignorantibus illum præſtari in Matrimonio ficto. Et in hujuſmodi caſu nemo unquam dubitavit Matrimonium
10 eſſe nullum, non obſtante, quod Eccleſia, ſeu Parochus, & Teſtes crediderint aſſiſtere Matrimonio vero ignorando conſenſum fictum, ea ratione, quod Eccleſia facere non poteſt, quod conſenſus fictus habeatur pro vero, ſeu quod conſenſus præſtitus in matrimonium fictum, & realiter ſimulatum, illud conſtituat validum, ac verum juxta Text. expreſſum *in cap. Tua nos de ſponſal.* ibi: *Nos autem quid juris ſit reſcribentes, dicimus, quod ſi res ita ſe habuerit, videlicet, quod ille eam non propoſuit ducere in Uxorem, nec unquam conſenſit in prædictam Perſonam, non debet ex illo facto Conjugium judicari, cum in eo nec ſubſtantia conjugalis contractus, nec forma contrahendi Conjugium valeat inveniri*, & docent jura civilia *in l. ſimulate, ff. de nupt.* & late Sanchez *de Matrimon. lib.* 2. *diſp.* 45. *num.* 17. *& ſeqq.* Navar. *in Manual. cap.* 22. *n.* 68. *verſ. dixit* Reginald. *in prax. for. pœnit. lib.* 31. *cap.* 2. *num.* 15. *verſ. alterum* Covar. *de ſponſal. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. Portell. *in dub. regul. caſ. moral. part.* 3. *caſ.* 32. *n.* 1. *verſ. qui dicunt* a Spirit. Sanct. *tract.* 11. *de Matrim. diſp.* 3. *ſect.* 5. *n.* 97. idemque procedit in conſenſu ad Matrimonium præſtito ficte, ſeu involuntarie per metum, licet iſte metus, & involuntarius conſenſus ſit incognitus Parocho, & Teſtibus, ut notorium eſt, & docet Text. *in cap. veniens il* 2. *de Sponſal. & in cap. ſignificavit de eo qui duxit in Matrim.* Sanchez *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 14. *n.* 1. a Spirit. Sanct. *dict. tract.* 11. *diſp.* 5. *ſect.* 2. n. 230. & optime Pignatell. *dict. conſult.* 136. *num.* 8.

Quod non ſolum procedit in Matrimonio carnali, ſed etiam ſpirituali, ubi ſi quis Profeſſionem in
11 apparentia veram emittat in aliquo Monaſterio, Profeſſio nulla remanet, ſi conſtet in foro externo illum ex honeſta cauſa fictum conſenſum præſtitiſſe, licet fictio incognita fuerit Superioribus, in quorum manibus ille Profeſſionem emiſit, juxta punctualem *gloſſ. in cap. Vidua in verbo licet Sacramento de Regul.* ibique Butr. *num.* 12. Geminian. *n.* 1. *&* 5. Donat. *in prax. tom.* 2. *tract.* 11. *de profeſſ. null. num.* 8. *verſ. quarto* a Spirit. Sanct. *conſult.* 63. *n.* 8. Portell. *in dub. regul. in verbo Profeſſio n.* 11. *verſ. probatio vero* Paſſerio. *de ſtat. homin. quæſt.* 189. *art.* 10. *num.* 42. *& ſeqq. part.* 14. *rec. & in Januen. Profeſſionis* 3. *Julii* 1702. *§. Et exordiendo cum plur. ſeqq. coram bon. mem. Molines*; Et Me ſcribente judicavit Sacra Congregatio Concilii in *Aſten. nullitatis Profeſſionis de anno* 1710. juxta reſolutionem datam infra num. 47.

Præmiſſa hac diſtinctione trium caſuum, evidentiſſime patet nos verſari *in ſecundo, & tertio caſu*, & conſequenter nullatenus inſtare objectum, quod Parocho, & Teſtibus expreſſa non fuerit voluntas determinata contrahendi matrimonium conditionatum, vel ſimulatum, ſeu fictum ex rationibus ſupra expoſitis; Et quidem verſamur *in ſecundo caſu*, quia poſtquam Vir, & Mulier deliberate concluſerunt contrahere velle matrimonium juxta formam, & conditiones in ſæpecitata apocha contentas, ipſe Vir cum omni ſinceritate, & cautela proceſſit, apocham, & qualitatem matrimonii deducendo ad notitiam Eccleſiæ, conſultis prius duobus Theologis Regularibus, deinde conſulto Parocho proprio, qui cum huic matrimonio aſſiſtere recuſaverit, recurſum habuit ad Priorem S. Laurentii Parochum delegatum ab Ordinario, qui cenſuit ita juxta tenorem apochæ matrimonium fieri poſſe, inde autem conſultis, & rogatis Priore S. Chriſtophori, ejuſque Curato, ut aſſiſterent pro Teſtibus, licet iſti viſa apocha dubitaverint de ſubſiſtentia hujus Matrimonii, attamen de mane accedentes ad domum Parochi, omnes ſimul concordarunt aſſiſtentiam præbere velle matrimonio juxta tenorem apochæ ibi; *Dove ſtabiliſſimo con il detto R. Priore, che queſto matrimonio ſi andava à fare in virtù d'un viglietto di detta Signora Giovanna che il detto Signor Quiſel havea moſtrato*: ergo ſi Parochus, & Teſtes nedum informati extiterunt de conditione matrimonii, ſed etiam concluſerunt illi aſſiſtere velle juxta apocham, indubitatum remanet, quod actus matrimonii immediate, & incontinenti
poſt hanc concluſionem geſtus coram ipſis, juxta 12
formam apochæ, & non alias celebratus fuerit ex communi voluntate Parochi, Teſtium, & utriuſque Contrahentis, ut optime Geminian. *in Canon. Quod interrogaſti diſtinct.* 27. *n.* 6. ibi: *quando præcedit proteſtatio, & ſtatim ſequitur actus verba ſunt bene clara ſecundum intellectum jam declaratum pro Proteſtante: Prepoſit. ibidem n.* 12. ibi: *aut ipſe interponit proteſtationem, & ſtatim contrahit, & tunc juvat proteſtatio, &c. quando præcedit proteſtatio, & ſtatim ſequitur actus verba ſunt bene clara ſecundum intellectum jam declaratum per Proteſtantem*, Archidiac. *n.* 5. Pignat. *d. conſult.* 136. *n.* 3. de Angel. *de confeſſ. quæſt.* 44. *n.* 7. *&* 8. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 12. *numer.* 21. Coninch. *de Sacram. diſput.* 24. *dub.* 7. *num.* 56.

Nihil enim intereſt, an proteſtatio Viri de contrahendo juxta tenorem apochæ coram Parocho, & Teſtibus expreſſa, & reperta fuerit, vel in ipſo actu inſtantaneo matrimonii, vel per momentum ante, dum quæ incontinenti fiunt præſumuntur in eſſe, *Capit. Officii de elect. & in leg. Petens, Codic. de pact.* Mantic. *de tacit. lib.* 3. *titul.* 15. *numer.* 45. *lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 11. Alex. *conſ.* 122. *num.* 2. *lib.* 2. & docent Canoniſtæ in puncto loquentes in *dict. Canon. Quod interrogaſti diſt.* 27. ubi diſtinguunt, an Matrimonium fiat incontinenti poſt emiſſam proteſtationem, ſeu conditionem, & tunc intelligatur juxta eamdem proteſtationem, ſecus ubi fiat ex intervallo, nempe Geminian. *numer.* 6. *verſ. quia aut quis, Prepoſit. numer.* 12. *verſ. aut proteſtatur*, Archidiac. *numer.* 5. *verſ. ſed crede* cum actus immediate, & incontinenti geſtus cum illa proteſtatione, & concluſione faciendi matrimonium juxta tenorem apochæ intelligatur geſtus cum eodem conſenſu, cum eadem conditione, & cum eadem voluntate in ipſo limine actu concluſa, & ſtabilita, quæ contemporanee, & incontinenti nunquam mu-

tata

ſata præſumitur, ſed perſiſtens, & continuata informando actum matrimonii, ejuſque verba quantumcunque per Contrahentes ſimpliciter prolata Gemin. in *dict. Canon. Quod interrogaſti n. 6.* ibi, *& eſt ratio, quia proteſtatio præcedens juvat, quia per illam apparet quo animo quis gerat actum unde illa voluntas ſemel poſita ſemper præſumitur durare*, Pignatell. *dict. conſult.* 136. *num.* 13. ibi: *qui pluries dixit ſe nolle conſentire matrimonio niſi certis conditionibus, præſumitur, niſi conſtet revocaſſe, in eadem voluntate ſtetiſſe uſque ad actum matrimonii, &c. quia intentio non revocata virtualiter perſeverat*, a Spirit. Sanct. *tract.* 11. *de matrim. diſp.* 3. *ſect.* 4. *n.* 96. de Angel. *de confeſſ. d. qu.* 44. *num.* 7. cum aliis apud Me *diſcept. Eccleſ.* 32. *num.* 39.

Sed fortius quando proteſtatio Viri de non aliter
13 contrahendo matrimonium, niſi juxta tenorem apochæ facta Parocho, & Teſtibus, eſt adeo enixa, & continuata ante actum Matrimonii, ut nullum relinquat veſtigium dubitandi, ſi reflectimus, quod Primo apocha conſultata fuit, & confecta per manus Advocati ad requiſitionem Mulieris; Secundo apocha recepta per Virum fuit oſtenſa duobus Theologis; Tertio fuit oſtenſa Priori Eccleſiæ Parochialis S. Chriſtophori uni ex teſtibus ſacramentalibus ibi: *nella forma di un biglietto che moſtrò della detta Giovanna, che io ho letto, &* ibi: *gli moſtrò un viglietto che gli diſſe eſſere della Supplicata*. Quarto apocha oſtenſa fuit Priori S. Laurentii Parocho delegato ad matrimonium, qui non obſtante dubitatione allegati Teſtis ſacramentalis, cenſuit ita fieri poſſe Matrimonium ibi: *non oſtante che queſto gli diſſe, che così ſi potena fare*. Quinto in die matrimonii de mane congregatis in domo Parochi Teſtibus oſtenſa fuit apocha ejuſdem, proteſtante ibi Viro, ſe non aliter contrahere velle, niſi ad formam apochæ, & omnes ſimul concordarunt tunc ire ad hoc matrimonium ita faciendum, Sexto ipſe Parochus eiſdem teſtibus dixit hoc matrimonium fieri ad formam Apochæ ibi: *diſſe in preſenza d' ambedue queſte preciſe parole: queſto matrimonio ſi fa nella forma riferita, perchè queſta Signora è Brioſa vuol vivere nello ſtato di Religioſa con credito, ed honore.* Septimo in ipſo actu diſceſſus de domo Parochi ad crates Monaſterii pro tunc faciendo matrimonio Vir dixit, *che lui andava a fare queſto matrimonio nella forma riferita*: Octavo demum omnibus Parocho, Teſtibus, & Viro perventis ad crates Monaſterii conſtanter ipſe Vir repetiit proteſtationem contrahendi ad formam apochæ ibi: *E transferendomi io alla Chieſa nella di cui grata ſtava tal Signora voltandoſi verſo di me il detto Luigi Quiſel diſſe; queſta finezza faccio perche vuol eſſer Religioſa*: & tunc incontinenti contractum fuit matrimonium, in quibus circumſtantiis impoſſibile eſt aliter judicare hoc matrimonium, quam conditionatum, & juxta formam apochæ contractum, ob perſeverantiam voluntatis omnium Perſonarum concurrentium ad hoc Sacramentum, & quidem voluntatis *ipſius Viri*, uſque ad ultimum momentum, ſeu limen matrimonii, ut jam probatum eſt, cujus de cætero ſolus conſenſus ita conditionatus ſufficeret, non curato conſenſu alterius, ſeu Mulieris, ut in puncto quod
14 ſufficiat conditio adjecta ex parte unius tantum firmatur ad effectum de quo agitur Sanch. *de matrimon. lib.* 5. *diſp.* 13. *n.* 5. Caſtropal. *de ſponſal. tractat.* 28. *diſp.* 2. *punct.* 11. § 4. *n.* 9. a Spirit. Sanct. *tract.* 11. *de matrim. diſp.* 6. *ſect.* 8. *n.* 311. Filliuc. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 10. *de matrim. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 151.

Voluntatis *Mulieris* de qua, ejuſque perſeverantia imaginabilis dubitatio excogitari non poteſt, quoties ipſa apocham prævio conſilio Advocati ab ipſa ſcriptam, & ſubſcriptam conſignaverat Viro nulla ipſius revocatione, aut reclamatione ſubſecuta, dum quando extabat apocha Mulieris ſemper loquens, ſemperque durans, in limine actus matrimonii per momentum ante lecta, & relecta, neque in actu
15 matrimonii per Mulierem expreſſe revocata, aut reclamata, conſequenter durabat conſenſus Mulieris in eadem apocha ſcriptus, & perſeverans, ut loquendo de epiſtola firmant Caſtropal. *de Sponſal. tract.* 28. *diſp.* 2. *punct.* 6. *n.* 2. ubi quod procedit hæc perſeverantia voluntatis in epiſtola ſcriptæ, licet multum temporis interceſſerit inter illum, & conſenſum Viri ſubſecutum, ſeu matrimonium contractum a Spirit. Sanct. *de matrim. tract.* 11. *diſp.* 3. *ſect.* 4 *n.* 94. *& ſeqq.* Coninch. *de Sacram. d. diſp.* 24. *dub.* 7. *n.* 56. *& ſeqq.* Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 12. *n.* 3. *& diſp.* 32. *n.* 6 Bonacin. *de matrim. qu.* 2. *punct.* 5. *n.* 5. Filliucc. *tract.* 10. *de matrim. part.* 1. *cap.* 1. 2. *&* 29.

Voluntatis denique *Parochi*, *& Teſtium*, qui non ſolum per diem ante, ſed etiam in ipſo mane diei, quo contractum fuit matrimonium, fuerunt conſulti, & rogati ad aſſiſtendum huic matrimonio prævia lectura apochæ coram ipſis facta per momentum ante matrimonium, cum concluſione illud juxta ejus formam celebrandi ibi: *E ſtando noi otto ſtimonij in caſa del R. Priore di S. Lorenzo, dove ſtabiliſſimo con il detto R. Priore, che queſto matrimonio ſi andava a fare in virtù di un biglietto della medeſima Signora Donna Giovanna che il detto Signor Luigi Quiſel haveva moſtrato, nel quale lei ſi obligava dopo maritata à prendere l' abito di Novitia in termine di quindici giorni, e profeſſare frà un anno ſenza mai uſare del matrimonio, ne conſumarlo, immediatamente entrò nella Caſa del Reverendo Priore di San Lorenzo il detto Signor Luigi Quiſel dicendo che faceva il matrimonio in queſta forma*: ſi enim Parochus, & Teſtes illo eodem mane acceſſerunt ad matrimonium cum determinatione, & concluſione tunc facta ibi: *ſtabiliſſimo*: quod irent ad illud faciendum ad formam apochæ ibi: *che queſto matrimonio ſi andava à fare in virtù d' un biglietto della medeſima Signora Giovanna*: utique voluntas, nec non auditus, ſeu intelligentia Parochi, & Teſtium in actu matrimonii non potuit eſſe niſi ad formam Apochæ in cujus executionem ipſi matrimonio aſſiſtere per momentum ante declaraverant, promiſerant, determinaverant, & reſolutive ſtabiliverant, ut optime concludunt Surd. *deciſ.* 70. *num.* 9. *& ſeqq.* Rota *cor. Bichio deciſ.* 216. *n.* 23. *& ſeqq. & cor. Ottobon. deciſ.* 37. *n.* 22. *& in rec. dec.* 213. *num.* 9. *& ſeqq. part.* 19. *tom.* 1. *& deciſ.* 558. *n.* 4. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Quod manifeſtius comprobat circumſtantia, quod Teſtes ſacramentales ante ingreſſum ad actum matrimonii interrogarunt Parochum, quomodo remanſuri eſſent contrahentes poſt hujuſmodi matrimonium conditionatum, & Parochus reſpondet, quod
contrahentes ſibi ipſis conſulere deberent, ibi: *E* 16
dubitando noi come rimanevano li Contrahenti dopò di queſto matrimonio, riſpoſe il detto Signor Priore di San Lorenzo, che in queſto particolare ſe l' intenderebbero loro da poi: che avanti il detto matrimonio habbia detto al Priore di San Lorenzo, V. Signoria veda, che queſto matrimonio è conditionale, e come reſtano li Contrahenti, al che il detto Priore riſpoſe, che queſto non gli toccava, che penſaſſero loro da poi: ex quo patet cogitatum fuiſſe per Parochum, & Teſtes ſacramentales etiam de ſtatu Contrahentium poſt hujuſmodi matrimonium veluti conditionatum, adeo verum eſt eos intellexiſſe aſſiſtentiam præſtare matrimonio dumtaxat conditionali, ubi pertinet ad Curam Ordinarii interim
prohibere cohabitationem eorum, qui ſub condi- 17
tione contraxerunt, ut apud Me *Diſceptat. Eccleſ.* 52. *numer.* 30. *verſ. ſed reſpondeo*, & comprobat Sanch. *de matrimon. lib.* 5. *diſput.* 8. *numer.* 6. *verſ. ut tamen.*

Data igitur unione omnium Perſonarum, quæ concurrunt ad efficiendum Sacramentum Matrimonii, earumque tractatu, concluſione, determinatione, & ſtabilimento illud contrahendi ad formam apochæ uſque ad ultimum momentum immediate ante Matrimonium; mihi videtur amplius dubitari non poſſe, quod non ſolum ipſi Contrahentes, ſed etiam Parochus, & Teſtes cum plena ſcientia intellexerint aſſiſtere matrimonio conditionali, licet verba in ejus actu fuerint ſimpliciter prolata abſque nova expreſſione conditionis jam Parocho,

& Te-

& Teſtibus explicatæ, & juxta cujus formam ipſi
determinaverant, & venerant ad aſſiſtendum matri-
monio; nam verba *volo*, *vis* ſimpliciter prolata
non ſunt contraria, ſed compatibilia cum condi-
tione, a qua tanquam conventa, & ſtabilita per
momentum ante informantur, per tacitam, & vir-
tualem repetitionem, quæ de jure datur in omni-
bus contractibus, in quibus ſi aliquid concludatur
in tractatu, & poſtea in Inſtrumento, ſeu contra-
ctu illud non exprimatur; dicitur tamen ſemper re-
18 petitum, & habetur pro repetito, licet de illo nulla
fiat mentio, ut per Text. *in leg. Titia*, §. *Idem reſ-
pondit il* 1. *ff. de verb. obligat.* communiter tenuerunt
Alex. *conſil.* 122. *numer.* 2. *libr.* 2. Mantic. *de tacit.
libr.* 2. *tit.* 4. *numer.* 1. 6. & 11. ubi quod quidquid
concluſum fuit in tractatu, qui formatur a Parti-
bus, antequam celebretur contractus, dicitur re-
petitum in ipſo contractu, licet in eo fuerit omiſ-
ſum, ſeu non repetitum exemplificando in vendi-
tione cum pacto redimendi ſtabilita in tractatu,
quod pactum licet omiſſum in Inſtrumento poſtea
celebrato ſemper cenſetur repetitum, & punctuali-
ter Surd. *conſil.* 202. *numer.* 15. *in fin. cum pluribus
ſeqq.* ibi: *videntur Partes voluiſſe Inſtrumentum fa-
cere ſecundum formam apocæ, & non aliter, quia
a primordio tituli poſterior reformatur eventus, &c.
& actus ſequens præſumitur geſtus in executionem
præcedentis tractatus, quilibet enim perſiſtere præ-
ſumitur in ea voluntate, in qua ſemel fuit, &
eam non mutare*, & antea idem repetit *numer.* 6.
in fine ibi, *quamvis dici ſoleat, quod dicta in
tractatu habeantur pro repetitis; in concluſione, ta-
men procedit quando incontinenti contractus ſecutus
eſt tractatum, quæ enim ſunt incontinenti, viden-
tur actui ineſſe*, concordat idem Surd. *deciſ.* 70.
num. 6. *& ſeqq.* ubi præciſe dicit verba contractus,
quæ non repetunt pactum conventum in tractatu
non eſſe contraria, ſed ſtare ſimul poſſe ibi: *non
obſtat igitur, quod poſteriora derogent prioribus,
&c. dico, quod ſolum præcedentia quando ſunt con-
traria, ſecus quando ſe compatiuntur, &c. ſed non
ſunt contraria ea, quæ differunt plus, & minus,
poſſunt enim ſimul ſtare, quod facta ſit venditio
modo contento in Inſtrumento, & alterius interve-
nerit pactum, de quo nunc agitur, contra enim di-
cunt, quæ invicem ita pugnant, ut ſe mutuo expel-
lant*, & bene Rota *deciſ.* 213. *num.* 29. *&* 30. *part.*
19. *rec.*

Quod ſine principio difficultatis locum obtinet,
ubi Partes conſtanter proteſtatæ fuerunt paulo ante
matrimonium accedere ad illud faciendum in exe-
cutionem apocæ, & conditionis concordatæ; In
his enim terminis quidquid fit in executionem,
non cenſetur fieri in deſtructionem, & revocatio-
nem tractatus, & conventionis præcedentis, ſed
ob indubitatam continuationem ejuſdem voluntatis
19 contractus immediate ſubſecutus continet virtualem
repetitionem ejuſdem voluntatis conditionalis, ut
probant Natt. *conſ.* 176. *numer.* 5. Surd. *dicto conſ.*
202. *num.* 16. & 18. Rota *coram Rich. deciſ.* 216.
numer. 23. *& ſeqq. & in recent. deciſ.* 213. *num.* 9.
& ſeqq. & num. 22. retento ſcilicet eodem themate,
& cum eadem proteſtatione conditionis Rota
deciſ. 244. *numer.* 29. *part.* 11. *& dicta deciſ.* 213.
numer. 29. & 30. *part.* 19. ita, & taliter, quod ad
excludendam repetitionem ex concordata voluntate
Partium de jure intellectam, requiratur, quod in
actu matrimonii fuiſſet expreſſum totum contra-
rium, & incompatibile cum conditione conventa,
20 ut in contractibus probant Alexand. *conſ.* 122. *num.*
2. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 27. *numer.* 4. *in fin. lib.* 3.
Surd. *conſil.* 292. *numer.* 2. & 3. Rota *deciſ.* 431.
numer. 7. *part.* 12. *& dicta deciſ.* 213. *numer.* 22. &
23. *part.* 19. *recent.* & in terminis matrimonii San-
chez *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 18. *num.* 21. *verſ.
nec per contrarium actum* Reginald. *in prax. for.
pœnit. lib.* 31. *capit.* 14. *numer.* 93. *in fin.* Pignatell.
dicta conſult. 136. *numer.* 13. *tom.* 9. quæ ſane con-
trarietas, & incompatibilitas, non conſideratur in
verbis ſimpliciter prolatis ſine repetitione conditio-
nis ut ſupra probatum eſt cum ſufficiat repetitio
virtualis in ordine ad illam conditionem, cui ver-
ba ſimpliciter prolata ſe compatiuntur, ut in ſpe-
cie, quod ſufficiat virtualis repetitio in hoc puncto
conditionis appoſitæ in matrimonio firmant Sanchez 21
ubi proxime *num.* 21. Reginald. ubi ſupra Filiucc.
tract. 10. *de Sacram. matrim. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 33.
a Spirit. Sanct. *tract.* 11. *de matrim. diſp.* 3. *ſect.* 4.
num. 96. Coninch. *de Sacram. diſp.* 24. *dub.* 7. *num.*
56. *& ſeqq.* Caſtropal. *tract.* 28. *diſp.* 2. *punct.* 6. *num.*
2. Pignatell. *dict. conſult.* 136. *numer.* 15. ubi addit
defectum repetitionis eſſe attribuendum credulitati;
quod ſubſiſteret conditio jam toties iterata antece-
denter.

Ex quibus patet ad conditionandum matrimo-
nium, ſuppoſita in Parocho, & Teſtibus notitia
conditionis, eorumque voluntate determinata aſſi-
ſtendi matrimonio conditionato, nihil referre, an
in illo momentaneo actu contracti matrimonii re-
petita fuerit, vel non conditio paulo ante tanto ſtu-
dio conventa, & ſtabilita inter Contrahentes, Pa-
rochum, & Teſtes, quia Concilium Tridentinum in
Matrimonio, *prout eſt contractus* nihil innovavit
contra, vel præter diſpoſitionem Juris communis,
itaut omnes regulæ, & principia juris, quæ militant
in contractibus quoad conſenſum, & pacta locum 22
habeant in matrimonio, ut advertit Sanchez *de ma-
trim. lib.* 2. *diſp.* 11. *num.* 27. *verſ. quarto*, *& n.* 31. *&
diſp.* 32. *num.* 3. Layman. *in Theol. moral. lib.* 1. *tract.*
10. *part.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. *verſ. Ad rationem*, & con-
ſequenter recte applicantur omnia principia juris ſu-
perius relata, quod conditio in tractatu concluſa,
cenſetur repetita in contractu poſtea geſto in quo
nulla ejus repetitio facta fuerit *l. Titia*, §. *Idem re-
ſpondit il* 1. *ff. de verb. obligat.* quodque, incontinen-
ti fiunt dicuntur ineſſe *l. Lecta*, *ff. ſi cert. petat.* quod
voluntas incontinenti mutata non præſumitur, ſed 23
continuata *l. Eum qui voluntatem*, *ff. de probat.* quod
quidquid geritur in executionem apocæ præceden-
tis, juxta illam intelligitur executum, *l. Regula*, §.
Licet, *ff. de jur. & fact. ignor.* & denique, quod ex-
preſſum dicitur, quod virtualiter ineſt ex mente
Contrahentium *l. Prætor*, *ff. de nov. oper. nunciat.*

Quibus legalibus principiis accedit communis opi-
nio Canoniſtarum de quibus ſupra *in Canon. Quod
interrogati diſt.* 27. firmantium in terminis matri-
monii, quod ſufficiat voluntas, ſeu proteſtatio an-
te matrimonium emiſſa, ut immediate ſequens a-
ctus matrimonii, juxta illam, & non alias intelli-
gatur contractus, nec non punctualis traditio San-
chez *toties ſupra allegat. de matrim. lib.* 7. *quæſt.* 18.
num. 21. ubi firmat in terminis reddendi matrimo-
nium conditionatum, & ex defectu conditionis nul-
lum ſatis eſſe, quod conditio prius volita, deinde 24
in actu matrimonii licet verbis non expreſſa ſaltem
mente Contrahentis retenta ſit, & conſequenter,
quod virtualiter exiſtat in illo actu ibi: *Si quali-
tas, &c. apponatur per modum conditionis in ipſo
contractu, quando ſcilicet matrimonium initur ſive
verbis exprimatur, ſive mente contrahentis retenta
ſit irritari matrimonium, &c. deſideratur tamen,
ut ea intentio apponendi talem conditionem ſit actua-
lis, aut virtualis nimirum, ut Contrahens habeat
tunc illam actu, aut virtute, quam antea habuit
nec per contrarium actum revocata eſt*: quem refe-
runt, & ſequuntur Reginald. *d. lib.* 31. *cap.* 14. *num.*
93. *in fine*, Filiucc. *tract.* 10. *de matrimon. part.* 2.
cap. 2. *n.* 33. *in fine* ibi: *Si tamen qualitas, &c. ſit
appoſita per modum conditionis in ipſo contractu ma-
trimonii, &c. aut in ipſo actu contractus mente tan-
tum retenta ſit, tunc irritabit, quia deficiente qua-
litate deficit conditio, atque adeo conſenſus ſub illa
præſtitus*, Pignatell. *dict. conſult.* 136. *n.* 13. *tom.* 9.
de Angel. *dicta quæſt.* 44. *num.* 7. & apud Me *d. Di-
ſcept. Eccleſ.* 52. *n.* 39.

Et ne aliquid deficiat in facto, quod in ſtatu evi-
dentiæ conſtituat vere, & realiter fuiſſe contractum
matrimonium conditionale ad formam apocæ ex com-
muni, & fixa voluntate tam Contrahentium, quam
Parochi, & Teſtium concurrit inſuper recognitio;
ratifi-

ratificatio, & declaratio immediate poſt actum matrimonii ſubſecuta, tam reſpectu viri, qui ſtatim perацто matrimonio declaravit conditionaliter illud feciſſe eodem modo, quo ſe explicaverat ante actum matrimonii, ut deponunt ambo Teſtes Sacramentales: *Diſſe queſta finezza faccio, perche vuol' eſſer Religioſa, & il medemo mi ratificò dopo Spoſata molte volte:* & rurſus, ibi: *il medemo mi ratificò ſubito doppo haverla Spoſata molte volte:* & demum ibi. *E doppo nella ſera del medeſimo giorno ha repetito il Supplicante à lui teſtimonio, che habbia fatto il matrimonio ſotto le conditioni dichiarate nella Scrittura, e che bene lo ſapeva Iddio, e la Madonna:* quam reſpectu Mulieris, in cujus præſentia ad Crates Vito coram uno ex Teſtibus Sacramentalibus ratificante; *La finezza, che haveva fatto per la ſupplicata il dimandar per la Vergine noſtra Signora:* ipſa Mulier reſpondit, quod ipſa bene ſciebat quantum deberet eidem viro, ibi; *Lei li riſpoſe, &c. che ſapeva bene ciò, che gli doveva;* quam demum ex parte Teſtium Sacramentalium, quorum alter exprobratus, quod aſſiſtentiam præſtitiſſet; *Ad un Matrimonio conditionale gli riſpoſe, che avanti il detto Matrimonio habbia detto al Priore di S. Lorenzo V. S. veda, che queſto Matrimonio è conditionale, e como reſtano li Contrahenti, al che il detto Priore riſpoſe, che non gli toccava, mà che penſaſſero loro da poi,* ex his autem actibus, & declarationibus immediate ſubſecutis, magis probatus remanet actus
25 Matrimonii conditionalis, qui etiam ex ſubſequentibus declaratur, Pignatell. *conſult.* 173 *num.* 76. *tom.* 9. Ciarlin. *contr.* 108. *n.* 49. & 25. D. Urſaja *inſtit. Crim. lib.* 1. *tit.* 10. §. 3. *num.* 183. & *ſeqq.* Rot. *coram Emer. jun. dec.* 870. *ſub n.* 21. *verſ. Tertia,* & *cor. Peutinger. dec.* 98. *n.* 1.

Ita & taliter, quod nulla ſupereſſe valeat umbra dubitandi ſuper Matrimonio vere conditionaliter contracto in faciem Eccleſiæ de communi conſenſu Contrahentium, Parochi, & Teſtium neque reperitur caſus magis circumſtantiatus ad probandum Matrimonium conditionatum; alias enim ad quid inſerviret apocha tanto ſtudio confecta, nec non per Mulierem ſcripta, & ſubſcripta? ad quid inſerviret tanta cautela viri, qui totam Civitatem circumivit cum apocha ad manus pluries lecta modo duobus Theologis, modo Parocho, & modo Teſtibus Sacramentalibus? ad quid inſerviret, quod Parochus, & Teſtes fuiſſent concordati pro faciendo Matrimonio, ad formam apochæ conditionalis? quod prius Teſtes cum Parocho diſputaſſent, an ita conditionaliter Matrimonium fieri poſſet? quod concluſiſſent, & determinaſſent ire concorditer ad illud conditionaliter faciendum? quod etiam cogitaſſent quomodo remanſuri eſſent Contrahentes poſt hujuſmodi Matrimonium? ad quid denique inſerviret, quod vir noctes, atque dies inceſſanter Parocho, & Teſtibus ſiccaſſet aures, proteſtando aſſidue, quod non alias niſi ad formam apochæ volebat Matrimonium contrahere cum hac proteſtatione repetita, continuando etiam Parocho, & Teſtibus uſque ad Crates Monaſterii, ubi extabat Mulier, & uſque ad ipſum momentum ingreſſus ad actum Matrimonii? ad quid perditio hæc, ſi adhuc omnia iſta non ſufficerent ad probandum Matrimonium conditionatum? certe in his circumſtantiis, ubi verba, & facta, ex omni parte reſonant voluntatem pro Matrimonio conditionato firmam, conſtantem, & immutabilem, impoſſibile eſt, quod aliter illud judicari poſſit, ita ut de conditionato convertatur in purum, ac ſim-
26 plex, quod eſſet derogare, ſeu commutare humanam voluntatem, ſeu conſenſum Contrahentium, immo etiam Parochi, & Teſtium, quod quidem Eccleſiæ poteſtati non eſt conceſſum, ut advertunt Gonzal. *in cap. ſi conditiones num.* 2. *verſ. cum Eccleſia de condit. appoſit.* Leſſius *de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 18. *dub.* 15. *num.* 122. Caſtropal. *tract.* 28. *diſp.* 2. *punct.* 5. *num.* 3. *verſ. Illud vero,* Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 26. *n.* 1. & *ſeqq.* Coninch. *de Sacr. diſp.* 24. *dub.* 5. *n.* 51. a Spirit. Sanct. *de matrim. tractat.* 11. *diſp.* 1. *ſect.* 2. *n.* 87 & 88. Dicaſtill. *de Matrim. diſput.* 2. *num.* 40. & *ſeqq* Rota *in Januen. Profeſſionis* 3. *Julii* 1702. §. *Obtinerque cor Molines.*

At vero facilius ceſſat principale obitctum hactenus evacuatum, ſi reflectimus, quod vere, & proprie agitur de Matrimonio ſimulato, colorato, & ficto, & ſic verſamur in tertio caſu, ut ſupra diſtinctum, ubi Matrimonium remanet nullum ex defectu conſenſus non obſtante, quod Eccleſia, ſeu Parochus, & Teſtes ignoraverint fictionem conſenſus, & Matrimonii *ex auctoritatibus allegatis* §. *Tertius denique caſus cum ſeqq.* Etenim in ſubſtantia hoc fuit Matrimonium ſimplicis apparentiæ externæ, ſed omnino fictum, & ſimulatum ad importunas preces Mulieris in Monaſterio exiſtentis, & ad hoc enixe ſupplicantis ex honeſta cauſa, ſcilicet ad effectum reſarciendi ejus honeſtatem; quæ indebite gravata reperiebatur, ob falſum rumorem exortum ex frequentatione ejus Domus, quam Vir fecerat innocenter ex invitatione parentum Mulieris, ut in ejus confeſſione emiſſa in apocha, ibi: *Ancorche il Signor Luigi Quiſel Barberini non debba coſa alcuna al mio honore, con tutto ciò, come l'opinione di queſto ſi trova perſa per la facilità, e continuatione con la quale li miei Padri lo conducevano à mia Caſa, pregando io il detto Signore copriſſe queſta mio diſcredito, &c.* & probant Teſtes Sacramentales; cujus Matrimonii ſimplex apparentia, ſeu fictio, & ſimulatio ad evidentiam probatur ex ipſa conditione, directo contraria ſubſtantiæ veri Matrimonii, ut eſt illa, juxta quam Mulier ſtatim contracto Matrimonio teneretur emittere profeſſionem in Religione, & non uti Matrimonio, renunciando omne jus, quod habere poſſet in perſonam Viri, & plene probabitur, infra, qui enim præſtat conſenſum Matrimonio ſub conditione contraria ejus ſubſtantiæ dicitur ficte conſentire in Matrimonium, ſeu celebrare velle Matrimonium fictum, & ſimulatum, ut notant a Spiritu 27
Sancto *tract.* 11. *de Matrim. diſp.* 6. *ſect.* 8. *num.* 308. ibi: *Et ratio eſt manifeſta, quia apponens conditionem Matrimonio contrariam manifeſte convincitur non verum Matrimonium contrahere velle:* & infra *n.* 311. ibi: *Deficit conſenſus ex parte animi eo ipſo, quod adducit in pactum id, quod eſt contra ſubſtantiam Matrimonii.* Layman. *in Theol. moral. lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 7. *n.* 11. *ad medium,* ibi: *Quippe dum contrahens inter ipſum contrahendum vult alterum obligari ad aliquid repugnans ipſi ſubſtantiæ contractus ſatis ſignificat non habere ſe voluntatem vere celebrandi talem contractum, ſine voluntate autem contractus non efficitur,* Caſtropal. *tract.* 28. *diſp.* 1. *punct.* 11. §. 4. *n.* 3.

Et propterea nunquam dici poteſt in caſu iſto actum fuiſſe de contrahendo Matrimonio ſub aliqua conditione, ſed proprie actum fuiſſe de Matrimonio ſimulato, & ficto, & conſequenter de conſenſu ficte præſtito in ordine ad Matrimonium verum, quia paria ſunt nolle contrahere Matrimonium, ſeu illud fictum, & ſimulatum contrahere, ac in illud conſentire ſub conditione, quæ deſtruit ſubſtantiam ejus, neque enim vere conſentit in Matrimonium, qui vult aliquid, quod illud reducit ad non Matrimonium, quod propterea dicitur Matrimonium nudi nominis, & 28
mere ſimulatum ex cauſa honeſta, ut bene Fagnan. *in cap. ſi conditiones n.* 4. *de condit. appoſit.* ibi: *Quia proteſtatio hujuſmodi, vel conditio, idcirco vitiat actum, quia Partes, quæ intendunt detrahere ſubſtantia actus non videntur conſentire in actum, qui ſine ſubſtantia eſſe non poteſt,* Præpoſit. *ibidem n.* 1. ibi: *Nam proteſtatio hujuſmodi, vel conditio vitiat actum quia Partes agendo detrahere ſubſtantiam actus non videntur conſentire in actum,* Gonzal. *ibidem n.* 7. *circa finem.* ibi: *Modus contrarius ſubſtantiæ Matrimonii illud vitiat, &c. ratio eſt, quia per hujuſmodi modum, ſeu per actionem contra rei ſubſtantiam pugnantem cognoſcitur Paciſcentem contrahere nullo modo voluiſſe, cum inter ſe contraria ſint velle contrahere Matrimonium, & ejus finem reſpuere,* Sanchez *de Matr. lib.* 5. *diſp.* 9. *n.* 2. *in fine.* & *n.* 3. *verſ. Et ratio eſt,* & *n.* 8. *verſ. Ergo implicat,* Covar. *de Sponſal. part.* 2. *c.* 3. *n.* 11. *verſ. Igitur ab eo nihil actum eſt,* & *n.* 16.

Aliud oanque eſt contrahere Matrimonium ſub conditione non repugnante ipſius Matrimonii ſubſtantiæ exempli gratia, ſi Mulier habeat tantam Dotem, ſit nobilis, ſit legitima, ſi parentes conſenſerint
29 cum ſimilibus apud Fagnan. *in cap. ſi conditiones n. 15. 17. & 18. de condit. appoſit* quo caſu Partes intendunt agere Matrimonium verum impleta conditione; aliud eſt contrahere illud ſub conditione contraria ejus ſubſtantiæ, ubi oon adeſt verus conſenſus ad Matrimonium, ſed fictus in eo, qui ita conſentit ipſi Matrimonio, ut in ſiſtemate ſubiecti caſus Mulier rogavit virum, ut Matrimonium celebraret in ſimplici apparentia ad effectum, ut ex tali actu reintegrata ejus fama Profeſſionem Religioſam emitteret in Monaſterio, in quo actualiter tunc temporis reperiebatur cum deſtinatione tali, idque manifeſtant depoſitiones Teſtium Sacramentalium ibi: *Il quale in ſua preſenza, e del Priore, e Curato diſſe, faceva queſta finezza, perche voleva vivere trà ferri tutta la vita, e che in queſta forma ſi ſpoſava colla medeſima, per domandarglielo così per la Vergine noſtra Signora, e per le Piaghe di Criſto*: unde patet, quod voluntas, & conſenſus viri noo fuit ad cootrahendum verum Matrimonium, ſed ſimulatum ad preces ſupplicantis Mulieris, ut ipſa hoc modo ſiniſtrum rumo-
30 rem ſui honoris averteret, & io ſtatu bonæ famæ contraheret io ſubſtantia ſolum Matrimonium ſpirituale per Profeſſionem in Monaſterio, ubi applicatur vulgata juris regola: *Plus valere, quod agitur, quam quod ſimulate geritur*: & ſic ſolum Matrimonium ſpirituale Mulieris fuit vere inter Partes intellectum, & determinatum noo autem carnale, quod ad ſimplicem apparentiam externam pro honorificentia Mulieris futuræ Monialis ſimulate contractum extitit juxta doctrinam Bald. *in leg. Ab Anaſtaſio n.1. verſ. Quarto nota C. mandati* Card. Pariſ. *conſ.86. n.23. & ſeqq. lib.1.* Mantic. *de tacit. lib.13. tit.35. n.3.* & ſubiecta materia eſt *Text. in leg. Simulata ff. de rit. nupt. gloſſ. in Can. Quod interrogaſti in verbo, & finxit diſt. 27. ibique* Geminian. *n.8.* Archidiac. *n.7.* Layman. *in Theolog. moral. lib.5. tract.10. part.2. tit.6. n.1.* Sanchez *de Matrim. lib 5. diſp 3. n.16.*

Cujus Matrimonii qualitatem fictitiam non ut illud vere fieret, ſed ſub ejus colore reintegrata exiſtimatione, ſeu fama Mulieris fieret Matrimonium ſpirituale, ſeu religioſa Profeſſio io Monaſterio, manifeſte declaravit, ſeu expreſſit ipſe Parochus duobus Teſtibus ſacramentalibus, occaſione qua ipſi ad ejus domum acceſſerant pro aſſiſtentia præſtanda huic Matrimonio, quibus ingenue ita dixit: *Queſto Matrimonio ſi fà, perche queſta Signora è Brioſa, vuol vivere nello ſtato di Religioſa con credito, & honore*: & melius id probat expreſſio facta per Virum uni ex Teſtibus ſacramentalibus intelligentem non contrahere vinculum veri Matrimonii ibi: *Fù à caſa di lui Teſtimonii il Giuſtificante conſultanda ſe potrebbe ſpoſare un Huomo una Donna ſicuramente ſenza rimanere obligato al vincolo del Matrimonio celebratoſi con le condizioni eſpreſſe di dovere la Donna ſubito farſi Religioſa promettendo prima non pretendere conſumare il Matrimonio*: unde manifeſtum redditur, conſenſum fuiſſe datum ficte ad Matrimonium, quod eſſe non debebat Matrimonium, ſed ejus deſtructio, & contrarietas mediante obligatione profitendi io Monaſterio, & pacto non utendi Matrimonio, nec non renunciatione omnis Juris matrimonialis, juxta tenorem apochæ toties
31 memoratæ, neque enim contraria ſimul ſtare poſſunt, ſed ſeſe mutuo expelluot, & uno poſito removetur alterum, itaut deficiat animus, & voluntas vere contrahendi, & concurrat ſolus conſenſus ficte contrahendi Matrimonium, ut docet *Text. in leg. Non ſolum 31. ff. de action. & oblig.* ibi: *Quorum procul dubio in hujuſmodi actualis cogitatio eſt, ut nihil agi exiſtiment appoſita ea conditione*, & punctualiſſime tradunt ſuperius allegatæ auctoritates Fagnan. *in cap. ſi conditiones num.4.* Præpoſit. *num.1.* Gonzal. *numer.7.* Layman. *in Theol. moral. libr.5. tract. 10. part.2. cap.7. numer. 11.* a Spirit. Sanct. *tractat. 11. diſputat.6. ſect 8. numer. 308.* Caſtropal. *tractat. 28. diſp.1. punct.11. §.4. num.3.* Covarr. *de ſponſ. part.2. cap.3. n.11. & 16.* Sanchez *de matrim. lib.5. diſp.9. n.2. in fine.*

Et hanc certiſſimam voluntatem ſimulandi hoc Matrimonium in gratiam Mulieris ad finem ſuperius relatum, & ab ipſa Muliere expreſſum in apocha comprobat miſtam circumſtantiam, ſcilicet illam diſputationis conditionis inter fœminam, & Virum ibi: *Confeſſava, che eſſa era d'inferiore sfera*, & liquet ex relatione Ro- 33
verendiſſimi Nuncii, in quibus terminis militat præſumptio Matrimonii ficti, & non veri, itaut concurrat diſſenſus, non autem conſenſus ad verum Matrimonium, ut eſt communis opinio; de qua Cephal. *conſ.62. n.63. lib.1.* Gravat. *inter conſil. matrim. diverſ. conſ.28. n.45.* Maſcard. *de probat. concluſ.1025. num.7.* Covarr. *de ſponſal. part.2. n.4.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.4. num.16.* Petrus de Barboſis *inter conſ. matrim. ut ſupra conſ.24. n.9.* Sanchez *de matrim. lib.3. diſput.15. n.7. & lib. 5. diſp. 3. num.17.* Barboſ. *voto deciſ.17. num.140.* ubi enim veriſimili- 33
tudo deficit, ineſſe dicitur, non veritatis, ſed fictionis, & falſitatis imago, ut in ſpecie proſequitur Gravat. *d. conſ. matrim.82. num.82. num.46. cum quatuor ſeqq.* & generaliter Bald. *in leg.1. n.5. Cod. de ſerv. fugit.* Seraphin. *dec.1211. n.3.* Rot. *cor. Celſ. dec.280. n.4. & in rec. dec.624. n.6. part.4. & dec.148. n.10. part. 16.*

Probata autem qualitate Matrimonii ſimulati, & conſenſus ficte præſtiti, corruit io radice obiectum non expreſſæ conditionis io ipſo actu Matrimonii coram Parocho, & Teſtibus, dum hæc quæſtio intrare ſolet in contrahentibus Matrimonium verum ſub aliqua conditione compatibili cum Matrimonio vero, non autem in contrahentibus Matrimonium fictum, quale eſt illud, de quo agitur contractum ſub conditione deſtructiva ipſius Matrimonii veri, illique contraria, & contradictoria, ubi contrahentes ficte conſentiunt pro Matrimonio colorato, & apparenti, in his enim terminis recurrit Theorica ſuperius explicata *in tertio caſu*, quod iſte fictus conſenſus, & ſimulatum Matrimonium non debet exprimi Parocho, & Teſtibus, ſed ſatis eſt probare fictionem, & defectum conſenſus ſuper Matrimonio vero ex antecedenti proteſtatione, concluſione, & concorda- 34
tione inter Partes prius facta, juxta ſpeciales auctoritates tam in terminis Matrimonii carnalis, quam ſpiritualis, de quibus ſupra *in §. Tertius denique, & §. Quod non ſolum*, ſi enim ſimulatio Matrimonii nihil aliud eſt, niſi Parocho, & Teſtibus expreſſio ejus in apparentia veri, certe implicat, quod eidem Parocho, & Teſtibus ſit facienda expreſſio ejus, quod oſtendit fictionem, & propterea ſolum io hoc caſu requiritur probatio animi, & conſenſus ad Matrimonium fictum ex honeſta cauſa, ut doceot omnes Canoniſtæ *in d. Can. Quod interrogaſti diſt.27.* dicentes, quod illa verba prolata in actu Matrimonii *conſentio in te* probantur ficta ex antecedenti proteſtatione facta per contrahentes de non contrahendo verum Matrimonium, ut firmat Præpoſit. *ibidem num.12.* ibi: *licet talia verba exprimat*, Geminian. *n.6.* ib: *quia non intendit contrahere, niſi talia verba exprimat*, Archidiac. *num.5.* & plene Rot. *in d. Januen. Profeſſionis 3. Julii 1702. §. Et exordiendo cum plurimis ſequentibus cor. bon. mem. Molines.*

Probandum ſupereſt controverſum Matrimonium ut ſupra conditionatum, & conventum indubitanter nullum eſſe, ad quod aſſequendum præmitto fundamentalem Juris Canonici diſpoſitionem, juxta quam ſi Matrimonio apponatur aliqua conditio, pactum, ſeu modus ejus ſubſtantiæ contrarius, & repugnans, illud omnino vitiat, & uſque ab initio deſtruit, ac nullum reddit, ut eſt Textus aperiſſimus *in c.* 35
Si conditiones de condit. appoſ. ibi: *Si conditiones contra ſubſtantiam conjugii inferantur, puta ſi alter dicat alteri, contraho tecum ſi generationem Prolis evites, vel donec inveniam aliam honore, vel facultatibus digniorem, aut ſi pro quæſtu adulterandam te tradas, Matrimonialis contractus quantumcunque ſit favorabilis, caret effectu; licet conditiones appoſita in Ma-*

trimo-

trimonia ſi turpes, aut impoſſibiles fuerint debeant
propter ejus favorem pro non adiectis haberi: quæ
diſpoſitio fundatur in defectu conſenſus ad Matrimo-
nium; cum enim ſine ſubſtantia actus eſſe non poſſit,
idcirco, qui deſtruit ſubſtantiam Matrimonii, non in-
telligit conſentire in Matrimonium, ut in eo *Text.*
concludunt Canoniſtæ, præſertim Lagnan. *n.3. & 4.*
Gonzal. *n.3. & 4. & n.7. circa finem* Præpoſit. *n. 1.*
Barboſ. *n.3.* Covarr. *de Sponſal. part.2. cap.3. §.1. n.1.*
Coninch. *de Sacram. diſp.29. dub.3. n.37. & ſequenti-*
bus, Gutier. *de Matrim. cap.82. n.11.* Filliuc. *tr.10.*
de Sacram. Matrim. part.1. cap.4. n. 149. Caſtropal.
tr.28. diſp.1. punct.10. §4. n.3. Sanchez de *Matr.*
lib.5. diſp.9. n.8. Layman. *in Theol. Moral. lib. 5.*
tract.10. part.2. cap.7. n. 8.

Clarum eſt autem Matrimonium de quo agitur
fuiſſe conditionatum conditionibus omnino contra-
riis, & repugnantibus ſubſtantiæ veri Matrimonii,
nam primo loco conventum extitit cum pacto obli-
gatorio Mulieris ad ſtatim infra terminum quinde-
cim dierum ingrediendum in Religionem, ibique in
36 fine anni regularem Profeſſionem emittendum ibi:
Gli prometto dal giorno in che queſto ſi farà frà quin-
dici giorni ſcieglitre Convento, e profeſſare ſubito
nel fine dell'anno lo ſtato di Religioſa: quod vero
hujuſmodi conditio ſit omnino repugnans, & con-
traria ſubſtantiæ Matrimonii in dubium revocari non
poteſt, dum reducitur ad illam conditionem exempli-
ficatam in allegato *Text. in cap. ſi conditiones* illam
nempe, ibi: *ſi generationem Prolis evites*: prout Ma-
trimonio ſtatim contracto obligare Mulierem ad in-
greſſum Religionis cum Voto perpetuæ Caſtitatis, eſt
generationem Prolis evitare, & conſequenter iſta
conditio cadit ſub cenſura *Text.* literalis, nec ad-
mittere poteſt principium dubitandi, quominus ipſo
jure nullum remaneat hoc Matrimonium ſub tali con-
ditione contractum, ut in terminis terminantibus hu-
juſmodi conditionis, & pacti, quod Mulier teneatur
ingredi Religionem rejecta contraria opinione Paluda-
ni tanquam falſa, eſt ſententia Divi Thomæ *in 4.*
diſt 28. q. unic. artic.4. ad tertium, ibique D. Bona-
vent. *q. ult.* Riccard. *artic.2. q.4. ad tertium* Covarr.
de Sponſ. part.2. cap.3. §.1. n.3. & 4. ubi reſpondet ra-
tionibus in contrarium Barboſ. *in d. cap. ſi conditio-*
nes num.3. ubi reprobat Bonac. & alios contrarium
male ſubſtinentes, Navarr. *conſ. 11. n.3. de vot. & vot.*
redempt. Gutier. *de Matrim. cap.82. num.11.* Molin.
de rit. nupt. lib.1. diſp.26. n.113. Henriquez *in Summ.*
lib.11. cap 4. num.1. Ledeſm. *de Matrim. ſect.47. art.5.*
dub.4. verſ. ad ſecundum Vivald. *in candelab. part.*
1. tit. de Matrim. qu.5. num. 56. Sanchez *de Ma*
trim. lib. 5. diſput. 10. per tot. ſignanter num. 6. &
ſequentibus, Filliuc. *tract.10. de Matrim. part.1. c.4.*
n. 149. verſ. talis erit Layman. *in Theor. mor. part.2.*
lib.5. tract. 10. cap.7. num.9. ubi late articulum exami-
nat, & contrariis reſpondet Caſtropal. *tr.28. diſp.1.*
punct.10. §.4. n.8.

Ratio autem hujus textualis diſpoſitionis duplex
eſt, altera jam proxime inſinuata, quod pactum in-
grediendi Religionem immediate poſt Matrimonium
eſt generationem Prolis evitare contra ejus ſubſtan-
tiam, & altera, quod eſt facere Matrimonium ſub
conditione, & pacto ejus reſolutivo, quod pariter
expreſſum legitur in allegato *Text. in cap. ſi condi-*
tiones, ibi: *vel donec inveniam aliam honore, vel fa-*
cultatibus digniorem: dum Matrimonium carnale diri-
mitur, reſolvitur, & deſtructum remanet per Profeſ-
ſionem ſolemnem Religionis ab altero Conjuge fa-
37 ctam, ubi alter Conjux in ſæculo manens poteſt libere
ad aliud tranſire Matrimonium, ut iſta concluſio eſt
de fide, definita ab Euſebio, necnon Divo Grego-
rio, & aliis Summis Pontificibus *in Can. Deſponſa-*
tam 27. q.2. & Can. Decretalegalia 28. q.2. & in cap.
ex publico, & c. ex parte tua de converſ. Conjug. &
in extravag. Antiquæ de voto, & declaravit *Concil.*
Trid. ſeſſ.24. Can.6. de Matrim. & refert Sanchez
de Matrim. lib.2. q.18. n. 3. Unde contradictorium
eſt contrahere Matrimonium carnale, ut ſtatim di-
rimatur per Matrimonium ſpirituale, quod eſt con-
trahere illud ſub conditione ejus reſolutiva; & ſic

nulliter in radice, ob repugnantiam irreconciliabilem,
quod adeo verum eſt, ut adinventa fuerit ex hoc
principio notabilis cautela pro Juvenibus, qui no-
cturno tempore intrant domum Amaſiæ ſuæ, ibique 38
deprehenſi in flagranti ab ejuſdem Amaſiæ Conſan-
guineis illum interficere volentibus, niſi illam in
Uxorem ducat, poſſunt evitare necem, & contra-
here matrimonium inutile, & nullum dicendo, ſeu
conſentiendo hoc modo: *Ego te deſponſo, & te*
volo habere in Uxorem meam, cum hoc, quod eris
bona, & fidelis Uxor mihi, & honeſte vives, nec
cum aliquo facies, ut feciſti mecum, & caſu, quo
unquam aliquam inhoneſtatem facies cum alio, nolo
ulterius obligatus eſſe te habere, & tenere in Uxo-
rem, & pro Uxore; nam ſi Mulier conſentiat, ut eſt
veriſimile, quia nec ipſa, nec ejus Conſanguinei con-
tradicent, ne ipſa videatur velle meretricari, Matri-
monium remanet nullum tanquam habens conditio-
nem reſolutivam, ut hanc cautelam ponit Gerard. de
Petraſancta *ſingular. 21. num. 1. & 2. ibique Adden.*
refert Bombin. *conſ.35.* teſtantem ſecundum hoc fuiſ-
ſe judicatum, eamque ponit etiam Hipolit. de Mar-
ſil. *ſingul. 286. per tot.* qui dicit hanc cautelam eſ-
ſe deſumptam ex doctrina Panormit. *in d. cap. ſi*
conditiones de condit. appoſit. num. 2. & Anton. de
Burgos *in cap. finali de precar. & in cap. illo vos*
de pignor.

Secundo loco aliam conditionem ſubſtantiæ ma-
trimonii contrariam deſignat aliud pactum ibi. *E*
non uſare mai del Matrimonio, ne conſumarlo: Quod
eſſe contrarium ſubſtantiæ Matrimonii, & hoc nul- 39
lum reddere, ſi deducatur in pactum firmarunt Panor-
mit. *in cap. commiſſum n.2. de Sponſal.* Ledeſm. *de Ma-*
trim. q.47. art.5. dub.4. in ſolut. ad tertium, Henri-
quez *de Matrim. lib.11. cap.4. n.1.* Sanchez *de Ma-*
trim. lib.5. diſp.10. n.4 Layman. *d. lib.5. tract.10.*
cap 7. n.9. cum enim Matrimonii ſubſtantia conſiſtat
in jure utendi, & obligatione præſtandi corpus Con-
jugi, hinc ſublata hac mutua corporum obligatione
non poteſt dici contractum carnale Matrimonium,
ut notant Layman. *in Theol. mor. part 2. lib.5. tr.10.*
cap.7. numer.9. verſ. nam matrimonii Coninch. *de*
Sacram. diſp.29. dub.3. n.39. verſ. unde patet, Bonac.
de Matrim. part.2. punct.10. n.9. Sanchez *de Matr.*
lib.2. diſp.29. n.12. verſ. hinc fit, & lib.5. diſp.19.
n.5. verſ. tandem, Filliuc. *tract.10. de Matrim. part.1.*
cap.4. n.150.

Tertio hoc evidentius demonſtrat illa alia adiectio
ibi: *Al di cui fine immediatamente rinuncio tutto il*
Jus, che poſſa havere nella Perſona di detto Signore:
implicat quippe in terminis, quod datus fuerit ve-
rus conſenſus ad Matrimonium cum iſta conditione,
quæ facit abeſſe eſſentiam Matrimonii, quæ conſi-
ſtit in mutuo dominio unius in alterius corpus ad ge-
nerationis uſum, itaut renunciatio facta huic domi-
nio deſtruat matrimonium, ac ſi dictum fuit: *Acci-* 40
pio te, & non accipio in Uxorem: quod eſt contra-
dictorium, & repugnans ipſi ſubſtantiæ actus, qui
geritur, & qui proinde nulliter, & ſimulate geritur
ex defectu conſenſus a Spirit. Sanct. *tract. 11. de*
Matr. diſp.6. ſect.8. n. 308. & 311. Gonzal. *in dict.*
cap. ſi conditiones n.3. de condit. appoſit. Sanchez de
Matr. lib. 5. diſp 9. n 8. verſ. ergo implicat, Filliuc.
tr.10. part.1. de Matr. cap.4. n 150. Dicaſtil. *de Ma-*
trim. diſp.5. n.144. Layman. *in Theol. moral. d. c.7.*
n.9. verſ. ad ſubſtantiam Matrimonii.

Quarto demum omne principium dubitandi tollit
illud finale pactum ibi: *E mancando io à qualſivo-*
glia di queſte condizioni, non ho dubio, che il detto Ma-
trimonio ſia tenuto, e ſi giudichi come ſe mai foſſe fat-
to, al di cui fine immediatamente concedo il mio libero,
e coſtante conſenſo: quoties autem apponitur Matri-
monio pactum ejus reſolutivum in certum eventum,
tunc nulla eſt difficultas, quod illud maneat irritum, 41
& omnino nullum, cum ejus eſſentia ſit indiſſolu-
bilis, & perpetua, ut diſponit *Text. in allegato cap.*
ſi conditiones, quatenus dicit illam conditionem *do-*
nec inveniam aliam eſſe contra ſubſtantiam Matrimo-
nii tanquam ejus reſolutivam, quod extenditur ad o-
mnem aliam conditionem, ſeu pactum, quod ejuſdem

naturæ, & importantiæ, exiſtat, cum Textus loquatur exemplificative, non autem taxative, ut advertit Fagnan. *in d. cap. ſi conditiones num.2. in fine*, ibi: *Quamvis autem Textus expreſſerit tres tantum conditiones, tamen id fecit exempli gratia, unde idem dicendum in omnibus aliis conditionibus, quæ ſubſtantiæ Matrimonii adverſantur cum hæc ratio in Text.expreſſa ſit generalis*, & concordant Henric. Boic. *n.5. in fine verſ. dixit. etiam* Joan. Andr. *n.4. verſ. & dixit* Vincentius, Alex. de Nevo *n.3.* Panorm. *n.2, verſ. & licet Text.* Coninch. *de Sacr. diſp.29. dub.2, n.38.* & notabiliter firmant ſuperius allegati Gerar. de Petr. Sanc. *ſingul. 21. n.2.* & Hypol. de Marſil. *ſingul.286. n.1.*

Quæ omnia contenta in apocha Mulieris, & per Virum acceptata, & ad quorum formam contrahere voluit Matrimonium, ut ſuperius probatum eſt, ad evidentiam oſtendunt hoc fuiſſe Matrimonium duntaxat fictum, & ſimulatum, & conſequenter ſimplicis apparentiæ veluti temperamentum ad ſupplicationem Mulieris inventum pro ejus figurata diffamatione abſtergenda, juxta mundanam apparentiam, non autem, quod unquam Vir voluerit, aut cogitaverit contrahere Matrimonium verum cum impari fœmina, & præter ullam obligationem, ſeu neceſſitatem.

Quatenus autem reflectatur ad animum Mulieris fraudolentum, & doloſum, dum non obſtante ejus
conſenſu, ſeu voluntate explicata per apocham, vigore cujus induxit Virum ad ſibi complacendum in
externa apparentia hujus Matrimonii ſimulati violavit pactum decipiendo Virum, & agitandi in judicio
pro declaratione, & obſervantia Matrimonii tanquam hoc fuiſſet vere, & pure contractum, hoc
ipſum retorquetur ad producendum aliud gravius fundamentum pro omnimoda nullitate hujus ficti
Matrimonii, etenim dolus nemini patrocinari debet,
40 & quando ille dedit cauſam contractui nullum prorſus reddit Matrimonium, ut in ſpecie firmat Petrus
Franciſc. de Thomeis *inter conſil. Matrim. diverſ. conſ.64. n.14.* Bonac. *de matrim. q.3. punct.2. num.6,
verſ. hæc propoſitio* a Spirit. Sanct. *tract.10. diſput.2,*
41 *ſect.13. n.167.* Pignatell. *conſult.136. n.15. tom.9.* Fil-
liuc. *tract.10. de Matr. part.2. cap.2. num.31*, Sanchez *de Matr. lib.7. diſp.18. n.6*, de Angel. *de confeſ.tom.2.
q.44. n.14.* qui omnes firmant dolum dantem cauſam Matrimonio illud reddere nullum, ſi alias Vir
42 non contraxiſſet cognita fallacia pacti, ſub cujus forma, & conditione extortus fuit conſenſus ad Matrimonium
cum tali pacto contrahendum; neque enim fœminarum malitiis eſt indulgendum, cum notorium ſit eas
Viris callidiores eſſe *Gloſſ. in l. omnes in*
43 *verbo octavum, & decimum Cod. de his qui veniam ætat.* plene Tiraquell. *de leg. connub. l.9. part.9. n.52,
& 176.* necnon faciles ſemperque intentæ ad parandas fraudes in materia proportionata, juxta Propert,
lib.2. Ælegiarum dicentem.

Sed vobis facile eſt verba, &c. componere fraudes.
Hoc unum didicit fœmina ſemper opus.

Præſertim vero in hac materia matrimoniali, ubi illæ artificio nituntur tenendo inſidias nobilioribus, & divitibus Viris, quibus pares non exiſtunt, ut per hujuſmodi damnabiles artes, utinam non conſilantibus Conſanguineis extructas, quærant fortunam ſibi, præjudicium, & dedecus aliis, ut ex *Rot. Januen. apud* Balduc, ad Ramon. *tom.4. dec.70. n.73. in fine* habetur apud me *Diſcept. Eccl.52. n.53.* ſed inutiliter, & in vanum reſpectu ſubiecti caſus, ubi non bene retia fuerunt diſpoſita ad illaqueandum Virum, ſed oportebat non apponere hoc genus conditionis Matrimonii ſubſtantiæ contrarium, & contradictorium cum pacto inſuper reſolutivo in caſu non adimplementi ibi: *e mancando io a qualſivoglia di queſte condizioni, il detto Matrimonio ſia tenuto, e ſi giudichi come ſe mai foſſe fatto*: patiatur ergo Mulier eam legem, quam ipſa tulit, ſi pactum cum quo ſeduxit Virum adimplere recuſavit, juxta notorium dictum Solonis relatum apud *Text in c. cum omnes de conſt.* exemplo enim grave eſt per fraudes, & dolum
extorqueri Matrimonium Parif. *conſ.62. num.31. lib.4.*
Barboſ. *vot. dec.17. num.138.* & legibus naturæ con
ſonum eſt, ut defectus conſenſus nulla arte ſit ſa- 44
nabilis, Covar. *de ſponſ. part.2. cap.3. §.2. num.17.*
Sanch. *de Matr. lib.2. diſp.26. n.1. & lib.5. diſp.13. n.3.* de Angel. *de confeſ. tom.2. d. q.44. n.6.* a Spirit.
Sanct. *tract.11. de Matrim. diſp.6. ſect.8. num. 318. verſ. & ratio eſt.*

Quibus ſtantibus deterrimo conſilio Mulier in Partibus conſulta fuit ad deducendum ſe fuiſſe cognitam
per virum poſt duos annos a die initi hujus male ſuppoſiti Matrimonii, quia talis circumſtantia omnino
corruit in facto, ſed in jure fuit ſe vituperare ſine fructo, quia Conſultores de Partibus crediderunt
ex hoc intrare concluſionem, quod dicatur receſſum a conditione, ſi mulier ante ejus adventum fuerit
cognita per Virum, ſed male & cum gravi æquivoco in terminis, quidquid enim ſit in caſu Matrimo- 45
nii ſub conditione de futuro compatibili, & non contraria ſubſtantiæ Matrimonii, quod ab initio non
eſt nullum, ſed ſtat in ſuſpenſo ante eventum conditionis ubi ſunt opiniones hinc inde, ut apud Me *Diſcept.
Eccleſ.52. n.31.* certe in caſu Matrimonii ſub conditione contraria ejus ſubſtantiæ, cum ab initio
actus incipere non poſſit tanquam ab initio nullus, ut ait Covarr. *de ſponſ. part.2. cap.3. §.1. num.17. verſ.
modus enim* Fagnan. *in cap. ſi conditiones n.4. ibique* Gonzal. *n.3. 4. & 7. circa finem de condit. appoſit.* Sanchez
de matr. lib.5. diſp 9. n.5. idcirco Matrimonium ab initio nullum ex ſubſequenti copula non convaleſcit,
neque præſumitur receſſus a conditione, niſi Matrimonium de novo pure, & ſimpliciter contrahatur coram
Parocho, & Teſtibus, ut in puncto diſtinguendo caſus probat Fagnan. *in d. cap. ſi conditiones n.23. verſ.
unde quotieſcunque, & n.24. verſ. quibus accedit* Sanchez *de Matr. lib.1. diſp.26. n.12. in fine, & lib.2.
diſp.45. num.21. verſ. communis opinio*, & apud me *Diſcept. Eccleſ.52. n.45.* & punctualiſſime tradit
Hippolit. de Marſil. d ſingul.286. n.1. ubi quod contrahens Matrimonium cum fœmina cum hac cautela,
ſcilicet conditione contraria ejus ſubſtantiæ ſuperius jam tranſcripta, poteſt deinde millies rem
habere ſecum, nec tamen per hoc erit ejus Uxor, & poterit aliam ducere ibi: *cautela eſt, ut poſſit eam
deſponſare per verba de præſenti, & eam ſecum habere, & tamen non valeat Matrimonium, &c.* & infra
ibi: *hoc facto ipſe Juvenis poterit eam deſponſare, & millies habere rem ſecum, nec tamen per hoc erit
ejus Uxor, ſed immo poterit aliam ducere ad libitum ſuum.*

Hæc erant, quæ ſcripſi in hac Cauſa valde nota-
bili ob novitatem caſus propoſita in S. Congregatio- 46
ne Concilii, ſub dubio: *An Matrimonium ſit nullum in caſu, &c.* quæ ſub die 8. Julii 1724. reſolvit:
ex hactenus deductis Matrimonium eſſe nullum, & reſolutio juſtiſſima mihi viſa eſt, non ex affectione
ad Cauſam, pro qua victoriam obtinui, ſed quia in ſenſu veritatis ita cenſui interrogatus, antequam
ſcriberem ad Defenſam, non obſtante, quod in Partibus duæ emanaſſent ſententiæ in contrarium
canonizantes validitatem hujus Matrimonii.

Decretum S. Congregationis Concilii

I N

Aſten. nullitatis Profeſſionis.

PAter Marcellus de Rege Vercellen. Monachus Carthuſianus de anno prope defluxo 1708. preces
obtulit Sanctiſſimo D.N. exponens, quod cum ipſe nullites, & citra animum profitendi ſub die 18.
Octobris 1701. profeſſionem emiſerit in Carthuſia Aſtæ: ſucceſſive ne laberetur quinquennium, recurſum
habuit ad Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Re- 47
gularium, a qua ſub die 24. Septembris 1706. reportavit Decretum hujus tenoris: *Procuratori Generali
pro informatione, & voto ſuper prætenſa nullitate Profeſſionis, & reclamationis Oratoris, & dimittatur
copia ſupplicis libelli penes Secretarium:* Unde exoravit,

vit, ut committeretur cognitio hujus Cauſæ Epiſcopo Aſten. Sed remiſſis a Sanctitate Sua precibus huic Sac. Congregationi, fuit injunctum eidem Epiſcopo, ut audito Superiore Locali, receptiſque formiter, & ſerv. ſerv. probationibus, hanc eandem S. Congregationem inſtructam redderet.

In cujus mandati obſequium præmemoratus Epiſcopus citato Superiore Locali Carthuſiæ Aſtæ, eoque petente copiam productorum ab Oratore, ac ſubinde contumaci reputato, præviis citationibus ad valvas, Proceſſum ſuper deductis ab Oratore conſtruxit, nonnulla documenta recepit, pluréſque teſtes examinavit in eo ſiquidem conſtat, Oratorem ipſum ante Religionis ingreſſum, de menſe nempe Junii 1700. publicam, & juratam proteſtationem emiſiſſe coram Senatu Taurinenſi, in qua declaravit ſeſe ingreſſurum in aliquam Religionem citra tamen animum valide profitendi, & quencunque actum ſolemnis Profeſſionis nullum, & irritum fore. Deponunt quippe Teſtes nonnulli ejuſdem Oratoris Genitorem nimio amore liberorum fecundi thori illectum extorquere voluiſſe ab ipſo Oratore omnium bonorum renunciationem, proptereaque, minis, & verberibus eundem compuliſſe regularem vitam amplecti. Quædam ulterius Epiſtolæ, aliique actus adducuntur tam Noviriatus tempore, quam poſt emiſſam profeſſionem, una cum favorabili Epiſcopi informatione, ex quibus prætenditur comprobari renitentia Oratoris erga ſtatum Religioſum, quæque nihilominus prudentiſſimo EE. VV. judicio ſunt collibranda. Itaque concordato infraſcripto Dubio, ac citato Procuratore Generali Carthuſianorum in Urbe pro præſenti propoſitione, repetit Orator preces, ut ex aliis deducendis reſolvatur.

An conſtet de nullitate Profeſſionis in caſu, &c.

Die 24. Auguſti 1709. Sacra Congregatio Concilii diſtulit reſolutionem, cenſuitque coadjuvandas eſſe probationes juxta inſtructionem Eminentiſſimi Præfecti.

Nunc conſtare de nullitate Profeſſionis P. Marcelli de Rege Monachi Carthuſiani reſpondit hæc Sacr. Congregatio ſub die 5. Julii prope defluxi. At huic reſcripto minime acquieſcens idem P. Marcellus noviter adverſus illud audiri obtinuit. Hinc hodie Cauſa reproponitur, quo placeat EE. VV. ex aliis deducendis eam definire ſub conſueto Dubio.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub die 5. Junii 1610. in caſu, &c.

Die 20. Septembris 1710. Sacra Congregatio Concilii, prævia receſſu a deciſis, ad præfatum dubium reſpondit affirmative, proindeque decrevit, profeſſionem a prædicta Marcello Oratore in Religione Carthuſianorum emiſſam eſſe nullam, irritam, & invalidam, ipſumque Marcellum nullatenus fuiſſe, & eſſe Religioni adſtrictum, neque alligatum, & propterea facultatem deſerendi Religionem, & Clauſtra regularia dimittendi, ac Sæcularem habitum, & ſtatum reaſſumendi, nec non utendi omnibus Juris effectibus, perinde ac ſi prædictam Profeſſionem non emiſiſſet eidem Marcello benigne impertita eſt.

Ita reperitur in regeſtris authographis Decretorum Sac. Congregationis Concilii lib.59. fol.298. ter. & lib.60. fol.360. In quorum fidem, &c. Dat. hac die 30. Martii 1624.

Loco † ſigilli.

P. de Lambertinis Secretarius.

DERTHUSE JURISDICTIONIS
Super Gravibus.

ARGUMENTUM.

Capitulum Regulare Eccleſiæ Cathedralis ſi habeat ex Conſuetudine, vel Statuto jus mulctandi domeſtice exceſſus leves Canonicorum, aliarumque Eccleſiæ perſonarum, utrum poſſit mulctam exercere extrajudicialiter etiam in exceſſibus gravibus.

SUMMARIUM.

1 *Series facti, nec non reſolutiones Cauſæ in Rota.*

2 *In uno, eodemque delicto poſſunt dari duæ pœnæ, una gravis in figura Judicii, & alia levis extrajudicialiter.*

3 *Id non procedit quando agitur de unica tantum Judice habente jus puniendi judicialiter, & extrajudicialiter.*

4 *Epiſcopus in Eccleſia Cathedrali Regulari ſtat loco Abbatis.*

5 *Stat loco Abbatis in his tamen, quæ non fuerunt ſibi ablata per conſuetudinem, vel Statutum.*

6 *Canonici Eccleſiæ Regularis profitentes in manibus Epiſcopi oſtendunt ipſum ſtare loco Abbatis.*

7 *Quando profitetur certa Religio in ſpecie, & pro certo Monaſterio, ſeu loco, Profeſſio emitti debet in manibus Superioris illius Monaſterii, nec poteſt emitti in manibus Epiſcopi.*

8 *Actus qui probant Epiſcopum ſtare loco Abbatis.*

9 *Priores in Monaſteriis ſunt ſubordinati Abbatibus.*

10 *Una Conſtitutio declaratur ab aliis.*

11 *Prior non eſt Abbas in Eccleſia Cathedrali, dum in ingreſſu ad Eccleſiam profitetur in manibus Epiſcopi.*

12 *Quod Epiſcopus non ſtet loco Abbatis in Eccleſia Cathedrali Regulari probari debet plene, & concludenter per Statutum, & conſuetudinem contrariam.*

13 *Quando Capitulo fuit conceſſa poteſtas mulctandi in levibus per Statutum, intelligitur prohibita in gravibus.*

14 *Confeſſio Capituli in jurisdictionalibus illi præjudicat.*

15 *Statutum concedens juriſdictionem in aliquibus; non cenſetur conceſſiſſe in aliis, quæ non expreſſit.*

16 *Conceſſa poteſtate in levibus Archidiacono, iſte nihil poteſt in gravibus.*

17 *Unicum delictum non debet duplici pœna puniri.*

18 *Conſuetudo mulctandi exceſſus leves, non extenditur ad graves.*

19 *Contra Epiſcopum non fit extenſio præſcriptionis etiam ad caſus acceſſorios, annexos, ac habentes identitatem, vel majoritatem rationis.*

20 *Cathedralis Regularis Priores qui poſſunt mulctare in levibus, nihil poſſunt in gravibus.*

21 *Mulcta domeſtica exercetur tantum in levibus & de ratione n.22. 23.*

24 *Rixa verbalis in Choro judicatur exceſſus levis.*

25 *Unicus actus non ſufficit pro conſuetudine.*

26 *Conſuetudo debet probari in ſpecie caſus, & circumſtantiis requiſitis.*

27 *Actus antecedentes, & ultimi deſtruunt intermedios.*

28 *Decretum irritans inficit conſuetudinem contrariam.*

29 *Conſuetudo non attenditur niſi actus, ex quibus illa inducitur ſint facti cum ſcientia, & patientia ejus, cui præjudicari prætenditur.*

30 *Deciſio hujus cauſæ ſuper gravibus uſque ad numer.49.*

30 *De ſtylo S. Rotæ circa expeditionem cauſarum, vel nova Audientiam.*

DISCEPTATIO LIX.

IN Eccleſia Cathedrali Dertuſen, quę eſt regularis, ſeu compoſita ex Canonicis Regularibus S. Auguſtini de anno 1694. ſucceſſit caſus, quod quidem Jo: Baptiſta Mari unus ex Coratis percuſſit cum laterna in capite Monachum in ipſa Eccleſia Cathedrali, contra

quem; cum Epiſcopus proceſſiſſet in figura Judicii, Capitulum ſuſcitavit prætenſionem eodem tempore mulctandi delinquentem mulcta correctionali, ſeu domeſtica extrajudicialiter ab ipſo irrogari ſolita, prout etiam cum paulo poſt ſucceſſiſſet alter caſus, quod nempe duo Presbyteri aſſociando certum Cadaver in Proceſſione media via receſſerunt ab illa, & ſeorſim ab aliis redierunt ad Eccleſiam induti Cotta, & Habitu Chorali, & Epiſcopus dd. Presbyteris impoſuiſſet mulctam domeſticam, ordinando Philippo Ginuet Collectori diſtributionum, ne illis ſolveret Emolumenta Funeralia, quem Collectorem e contra Capitulum privavit omnibus ſuis diſtributionibus ad ſuum arbitrium, eo quia obedire voluit Epiſcopi mandato.

Ex his duobus caſibus accenſa lite inter Epiſcopum, & Capitulum ſuper jure mulctandi in Rota coram *bon. mem. Pio*, & propoſitis duobus dubiis ſub die 5. Decembris 1695. Altero ſuper manutentione, nempe *An & cui ſit danda manutentio*; & altero ſuper attentis, Sacra Rota ſub eadem die reſpondit: *videatur de bono jure etiam ad effectum manutentionis, & attentatorum*: Defenſores Capituli in hujuſmodi cauſa procedebant indiſtincte, & in confuſo, ſolum inſiſtendo in ea propoſitione, quod Capitulum habebat Jus domeſticæ correctionis, & conſequenter ei competebat manutentio, Ego vero, agnoſcendo caſum, qui dedit occaſionem liti fuiſſe exceſſum gravem percuſſionis Monaci in Eccleſia cum lanterna, nec propterea applicari Jus domeſticæ correctionis, quæ ſolum in levibus locum habet, prout etiam obſervando quod alter caſus in Proceſſione ſucceſſerat extra Eccleſiam, in quo licet levi mihi videbatur ceſſare Jus Capituli habentis correctionem domeſticam intra Eccleſiam, ejuſque ambitum, proinde in propoſitione cauſæ feci diſtinctionem quatuor caſuum infraſcriptorum.

Primus eſt, ubi agitur de delictis gravibus commiſſi tam intra, quam extra Eccleſiam.

Secundus. Ubi agitur de exceſſibus levibus commiſſis extra Eccleſiam.

Tertius. Ubi agitur de exceſſibus levibus commiſſis intra Eccleſiam, quando tamen Epiſcopus reperitur præſens in Eccleſia, & Choro.

Quartus denique, ubi exceſſus leves commiſſi fuerunt intra Eccleſiam abſente tamen Epiſcopo ab Eccleſia, & Choro.

Omneſque iſti caſus fuerunt admiſſi etiam per contrarios Scribentes, & ſuper iſtis habitæ fuerunt diſputationes, & reſolutiones, ut infra, nempe circa exceſſus graves reſponſum fuit contra Capitulum, dum propoſito dubio: *An conſtet de bono Jure Capituli etiam quoad mulctam correctionalem in exceſſibus gravibus*: & dilata reſolutione in prima vice ob diſcrepantiam votorum ſub *die* 27. *Junii* 1696. poſtea in alia propoſitione 4. Martii 1697. reſolutum fuit: *Non conſtare de bono Jure Capituli*: quo vero ad exceſſus leves commiſſos in Eccleſia, & Choro præſente Epiſcopo, licet Sacra Rota ſub diebus 6. *Februarii &* 18 *Junii* 1696. reſpondiſſet eorum punitionem pertinere cumulative ad Epiſcopum, & Capitulum, itaut inter ipſos eſſet locus præventioni, tamen in ultima propoſitione habita ſub *die* 28. *Januarii* 1697. dictum fuit mulctam correctionalem ſpectare ad Epiſcopum præſentem *prælative* ad Capitulum, non tamen *privative*. Quo denique ad exceſſus commiſſos intra Eccleſiam abſente Epiſcopo, & extra Eccleſiam in proceſſionibus, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis, in quibus Clerus Eccleſiæ procedit ſub Cruce, reſolutum fuit pro Capitulo, & contra Epiſcopum, & conſequenter non conſtare de attentatis, ut in deciſionibus cauſæ.

Aggrediendo igitur primum Articulum, qui reſpicit Jus mulctandi exceſſus graves prætenſum a Capitulo in forma extrajudiciali, dicebam in Rota, quod tota baſis hujus novi Articuli per Capitulum promoti conſiſtebat in eo, quod delicta gravia commiſſa per perſonas Regulares contineant duplicem deformitatem, quia nempe offendunt publicam converſationem, & ſimul diſciplinam Regularem, & ideo poſſint dari duæ pœnæ in uno, eodemque delicto, ſcilicet per Epiſcopum una gravis in figura Judicii, & alia levis per Capitulum extrajudicialiter, allegando Rot. *in dec.* 17. *n.* 2. *part.* 2. *rec.* & coadjuvando hoc aſſumptum cum exemplis delictorum mixti fori, in quibus poſſunt infligi duæ pœnæ per duos Superiores diverſis reſpectibus. Panorm. *cap. ſi quis contra n.* 50. *verſ. & eſt ratio de for. comp.* Rom. *conſ.* 375. *ſub n* 2 Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 29. Sanctor. *de pœnis part.* 2. *c.* 18. §. *reſpondeo, & idem in compen. oper. in verb Epiſcopus n.* 9. *fol.* 312. Zileſ. *de mulct. cap.* 9. *n.* 183. *& ſeqq.* Antonell. *de regim. Eccleſ. cap.* 42. *n.* 1. Verum cum hujuſmodi diſcurſus in caſu iſto eſſent omnino inapplicabiles, & extranei, merito reiecta fuit prætenſio.

Et quidem præmittendo, quod conſideratio delictorum continentium duplicem conformitatem ſolum reſtringebatur ad Canonicos, & Dignitates profitentes obſervantiam Regularem, nec poterat extendi ad Beneficiatos, Commenſales, Cappellanos, & Clericos Eccleſiæ, qui ſunt perſonæ Sæculares, quorum exceſſus offendere non poſſunt diſciplinam Regularem, & propterea diſcurrendo ſuper delicti, quæ committuntur ab ipſis Canonicis, & Dignitatibus, dicebam quod aſſiſtentia Juris excludit totaliter hanc duplicitatem pœnarum, ſeu Jus mulctandi prætenſum in gravibus. Quoniam in iſta Eccleſia Cathedrali non concurrebant duo Superiores diſtincti, & ſeparati, ſcilicet ex una parte Epiſcopus Judex ordinarius, & ex alia parte Abbas Superior Domeſticus, 3
& Regularis. propter quod uterque Judex faciat ſuam figuram in Tribunali diverſo, & diſtincto, in quibus terminis procedit *d. dec.* 17. *part.* 2. *rec. & omnes alii allegati per Capitulum*.

Sed res erat in terminis penitus differentibus, ſcilicet in Eccleſia, in qua Epiſcopus ſtat etiam loco Abbatis, & habet in ſe ipſo unitas, confuſas, & incor- 4
poratas duas potentias, Abbatialem videlicet, & Epiſcopalem, ita ut non detur iſta diſtinctio duorum Superiorum diverſis reſpectibus concurrentium, ſed ſicut una eſt Eccleſia, ita unum eſt Tribunal, cujus unicus Judex eſt Epiſcopus in omnibus etiam concernentibus ſtatum Regularem, & dominium Abbatiale, ut eſt *Text. in cap. Cauſamque de Judic. ibique Abb. antiquus num.* 2. Bald. *n.* 4. Panorm. *n.* 9. *&* 10. Joan. de Anania *n.* 2. Hoſtien. *in princ.* Joan. Andr. *n.* 3. Butr. *n.* 4. Imol. *n.* 1. *dec. n.* 4. *in fine, & n.* 38. Bellamer. *n.* 2. Barboſ. *n.* 1. Gonzal. *n.* 2. Jo. Gaufrid. *ſub n.* 1. Cuyac. *oper. poſt tom.* 3. *part.* 3. *fol.* 7. Boſquet. *in notis ad Epiſtolas Innocentii III. lib.* 1. *Epiſtol.* 7. *verſ. de Jure communi fol.* 20. *&* 21. late Lotter. *de re Beneſ. lib.* 1. *q* 18. *ex n.* 6. Ceſpedes *de exempt Regular. cap* 24. *dub* 380. *n.* 9. Barboſ. *de Canonic. cap.* 1. *n.* 14. *& de poteſt. Epiſcop. alleg.* 105. *n.* 90. Gratian. *diſcept.* 270. *num.* 10. *ibique* de Luca *n.* 6. Matta *de cauſ. conſiſt. ſect.* 3. *num.* 28. Panimol. *dec.* 30. *n.* 5. *&* 9. Cochier. *de Juriſdict. in exempt. tom.* 3 *part.* 5. *q* 39. *n.* 9. Sabell. *var. reſol. part.* 2. §. *Epiſcopus n.* 46. *&* §. 6. *verſ. quod Epiſcopus* & Articulo diſcuſſio Rot. *cor. Coccin. dec.* 157. 316. *&* 372. & loquens in puncto iſtius Cathedralis Eccleſiæ Dertuſen. firmat *Franceſc. de Eccleſ. Cathedr. cap.* 31. *n.* 53. *& ſeqq.*

Quam Juris diſpoſitionem Scribentes pro Capitulo, amplius negare non valentes, dicebant eam procedere quoad non excepta, ſecus quoad excepta ſpeciali- 5
ter per ſtatuta, vel conſuetudines Eccleſiæ juxta Lotter. *ubi ſupra n.* 9. *&* 10. ſed reſponſio corruebat evidenter in facto, cum tam Statuta, quam conſuetudines comprobarent, & mirabiliter confirmarent præallegatam diſpoſitionem Juris, & dilucide oſtenderent Epiſcopum eſſe Abbatem verum, & proprium quoad omnia concernentia diſciplinam Regularem, ut ex pluribus patebat ad ſatietatem.

Etenim habebam potiſſimum argumentum Poteſtatis Abbatialis, cum extabat Conſtitutio ſuper formula profeſſionis emittendæ per Canonicos Regulares in manibus ipſius Epiſcopi hoc modo: *Ego frater talis offerens trado me ipſum Deo, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Dertuſen. & promitto obedientiam Canoni-*

Canonicam ſecundum Regulam S. Auguſtini vobis Domino noſtro Epiſcopo, & Succeſſoribus veſtris, quæ
6 formola fuit obſervata, & apice obſervata uſque in præſentem diem, quod ſolum demonſtrabat Epiſcopum in hac Eccleſia ſtare loco Abbatis; nam alias id facere non poſſet, niſi eſſet Superior Regularis, ut tradunt Panormit. *in cap. porrectum n.11. & ſeqq. & in cap. ad Apoſtolicam n.4. de Regular.* Præpoſit. *in cap.* Rurſus *n.15. & 16. qui Cleric. vel voven.* Felin. *in can. ea noſcitur num.3. de Simon.* Boer. *dec.160. n.29.* Novar. *comment.3. n.5. de Regular.* Azor. *Inſtit. moral. lib.12. cap.5. q.3.* & in puncto ad probandam poteſtatem Abbatialem Sacra Rota ſe præciſe fundavit in ea, quod Superior reciperet Regulares ad profeſſionem, ut *in dec. 329. n.3. verſ. ſed etiam part.4. tom. 1. recent.*

Neque hoc adeo clarum fundamentum poterat evitari cum theorica Innocentii in *cap. porrectum de regular.* cum ſequacibus exadverſo allegatis, dicenti-
7 bus, quod profeſſio poteſt emitti etiam in manibus Epiſcopi, quia opinio *Innocentii* procedit, quando profitetur Religio in genere per aliquem, qui poſtea manet in ſæculo, & vivit in domo ſua ſub obedientia Epiſcopi non habendo certum Monaſterium, ut legere eſt *apud* Innoc. *ubi ſupra n.5. verſ. Videtur;* Secus autem, quando profitetur Religio in ſpecie, & pro certo Monaſterio, ſeu loco, ut erat caſus, tunc enim profeſſio fieri debet in manibus Abbatis, & immediati Superioris illius loci, ſeu Monaſterii, ut reſpondendo ad doctrinam *Innocentii* dicunt in puncto Butr. *in d. cap. porrectum n.9.* Zabarell. *n.7. verſ. dic. etiam cum Epiſcopus*, Panorm. *n.12. verſ. ſed* D. Antonius, & plene Fagnan. *n.25.* ubi etiam ſubdit opinionem *Innocentii* eſſe reprobatam A Spiritu Sanct. *in Direct. regul. tr.3. diſp.3. ſect.2. n.47.* Et ſine alio diſcurſu ita in terminis noſtris individualibus, quod Epiſcopus in Cathedrali Regulari recipiat Monachum ad profeſſionem, ut Abbas, & Jure Abbatiali, non autem ut Epiſcopus, & Jure ordinario Epiſcopali, docet *Gloſſ. magiſtralis in cap. nullus de elect. in 6. in verb. Regularibus*, ibi: *Epiſcopus Monachos ad profeſſionem recipit, ut Abbas in Eccleſia Cathedrali*, Ancharan. *n.3.* Barboſ. *n.5.* Lotter. *d. lib.1. q.18. n.10.* & Rot. *d. dec 329. n.4. part.4. tom. 1. rec.*

Et ſine principio dubitandi, quando ultra prædictum Jus recipiendi ad profeſſionem concutiebant infiniti actus individuantes hanc poteſtatem Abbatialem
8 ſtare in ſolo Epiſcopo, & ſignanter habebam, quod Epiſcopus, & recipit Novitios, & diſpenſat ab anno Novitiatus, & Canonici tanquam veri Religioſi faciunt diſpropriationem ſuorum bonorum in manibus Epiſcopi quolibet anno in Capitulo annali, quæ omnia videbantur exuberare ad convincendam hanc veritatem, quod Epiſcopus eſſet verus, & proprius Abbas in iſta Eccleſia Cathedrali, ut de receptione Novitiorum, Diſpenſationibus, & aliis ſupradictis tradunt Lezan. *oper mor. tom.1. c.18. n.66. & cap.24. n.5.* Rot. *d. dec.329. n.3. & 5. part.4. tom.1. recens.*

Eadem poteſtas Abbatialis in Epiſcopo confirmata fuerat, & clariſſime declarata per Benedictum XIII. in *Obedientia* mediantibus 80. Conſtitutionibus editis pro reformatione Statuti, & Gubernii Eccleſiæ, ut *in Conſtitutione 1. num.3. Conſtitut. 11. num. 26. Conſtit.19. num.21. Conſtit. 24. num. 22. Conſtit. 26. n.24. Conſtit.28. n.27. Conſtit.30. n.28. Conſtit.37. n.32. & Conſtit.68. n.45.* In quibus Conſtitutionibus, cum Epiſcopo conceſſa fuerit, & confirmata plenaria poteſtas in omnibus, quæ reſpiciunt Regulam S. Auguſtini circa Regulares, & Novitios Eccleſiæ, hujuſmodi poteſtas non poteſt dici excepta, aut ſeparata ab Epiſcopo, ſicut contrarii Scribentes toties decantabant.

Et fruſtra in contrarium allegabatur *Conſtitutio* 42. ejuſdem Benedicti prætendendo, quod ex illa fuiſſet declaratum poteſtatem Abbatialem reſidere in Priore majore, & Clauſtrali in illis verbis: *In Regula S. Auguſtini noſcitur eſſe cautum, quod Prælatis, & Præpoſitis per Canonicos obedientia debeatur, & cum in hac Eccleſia loco Præpoſitis, Prior major in aliquibus, & in aliquibus Prior Clauſtralis Eccleſia deputetur, jubemus illis per omnes de Conventu in his, quæ Divini Cultus decorem, & promiſſa obſervantia Regularis concernunt decentiam, &c. obediri.*

Quoniam æquivocum erat clarum, dum ſi Regula S. Auguſtini dicit, quod *Prælatis, & Præpoſitis obediatur*, utique cum appellatione Prælatorum veniant Abbates, intelligitur, ut primo loco obediatur Abbatibus, & Superioribus principalibus, ut erat Epiſcopus, & ſecundario Prioribus tanquam Epiſcopo ſubordinatis; Ideoque quatenus in dicta Conſtitutione 42. declaratur Priores Eccleſiæ cenſeri Præpoſitos, & eis obediendum eſſe, hoc non fuerat expreſſum ad excludendos Prælatos primo loco nominatos in Regula Sancti Auguſtini, quam Benedictus XIII. declarare voluit, & non deſtruere, ſed ad oſtendendum, quod poſt Prælatos obedientia de- 9
bebatur Prioribus tanquam eorum Miniſtris, ut eſt praxis omnium Religionum, in quibus adſunt Abbates, & Priores nec tamen Priores ſunt Abbates, ſed Vicarii illis ſubordinati, ut probat Text. *in cap. cum ad Monaſterium de ſtat. Monachor. verſic. Prior autem poſt Abbatem* Georg. *Pulacch. in tract. de poteſtat. Prælator. Regular.* apud Sigiſmund. a Bonon. *de elect. nu. 10.* Garz. *in Politic. Eccleſ. regul. tom. 2. tract. 10. diffinit. 1. dub. 1. num. 12.* Rota *dict. deciſ. 329. n.3. verſ. fuit part. 4. tom. 1. rec.*

Quam ſane intelligentiam probabant aliæ omnes Conſtitutiones ejuſdem Benedicti, dum in omnibus illis, in quibus locum eſt de poteſtate Abbatiali in concernentibus ſtatum Regularem, ſemper primo loco nominavit Epiſcopum, eique tanquam unico Abbati permiſit poteſtatem circa Regulares, ſecundario autem Prioribus majori, & Clauſtrali, ut in *Conſtitut. 1. num. 3.* ibi: *Poſtulet communiter veniam ab Epiſcopo vel Priore majore, vel Priore Clauſtrali: & in Conſtitutione 19. num. 21.* ibi: *niſi de licentia Epiſcopi, vel Prioris majoris, aut Prioris Clauſtralis*, & ſæpiſſime in aliis Conſtitutionibus ſupra relatis, immo præciſe, quoties nominavit Prælatum (de quo fit mentio in Regula S. Auguſtini) ſemper intellexit Epiſcopum contradiſtincte ab ipſo Priore, ut in Conſtitutione 37. ibi, *& hoc caſu liceat de Prælati, vel Prioris licentia, & in Conſtit. 38.* ibi: *a Prælato, vel Priore ſuo.* Quæ Conſtitutiones aperte declarabant 10
unicam illam ſuperius in contrarium allegatam ad Text. *in leg. Utrum, ff. de petit. hæredit.* Rota *coram Celſ. deciſ. 327. num. 8.* Urceol. *conſult. 54. num. 53. & ſeqq.* Rota *deciſ. 387. num. 31. part. 13. rec.* Giovagnon. *conſ. 66. num. 18. lib. 1.* Card. de Luc. *de ſucceſſion. diſc. 13. num. 4.* Rota *deciſ. 18. n. 12. & 13. part. 12. rec.*

Alias enim reflectebam, quod Benedictus XIII. in eodem inſtanti, & contextu ſuarum Conſtitutionum ſibi contradixiſſet dando poteſtatem Abbatialem Epiſcopo, & ſimul auferendo, immo correxiſſet Regulam Sancti Auguſtini volentem, quod obediatur primo loco Prælatis, & non ſolum Præpoſitis, quando tamen in ſupradicta Conſtitutione 42. eam voluit explicare, *leg. cum hic ſtatus, §. 1. in fine, ff. de Donat. inter Vir. & Uxor. leg. præcipimus in fine; Cod. de appellation.* Alvar. *de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 28. in princip.* Rolan. *conſ 62. num. 9. lib. 3.* Surd. *conſ. 241. num. 19. & conſ. 360. numer. 15. & conſ. 365. num. 10.* Menoch. *de præſumpt. libr. 6. præſumpt. 37. numer. 14.* Rot. *deciſ. 763. num. 14. part. 1. diverſ.* & ſubjungebam in hoc puncto ſuperfluum eſſe ulterius inſiſtere, dum ſi ipſemet Prior in ingreſſu ad Eccleſiam profitebatur in manibus Epiſcopi, illique promittebat obedientiam Regularem utique vanum vi- 11
debatur prætendere, quod Prior eſſet Abbas.

Hactenus igitur demonſtrabam, quod poteſtas Abbatialis ipſo Jure radicata in Epiſcopo non poterat dici ſeparata, aut excepta in aliqua ex Conſtitutionibus Eccleſiæ, & conſequenter dari non valebat illa diverſitas duorum Superiorum, qualem prætendebant ſcribentes pro Capitulo, ut in puncto, quod *d. dec. 17. part.1. recens.* non habeat locum, quando agitur de Epiſcopo Eccleſiæ Cathedralis Regularis, firmat Marta *de cauſ. conſiſt. ſect.3. num.27.* & in terminis delictorum continentium duplicem deformitatem ſcribunt Gratian. *diſceptat.270. num.25.* Barboſ. *de Canonic.*

cap.1. num.17. circa finem Valenz. *conſ.43. n.18.* Ma-
reſcott. *var. reſ. lib.2. cap.35. num.140. verſ. quarto*
Rot. *cor. Coccin. dec.260. per tot.*

Deſcendebam exinde ad examinandum utrum in
ſpecie quoad jus corrigendi domeſtice exceſſus gra-
ves concurreret aliquod Statutum, ſeu conſuetudo,
quæ ſeparaſſet in hac parte poteſtatem Abbatialem
32 ab Epiſcopo, & conceſſiſſet Capitulo ſicut exad-
verſo probandum erat plene, & concludenter con-
tra Epiſcopum, ut ſupra fundatum in aſſiſtentia Ju-
ris, & Conſtitutionibus Eccleſiæ ad tradita per Tro-
bat. *de effect. immemorab. q.3. n.162.* Maſcard. *de
probation. concluſ.423. per tot.* Fontanell. *deciſ. 530.
num. 2.*

Et ſane, dicebam, quod Capitulum hucuſque
aliud Statutum pro ſe non allegabat ad fundandam
intentionem, quam illud antiquum anni 1325. quod
tamen retorquebatur contra ipſum ad evidentiam,
dum illud erat literaliter reſtrictum, & limitatum
ad Jus mulctandi ſolos exceſſus leves, & ſimplices
ibi; *alios vero exceſſus, & defectus ſimplicis corri-
gat, & caſtiget Prior Clauſtralis*? Unde intrabat
concluſio indubitata, quod conceſſa inferiori pote-
ſtate quoad caſum ſimplicem non intelligitur conceſ-
ſa quoad Caſum gravem, & ſi fuit poteſtas attribu-
33 ta quoad exceſſus leves cenſetur per contrarium re-
ſervata Epiſcopo concedenti quoad graves, ut in
puoct. *Innocent.* loquens de conceſſione facta Archi-
diacono per Epiſcopum *in cap. final. n.9. de Offic.
Archid.* ubi allegat iſtam rationem: *quia quando con-
ceſſit de aliquibus ſpecialiter, de aliis prohibuiſſe vide-
tur*, & in puncto viden. Rota *dec.20. num.1. & 3.
p.1. rec.* & generaliter quod ſemper intelligatur re-
ſervatum quicquid non fuit inferiori conceſſum,
Ancharan. *in cap. poſtulaſti verſ. quidquid per exem-
ptionem de for. competen. & in cap.1. ſub num.50. de
Conſt.* Cochier. *de Juriſdict. ordinar. in exempt. p.2.
q.45. n.12.* Mareſcott. *var. reſ. lib.1. cap.29. n.50.*
Lotter. *de re benef. lib.1. q.24. n.96.* Antonell. *de
loco Legal. lib.1. cap.2. n.3.* Buratt. *dec.322. num.5.
& 6. & in rec. dec.324. n.5. part.1.*

Cumque hujuſmodi Statutum fuiſſet productum ex
parte Capituli ad docendum de Jure mulctandi, ex
tali productione inferebam ſe reſtrinxiſſe ad ea quæ
continentur in ſcriptura producta, & fuiſſe confeſ-
ſum aliud non prætendere quam Jus corrigendi ex-
ceſſus leves, & ſimplices in eodem Statuto expreſ-
ſos; Juncta præſertim ſolemni confeſſione ipſius Ca-
pituli ſerio, & Capitulariter emiſſa, & ſtante hac
duplicata confeſſione deducta ex productione ſcri-
34 pturarum, & ore proprio, non poterat Capitulum
venire contra illam extendendo manus ad corrigen-
dum domeſtice exceſſus graves, & prætendendum
id, quod in nulla Cathedrali fuit unquam practica-
tum, aut practicatur, ut notant de Angel. *de con-
feſſ. lib.2. q.3. n.1.* Rot. *dec.360. n.3. part.5. tom.1.
rec. & cor. Bich. dec.128. n.7. & cor.* Buratt. *dec.602.
n.12.* Et in puncto confeſſionis Capituli favore E-
piſcopi in materia Juriſdictionali dixit Rota *dec.70.
n.9. & ſeqq. part.16. recent.*

Pariter Conſtitutiones Benedicti XIII. quæ circa
mulctam domeſticam adeo exacte diſpoſuerunt in
exceſſibus, evidenter excludebant Jus mulctandi do-
35 meſtice, & extrajudicialiter in delictis gravibus, ut
patebat ex contextu earundem Conſtitutionum, in
quibus conſiderati fuerunt tam exceſſus leves, quam
graves, & reſpectu levium duntaxat impoſita fuit
mulcta correctionalis arbitrio Epiſcopi, vel Priorum
Eccleſiæ; Reſpectu vero delictorum gravium ordi-
nata fuit ſola pœna judicialis imponenda ab Epiſco-
po, ut in *Conſtit.78. num.50.* ibi: *Mandamus Epi-
ſcopo, &c. quatenus Canonicos, & Clericos ſuos ha-
rum Apoſtolicarum Ordinationum tranſgreſſores, eo-
rumque motus, & exceſſus illicitos cum vigilantia,
& ſolicitudine corrigere non poſtponat juxta Canoni-
cas Sanctiones, & Conſuetudines in Eccleſia hacte-
nus obſervatas*: & concordat *Conſtitutio 28. n.27.*
Intrabat ergo regula, quod ſicut, ubi voluit Bene-
dictus XIII. ordinare mulctam domeſticam, hoc ex-
preſſit ſolum in exceſſibus levibus, ita ſi voluiſſet
etiam in gravibus expreſſiſſet, & proinde, dum non
ſolum non expreſſit hanc mulctam in gravibus, ſed
potius cum manifeſta diſcretiva juſſit ſolum in illis
procedi ab Epiſcopo cum pœna judiciali juxta Ca-
nonicas Sanctiones, exinde vana convincebatur præ-
tenſio procedendi extrajudicialiter in gravibus, &
puniendi delinquentes cum duplici pœna, juxta *Tex.
in l. unica §. ſin autem ad deficien. C. de caduc. tollen.*
Mantic. *de conjectur. lib.11. tit.14. n.10.* Royas *dec.
22. n.11.* Penia *dec.471. n.9.* Dunozett. jun. *dec.360.
n.3.* Rota *dec.67. n.16. part.18. & dec.122. n.8. p.18.
recent.*

Et magis ad rem ſtringebat *Conſtitutio 32. n.30.*
ubi diſponitur, quod ſi Miniſtrantes Altari conſabo-
lentur itaut exceſſus ſint leves, tunc corrigantur mul-
cta domeſtica privationis diſtributionum, ibi; *qui
contra præmiſſa fecerit, diſtributione illius horæ ſit
privatus*. Si vero prædicti exceſſerint itaut exceſſus
fiat gravis, tali caſu ſtatuitur quod hebdomadarius
teneatur Epiſcopo revelare ad hoc, ut eos puniat ibi;
*Et ſi exceſſerit, teneatur hebdomadarius Epiſcopo,
vel ejus Vicario revelare, qui eum puniat, ut dece-
bit*. Igitur arguebam, quod mulcta domeſtica non
poterat imponi in gravibus, dum ex prædicta Con-
ſtitutione patebat illam intrare donec, & quouſque
exceſſus eſſet levis, ſi vero tranſiret in gravem, tunc
punitio reſervatur ſoli Epiſcopo, quod præciſe con-
cordat cum diſpoſitione Juris, de qua in *cap. final.
de Offic. Archipresbyt.* ubi in minimis data poteſta-
te Archipresbytero, in gravibus nihil poteſt, ſed de- 16
bet referre ad Epiſcopum, ibi: *Cuncta tamen refe-
rant ad Epiſcopum*, ubi *Gloſſ. in verb. referant* Pi-
ſingh. *in Decret. tit.23. §.2. & tit.24. §.2. verſ. &
quamvis*, Rota *dec.129. n.5. poſt ſecundum volum.
conſilior.* Farinac. *repert. apud* Barboſ. *de Canonic.
cap.6. n.35. & 37.*

Superata ex prædictis prætenſione Capituli ſecun-
dum omnes Conſtitutiones Eccleſiæ, remanebat exa-
minanda Conſuetudo, an iſta concurreret in gravi-
bus favore ejuſdem Capituli, & in hoc dicebam quod
nulla conſuetudo eſſet pro Capitulo, dum nunquam 17
graviter delinquentes puniti fuerunt duplici pœna,
ſed ſolum unica judiciali impoſita ab Epiſcopo, ut
reſultabat ex infinitis Actibus, & caſtigationibus
delictorum gravium per ſpatium duorum fere ſæ-
culorum, ex quibus habebatur, quod delicta gra-
via ſemper fuerunt punita ab unico Judice, ſeu E-
piſcopo in figura Judicii: Qui etiam ſecundum qua-
litatem delictorum miſcuit mulctas domeſticas, & fa-
cultates; abſque eo quod Capitulum, ſeu quilibet
alius ſimultanee impoſuerit mulctam domeſticam in
eodem delicto caſtigato judicialiter ab Epiſcopo: Et
cum prædictis Actibus concordant depoſitiones de-
cem Teſtium aſſerentium ſemper ſolum Epiſcopum
caſtigaſſe exceſſus graves, quæ conſuetudo adeo lon-
gæva, & immemorabilis caſtigandi graviter delin-
quentes cum unica pœna judiciali dicebam, quod
non eſſet abroganda, ſed inviolabiliter ſervanda; alias
eſſet introducere in Eccleſia novitatem in præjudi-
cium tam Epiſcopi, cujus Juriſdictio remanebat illa-
queata ex hac mulcta Capituli, quam Eccleſiæ reſi-
dentium, qui in hac lite aſſiſtebant Epiſcopo, & pe-
tebant ſervari Conſtitutiones Eccleſiæ, ne delinquen-
tes haberent tot Judices, & tot pœnas in prædictis
Conſtitutionibus non expreſſas, immo prohibitas, ad
*Text. in leg. minime ff. de legib. cap. cum conſuetudi-
nis de conſuetud.* & in terminis noſtris, quod ſint ra-
probandæ duæ pœnæ in unico delicto loquendo de
Eccleſiis Cathedralibus tradit Zilleſ. *de mulct. c.12.
num.145.* allegat Goldaſt. *tom.1. Conſtit. Imperial.
pag.473. & in Barchinon. pœnæ 13. Junii 1695. §. ex
concordia, coram R. P. D. Muto.*

Nec obſtabat, quod S. Rota canonizaſſet pro Ca-
pitulo conſuetudinem Juris mulctandi domeſtice, &
ideo hoc jus tanquam univerſale reciperet extenſio-
nem etiam ad exceſſus graves; urgebat, enim reſ-
ponſio, quod judicatum Rotale non fundabatur in
aliquo titulo univerſali, qui dare poſſit extenſionem 18
de uno caſu ad alium, & de uno genere delictorum
ad aliud, ſed in titulis ſpecialibus deſumptis ex ſtatu-
tis,

tis, & conſuetudine; Unde cum uterque ex dictis titulis, ſcilicet tam ſtatuta, quam actus particulares, ex quibus deſumitur conſuetudo reſtringantur ad exceſſus leves; fruſtra ex illis prætenditur fundari intentio Capituli quoad graves, ſuper quibus Epiſcopis habet fundatam intentionem tam in aſſiſtentia juris, quam Conſtitutionibus Eccleſiæ, quo caſu intrat Regula, tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum, nec datur extenſio de caſu ad caſum, immo nec ex actibus unius ſpeciei ad alios actus ejuſdem ſpeciei, ut bene Poſthum. *de manut. obſervat.* 73. *numer.* 177. Rota *coram Bich. dec.* 477. *n.* 17. Cavaler. *deciſ.* 487. *nu.* 2. Gregor. *deciſ.* 537. *n.* 12. *in fine*, & poſt Vivian. *de Jurepatron. deciſ.* 88. *num.* 8. & regulare eſt, quod in præjudicium habentis ordinariam poteſtatem non
19 poſſit fieri extenſio in materia præſumptiosis etiam ad caſus ſimiles, acceſſorios, annexos, & connexos, ac etiam ex identitate, vel majoritate rationis, ut pro indubitato ſcripſerunt Felin. *in cap. audiris n.* 9. *verſ. cæterum*, & *n.* 10. *cum ſeqq. de præſcript.* Fermoſin. *in cap. cum contingat de for. competent. quæſt.* 2. *num.* 14. Lap. *allegat.* 70. *n.* 9. Rota *in Barchinonen. Juriſdictionis* 12. *Junii* 1682. §. *& pemeus*, *coram Cardin. Matthæjo*, & *in Baren. Juriſdictionis* 26. *Aprilis* 1694. §. *Neque*, & §. *Fundamentalis*, *cor. bon. mem. Urſino*.

Et quod non valeat argomentum a jure mulctandi exceſſus leves ad jus mulctandi graves, probat punctualiter ipſemet Corneus acerrimus Contradictor Juriſdictionis Epiſcopalis, qui licet ſtante privilegio, & conſuetudine firmaverit mulctam correctionalem in levibus pertinere ad Priorem, non autem ad Epiſcopum; tamen cogitur fateri, quod in gravibus ſola punitio eſt Epiſcopi, ut in *conſ.* 193. *ſub ro.* 2. *n.* 11. ibi: *in gravibus*, *&c. punitio ſpectat ad Epiſcopum, non ad Abbatem, vel Priorem; ſi vero exceſſus eſt levis*, *&c. tunc punitio ſpectat ad ſpecialem Prælatum*, *& ſic ad Abbatem, vel Priorem*, *&c. & ipſo negligente correctio etiam in his levibus pertinet ad Epiſcopum, ex quibus in terminis noſtris elicienda eſt Concluſio, quod ad dictum Priorem pertineat primo loco correctio, & punitio ſuorum Canonicorum, & non ad Epiſcopum, niſi in ſubſidium, & niſi ſimus in exceſſibus gravibus*.

Simile videmus in omnibus Religionibus, in quibus adſunt Abbates, & Priores, ubi ſi fuerit conceſſa Prioribus poteſtas mulctandi exceſſus leves, non pro-
20 inde ſe ullo modo ingerere poſſunt in gravibus, ut in puncto Eccleſiæ Cathedralis Regularis tradit Joan. Andr. *in cap. nullus circa fin. de elect. in* 6. Geminian. *ibidem numer.* 6. Franch. *numer.* 3. Lotter. *dict. libr.* 1. *quæſt.* 18. *numer.* 12. Mattha *de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 2. *numero* 24. Gratian. *Diſceptat. for.* 270. *ſub numer.* 3. *verſicul. Ex iſtis*, Rota *deciſ.* 20. *num.* 4. *verſic. neque tamen de gravibus part.* 1. *recent.*

Ita etiam in Capitulis ſæcularibus, illorumque Ar-
21 chipresbyteris, & Decanis videmus, quod licet habeant jus mulctandi exceſſus leves reſpicientes gubernium Æconomicum Eccleſiæ; tamen illud non exercent in gravibus, ſed relinqunt ſoli Epiſcopo punitionem juxta doctrinam Panormit. *in cap. Cum contingat de for. compet. n.* 28. *in fine* ibi: *habere Juriſdictionem tantum in levibus*, Bellamer. *conſ.* 5. *n.* 31. *verſ. quia infimi Judices*, Saravia *de adjunct. quæſt.* 44. *num.* 44. Suarez *de legib. libr.* 4. *cap.* 6. *n.* 11. Rota *dict. deciſ.* 129. *numer.* 3. *in fine*, & *numer.* 5. *poſt ſecundum volum. conſil. Farinac.* & *in Barchinonen. pœnæ* 5. *Julii* 1694. §. *Suppoſita*, *coram Reverendo Patre Domino Pio*.

Et ratio eſt quia introducta videtur mulcta do-
22 meſtica in illis tantum exceſſibus levibus, qui cum non poſſint caſtigari criminaliter, ideo congruum eſt, ut habeant aliquam pœnam extrajudicialem, ut ait Bonacin. *oper. moral. tom.* 2. *diſput.* 6. *punct.* 8. *qu. unica numer.* 11. ibi: *ratio eſt quia cum levia juvenum delicta in judicium non deferantur, non videtur alienum a ratione, ut illi, qui offenſam aliquam paſſus eſt, moderatam pœnam inferre liceat*, in delictis gravibus non eſſe applicabilem hujuſmodi mulctam, tradit Panormit. *in cap. cum contingat de foro compet. numer.* 20. *verſicul. licet poſſit ejus delicta levia corrigere*, Bald. *in leg. unica*, *Cod. de emendat. propinq. verſic. propinquis ſenioribus licet corrigere minores errantes*, Filliucc. *oper. moral. tom. ſecundo tract.* 29. *part. ſecunda cap.* 9. *num.* 140. *verſic. Nam ſi delinquat graviter*.

Tanto magis in præſenti, ubi agebatur de Capitulo Regulari ex prædictis, & ſicut unica eſt Eccleſia, & unicum Corpus format Epiſcopus cum Capitulo, incongruum videbatur introducere hanc novam praxim duarum pœnarum hactenus inauditam in Eccleſiis Cathedralibus in ordine ad delicta gravia; nam vel Epiſcopus corrigit judicialiter, vel Capitulum eodem modo judiciali, ſi ex conſuetudine hoc habeat, nunquam autem dantur duæ pœnæ per duos Judices, repugnante unitate corporis miſtici Epiſcopi cum Capitulo, de qua in *cap. novit*, *de his*, *quæ fiunt a Prælat.* Pignatell. *tom.* 6. *conſ.* 49. *n.* 2. & *tom.* 5. *conſuls.* 83. *numer.* 7. Ferentil. ad Buratt. *deciſ.* 903. *numer.* 15. Mareſcott. *variar. reſolut. cap.* 69. *num.* 23. Frances *de Eccleſia Cathedral. cap.* 22. *num.* 49. *cum pluribus ſeqq.* maxime quia in his delictis gravibus non poteſt practicari mulcta extrajudicialis niſi prævia informatione ſuper delicto, cum debeat conſtare de eo; quando tamen hanc cognitionem, & informationem non poteſt Capitulum accipere, cum reſpiciat ordinem judiciarium, Panormit. *in d. capit.* 23
Cum contingat numer. 28. *verſic. Cum Juriſdictionem*, Valenz. *conſil.* 43. *numer.* 17. Mareſcott. *variar. reſol. libr.* 2. *capitul.* 35. *numer.* 135. Rota *deciſ.* 17. *numero* 2. & *deciſ.* 20. *numer.* 4. *part.* 1. *rec.* Celſ. *deciſ.* 13. *num.* 17.

Denique non obſtabat, quod Capitulum probaret in ſpecie conſuetudinem juris mulctandi etiam exceſſus graves, quia talis conſuetudo, quæ adverſus Epiſcopum fundatum in jure, & Conſtitutionibus Eccleſiæ deberet eſſe immemorabilis, in caſu iſto nullatenus probabatur, dum ad hunc effectum dabantur quatuor miſerabiles actus, qui nihil concludebant.

Primus enim erat de anno 1606. & iſte non continebat punitionem exceſſus gravis, ut requiritur, dum ſolum in eo habebatur fuiſſe mulctatum quendam Commenſalem propter certa verba contumelioſa eidem dicta in Choro, qui exceſſus dicitur levis, & non gravis, ut tradunt Speculator *in titul. de execut. ſententia*, §. *Nunc videndum verſ.* 42. Brun. *de Indic. part.* 2. *quæſt.* 3. *ſub n.* 4. Farinacc. *de delict.* & *pœn. quæſt.* 18. *num.* 96. & in puncto rixæ verbalis in Cho- 24
ro, Carthat. *deciſ. Criminal.* 74. *n.* 9. Ultra quod iſte exceſſus non fuerat commiſſus per aliquam perſonam Regularem Eccleſiæ, itaut diceretur continere duplicem deformitatem, juxta *deciſ.* 17. *part.* 1. *recentior.*

Secundus erat de anno 1650. & iſte patiebatur eaſdem reſponſiones, cum contineret meram inobedientiam Curati ſæcularis, qui dixerat nolle ire ad exercendum ſuum officium, & ideo non tangebat materiam exceſſus gravis.

Tertius de anno 1677. & iſte continebat punitionem Prioris majoris, quem Capitulum dicebat eſſe ſuum Abbatem; & ultra inveriſimilitudinem, quod Abbas caſtigatus fuiſſet per Capitulum nihil probabat tanquam extractus ab Archivio Capituli ſine compulſoria, & citatione partis, ac etiam tanquam unicus, 25
nec habendus in conſideratione pro conſuetudine, quæ adeo rigoroſe probata requirebatur, Maſcard. *de probat. concluſ.* 428. *numer.* 14. & *ſeqq.* Theſaur. *quæſt. forenſ. libr.* 1. *quæſt.* 38. *numer.* 16. Gail. *obſervat.* 31. *numer.* 7. *libr.* 2. Rota *deciſ.* 207. *numer.* 7. *coram Peuting.* & *deciſ.* 551. *numer.* 18. & 20. *coram Cerro*.

Quartus denique actus 1689. erat fictitius, dum delictum Franciſci Fabregat non fuerat punitum per Capitulum, ſed ſolum ab Epiſcopo, ut fatebatur ipſemet Fabregat Teſtis Sacerdos, & optimæ famæ.

Deſtructis his quatuor actibus Capituli per reſponſiones particulares addebam alias reſponſiones efficaciores.

Prima

Prima quod cum per ſpatium duorum ſæculorum ſemper privative Epiſcopus caſtigaverit delicta gravia abſque eo, quod Capitulum ſe immiſcuerit in illis, non videbatur poſſe deduci aliqua conſuetudo ea quatuor actibus intermediis, & Clandeſtinis quos nunquam Epiſcopus approbavit, dum contemporanee non caſtigavit idem delictum cum pœna judiciali, quando tamen ad probandam conſuetudinem de qua agebatur, docent oportebat unum, idemque delictum fuiſſe contemporanee caſtigatum per duos Judices, alias non relevabat tanquam non in ſpecie caſus, & cum
26 ſuis requiſitis ad Text. *in cap. final. de conſuetud. in 6.* Rota *coram Cerro deciſ.* 380. *n.* 4. *& dec.* 551. *num.* 6. 7. Cavaler, *deciſ.* 272. *numer.* 5. *& deciſ.* 205. *numer.* 8.

Secunda quia concurrebat ipſum factum Capituli, quod quando ſucceſſerunt exceſſus graves, ſemper ſe abſtinuit a mulcta domeſtica, & remiſit negotium ad Epiſcopum, ut in duobus actibus anni 1692. & in alio anni 1693. Cumque iſti actus eſſent ultimi facti cum ſcientia, & patientia Capituli, & concordantes
27 cum mille aliis antecedentibus deſtruebant totaliter prætenſam conſuetudinem Capituli ex dictis quatuor actibus deductam, Afflict. *deciſ.* 80. *numer.* 9. Rota *deciſ.* 48. *numer.* 14. *&* 15. *coram Bichio & deciſ.* 382. *numer.* 14. *part.* 16. *& deciſ.* 208. *numer.* 15. *part.* 15. *rec.*

Tertia, quod cum Epiſcopus eſſet fundatus non ſolum de Jure, ſed etiam in Conſtitutionibus Benedicti XIII. quæ habent decretum irritans, utique Capitulum fruſtra prætendebat conſuetudinem cum quatuor ſiccis actibus, qui ex dict. decreto irritanti re-
28 manebant infecti, & maxime concurrente contraria conſuetudine Epiſcopi, Gabriel. *de Clauſul. concluſ.* 3. *num.* 42. Garz. *de beneſ. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 180. Pagn. *in cap. non amplius num.* 31. *de Inſtitut.* Barboſ. *clauſul.* 40. *numer.* 35. Rota *dec.* 217. *numer.* 6. *&* 7. *part.* 7. *recent.*

Et quarta denique quia non conſtabat, quod Epiſcopus certam habuiſſet notitiam de actibus præfatis per Capitulum geſtis, quæ tamen ſcientia erat præciſe neceſſaria, tum quia Epiſcopus habebat pro ſe aſſiſtentiam Juris, & Conſtitutiones Eccleſiæ, necnon actus particulares, ex quibus nunquam ſuſpicari poterat, quod Capitulum talem poſitionem attentare præſumeret, nec per conſequens potuit tali prætenſio-
29 ni ſe opponere, tum quia concurrit generalis Regula, quod conſuetudo non attenditur niſi probetur ſcientia ejus, cui præjudicare prætenditur in illis actibus, ex quibus conſuetudo deducitur, de qua Text. *in l.* 2. ubi DD. *C. de ſervit. & aqu.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 52. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 32. Cardin. de Luca *eodem tractat. diſc.* 56. *numer.* 25. Rota *coram Gregor. deciſ.* 417. *ante num.* 6. *& in recent. deciſ.* 197. *num.* 40. *part.* 5. *& dec.* 220. *num.* 24. *part.* 11.

R. P. D. PIO.

Dertuſen. Juriſdictionis ſuper Gravibus.

Luna 4. Martii 1697.

Reſervata in principali hujus Cauſæ diſputatione habita ſub die ſexta Februarii ſuperioris anni particulari cognitione quæſtionis: *An Capitulo Eccleſiæ Dertuſen. competat nec ne Jus exercendi Juriſdictionem correctionalem in exceſſibus gravibus*, ejuſdemque Articuli examine non reſoluti ſub die 27. Junii præteriti hodie iterum agreſſo, viſum eſt Doctor. reſpondere: *Non conſtare de bono jure Capituli.*

30 Jus enim iſtud correctionaliter mulctandi graviter delinquentes, quod idem Capitulum habere prætendebat, patuit fundari non poſſe, nec in Juris communis diſpoſitione, nec in Statutis, aut Conſtitutionibus Eccleſiæ, neque minus demum in conſuetudine; Non quidem in Juris aſſiſtentia, quia cum verſemur in Eccleſia Regulari, hæc militat favore Epiſcopi gerentis vices Abbatis, qui habens in ſe unitam, ac confuſam utranque poteſtatem Epiſcopalem nempe & Abbatialem conſtituit unicum Caput Capituli, & efficitur unicus Judex, tam quoad ea, quæ ad illius Ordinariam Juriſdictionem ſpectant, quam etiam quoad 31
ea quæ Abbatialem poteſtatem, & dominium reſpiciunt, ad Text. *in cap. Cauſam quæ de Judic.* ibique Abbas *antiquus n.* 2. Bald. *n.* 4. Panormitan. *numer.* 9. *&* 10. Jo. de Anan. *n.* 2. Hoſtienſ. *in princ.* Joan. Andr. *n.* 3. Butr. *n.* 4. Imol. *n.* 1. Decian. *num.* 4. *in fine &* 238. Bellamer. *n.* 22. Barboſ. *n.* 1. Gonzal. *num.* 2. Jo. Gaufrid. *ſub num.* 1. Cujac. *Oper. Poſthum. tom.* 3. *p.* 3. *fol.* 7. Boſquet. *in notas. ad Epiſtolas Innocent. III. lib.* 2. *epiſt.* 7. *verſ. de Jure communi fol.* 10. *&* 11. late Lother. *de re beneſ. lib.* 1. *qu.* 18. *ex n.* 6. Ceſpedes *de exempt. Regul. cap.* 24. *dub.* 380. *n.* 9. Barboſ. *de Can. cap.* 1. *n.* 14. *& de poteſtate Epiſcopi allegat.* 105. *n.* 90. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 270. *n.* 10. ibique de Luca *n.* 6. Matt. *de Cauſ. Conſiſtorial. ſect.* 3. *num.* 28. Pauimol. *dec.* 30. *num.* 8. *&* 9. Cochier. *de Juriſdict. in exempt. tom.* 3. *p.* 5. *qu.* 39. *num.* 29. Sabell. *variar. reſol. p.* 2. §. *Epiſcopus n.* 46. *&* §. 6. *verſ. quod Epiſcopus*, Cavaler. *dec.* 606. *num.* 4. & articulo diſcuſſo Rota *cor. Coccin. deciſ.* 157. 316. *&* 360. ac in terminis hujus Cathedralis Eccleſiæ Dertuſen. Frances *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 31. *num.* 253. *cum ſeqq.* Ideoque ad ipſum ſolum ex Juris Canonici cenſura competit facultas puniendi delicta gravia a Regularibus perpetrata, ut firmant Jo. Andr. *in cap. Nullus circa fin. de elect. in* 6. Gemin. *ibidem num.* 6. Franch. *num.* 3. Lother. *ubi ſupra numer.* 12. Matth. *dict. ſect.* 3. *numer.* 24. Gratian. *dict. capit.* 270. *numer.* 1. & Rota *deciſ.* 20. *num.* 4. *verſ. neque tamen de gravibus par.* 2. *recent.*

Quæ quidem Juris aſſiſtentia, & crebriori DD. calculo recepta opinio favens Epiſcopo, validiſſime etiam confirmatur, tum ex conſtitutionibus Eccleſiæ, tum ex longa actorum ſerie earum virtute ab Epiſcopis 32
pro tempore geſtorum concurſum hujuſce poteſtatis Abbatialis in ipſis dilucide evincentium. Et ſane ex peculiaribus Eccleſiæ conſtitutionibus; nam ultra quamplurimas ex iiſdem promulgatas a Benedicto XIII. *in ſua obedientia* in quibus Epiſcopo conceſſa totaliter legitur poteſtas quoad ea quæ pertinent ad Regulam S. Auguſtini circa Regulares, & Novitios Eccleſiæ, ut videre eſt *in Conſtitutione prima n.* 3. *Conſtit.* 11. *n.* 16. *Conſtitut.* 24. *n.* 22. *Conſtit.* 28. *n.* 27. *Conſtit.* 30. *n.* 28. *Conſtit.* 37. *n.* 32. *Conſtit.* 68. *num.* 45. extat ad intentum efficacior ipſiuſmet Pontificia Conſtitutio, qua cavetur Canonicos in manibus Epiſcopi juxta leges Regularis Inſtituti Divi Auguſtini teneri profeſſionem emittere in hæc verba: *Ego Fr. talis offerens trado meipſum Deo; & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Dertuſen. & promitto obedientiam Canonicam ſecundum Regulam Sancti Auguſtini vobis Domino noſtro Epiſcopo, & ſucceſſoribus veſtris: Summario Epiſcopi ſuper levibus n.* 7. ex qua aperte elicitur Epiſcopum Regulari ſuperioritate potiri, & eſſe in omnibus loco Abbatis, alias enim obedientiam in ejus manibus per Canonicos promiſſam recipere non valeret, ut ponderant Panormit. *in cap. Porrectum n.* 11. *& ſeqq. & in cap. ad Apoſtolicam n.* 4. *de Regular.* Præpoſit. *in cap. ea noſcitur num.* 3. *de ſimon.* Boer. *deciſ.* 260. *numer.* 29. Navarr. *Comment.* 3. *numer.* 3. *de Regular.* Azor. *Inſtitut. Moral. libr.* 12. *capitul.* 5. *quæſt.* 3. Rota *deciſ.* 329. *numer.* 3. *verſ. ſed etiam part.* 4. *tom.* 1. *recent.*

Et quamvis nonnulli Subſcribentes Innocentium *in cap. Porrectum n.* 5. *de Regular.* ſuſtinuerint poſſe Epiſcopum Regulares ad profeſſionem admittere, & præ cæteris Gonzal. Tellez. *in dicto c. Porrectum n.* 3. Navar. *conſ.* 40. *ſub n.* 4. *in fine*, *& ſub n.* 5. *verſicul. Ad primum lib.* 3. *de Regular.* Sanchez *in præcept. Decal. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 47. *verſus fin.* Peirin. *de Prælat. Regular. tom.* 2. *q.* 3. *cap.* 1. *num.* 135. Hieronym. Garz. *tom.* 7. *Politic. Regim. tract.* 3. *difficult.* 2. *dub.* 8. Don. *in prax. Regular. tom.* 2. *tract.* 11. *qu.* 21. *per tot.* Atta- 33
men diſcrimen quod inter utranque ſententiam intercedit facile caſuum diſtinctione conciliatur, nempe, aut ſpondens Religioſam obedientiam Epiſcopo vel

nullum

nullum ingreditur Monaſterium, vel nullius certæ Religionis Inſtitutum profiteri intendit, ſed ſolummodo tria ſubſtantialia Religionis vota in Epiſcopi manibus emittens ſub ſimplici ejus obedientia in ſua domo degere vult, & tunc Epiſcopo permittitur hujuſmodi profeſſionem recipere, abſque eo, quod in ipſo adſit qualitas Superioris Regularis, atque in his terminis intelligendi ſunt Innocentii, ejuſque Sectatores, aut vero, ut in themate præſentis controverſiæ, profeſſio ad certam Regulam determinatur, & pro certo Monaſterio, ſeu loco, & tunc magis prævalet altera opinio, quod Epiſcopo licitum non ſit, quempiam ad Religionem ſuſcipere, cum facultas iſta Prælato Regulari dumtaxat de Jure competat, juxta authoritates ſuperius allegatas, & ita Innocentii doctrinam declarando advertunt Butr. *in dicto cap. Porrectum n. 9.* Zabarell. *n. 7. verſ. dic etiam cum Epiſcopus Panorm. numer. 12. verſ. ſed Dominus Antonius* plene Fagnan. num. 25. Quodque in ſpecie Epiſcopus in Cathedrali Eccleſia Regulari recipiens profeſſionem, cenſeatur
34 ſemper uti poteſtate Abbatiali, non Epiſcopali, habetur ex Gloſs *magiſtrali in cap. nullus de elect. in 6. in verb. Regularibus* ibi: *Epiſcopus Monachos ad profeſſionem recipit, ut Abbas in Eccleſia Cathedrali*, ibique notant Anchatan. *numer.* 3. Barboſ. *numer.* 5. & dixerunt Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 18. *numer.* 10. Rota *dict. deciſ.* 329. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.*

Iiidemque roboratur ex actibus ab Epiſcopis geſtis liquido præſeferentibus eoſdem in hac Regulari Eccleſia Abbatis locum obtinere, quorum innumeri exhibiti fuerunt. *citato Epiſcopi Summario ſuper levibus num.* 3. *litt. A. B. C. D.* quos inter præcipuam promerentur conſiderationem illi qui oſtendunt inveteratam, ac inconcuſſam obſervantiam dictæ Conſtitutionis emanatæ ſuper formula profeſſionis per Canonicos emittendæ, de quibus *dicto Summar. n.* 8. *&* 9. atque illi ex quibus conſtat Canonicos tanquam meros Religioſos facere ſingulis annis in Capitulo Annali diſpropriationem Bonorum in manibus Epiſcopi *dicto Summar. n.* 6. ac demum illi ex quibus reſultat Epiſcopos recipere Novitios, eoſque ab Anno Novitiatus diſpenſare *d. Summar. num.* 4. *&* 5. *litt. L.* qui quidem actus neceſſario concludunt Epiſcopum eſſe quoad omnia
35 loco Abbatis, cum alioquin ſecluſa poteſtate Abbatiali ab eodem minime expleri poſſet Lezan. *Oper. Moral. cap.* 18. *n.* 66. *& cap.* 24. *n.* 5. Rota *dec.* 329. *n.* 3. *&* 5. *part.* 4. *tom.* 1. *rec.*

Neque hujuſmodi generalis Juris aſſiſtentia collabeſcit ex objecto in oppoſitum argumento, quod cum gravia crimina duplicem in ſe involvant difformitatem, duplicemque contineant exceſſum, alterum enim gravem publicam converſationem offendentem, & alterum levem Regularem tantum lædentem diſciplinam, beneproinde compatitur, ut unum, idemque delictum ob diverſas conſiderationes quas habet, duplicem exigat pœnam a duobus diſtinctis Judicibus infligendam, ſcilicet a Capitulo abſque ſtrepitu, ac Judicii figura mediante ſalutari, & correctionali animadverſione, & ab Epiſcopo ad publicam vindictam judicialiter ſervata Sacrorum Canonum diſpoſitione, quemadmodum in individuo conſuluit Roman *conſil.* 375. *n* 2. & ſcripſerunt Decian *tract. criminal lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 29. Sanctor. *de pœnis qu.* 2. *cap.* 28. §. *Reſpondeo fol.* 231. *& in Compend. operarum verb. Epiſcopus num.* 9. *fol* 312. ac reſpondit Rota *deciſ.* 17. *n.* 2. *part.* 1. *recent.* & generaliter quod unicum delictum du-
36 pliciter caſtigari queat, voluerunt Felin. *in cap. de his verſ* 4. *de accuſat.* Scacc. *de Judic. cap.* 2. *n* 91. Ambroſ. *de Immunit. Eccl. c.* 20. *n.* 5. Clar. *in prax. crim. lib.* 5. §. *fin qu.* 36. *n.* 47. *in fine, & quæſt* 57. *n.* 14. *verſ. Sed quæro*, Boſ. *in tract. de foro compet. num.* 84. Guazzin. *ad defenſ. Reorum defenſ.* 55. *cap.* 11. *ſub n.* 3. *verſ. Advertent autem*, Zil. *de Jure mulctandi c.* 9. *n.* 183. *& ſeqq.* Theſaur. *de pœnis part.* 1. *verſ limita autem, & cap.* 13. *verſ. reſpondeo.* Spetell. *deciſ* 92. *n.* 19. Oliv. *de foro Eccleſ. part.* 2. *quæſt.* 28. *num.* 22. *& ſeqq.* quia præfatæ authoritates catenus ſtatuunt unicum crimen duplici pœna plecti poſſe, quatenus procedunt cum ſuppoſito diverſitatis Fori, & Judicum, quo caſu plene non implicat, quin in diverſis Tribunalibus a ſeparatis Judicibus, diverſa quoque, & ſeparata pœna irrogetur, una nempe judicialis juxta Juris ſanctionem, & altera mere correctionalis juxta regulam Monaſticam, at cum in ſubjecta facti ſpecie non concurrat hujuſmodi Fori diverſitas, ex quo Epiſcopus, ut abunde firmavimus utranque perſonam in ſe unitam Epiſcopi, & Abbatis gerit, & efformat unicum tantum Tribunal, inde fit hanc pœnæ duplicitatem perneceſſe ceſſare, ne alias contra Juris Cle-
mentia admittere placeat unicum delictum duplici ani- 37
madverſione affici poſſe, quod permittendum non eſſe dixit Zillet. *de mulcta cap.* 12. *n.* 145. Rota *in Barchinonen pœnæ* 13. *Januarii* 1696. §. *Quin etiam, cor. Rev. P. D. meo la Tremoille*, & in puncto quod *dicta dec.* 17. *part.* 1. *recent.* locum non obtineat, ubi agitur de Epiſcopo Eccleſiæ Cathedralis Regularis declarat Matth. *ubi ſupra ſect.* 3. *n.* 27. & in terminis delictorum continentium duplicem difformitatem, tradunt Gratian. *diſcept. forenſ. cit. cap.* 270. *n.* 25. Barb. *de Canon. cap.* 1. *n.* 17. *circa fin.* Valenz. *conſ.* 43 *n.* 18. Mareſcott. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 140. *verſic. quarto.*

Cum ergo ex hucuſque deductis liqueat ex Juris aſſiſtentia neutiquam Capitulo competere facultatem correctionaliter mulctandi in exceſſibus gravibus faciliori negotio illico deprehendetur illam minus idem con-
venire ex Statutorum, aut Apoſtolicarum Conſtitu- 38
tionum conceſſione, cum potius ex eiſdem prætenſa hæc Juriſdictio appareat evidenter denegata: nam Statutum conditum Anno 1325. literaliter reſtrictum legitur intra cancellos ſimplicis correctionalis Juriſdictionis quoad exceſſus leves ibi: *Alios vero exceſſus, & defectus ſimplices corrigat, & caſtiget Prior Clauſtralis.* Unde aſſequimur quod ſtante conceſſione limitata ad caſus ſimplices, conſequenter excepta cenſetur Juriſdictio quoad caſus graves, eaque præſervata favore Epiſcopi, cui, ut diximus, de Jure ſpectat optime Innoc. *in cap. fin. n.* 9. *de offic. Archidiaconi*, Rota *dec.* 20. *n.* 1. *&* 3. *p.* 1. *recent.* Regulare quippe eſt, ut quidquid tributum non fuit præſervatum ſemper intelligatur Anchar. *in cap. poſtulaſti verſ. quidquid per exemptionem de for. compet. & in cap.* 2. *ſub num.* 50. *de Conſtit.* Cokier. *de Juriſdict. Ord. in exemptos p.* 2. *qu.* 45. *n.* 12. Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 50. Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 96. Antonell. *de loco legal. lib.* 1. *capit.* 4. *num.* 3. Burati. *dec.* 322. *num.* 5. *&* 6. *& in recem. deciſ.* 324. *num.* 5. *part.* 1. non obſtante replicatione, quod Statutum præfatum tanquam non continens ullam dictionem taxativam, non excludat correctionem domeſticam Capituli in exceſſibus gravibus, quoniam, cum punitio iſta, ad Capitulum pertinere nequeat, niſi in caſu quod eſſet loco Abbatis, vel ei talis facultas ex Statuto, ſeu conſuetudine deferretur, idem profecto excluſum remanet ab hac pretenſione mulctandi correctionaliter in gravibus, eo ipſo quod nec ſtat loco Abbatis, nec probat plene, ac concludenter, ut opus eſſet ejuſmodi facultatem ei fuiſſe ſpecialiter impartitam Trobat. *de effect. immemorabil. quæſt.* 3. *num.* 162. Maſcard. *de probat. conſulc.* 423. *per tot.* Fontanell. *deciſ.* 930. *n.* 2.

Ut etiam non urget quod memoratum Statutum in ea parte qua tribuit Epiſcopo totalem Juriſdictionem quoad punitionem graviorum criminum ſe referat ad diſpoſitionem Juris communis ibi: *In aliis vero caſibus, in quibus deſtitui meruerint, ſeu privari per Ordinarium, ut de Jure fuerit, procedatur*, ex quibus verbis Scribentes pro Capitulo conabantur inferre, quod cum de Jure communi non prohibeatur duplex inflictio pœnæ pro unico delicto, hinc intelligi detur minime vetitam eſſe Capitulo mulctam correctionalem, extrajudicialiter in gravibus irrogandam ad formam Juris ſanctionum id permittentium; ad objectio-
nis ſiquidem confutationem appoſite recurrit ſuperius 39
aſſignata reſponſio, videlicet, quod cum Epiſcopus, conſtruat unicum Caput, utraque præſtans poteſtate Epiſcopali, & Abbatiali, ceſſat utique Juris diſpoſitio locum dumtaxat ſibi vindicans data Judicum diverſitate, & idcirco undique ſubſiſtit, quod Epiſcopus tantum

tom habens onitam Juriſdictionem, illam exercere valeat quocunque modo, etiam in his quæ Regularem diſciplinam concernunt, Lothrr. *de re benef. dict. libr. 1. qu. 18. ex n. 6. cum ſeqq.* Frances *de Eccleſ. Cathedr. cap. 31. n. 53.*

Quod ipſum etiam dilucide oſtendunt Conſtitutiones Eccleſiæ, in earum enim 28. *ſub num. 17.* ſancitur, quod ſi quis fœminas intrare permittat in dormitorio, refectorio, Infirmaria, vel camera ad Epiſcopi arbitrium, ut culpæ qualitas expoſcit, puniatur, ibi; *Si vero huic noſtra Conſtitutioni præſumpſerint contraire, per Epiſcopum tanquam Legis, ſeu Conſtitutionis hujuſmodi tranſgreſſores carceribus mancipentur, in quibus ſecundum qualitatem delicti ad arbitrium Epiſcopi detrudantur*, cui conſonat etiam Conſtitutio 32. *numer.* 30. in qua Benedictus occurrendo coalitæ quorundam libertati & irreverentiæ, ſtatuit, ut Miniſtrantes Altari a confabulatione ſe abſtineant, & leviter delinquentes domeſticæ mulctæ reos effecit, ibi: *Si quis contra præmiſſa fecerit diſtributiones, &c. illius horæ ſit privatus*, graviter vero excedentium punitio Epiſcopo reſervatur ibi: *etſi excesſerit, teneatur Hebdomadarius Epiſcopo, vel ejus Vicario relevare qui eum puniat, ut decebit*, qua quidem Conſtitutione nil aptius ad patefaciendum mulcta domeſtica, & correctionali affici non poſſe per Capitulum graviter delinquentes, dum Pontifex crimina gravis quoad omnem pœnam Epiſcopali Juriſdictioni reſervavit privative, nulla facta deſtinatione alterius ſeparati Judicis pro mulcta extrajudiciali, ex quo ſequitur illud non poſſe ad gravium exceſſuum punitionem, tametſi domeſticam, & corre-
40 ctionalem aſpirare, reſiſtente præfata Conſtitutione adamuſſim cohærente Juris diſpoſitioni in *capitul. fin. de officio Archipresbyteri*, ſecundum quam conceſſa in minimis poteſtate Archipresbytero, hæc nihil operatur in gravibus, quorum cognitio totaliter debetur Epiſcopo, ut notat Gloſſ. *ibidem verb. referant*, Pyring. *in decret. titul. 23. numer. 2. & titul. 24. §. 1. verſicul. & quamvis*, Rota *deciſ. 219. numer. 5. poſt ſecundum vol. conſil. Farinac. repet.* apud Barboſ. *de Canon. capitul. 6. numer. 35. & 37.*

At ne quid deſit ad clariorem aſſumpti comprobationem additur altera ejuſdem Pontificis Conſtitutio 78. in qua pariter Juriſdictio in gravibus ſoli Epiſcopo reſervatur, ibi: *Mandamus Epiſcopo, quatenus Canonicos, & Clericos ſuos harum Apoſtolicarum ordinationum Tranſgreſſores eorumque motus, & exceſſus illicitos cum vigilantia, & ſolicitudine corrigere non poſtponat juxta Canonicas ſanctiones, & conſuetudines hactenus obſervatas;* Unde certiores efficimur Benedictum voluiſſe totam poteſtatem in gravibus ſoli Epiſcopo tribuere, dum in aliis Conſtitutionibus exprimendo exceſſus leves diverſimode diſpoſuit, quocirca inſurgit probatiſſima concluſio, quod quemadmodum Pontifex ubi voluit conceſſit in levibus mulctam domeſticam etiam alteri quam Epiſcopo, ita quoque ſi illam in gravibus impartiri voluiſſet, literaliter expreſſiſ-
41 ſet, quod cum non fecerit, conſulto omiſiſſe cenſetur ad Textum *in leg. unica §. Sin autem ad deficien. Cod. de caduc. tollen.* Mantic. *de conject. libr. 11. tit. 14. n. 10.* Royas *dec. 22. num. 11.* Penia *dec. 471. n. 9.* Dunozet. Jun. *dec. 630. n. 3. & in rec. deciſ. 67. n. 16. part. 18.*

Abſque eo quod præfatis Conſtitutionibus contrarientur geminæ aliæ Conſtitutiones, ſcilicet 56. & 47. non enim turbat prima, in qua diſponitur, *quod ſi quis in Capitulo verbum contumelioſum dixerit Canonico illa die voce Capituli, & Canonica careat portione, & aliter per Epiſcopum, prout contumelia gravitas expoſcerit, puniatur*, quæ verba defenſoribus Capituli motivum præbebant arguendi, quod non repugnet menti Pontificis, ut pro uno, eodemque delicto duplex pœna irrogetur, & conſequenter permiſſum eſſe Capitulo mulctam correctionalem, etiam in crimine, quod gravem animadverſionem expoſcat, ex quo contra ef-

futientes verba contumelioſa duplex in dicta Conſtitutione imponatur pœna, altera domeſtica, & correctionalis, quæ utpote imperſonaliter demandata pertinere dicebatur abſente Epiſcopo ad Juriſdictionem Prioris majoris, vel Clauſtralis, prout cæteræ mulctæ correctionales, altera vero gravis per ſolum Epiſcopum aſſignanda; ſiquidem rectiſſime refellitur difficultas, ponderando quod Conſtitutio recenſita non loquitur de mulcta judiciali, ſed de extrajudiciali, quæ juxta qualitatem contumeliæ poteſt eſſe quandoque major, & quandoque minor, & ulterius verba dictæ Conſtitutionis diriguntur ad Epiſcopum, & excludunt Priorem, ac Capitulum, ideoque ex illis non bene deſumi valet duplicitas pœnæ in gravibus, quarum una ſit levis, & extrajudicialis, & alia gravis, & judicialis; prout etiam non adverſatur altera Conſtitutio 47. in qua ſtatuitur, quod revelans ſecreta Capituli, privetur per annum voce Capituli, & puniatur per Epiſcopum uti perjurus, quia quoad hanc etiam Conſtitutionem militat eadem reſponſio, quod punitio totaliter reſervetur Epiſcopo excluſive quoad Priorem, & Capitulum, præterquamquod cum 42
Conſtitutio iſta ſit limitata ad caſum particularem, in conſequentiam univerſalem trahi non meretur, Aochatso. *conſil. 118. numer. 4. & conſil. 318. lib. 2.* Cæphal. *conſil. 189. num. 13. libr. 2.* Angel. *conſil. 138. in princip.* Rota *coram Seraph. deciſ. 911. num. 2.*

Oſtenſo tandem ſufficienter, Capitulo nec ex Juris aſſiſtentia, nec ex Statutorum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitione deberi prætenſam poteſtatem correctionaliter in gravibus mulctandi, illud tantum nunc reſtat, ut diſquiramus, an Jus iſtud ei competat ex conſuetudine, & æque abſolutum eſt, illam eidem minime ſuffragari; præmiſſa enim concluſione, quod ipſi incumberet onus concludenti probationum genere demonſtrandi unum, idemque delictum contemporaneæ duplici pœna fuiſſe caſtigatum, ad hoc ut aſſerta conſuetudo cum ſuis neceſſariis re- 43
quiſitis dici poſſet legitime probata, Rota *coram Cerr. dec. 380. n. 4. & deciſ. 551. num. 6. & 7. cor. Cavaler. deciſ. 172. numer. 5. & deciſ. 505. numer. 8.* tantum abeſt ut id in præſenti oſtenſum fuerit, quin potius contrarium reſultet, ſeu ſpectemus inſpitos actus ab Epiſcopis geſtos & exhibitos, *Summ. num. 5.* ſeu quoque reſpiciamus factum poſitivum ejuſdem Capituli.

Habemus inquam ex actibus ab Epiſcopis geſtis, & exceſſus graves privative ſemper ab ipſis judicialiter punitos extitiſse, abſque eo quod Capitulum delinquentibus correctionalem, & ſalutarem mulctam impoſuerit, quibus adſtipulatur ulterius depoſitio decem Teſtium idipſum aſſerentium, quæ in hac parte admiſſa fuit in priori cauſæ deciſione ſuper levibus adita *prænotata die 6. Februarii anni præteriti*, §. *Tum denique*, habemus rurſus ex ipſomet facto Capituli, quod in gravibus exceſſibus idem ſe abſtinuit a mulctis domeſticis, & cauſæ cognitionem ad Epiſcopum remiſit, ut ex actu 15. Maii 1592. ibi: *Vicario Generali de gremio, qui eos corriget, & caſtiget, ſecundum eorum demerita*, necnon ex alio actu anni 1604. ex quo conſtat, quod cum Capitulum deliberaverit correctionaliter caſtigare Beneficiatos, ob exceſsus leves, ſi iidem exceſsus ob inobedientiam efficerentur graves, illos remiſit Vicario Generali pro punitione, ac etiam ex actu Anni 1693. probante Capitulum, licet requiſitum, ut puniret quendam Commenſalem illum remiſiſſe Vicario Generali, ibi; *Riſpoſe che haurebbe dato ordine al Rev. Giuſeppe Torres Officiale, e Vicario Generale, &c. perche ne daſſe parte à Sua Signoria Illuſtriſſima, &c. accio foſſe caſtigato ſecondo il delitto commeſſo, come in fatto detto Vicario Generale comandò, che foſſe ſequeſtrato*, cui denique conſonat actus anni 1691. oſtendens ſolum Epiſcopum abſque Capituli intromiſſione caſtigaſſe Paulum Villanoſta pro rixa gravi: quæ cum ita ſint fateri oportet nullam Capitulo opitulari poſſe obſervantiam, ſed verius habere Epiſcopum ad ſui favorem longævam, & 44
inconcuſſam duorum ſæculorum conſuetudinem, quæ

invin-

inviolabiliter idcirco ſervanda erit ex firmatis *in deciſionibus cauſæ ſuper levibus*, in prima *ſub die dicta 6. Februarii anni effluxi*, §. *Ex diſpoſitione*, in ſecunda ejuſdem Anni *ſub* §. *final.* & in ultima *ſub die* 28. *Januarii præteriti*, §. *Statutis cum ſeqq.*

Quæ ſane inveterata conſuetudo Epiſcopo favorabilis non concutitur ea oppoſitione quatuor actuum adductorum ex parte Capituli probandi cauſa ipſum proceſſiſſe ad mulctas correctionales etiam in exceſſibus gravibus; nam primus actus initus de Anno 1606. eſt extraneus a materia de qua agitur, ex quo non percutit caſum delicti gravis, dum continet punitionem cujuſdam Commenſalis propter verba contumelioſa prolata in Choro, qui exceſſus judicatur levis, ſecundum *Speculatorem in titulo de executione ſententiæ*, §. *Nunc videndum verſic.* 42. quem cum aliis ſequitur Cbartar. *deciſ. crimin.* 74. *numer.* 9. & ulterius iſte exceſſus non fuit commiſſus per perſonam Regularem, ſed per Sacerdotem Sæcularem adeout ceſſet conſideratio duplicis difformitatis; Secundus vero actus Anni 1650. conſimili irrelevantia notatur, quia verſatur circa exceſſum levem meræ inobedientiæ Curati Sæcularis, Tertius actus Anni 1677. qui continet punitionem Prioris majoris, nullam in Judicio fidem obtinere debet, tanquam extractus ab Archivio Capituli abſque compulſoria, & partis citatione, & in

45 omnem caſum eſſet unicus, & propterea nullius roboris ad inducendam conſuetudinem, ad quem effectum frequentia actuum una cum temporis diuturnitate requiritur, Maſcard. *de probation. concluſ.* 428. *numer.* 14. *& ſeqq.* Theſaur. *quæſt. for. libro* 1. *quæſt.* 38. *numer.* 16. Gaill. *obſerv.* 31. *numer.* 7. *lib.* 2. Rota *deciſion.* 207. *numer.* 7. *coram Peuting. & deciſ.* 351. *numer.* 18. *&* 20. *coram Cerro*, nec pariter ſcrupulum movet quartus, & ultimus actus Anni 1689. quia deſtruitur ex depoſitione illiuſmet Sacerdotis, de quo in dicto Actu fit mentio aſſerentis ipſum non fuiſſe punitum, a Capitulo, ſed ab Epiſcopo, *Summar. numer.* 6. *littera E.* ibi: *Eſſo Teſtimonio fu ſequeſtrato in Caſa per ordine, e comandamento del Sig. Officiale, e Vicario Generale dell' Illuſtriſſimo Sig. Veſcovo, e doppo haver ottenuto il perdono eſſer rimaſto libero, e tornato nella priſtina libertà, ſenza che il Molt' Illuſtro Capitolo ſe habbia mai interpoſto*, & in univerſum præter ſingularem reſponſionem unicuique ex dictis actibus jam aſſignatam, ad illorum everſionem facit, quo cum non probetur eoſdem geſtos fuiſſe cum ſcientia, & patientia Epiſcopi habentis pro ſe Juris aſſiſtentiam, redduntur proinde inefficaces ad deſtruendam conſuetudinem illius favore præſcriptam puniendi delicta gravia, abſque eo quod Capitulum extrajudicialiter, & pœna correctionali, & domeſtica in his caſibus mulctaverit, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 45. §. 2. *numer.* 52.

46 Cardinal. de Luca *ſub tit. de Jurepatron. diſcurſ.* 56. *num.* 25. Rota *coram Gregor. deciſion.* 417. *ante num.* 6. *& in recent. deciſ.* 197. *num.* 40. *par.* 5. *& dec.* 220. *num.* 24. *part.* 11.

Minuſque convellitur, ex eo quod Rota in ſæpe citatis deciſionibus cauſæ ſuper levibus *a* me editis, ſtabiliverit pro Capitulo poteſtatem mulctandi correctionaliter; Ideoque Jus iſtud uti univerſale extendatur etiam *ad* exceſſus graves, quia eatenus in dictis deciſionibus facultas hæc eidem fuit attributa, quatenus plene conſtitit illam deberi ex peculiaribus Eccleſiæ Statutis, Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac inconcuſſa conſuetudine ex Actuum multiplicitate, & longævi temporis decurſu elicita; quæ omnia mirifice hodie excludunt prætenſionem Capituli reſpectu gravium, cum memorata Statuta, Conſtitutiones, ac conſuetudo, reſtricta noſcantur ad levium domeſticam correctionem, quæ non recipit extenſionem ad caſum longe diverſum punitionis exceſſuum gravium, in quo Epiſcopus, ut toties innuimus, præſtat facultate privativa virtute aſſiſtentiæ Juris communis, Statutorum, Conſtitutionum, ac conſuetudinis, & ſic intrat regularis propoſitio, quod tantum cenſetur præſcriptum, quantum poſſeſſum, nec fit extenſio 47

ad alios actus, etiam ejuſdem ſpeciei, de qua late Poſthum. *de manut. obſervat.* 73. *numer.* 177. & Rota *deciſ.* 3. *numer.* 14. *part* 5. *recent.* & poſt Vivian. *de Jurepatronat. deciſ.* 88. *numer.* 8. præſertim contra Epiſcopum habentem ordinariam poteſtatem, nam in ejus præjudicium non admittitur extenſio in materia præſcriptionis, etiam ad caſus ſimiles acceſſoria annexos, & connexos, ac etiam ex iden- 48

titate, vel majoritate Rationis, ut docent Felin. *in cap. Auditis num.* 9. *verſ. Cæterum, & num.* 10. *cum ſeqq. de præſcription.* Fermoſin. *in cap. cum contingat de for. compet. quæſt.* 2. *num.* 14. Lan. *allegation.* 70. *numer.* 9. Rota *in Barchinonen. Juriſdictionis* 12. *Junii* 1682. §. *Penitus coram clar. memor. Cardin. Matthæjo, & in Baren. Juriſdictionis* 26. *Aprilis* 1694. §. *Neque, &* §. *Fundamentalis coram Reverendiſſ. Domino meo Decano*, & in ſpecie quod non valeat argumentum a Jure mulctandi exceſſus leves *ad* jus mulctandi exceſſus graves notanter dixit Cornel, *conſil.* 393. *ſub numer.* 11. *tom.* 2.

Et ita utraque Parte acerrime contradicente reſolutum fuit, &c.

R. P. D. P I O.

Dertbuſen. Juriſdictionis.

Mercurii 5. Junii 1697.

CUm in expeditione Cauſæ de qua agitur contenderent Defenſores Capituli non eſſe relaxandum mandatum de manutenendo favore Reverendiſſimi Epiſcopi ſuper jure exercendi Juriſdictionem in exceſſibus gravibus ea innixi ratione; quia in deciſione coram Me emanata ſub die 4. Martii proxime præteriti eidem Epiſcopo manutentio non legitur attributa. Tutius procedendo Partes ad Rotam remiſi, quibus hodie per Memorialia auditis prodiit reſcriptum, quod expediatur Cauſa hac prius brevi deciſione extenſa, in qua Epiſcopum manutenendum eſſe firmarem; Nam ut ajebant DD. cum ex actibus plene relatis in dicta mea deciſione ſub §. *Habemus inquam*, ſufficienter conſtet de quaſi

49 poſſeſſione ejuſdem Epiſcopi in exercitio hujuſmodi Juriſdictionis puniendi tam graviter, quam leviter delicta gravia a Regularibus commiſſa, & cum dubium originale propoſitum ſub die 10. Decembris 1695. fuerit: *An & cui ſit danda manutentio*, & eo non reſoluto mandatum fuerit, *ut videretur de bono jure etiam ad effectum manutentionis*, conſequens ergo eſt, ut conſtito de bono jure Reverendiſſimi Epiſcopi, ac de ejus poſſeſſione, in eadem veniat manutenendus, *ad vulg. Text. in* §. *Retinendæ Inſtit. de Interdict.*

50 Hæc cauſa ſuper gravibus fuit expedita cum unica deciſione non obſtante, quod in antecedenti propoſitione reſcriptum fuiſſet *iterum proponatur*, quod Sac. Rotam alias practicare vidi quando agnoſcit negotium eſſe clarum, aut nihil de novo adduci, quod relevet, & præcipue in una *Urbanien. Canonicatus, de qua Diſcept.* 4. *n.* 86. licet adeſſet præcedens ſententia Rotalis in contrarium, in prima propoſitione alterius Inſtantiæ Rotæ infirmavit illam, & cum unica deciſione cauſam expedivit cor. bon. mem. dell'Olmo; unde patet, quod tametſi regulariter concedi ſoleat nova audientia ubi una tantum adeſt deciſio, adhuc iſta regula ſit fallax cum ſemper pendeat a motivis relevantibus, vel irrelevantibus concedere, & negare novam audientiam, cum cæteroquin data eorum relevantia etiam adverſus ſecundam deciſionem eam obtinuerim, ut obtinui in hac Cauſa ſuper levibus, de qua infra.

DERTHUSEN. JURISDICTIONIS
Super Levibus.

ARGUMENTUM.

Capitulum habens jus mulctandi exceſſus leves commiſſos in Choro, & Eccleſia, utrum illud exercere poſſit præſente Epiſcopo in Eccleſia, & Choro cumulative cum præventione, vel cumulative cum prælatione Epiſcopi, ad explicationem *Text. in Canon. perlectis diſtinct. 25. nec non Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. verſ. Epiſcopis.*

SUMMARIUM.

1 *Inter duos Judices cumulativam habentes eſt locus præventioni.*

2 *Conceſſa per Statutum facultate caſtigandi alternative Epiſcopo, vel Priori, vel Præcentori dicitur conceſſa alternativa Ordinis, non præventionis, & præfertur major primo nominatus, & n. 3. 4. & 5. Examinatur* Text. in Can. Perlectis diſtinct. 25.

6 *Quando eſt data Juriſdictio per commiſſionem excitatoriam juriſdictionis duobus, quorum unus eſt major altero, & de jure procedit prinſquam alter, tunc dicitur data cum cumulativa per prius, & poſterius.*

7 *Præſertim ſi agatur de commiſſione directa ex gratia Abbati, nec non ejus Officiali, ſeu Priori, qui non procedit niſi ſubordinate, & Vicario nomine Abbatis.*

8 *In Choro, & Eccleſia reſpectu mulcta domeſtica exercenda contra leviter delinquentes non eſt practicabilis cumulativa præventionis.*

9 *Epiſcopus vigore Concilii poteſt mulctare in Choro prælative ad Capitulum, & ita interpretatur Concilium late num. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*

18 *An deceat Epiſcopo in Choro mulctare domeſtice, & ſe ingerere in juſſionibus circa Chorum, vide numer. 19. 20. 21. 22. & 23.*

24 *Confeſſio Capituli probat qualitatem juriſdictionis, quam habet Epiſcopus.*

25 *Reſolutiones Sacr. Congregationis in Calaritana junctis numer. 26. 27. 28. uſque ad numer. 38.*

39 *Reſolutiones Sacræ Congregationis Rituum in Hiſpalen. junctis num. 40. 41. 42. cum ſeqq. uſque ad num. 69.*

DISCEPTATIO LX.

PRoſequendo cauſam Derthuſen. quantum ad articulum puniendi exceſſus leves commiſſos intra Eccleſiam præſente Epiſcopo in Eccleſia, & Choro, allegabant Scribentes pro Capitulo Conſtitutionem Eccleſiæ Benedicti XIII. *in obedientia*, in qua diſponitur, quod punitio fiat: *Arbitrio Epiſcopi, vel Prioris majoris, vel Clauſtralis, & ipſis abſentibus Judicio Præcentoris:* Ex qua inſerebant fuiſſe conceſſam cumulativam tam Epiſcopo, quam Capitulo ſubrogato in locum Priorum, & propterea inter duos Judices cumu-
1 lativam juriſdictionem habentes eſſet locus præventioni, ut dicunt Abb. *in cap. Prudentiam n. 10. in fine de offic. delegat. aliique citati in deciſ. 6. Februar. 1696. §. Minus dici poteſt*, quodque non daretur locus præſlationi ratione majoris Dignitatis unius Judicis ſupra alterum, ut ſubdit eadem deciſio, §. *Minus in fine*, prout etiam dicebant, quod non obſtabat Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 6. de reformat.* concedens Epiſcopis præcipuam auctoritatem omnium rerum agendarum in Choro tanquam procedens quoad delicta gravia requirentia cognitionem judicialem, non quoad leves exceſſus extrajudicialiter puniendos, ut in dicta *deciſion. 6. Februarii, §. Et denique, coram Pio*.

Verum contrarium de jure verius eſſe defendebam, & Rota receſſit in hac parte a deciſis, ut *in deciſ. 28. Junii 1697. §. Præfatis, & §. Ex quibus;* hæc enim veriſſima ſententia clare probatur ex lectura præallegatæ Conſtitutionis, quæ conceſſit jus mulctandi Superiori, ejuſque Officialibus cum graduatione, & diſtinctione reſultante ex alternativa Ordinis ibi explicata, primo ſcilicet nominando *Epiſcopum* Superiorem, ſecundo *Priorem Majorem* eodem Epiſcopo inferiorem, tertio *Priorem Clauſtralem* Priori majori inferiorem, & quarto *Præcentorem* Priori Clauſtrali inferiorem; Unde dicitur quidem conceſſa poteſtas omnibus inſolidum, ſed ſecundum alternativam, non præventionis, ſed Ordinis, hoc eſt ordinatam per modum Prioritatis habitu reſpectu ad majorem, & minorem Dignitatem reſpective Perſonarum gradatim 2
nominatarum, ut de alternativa Ordinis data cum dictione illa *vel*, eſt Text. *in l. Cum Pater, §. A te pete, ff. de legat.* Alexan. *conſ. 5. num. 7. lib. 6.* Garz. *de beneſ. par. 7. cap. 15. n. 22. Verſ. Verius*, & in puncto Statuti Eccleſiæ concedentis Archipresbytero certum officium inſolidum, & cumulative cum Epiſcopo, quod iſte ſemper præferatur excluſive ad Archipresbyterum ratione majoritatis, & ſuperioritatis, latiſſime conſuluit Berous *conſ. 22. ſignanter n. 23. tom. 1.* ibi: *Nec eſt inconveniens, quod unum, & idem pluribus competat inſolidum, & tamen alter dicatur major altero, & alter alteri ſit præferendus, &c. unus cenſetur major, & alter inferior, & ſubditus; Item unus videlicet Epiſcopus cæteris præfertur in exercitio:* & ulterius ſubdit n. 21. quod non valet in contrarium quævis conſuetudo, & Statutum.

Addebam rationem concludentem; quia nempe cum 3
omnis Conſtitutio intelligi debeat, prout de jure Maſcard. *de Statutor. interpret. concl. 2. num. 71.* Coccin. *deciſ. 488. num. 7.* Dunozz. Jun. *deciſ. 757. num. 5.* inde fit, quod Juriſdictio competens inſolidum Superiori, & Inferiori in Eccleſia, ſit intelligenda ordinative, & prælative, quod nempe Epiſcopus præferatur, nec poſſit excludi ab Inferiori per præventionem, ſi ipſe Epiſcopus velit ſe intromittere, ut in ſpecie eſt Text. *in Can. Perlectis diſtinct. 25.* ubi non obſtante exercitio certarum functionum conceſſo Archipresbytero, Archidiacono, & aliis Officialibus Eccleſiæ, adhuc Textus dicit, quod Epiſcopus poteſt ſe intromittere prælative ad illos, his verbis: *Et dum præceſſit unuſquiſque in ſingulis, ipſe tamen eſt præordinatus in cunctis*, & in puncto, quod juxta mentem præallegati Canonis Epiſcopus poſſit procedere prælative ad omnes Officiales inferiores, tradunt ibidem Præpoſitus *num. 32.* Gemin. *num. 11. verſ. Sed concordando*, Berous *dict. conſ. 22. n. 4. & 23.* Panormit. *in cap. Cum contingat de foro competen. n. 29. verſ. Et ſi concurrant*, Saraſt. *de adjunct. quæſt. 34. num. 45.* idemque procedit in Parocho, qui commiſit curam animarum Presbytero amovibili cum cauſa in ſuum adjutorium in Villa; non enim impeditur, ſi velit, etiam in commiſſis alteri de per ſe procedere aliquando ſi velit, Rota Me ſcribente in *Aretina Jurium Parochialium 27. Februarii 1794. §. Quatenus, coram bo. mem. Anſaldo*, cujus deciſionis revocatio poſtea facta Mihi viſa fuit inſubſiſtens in hoc puncto.

Allegabam quoque rationem rationis, quia nimirum Papa in allegata Conſtitutione non conceſſit poteſtatem dd. Prioribus majori, & Clauſtrali, & Præcentori tanquam extraneis, & jure delega- 4
to ab eodem Papa, ſed iiſdem tanquam Officialibus ordinariis Eccleſiæ, & Miniſtris Coadjutoribus Epiſcopi primario ſimul cum illis nominati, ut conſiderat Berous *dict. conſil. 22. numer. 40. verſic. Præterea*, & probatur per Text. *in dict. Canon. Perlectis diſtinct. 25. verſic. Hi ſunt ordines, & miniſteria Clericorum, &c.* Ideoque non poſſunt excludere ſuum Prælatum, ſed eorum poteſtas intelligenda eſt in defectum Epiſcopi; ſicut præciſe intellexiſſe Papam dicendum eſt in illis verbis: *Si præſentes fuerint*, quæ interpretari debent diſtributive,

tive, acſi dictum fuiſſet arbitrio Epiſcopi ſi præſens fuerit, eoque abſente arbitrio Prioris, ſicut de jure ita intelligendum eſſe docet Text. *in cap. Miniſterium*, ibi: *Si Epiſcopus defuerit*, & *cap. Officium*, ibi: *Quando ibi Præſul defuerit: de Officio Archipresbyteri*, Rota *deciſion.* 665, *numer. primus*, ibi: *Abſente Epiſcopo*, apud Poſthum. *de manutent.*

Ideoque dubitari non poteſt quin Conſtitutio totam poteſtatem correctionalem radicaverit, ſeu confirmaverit in ſolo Epiſcopo tanquam unico Abbate, non obſtante, quod aliquando jus mulctandi fuerit attributum Prioribus Majori, & Clauſtrali alternative cum Epiſcopo, cum talis conceſſio alternativa dicatur ordinis, & non præventionis, & conſequenter intelligatur data poteſtas mulctandi Prioribus in defectum Epiſcopi, ut in puncto docet *Text. in cap. Cum ad Monaſterium de ſtatu Monachorum*, ubi licet Papa nominaverit antecedenter cum alternativa Abbatem Priorem, & Cellerarium ibi: *Sed Abbati, vel Priori, vel Cellerario aſſignetur*, nihilominus poſtea ſubjungit: *Prior, autem poſt Abbatem præ cæteris, &c. Delinquentes corripiat, & caſtiget*, & exponit ibi Gloſſ. *in verb. in omnibus*, & concordat Textus *in Canon. Metropolitano diſtinct.* 63. ubi cum Text. jubeat, ut Metropolitano defuncto in ejus locum ſubrogetur optimus ex Presbyteris, vel Diaconis Gloſſ. ibidem *in verb. ex Presbyteris* notat ex illa alternativa, *vel*, eſſe deſignatum ordinem, ut nempe non eligatur in Metropolitanum unus ex Diaconis, niſi deſint Presbyteri Gloſſ. *in cap. In alternativis de regul. Jur. in* 6. ibi: *Sunt tamen quædam alternativæ, in quibus debet ordo ſervari*, & *in cap. Licet in verb. Vel in Parochiali de ſepulturis in* 6. & eleganter videndus Fagnan. *in cap. Inter cæteras ex num.* 45. *uſque ad* 54. *de reſcript.* cum aliis apud Gratian. *diſcept.* 338. *num.* 11.

Inferebam ex his corruere reſponſionem datam in contrariis antecedentibus deciſionibus, quod in commiſſionibus directis pluribus Judicibus etiam inter ſe ſubalternatis, juriſdictio cenſeatur data cumulative,
5 & ſit locus præventioni, cum hoc procedat, ubi dirigitur commiſſio Judicibus nullam habentibus juriſdictionem nativam, ſed illam in totum recognoſcentibus a Delegante, in quibus terminis loquitur Abbas *in cap. Prudentiam de officio delegati, ejuſque ſequaces in contrariis deciſionibus adducti*, ſecus vero, ubi commiſſio eſt directa pluribus Iudicibus, quorum aliquis juriſdictionem habeat nativam, & originariam, ut eſt caſus præſens, ubi data fuit poteſtas Epiſcopo juriſ-
6 dictionem ordinariam habenti, necnon Prioribus Majori, & Clauſtrali in defectum Epiſcopi ſuccedentibus, hoc enim caſu cum commiſſio ſit excitatoria juriſdictionis, iſta proinde non dicitur data cumulative, ſed ordinative per prius, & poſterius ſicut de jure eſt, quod præſente Superiore actus gerendos ſpectet prælative ad ipſum, & in ejus defectum ad Officiales, & Miniſtros ſubalternos, ut in ſpecie declarant Marian. Soccin. *in cap: Poſtulaſti num.* 8. *verſ. Ideo autem de foro competen.* Fermoſin. *in cap. Propoſuiſti* 19. *quæſt.* 1. *num.* 14. *de Judic. & foro compet. fol. mihi* 760. Tondut. *de prævent. cap.* 1. *num.* 2. *par.* 1. Georg. Pollach. *in ſuo tractatu de poteſtate Prælatorum Regularium impreſſ. poſt Sigiſmund. a Bonon. de elect. num.* 10. ibi: *Et quemadmodum obedire, ut inquit Apoſtolus, oportet Deo magis, quam hominibus, ita inter ipſos homines obediendum eſt magis Prælato Superiori, quam Inferiori poteſtatem ab eo accipienti.*

Maxime, quando poteſtas in eiſdem Conſtitutionibus conceſſa Priori majori, & Clauſtrali in Eccleſia,
7 ubi Epiſcopus eſt Abbas, ſecundum ſubjectam materiam regularem, intelligitur, & aliter Intelligi non poteſt, quam Delegata Vicario nomine Epiſcopi ad ſupplendas vices illius, ut probatur in Conſtitutione 24. ubi Prior Vicarius Epiſcopi appellatur ibi: *ad diſpoſitionem Epiſcopi, vel ejus Vicarii Prioris majoris, &c.* & in terminis juris communis tradunt Hieronym. Gaiz *in pract. Eccl. regular. tom.* 2. *tract.* 10. *diſfinit.* 1. *dub.* 1. *num.* 12. Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 9. *quæſt.* 3. *n.* 18. ibi: *qui ſolent etiam appellari Vicarii* Carolus Mallet. *tom.* 1. *de Sacram. malleat.* 45. *Bract.* 8. Lezzan. *part.* 2. *quæſt. regul. cap.* 13. *n.* 41. Layman. *concluſ. Canon. de Juriſdict. Ordinarii cap.* 6. *concluſ.* 1130. Pax Jordan. *tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 8. *num.* 117. & *ſeqq.* Rota *d. dec.* 112. *num.* 3. & *ſeqq.* & *dec.* 329. *num.* 2. & 3. *par.* 4. *to.* 1. *recent.*

Comprobabam hujuſmodi veritatem evidenter ex abſurdo, dum ſi daretur locus præventioni ſuccederent quotidie infinita jurgia, & diſturbationes in Ec-
cleſia, quia tam Epiſcopus, quam Prior ſtare deberent ſemper vigiles, & prompti ad præveniendum, 8
& tamen quando unus præveniret, alter nihilominus impune ſe ingereret, eo quia non poſſet conſtare de præventione ex Teſtimonio perſonarum in Eccleſia exiſtentium, dum Canonici nollent teſtificari contra Priorem, quem ſuſtinent, & cujus Jure uti prætendunt, Commenſales vero, & Beneficiati nollent deponere contra Epiſcopum, cui hodie aſſiſtunt in hac lite, & ſic neceſſarium eſſet ad omne momentum vocare, vel tenere in Eccleſia teſtes extraneos proferendo teſtimonio ſuper præventione, cum maxima confuſione, & ſcandalo Populi videntis iſtas æmulationes inter Superiorem, ejuſque inferiorem Miniſtrum præſertim regularem, & obedientiarium, quod ſane nunquam venit in mentem Papæ, qui in dicta Conſtitutione potius voluit obviare jurgiis, & diſſenſionibus, immo præciſe pro eorum extirpatione motus fuit ad ſtatuendum, ut legitur in Proœmio ibi; *cupientes quaſlibet diſſenſiones ſic radicitus extirpare*: urgente regula quod ſequi non debet finis contrarius menti diſponentis *leg. meminerint, Codic. unde vi verſic. ne Injuriarum naſcatur occaſio* Geminian. *conſ.* 126. *numer.* 2. Menoch. *conſil.* 151. *numer.* 30. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 3. *litt. F. concluſ.* 178. Barboſ. *axiom.* 99. *numer.* 4. & 5.

Inculcabam ulterius nullum adeſſe principium dubitandi, attenta diſpoſitione Sac. Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *capit. de reformat.* ubi conceſſa fuit Epiſcopis in Choro, & Capitulo *præcipua omnium rerum agendarum authoritas*, ſi enim Epiſcopus debet habere in Choro authoritatem *præcipuam*, certe iſta præcipua authoritas non poteſt verificari niſi Epiſcopus habeat Jus mulctandi in illo prælative, & excluſive ad Prio-
rem, alias ſi iſte poſſet prævenire, utique Epiſcopus 9
non haberet authoritatem præcipuam, ſed minimam, & parum cum ſuo Miniſtro Inferiori; Cumque Concilium deroget Statutis, & Privilegiis; aut dicendum eſt Conſtitutionem Benedicti habere intelligentiam hactenus inſinuatam, aut ſi habet contrariam, eſſe illi derogatum ex poſteriori Decreto Conciliari, quod tollit etiam immemorabilem, ut in individuo, quod Concilium habeat locum in hoc præciſo jure mulctandi, dixit Rota *coram Celſ. deciſion.* 12. *numer.* 13. & 14. & *reſolvit Sacra Congregat. Rituum in Hiſpalen. ſuperioritatis, & Juriſdictionis* 3. *Septembris* 1695. *in reſponſione ad primum, proponente clar. memor.* Cardinal. de Abdua *infra numer.* 39. & *ſeqq.*

Interpretatio autem data Concilio in primis contrariis deciſionibus, quod nempe Concilium loquatur de authoritate Epiſcopi in Judiciis Criminalibus, ſeu in cauſis gravibus, & in materia Juriſdictionis altæ, & contentioſæ, tollebatur ad evidentiam ex pluribus fundamentis, quæ non habent reſponſionem.

Et primo quia Concilium diſponit, quod Epiſcopi habeant: *præcipuam omnium rerum agendarum authoritatem in Choro, Capitulo, & in Proceſſionibus*: intelligere autem hanc authoritatem in Cauſis gravi-
bus, & Judiciis Criminalibus, & ſic in juriſdictione 10
alta, nihil aliud eſt quam reddere diſpoſitionem Concilii, aut ridiculam, aut inanem, quia nemo hactenus vidit Epiſcopos in Choro facere proceſſus Criminales, & habere ſecum Notarios, & ſtare in Eccleſia pro Tribunali exercendo Juriſdictionem altam, quando ibi recitantur divina officia, unde propterea alterum ex his neceſſario dicendum eſt, vel quod Concilium loquatur de ſimplici authoritate extrajudiciali, ſeu ſuperintendentia præordinativa in Choro; vel quod alias nihil conceſſerit Epiſcopis in Choro, in quo ipſi

nihil

Digitized by Google

nihil aliud exercere poſſunt; quam auctorita-
tem extrajudicialem, & domeſticam corrigendi
defectus, & exceſſus, jubendi, præordinandi, &
diſponendi in cunctis, quæ reſpiciunt eundem
Chorum.

Secundo quia Concilium loquitur per verbum:
auctoritas: proprie verificabile in mera ſuperintenden-
11 tia, & dominio extrajudiciali, nam alias adhibuiſſet
verbum: *Juriſdictio*; ſicut adhiberi ſolet, quando ſi-
gnificatur Judicium contentioſum; adhibendo igitur
verbum; *auctoritas*; exprimere voluit auctoritatem
extrajudicialem, ut præciſe quod Auctoritas dicatur
actus etiam ſine juriſdictione ſuperiori, Text. *in to-
to, tit. ff. de auctor. Tutor.* Albertic. *in l. 1. ff. de jure-
jur. & in Dictionar. in verb. auctoritas in fine verſ.
Differt. Auctoritas.*

Tertio quia diſpoſitio Conciliaris generaliter, &
indiſtincte loquitur de auctoritate *omnium rerum a-
12 gendarum in Choro*, & ſic reſtringi nequit ad juriſ-
dictionem aliam, ſed generaliter intelligenda venit
de quacunque ſpecie juriſdictionis etiam levis, &
domeſticæ, & in figura extrajudiciali, qui enim ha-
bet auctoritatem *omnia* gerendi, poteſt omnia exer-
cere hoc eſt infligere mulctam tam domeſticam quam
judicialem, & ſic alte, & quocunque modo puni-
re, ut notando illud verbum: *omnium*: in Conci-
lio adjectum ſcribit Gallemart. *ſuper dict. cap. 6. num.
30. in fine*.

Quarto quia circa Juriſdictionem Epiſcopi in Cauſis
Criminalibus jam Concilium ſufficienter diſpoſuit in
pluribus aliis decretis, *ut in ſeſſ. 6. cap. 4. de reformat.*
& quod conſiderabile eſt in ipſomet *cap. 6. ſeſſ. 25. de
reformat.* idem Concilium in principio abunde decre-
13 vit ſuper hac juriſdictione in cauſis gravibus, & con-
ſequenter, dum in fine tranſeundo ad diverſa reſpi-
cientia Chorum dicit: *Præterea Epiſcopis in Choro,
& Capitulo, & in proceſſionibus ſit præcipua omnium
rerum agendarum auctoritas*: percepiſſe intellexit non
quidem de Juriſdictione Criminali, de qua ſupra
perfecte diſpoſuit, ſed de auctoritate extrajudiciali,
& domeſtica in Choro & Capitulo, & in rebus re-
ſpicientibus gubernium ejuſdem Chori, cum loquatur
per verbum *Præterea* denotans diſpoſitionem diver-
ſam in aliis rebus diverſis ultra diſpoſita in parte
ſuperiori, §. *Præterea inſtitut. de action. cap. ſuper qui-
buſdam*, §. *Præterea de verbor. ſignificat.*, Gratian.
conſil. 163. *num.* 40.

Quinto quia dum Concilium in præfato *cap. 6.* lo-
14 quens de auctoritate Epiſcoporum in Choro dat illis
poteſtatem *præcipuam*, aliud non intellexit quam in-
novare antiquam juris communis diſpoſitionem *in Ca-
non. perlectis diſtinct.* 25. ubi dicit quod Epiſcopus *eſt
præordinator in cunctis*, licet adſint in Eccleſia Archi-
presbyter, Archidiaconus, Sacriſta, & alii Officia-
les, & quod Concilium ſit mere innovativum juris
communis eſt evidens, dum etiam verbaliter concor-
dat cum diſpoſitione prælegati *Canonis Perlectis* quia
tantum eſt dicere Epiſcopus ſit præordinator in cun-
ctis, ſicut dicitur in eodem *Canon. perlectis*, quantum
dicere, quod habeat *præcipuam omnium rerum agen-
darum auctoritatem in Choro*, ſicut dicitur in Conci-
lio; cum iſta *præcipua* auctoritas aliud non ſit quam
præordinatio, itaut idem ſit eſſe præordinator in cun-
ctis, ac habere *præcipuam* omnium rerum agendarum
auctoritatem; ergo ſicut diſpoſitio juris in dicto *Ca-
non. perlectis* dando Epiſcopis *præordinationem* in cun-
ctis intelligit in iis, quæ reſpiciunt Chorum, ut in
puncto Berous *conſ* 22. *num.* 25. *lib.* 9. ita pariter in-
telligenda eſt diſpoſitio Concilii confirmatoria juris
antiqui, Berous *conſil.* 56. *num.* 14. & *conſ.* 105. *n.* 24.
lib. 1. Alexand. *conſ.* 26. *n.* 6. *lib.* 5. Natt. *conſ.* 476. *nu-
mer.* 3. Rolan. *conſ.* 38. *num.* 9. *lib.* 4. Becc. *conſil.* 101.
num. 40. *lib.* 1.

Quibus obſtare non valet illa præſervativa adjecta
ſucceſſive in eodem Concilio *cap. 6. ſeſſ.* 25. in illis ver-
bis: *Cæteris autem in rebus Capituli, Juriſdictio, &
Poteſtas ſi quæ eis competit, & Bonorum adminiſtratio
ſalva, & intacta omnino relinquitur*: Quippe ſi Con-
15 cilium in hac parte ſolummodo præſervat Capitulis eo-
rum jura; *in cæteris rebus*; utique hæc dictio: *cæteri*
manifeſte deſignat præſervativam fuiſſe factam reſpectu
aliarum rerum, præterquam in expreſſe ſupra diſpoſi-
tis per Concilium favore Epiſcoporum; dum ergo
Concilium ſupra conceſſit Epiſcopis in Choro, Capi-
tulo, & proceſſionibus præcipuam omnium rerum
agendarum auctoritatem, certe præſervativa ſubſe-
quens *in cæteris rebus* non intelligitur excluſive ad
auctoritatem datam ſpecialiter Epiſcopis in Choro,
ne alias detur inſtantanea correctio, ſed bene intel-
ligitur, & intelligi poteſt de aliis rebus diverſis,
ſcilicet de juriſdictione Capituli in Cauſis Civili-
bus, & in adminiſtratione Bonorum, ut interpreta-
tur ibi Barboſ. *num.* 25. Saravia *de Adjunct. quæſt.* 33.
num. 35. & 36.

Prout etiam non adverſatur, quod Text. *in cap. irre-
fragabili*, §. *exceſſus de Offic. Ordinarii* concedat Ca- 16
pitulis ex conſuetudine jus corrigendi exceſſus Capitu-
larium, ita & taliter, quod Concilium præſervando
poteſtatem, & juriſdictionem Capitulorum *in cæteris
rebus*, debeat intelligi de jure corrigendi exceſſus Ca-
nonicorum, quod Capitula non prohibentur exercere
vigore conſuetudinis; quoniam allegatus Textus eſt
totaliter extraneus ab hac materia puniendi exceſſus in
Choro præſente Epiſcopo, cum loquatur de juriſdi-
ctione alta, ſcilicet corrigendi delicta Canonicorum
per modum Tribunalis contentioſi, & in figura judi-
cii, ut patet evidenter, ex quo in eodem Textu ſubjun-
gitur, ut Epiſcopus præfigere debeat terminum com-
petentem ipſi Capitulo ad puniendos exceſſus in Judi-
cio Criminali ibi: *Infra terminum ab eo præfigendum*,
& tradit ibi Joann. de Anan. *num.* 5. *verſ. patet etiam*,
& ſic manifeſte edocemur, quod ibi agitur de foro con-
tentioſo, & Judicio Criminali, cui adaptatur præfi-
xio termini ad puniendum, non autem de monitioni-
bus, & correctionibus domeſticis exercendis in Cho-
ro, in quibus non ſervatur tela judiciaria, nec appli-
catur termini alicujus præfixio, ſed omnia explentur
per actum momentaneum, & extrajudicialem in eo
puncto, quo exceſſus præſente Epiſcopo committun-
tur in Choro, unde Textus prædictus *in cap. irrefra-
gabili*, §. *Exceſſus* uti non loquens de materia Cho-
ri, & correctionum ibi exercendarum, minuſque lo-
quens præſente Epiſcopo, nihil habet commune cum
præſenti articulo. Ultra quod idem Textus hodie poſt
ſupervenientem diſpoſitionem Sac. Concilii Tridentini
ſeſſ. 6. cap. 4. & ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. non poteſt
amplius procedere *privative* ad Epiſcopum; ſed intel-
ligitur reſtricta ejus diſpoſitio quoad hoc, ut Capitu-
lum poſſit continuare in ſua Juriſdictione caſtigan-
di exceſſus cumulative cum Epiſcopo, in quibus
terminis Concilium non privat Capitula ea Juriſdi-
ctione, quæ ſibi ex privilegio, vel legitima con-
ſuetudine competebat, ut declaravit Rota *in deciſ.*
254. *numer.* 21. & 22. *juncto numer.* 18. & 19. *part.*
19. *recent.*

Et ſine ulteriori diſcurſu Epiſcopos vigore relati
cap. 6. ſeſſ. 25 de reform. poſſe in Choro mulctare, de-
claravit Sac. Congregatio Concilii *in Calaritana* de 17
annis 1645. & 1653. ut in reſolutionibus in calce
impreſſis *num.* 25. *uſque ad num.* 38. ubi in fortioribus
terminis deciſum fuit vigore diſpoſitionis Concilia-
ris, Epiſcopum etiam abſentem poſſe mulctare in Cho-
ro, necnon deputare Punctatorem, & in dicta Hiſpa-
len. ita etiam judicavit Sac. Rituum Congregatio me
ſcribente pro Archiepiſcopo, ut ex reſolutionibus
infra tranſcriptis num. 39. & ſeqq. unde evidens eſt
Concilium loqui de auctoritate conceſſa Epiſcopis
mulctandi domeſtice in Choro, quas reſolutiones
Sacrarum Congregationum Sac. Rotæ Auditorium,
reverenter accipit, & ſemper venerari proteſtatum
eſt, ut in *deciſ.* 280. *num.* 8. *part.* 16. *deciſ.* 15. *num.* 12.
coram Celſo deciſ. 479. *num.* 3. juncto Adden. *num.* 26.
coram Buratt.

Occaſione autem tam hujus Cauſæ quam alterius
ſimilis in Hiſpalen. ſupra citata, audivi Judices male 18
inclinatos erga Epiſcopum in hujuſmodi puncto mul-
ctandi in Choro, necnon alia peragendi, in concer-
nentibus directionem, & gubernium ejuſdem Chori
dicendo, quod non deceret Prælatum ſe immiſcere in
his minimis, in quibus aderant Miniſtri, & Officiales
pro-

proprii, nempe Decanus, Prior, Magiſter Cæremoniarum, & alii, ad quos pertinebat hujuſmodi officium, & quibus propterea Epiſcopus debebat relinquere officium liberum ſuper his minimis, & inferioribus Miniſteriis, quæ exerceri ab Epiſcopo in Choro eſſet indecentia, ſeu potius dedecus, quam honor Prælati Superioris, & cum hujuſmodi motivo pendebant contra Prælatum.

Ego mirabar quomodo hominum ingenia eſſent adeo ſubtilia, ut etiam in re nullam de Jure difficultatem habente, invenire poſſent colorem dicendi aliquid in contrarium; non negabam enim in abſtracto habere aliquam imaginem neſcio cujus dehoneſtamenti, & vilitatis, quod Epiſcopus vellet in Choro facere magiſtrum Chori, Cæremoniarum correctorem, & aliud ſimile officium, ſed dicebam in concreto nihil ſtringere hujuſmodi ponderationem, ſed potius retorqueri; quippe Epiſcopus non intendit abrogare in Choro officium Decani, Magiſtri Cæremoniarum, Cantoris, Primicerii, & aliorum, ſed relinquere illis intacta ſua Miniſteria; hoc tamen ſolum pati non intendit, ut contingebat in Cauſa Hiſpalen, quod nempe ſi quan-
19 doque velit, quod Canonicus taceat in Choro, ſtet magis attentus ad divina, & ſimilia, nequeat illum monere, & mulctare, ſicut poteſt Officialis, ſi videat errorem in recitatione Officii divini, nequeat emendaſe, ſaltem verbaliter commonendo, ſi velit claudi unam feneſtram Eccleſiæ, dirigi unam candelam in Altari, & ſimilia; adhuc nequeat aliquid ordinare jubendo Miniſtris Capituli, & Eccleſiæ, ſed minus poſſit Epiſcopus, quam Officiales inferiores, imo, quod ſtare debeat tanquam Statua marmorea, non potens aperire labia in Capitulo, ſeu Choro, ubi intervenit tanquam Epiſcopus (quidquid ſit quando ibi intereſſet uti Ca-
20 nonicus, quod non præſumitur niſi probetur, cum Epiſcopus in ſua Eccleſia Cathedrali ſit Canonicus de Jure ſpeciali, non autem de Jure communi, ut male opinatus eſt Caſſan. *in Cathalog. glor. Mund. par. 4. conſiderat.* 45. necnon Saravia *de Adjunct. q. 1. n.* 19. qui cum manifeſto Iuris errore dixerunt Epiſcopum eſſe Canonicum de jure communi, ſe fundantes in Panormit. *in cap. poſtulaſti de conceſſ. Præben.* qui totum oppoſitum ſcripſit ibi ſub n. 12. dicens: *dic ergo, quod de jure communi Epiſcopus non poteſt eſſe Canonicus, nec intereſſe Capitulo uti Canonicus*, & firmavit Gloſſ. *in cap. a collatione* 1. *de appell. in* 6. ubi Gemin. *n.* 5. Joan. Andr. *n.* 7. Milis *in Repertor. in verb. Epiſcopus in dubio*, Barboſ. *de Canonic. cap.* 36. *n.* 2. Fant. Marc. *dec.* 149. *nu.* 27. *tom.* 2.

Stupebam igitur quomodo non reſtringeretur ad hanc corruptelam, ſeu grandem extravagantiam, quod Epiſcopus, ne incurreret notam neſcio cujus indecentiæ, deberet incurrere pejus, & inauditum abſurdum, quod nempe ſtare deberet in Choro tanquam ſubditus Capituli, ejuſque Officialium, ita, & taliter, quod volente ipſo loqui pro aliquid ordinando, pati deberet repulſam Decani, ſeu alterius Officialis audiendo ſibi dicere: *ad te non ſpectat hoc, vel illud jubere, ſed ad me, ut erat caſus in Hiſpalen ſupra citata*, & dabam in materiale exemplum alicujus Principis, ſeu S. Rom. E. Cardinalis, aut alterius, qui habent proprium Magiſtrum Domus, ſeu Computiſtam, nam tunc exclamabam eſſet ridiculum, quod ſi aliquando vellet Princeps, ſeu Cardinalis facere aliquid de per ſe, quod pertineret ad Computiſtam, ſeu Magiſtrum Domus, poſſent reſpondere hujuſmodi Miniſtri ſuo Domino, *ad te non ſpectat*, & impedire, quod Dominus ea expleret de per ſe; majus ergo abſurdum erat prohibere Prælatum in Choro, & Capitulo (ubi intereſt uti Caput repræſentans cum Canonicis ejus membris Corpus myſticum Eccleſiæ) ab exercitio ſuæ præcipuæ auctoritatis nolendo, quod ipſe concurrat cum Miniſtris inferioribus, & prælative ad illos exerceat omnia, quæ velit, in reſpicientibus Chorum. Hoc profecto prohibere Epiſcopum in ſua Eccleſia nihil aliud foret, quam reddere Epiſcopum in ſua Eccleſia non Epiſcopum, ſed extraneum, & ſervum Capituli, ut conſiderat Rota *dec. 62. n. 5. p. 1. rec.* itaut Ego ſæpe dixerim per modum exagerationis, quod Capitula hanc monſtruoſitatem prætendentia, melius erat, quod expellerent Epiſcopum ab Eccleſia, & Choro, ſeu non admitterent quam quod eum ſibi tenerent non in figura, & auctoritate Prælati, ſed pro Statua, & Saxo muto, ac non in Statu Superioris, ſed in Statu Servi legibus Capituli dominantis alligati.

Quo ſtante attendi non meretur ſuppoſita indecentia quod Prælatus ad hæc minima declinet; tum quia hæc indecentiæ conſideratio non exinde de jure facit prohi- 22
bitionem, quominus, ſi velit, Prælatus omnia etiam minima exercere poſſit, cum id reſpiciat ſolummodo quandam politicam ſeu, ut dicam, ſuperbam indignantis Dignitatis nebulam, quam ſervare vel omittere repoſitum eſt in arbitrio, Prælati, tum quia Sacri Canones *in d. Can. perlectis diſtinct.* 25. necnon Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 6 de reform.* non exiſtimarunt dedecus Epiſcoporum eis concedere jus omnia gerendi in Choro, & ſignanter exercendi jus mulctandi, ut etiam declaravit Sac. Congreg. Concilii, necnon Sac. Rota *in dec. cor. Celſo*, non eſt enim dicendum erraſſe in hoc puncto Sacros Canones, Sacrum Concilium, & tot Sapientiſſimos S. R. E. Cardinales, & S. Rotæ Auditores.

Tum denique, quia etiam Supremis Prælatis non eſt indecorum declinare ad minima, & leviſſima, ut docet Tacit. *lib.* 13. *Annal.* ubi refert, quod Petrus Thra- 23
ſea unus ex majoribus Senatoribus Senatus Romani ſub Nerone, & qui maxima prudentia, Sapientia, & Virtute celebris fuit, cum in Senatu redarguiſſet Reſolutionem circa materiam leviſſimam maioris numeri Gladiatorum adhibendi in Civitate Siracuſanorum, fuit reprehenſus ab objurgatoribus tanquam hujuſmodi levium Conſectator, qui dicebant: *Cur enim ſi Rempublicam egere libertate Senatoria crederet tam levia conſectaretur, &c. An ſolum emendatione dignum ne Siracuſis ſpectacula largius ederentur*; Verum Sapientiſſimus Thraſea reſpondit ſeſe oppoſuiſſe reſolutioni Senatus etiam in levibus, ut exinde dignoſceretur, eos Senatores, qui etiam leviſſimis animum advertèrent, non prætermiſſuros correctionem rerum graviorum, & proinde id redundare in honorem Senatus ibi: *Rationem poſcentibus Amicis non præſentium ignarum reſpondebat ejuſmodi Conſulta corrigere, ſed Patrum honori dare, ut manifeſtum fieret magnarum rerum Curam non diſſimulaturos, qui animum etiam leviſſimis adverterent*, & confert idem Tacit. *lib* 11. *annal. n.* 37. ibi, *& magnis delictis inexorabilem ſciat, cui tantum aſperitatis etiam adverſus levia credebatur*: ergo, quod Prælatus animum etiam leviſſimis advertat, non eſt arguendus, quia exinde oſtendit ſe diligentem, & accuratum Paſtorem, nec diſſimulaturum gravia, ſi levia corrigit.

Cæterum in præſenti Cauſa Derthuſen. minus applicabatur hæc ponderatio, ex quo agebatur de Epiſcopo ſimul, & Abbate Capituli Regularis, ubi proprium eſt ipſius Prælati Abbatis corrigere paterne, & domeſtice ſuos Regulares in levibus, & ceſſabat difficultas ex Statutis, in quibus tribuebatur facultas in levibus concernentibus Chorum principaliter ipſi Epiſcopo, juncta præſertim ipſius Capituli confeſſione capitulariter facta, in qua licet allegaverit, jus mulctandi ſpe-
ctare ad ipſum, tamen excipiendo, ac limitando aſſe- 24
ruit mulctam ſpectare ad Epiſcopum præſentem in Choro ibi: *E ſe alcuna volta V. S. Illuſtriſſima, e li ſuoi Anteceſſori hanno caſtigato delitti, e difetti commeſſi dalli Reſidenti in Chieſa, e ſtate per ritrovarſi il Veſcovo nel Coro*, quæ confeſſio non poteſt reſtringi ad cumulativam præventionis; cum Capitulum hoc dixerit limitando ſuam prætenſam juriſdictionem, & excipiendo ab ea caſum, quo Epiſcopus eſt præſens in Choro, cum natura exceptionis importet privativam, & excluſivam multo magis iuriſdictionem prælativam Thuſ. *pract. concluſ. lit. E. tom. 3. concluſ. 425. n. 6.* Robles *de repræſent. lib. 2. c. 14. nu.* 38. Rota *d. dec.* 191. *n. 6. p. 19. rec.*

Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii Tridentini.

C A L A R I T A N A.

ARchiepiſcopus, citato Capitulo ſuæ Eccleſiæ Cathedralis, ſupplicat pro declaratione ſeptem
25 dubiorum infraſcriptorum.

I. An Capitulum abſque participatione Archiepiſcopi ex ſe ipſo valeat condere Statuta concernentia Statum Eccleſiæ Cathedralis, & Divini Cultus augmentum in res, & Perſonas Capitulares, & alias ſervitio ejuſdem Eccleſiæ adſcriptos, præſertim cum ſuper eiſdem ad ſint Statuta antiquitus de conſilio, & approbatione Archiepiſcoporum.

II. An Canonici voluntarie Miſſas tempore Divinorum Officiorum celebrantes, & d. tempore Choro non aſſiſtentes percipere, ſeu potius amittere debeant diſtributiones.

III. An ad Archiepiſcopum ſpectet mulctare Canonicos, & Beneficiatos ejuſdem Eccleſiæ delinquentes, & illos privare diſtributionibus quotidianis.

IV. An Archiepiſcopus in cognoſcendis cauſis civilibus contra Canonicos, & Capitulares ſuæ Eccleſiæ Cathedralis teneatur aſſumere adjunctos, & an in criminalibus poſſit ad actum capturæ Capitularium ſine Adjunctis procedere.

V. An Archiepiſcopus ſine Adjunctis procedere poſſit ad capturam, & ad ulteriora contra Sacriſtam, & alios inſervientes, non Capitulares, & culpabiles.

VI. An Capitulum acceptare poſſit eleemoſynas Miſſarum in majori numero, quam in eadem Eccleſia celebrari poſſint, & quomodo providendum reſpectu eleemoſynarum perceptarum pro Miſſis non celebratis.

VII. An Archiepiſcopus poſſit viſitationem ſuæ Eccleſiæ ab anno 1642. captam proſequi, non obſtante lapſu temporis ob impedimenta ab eodem Capitulo illata.

26 Die ſecuoda Septembris 1645. Sac. Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. *Ad primum* reſpondit, *Capitulum non poſſe Statuta concedere concernentia Statum Eccleſiæ abſque Archiepiſcopi participatione, & approbatione.*

27 Ad ſecondum *Canonicos non poſſe, niſi illa hora ad Miſſas celebrandas ab eo, ad quem pertinet, compulſi, aut juſſi fuerint.*

28 Ad tertium *Archiepiſcopum ſpectare.*

Ad quartum *Archiepiſcopum in cognoſcendis Cauſis Civilibus contra Canonicos, & Capitulares ſuæ Eccle-*
29 *ſiæ non teneri aſſumere Adjunctos in Criminalibus, tum non poſſe etiam ad actum capturæ procedere ſine Adjunctis.*

30 Ad quintum *Archiepiſcopum poſſe.*

Ad ſextum *Non poſſe, ut ſupra, eleemoſynas in fu-*
31 *turum acceptare niſi infra modicum tempus pro arbitrio Archiepiſcopi poſſit omnibus ſatisfacere; Miſſas vero*
32 *non celebratas quam primum per ſe, vel per alios Sacerdotes omnino celebrare debere.*

Ad ſeptimum *Nedum poſſe, ſed teneri.*

Ita reperitur in Regeſto authographo Sacræ Congregat. Concilii *lib. 17. fol. 509. a tergo, & ſeqq.*

C A L A R I T A N A.

33 AD inſtantiam Capituli, præviis citationibus proponuntur infraſcripta Dubia reſolvenda.

I. An Archiepiſcopus poſſit mulctare Canonicos in Choro etiam in mulcta levi abſque conſilio Adjunctorum.

II. Quatenus Archiepiſcopus poſſit in Choro mulctare An mulcta correſpondere debeat diſtributioni horæ pro qua fit mulcta, An vero poſſit mulctando excedere dict. quantitatem.

III. An Canonici poſſint ab hujuſmodi mulcta in Choro appellare, & ad quem.

IV. An Canonici juſta de cauſa poſſint Archiepiſcopum recuſare in dict. mulcta diſtributionis facien.

V. An Archiepiſcopus, ſi non exiſtat in Choro mulctare poſſit.

Die 20. Decembris 1633. Sac. Congregatio Eminentiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum

Ad primum Reſpondit. *Archiepiſcopum ſine Ad-* 34
juncto mulctare poſſe Canonicos in Choro.

Ad ſecundum Reſpondit, *Archiepiſcopum ſuo arbi-* 35
trio mulctare poſſe.

Ad tercium Reſpondit, *Canonicis ab hujuſmodi* 36
mulcta non competere appellationem ad effectum ſuſpenſivum.

Ad quartum Reſpondit *non eſſe locum recuſationi,* 37
ſed poſſe competere recurſum ad hanc Sac. Congregationem.

Ad quintum Archiepiſcopum etiam non exiſtentem 38
in Choro mulctare poſſe, necnon deputare punctatorem.

Ita reperitur in Regeſtro authographo Decreti eiuſdem Sac. Congregationis *lib. 19. fol. 295. & a tergo.*

Reſolutiones Sac. Congretionis Rituum in Hiſpalen. Superioritatis, & Juriſdictionis.

PRopoſitis in Sac. Rituum Congregatione ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Dom. Cardinali de
Abdua infraſcriptis dubiis ab Archiepiſcopo Hiſpa- 39
len. pro declaratione, & eorundem reſolutione, contra Decanum, & Capitulum illius Eccleſiæ Metropolitanæ, eidem Sac. Rituum Congregationi porrectis, videlicet.

I. An valeat Archiepiſcopus in ſua Cathedrali 40
corrigere defectus, & Cæremonias, alioſque abuſus, non obſtante, quod hanc facultatem arrogaverit Capitulum Decano, vel Alteri Capitulari ex circumſtantibus.

II. An ad Archiepiſcopum pertineat, non vero ad 41
Decanum præeſſe, & jubere, cum adeſt in Capitulo, & tenere campanellam, & horologium, quibus gubernatur concurſus ad Præbendas.

III. An pertineat ad Capitulum, vel ad Archiepi- 42
ſcopum decernere ſuper difficultatibus occurrentibus circa recitationem divini Officii, & caſu quo ad utroſque pertineat, an in Congregatione ad hunc effectum habenda, debeat præcedere Deputatos a Capitulo, vel Deputatus ab Archiepiſcopo.

IV. An pertineat ad Archiepiſcopum, non vero ad 43
Decanum Eccleſiæ Cathedralis præſcribere quantum temporis durare debeant ſermones in Eccleſia Cathedrali, præcipue quando adeſt Archiepiſcopus.

V. An Archiepiſcopus poſſit ſolus, & ſine Adjunctis 44
compellere Canonicum Pœnitentiarium, quatenus aſſiſtat Confeſſionario tempore convenienti.

VI. An poſſit Archiepiſcopus prohibere in Eccleſia 45
Cathedrali ut aliquid vernacula lingua cantetur, quod non fuerit prius ab ipſo, ſeu ejus Vicario Generali approbatum.

Et e converſo ad inſtantiam eiuſdem Decani, & 46
Capituli relato dubio, *an ſuper eiſdem eſſent concedendæ remiſſoriales, & compulſoriales in caſu, &c.*

Sacra eadem Rituum Congregatio auditis tam in 47
voce, quam in ſcriptis utriſque partibus plene informantibus die tertia Septembris 1695. reſpondendum cenſuit.

Ad primum *denegandas eſſe remiſſorias quoad pri-* 48
mum, & ſecundum articulum, & poſſe Archiepiſcopum cumulative.

Ad ſecundum *concedendam eſſe remiſſoriam.*

Ad tertium *dilata.*

Ad quartum *præſente Archiepiſcopo non pertinere*
50 *ad Decanum, ideoque denegandam eſſe remiſſoriam quoad ſeptimum articulum.*
51 Ad quintum *ſervetur Bulla Gregorii XV.*
Ad ſextum, *ad mentem, & denegandam eſſe re-*
52 *miſſoriam.*
Conceſſa vero utrique parti ſuper hujuſmodi reſolutionibus nova Audientia ſupplicantibus Decano,
53 & Capitulo pro receſſu a Deciſis, ſuper primo, 4. & 6. dubio: Archiepiſcopo vero inſtante pro confirmatione, nec non pro receſſu a Deciſis ſuper ſecundo dubio, pro reſolutione quoad tertium, & pro declaratione quoad quintum videlicet,

An juriſdictio tributa per Bullam Gregorianam intelligenda ſit conjunctim, vel cumulative? Ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali de Abdua repropoſitis primo, & ſecundo dubio prædictis ſuper dubio videlicet: *An eſſet ſtandum, vel recedendum a deciſis ſuper prædicta die 3. Sept. 1695.* Sac. eadem Congregatio utriſque partibus, tam in voce, quam in ſcriptis iterum auditis reſpondit die 21. Julii 1696.

Ad primum *in deciſis, & ad ly cumulative addatur, præſertim negligente Decano, vel altero Capitula-*
54 *ri.* Et amplius.
Ad ſecundum quoad primam partem *recedendum*
55 *a deciſis*, & quoad ſecundam *ſervandum eſſe ſolitum, jubente Archiepiſcopo.*
Cumque inſtantibus humiliter Decano, & Capi-
56 tulo, nedum pro nova Audientia ſuper ſecundo dubio ex repropoſitis die 21. Julii proximi præteriti, verum etiam pro concordatione primi reſoluti, & aliorum quatuor non relatorum, Archiepiſcopo vero pro eorundem reſolutione ſupplicante, utriuſque partibus auditis ad relationem ejuſdem Eminentiſſimi D. Card. de Abdua, eadem Sac. Rit. Congr. die prima Septembris 1696. reſcripſerit.
Ad primum, & ſecundum, *nihil, & amplius, &c.*
57 & reliqua quatuor dubia *omnino proponatur in prima.*

In Congregatione tandem habita ſub infraſcripta die ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Coloredo in locum Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis de Abdua Relatore ſubrogato, facto verbo ſuper ſecundo dubio, diebus 21. Julii, & 1. Septembris proximi præteriti reſoluto, necnon repropoſitis aliis quatuor dubiis ſupradictis non relatis Sacra eadem Rituum Congregatio utriſque Partibus tam in voce, quam in ſcriptis auditis, cenſuit reſpondendum.

Ad ſecundum *reformandum eſſe Decretum* quoad
58 ſecundam partem, & loco ly *jubente Archiepiſcopo* dicendum *Ad nutum Archiepiſcopi: Et amplius, &c.*
Ad tertium quoad primam partem *ſervandum eſ-*
59 *ſe ſolitum, ſalva ſemper auctoritate Archiepiſcopi in omnibus approbandi, & reprobandi reſolvenda per Congregationem*; Et quoad ſecundam partem *nihil innovandum: Et amplius, &c.*
60 Ad quartum *in deciſis, & amplius &c.*
61 Ad quintum *in deciſis, & Bullam Gregorii XV. intelligendam eſſe conjunctim non cumulative; In reliquis ad mentem Eminentiſſimi Ponentis, & amplius, &c.*
62 Ad ſextum *in deciſis, & amplius, &c.*
Et ita declaravit, decrevit, & ſervari mandavit die 24. Novembris 1696.

A. Cardinalis Cybo.

Loco † ſigilli.

B. Inghirami Sac. Rituum Congregationis Secretarius.

H I S P A L E N.

EXtortis inter Archiepiſcopum, & Decanum, & 63
Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ Hiſpalen. nonnullis controverſiis ſuper intelligentia Decretorum, a Sacrorum Rituum Congregatione editorum ſuper ſex Dubiis pro parte Archiepiſcopi alias propoſitis, & ſignanter.

Super primo, *An valeat Archiepiſcopus in ſua Cathedrali corrigere defectus, & Ceremonias, alioſque abuſus, non obſtante, quod hanc facultatem ar-* 64
rogaverit Capitulum Decano, vel alteri Capitulari ex circumſtantibus.

Super ſecundo, *An ad Archiepiſcopum pertineat, non vero ad Decanum præeſſe, & jubere cum ad-* 65
eſt in Capitulo, & tenere Campanellam, & Horologium, quibus gubernatur concurſus ad Præbendas?

Et ſuper ſexto, *An poſſit Archiepiſcopus prohibere, ne in Eccleſia Cathedrali, aliquid vernacula lingua* 66
cantetur, quod non fuerit prius ab ipſo, ſeu ejus Vicario Generali approbatum?

Sacra eadem Rituum Congregatio ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Dom. Cardinalis Colloredi Ponentis, Inſtante Archiepiſcopo Hiſpalen. prædicto, cenſuit ſuper eiſdem reſpondendum, prout infra.

Ad primum *affirmative, & præcipue in Choro.* 67
Ad ſecundum *in ultimo loco deciſis, & ly ad nu-* 68
tum intelligi debere, juxta voluntatem ab Archiepiſcopo, quocumquemodo exprimendam, & Capitulum omnino acquieſcat.
Ad ſextum *affirmative, & amplius, &c.* & ita 69
decrevit, & ſervari mandavit, die 31. Augusti 1697.

Alderanus Card. Cybo.

Loco † Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Hæc dubia Hiſpalenſia fuerunt poſtea avocata de Sacra Congregatione ex Commiſſione Sanctiſſimi, & remiſſa ad Sacram Rotam, quæ poſt extenſam hanc diſceptationem, die 2. Julii 1700. Me continuatore defenſionem Archiepiſcopi, *coram bon. mem. dell'Olmo*, reſolvit dubia circa jus præſidendi in Choro, & in Capitulo favore Archiepiſcopi denegando remiſſoriam Capitulo ad probandam immemorabilem, ita ſe conformando cum judicatu Sac. Congregationis Rituum.

IN EADEM CAUSA SUPER Levibus.

A R G U M E N T U M.

Jus mulctandi exceſſus leves commiſſos in Eccleſia abſente Epiſcopo tam in reſpicientibus Chorum, quam mores, utrum pertineat ad Epiſcopum, vel Capitulum in Eccleſia Cathedrali Regulari, inſpecta diſpoſitione Juris communis, Statutis Eccleſiæ, vel conſuetudine, plene hic enucleatur.

S U M M A R I U M.

1 *Epiſcopus in Eccleſia Cathedrali Regulari ipſo Jure eſt Abbas, ſeu loco Abbatis. Vide etiam ex num. 2. uſque ad num. 17.*
18 *Et poteſt procedere ad corrigendos Canonicos, etiam in iis quæ concernunt inſtituta Regularia.*
19 *Juriſdictio per Statutum quando dicatur conceſſa uti nova, vel uti ab antiqua debita.*

20 *Poteſtas conceſſa Priori Clauſtrali circa corrigendum Exceſſus ipſo Jure ceſſat ſublato Clauſtro.*

21 *Et quando Jus corrigendi cenſeatur d. Priori conceſſum quoad Exceſſus concernentes Clauſtralitatem, & diſciplinam Regularem.*

22 *Conceſſa poteſtate corrigendi Priori ſimul cum Capitulo hoc intelligitur ita, ut ſint duo Judices quorum unus ideſt Prior tantum habeat Votum ex una parte, quantum totum Capitulum ex alia.*

23 *Epiſcopus in Eccleſia Cathedrali regulari concedendo Priori Jus corrigendi Exceſſus Canonicorum Regularium intelligitur conceſſiſſe Vicario nomine, & Jure delegato, & poteſt talis poteſtas ad libitum Epiſcopi revocari.*

24 *Epiſcopus Abbas in Eccleſia Cathedrali Regulari, non ligatur ſuo Statuto licet cum Conventu, ſeu Capitulo illud fecerit quominus poſſit contravenire.*

25 *Epiſcopus Sæcularis non ligatur ſuo Statuto, & concedendo poteſtatem Alteri corrigendi non cenſetur eum conceſſiſſe privative ad ſe ipſum caſu quo velit procedere.*

26 *Statutum anterius revocatur per poſterius, etiamſi in poſteriori nulla de priori fiat mentio, quando adeſt incompatibilitas, & repugnantia inter utrunque Statum.*

27 *Immemorabilis præſumit meliorem titulum de mundo.*

28 *Scientia, & patientia ejus contra quem præſcribitur probatur ex multiplicitate Actuum.*

29 *Epiſcopus adeundo alienum Tribunal ſuper aliquo ſatetur ſe non habere Juriſdictionem.*

30 *Juriſdictio probatur ex Edictis palam publicatis, & affixis.*

31 *Actus juriſdictionis exercitus a non habente juriſdictionem, & poſtea confirmato ab habente juriſdictionem cum clauſula ex nunc perinde eſt, ac ſi fuiſſet factus ab iſto.*

32 *Poteſt quis aliquando procedere magis propter bonum exemplum, quam quod habeat poteſtatem.*

33 *Actus, lite pendente, & ſine citatione Partis extracti ab Archivio privato Capituli non probant contra Epiſcopum.*

34 *Requiſita Archivii publici quæ ſint remiſſive.*

35 *Actus facti in loco ubi qui eſt Superior eidem Superiori attribui debent.*

36 *Edicta non probant Juriſdictionem niſi ſint effectuata quia obedientia in Subditis non poſſidetur niſi per obedientiam.*

37 *Conſuetudo contra Conſtitutiones Papales habentes Decretum irritans, non attenditur niſi ſit immemorabilis.*

38 *Immemorabilis ceſſat conſtito de initio.*

39 *Non poteſt introduci ulla conſuetudo, ſive centenaria, ſive millenaria contra Conſtitutiones, quæ quolibet anno publice palam leguntur, & renovantur.*

40 *Conſtitutio habens Decretum irritans præſumitur uſu recepto, nec poteſt allegari non uſus.*

41 *Mala fides deſtruit, etiam Centenariam, & immemorabilem.*

42 *Mala fides probatur ex retentione ſcripturæ penes ſe contra quam eam retinens præſcribere intendit.*

43 *Unicus actus ſufficit ad conſervandum Jus Ordinarii habentis pro ſe aſſiſtentiam Juris.*

44 *Epiſcopus in Cathedrali Regulari habens Jus mulctandi domeſtice Exceſſus leves dicitur exercuiſſe mulctam domeſticam licet eam exercuerit in figura Judicis.*

45 *Condemnare ad jejunium in pane, & aqua, ad audiendam unam Miſſam, & ad pergendum nudis pedibus ad aliquem locum Pium, eſt mulctare correctionaliter, & domeſtice.*

46 *Pro uno exceſſu levi non poſſunt dari duæ pœnæ domeſticæ.*

47 *Allegans Statutum, & ſimul præſcriptionem tanquam illius fomentum non poteſt prætendere totum id, quod ex conſuetudine probavit, quando Statutum eſt reſtrictum, & conſuetudo eſt additiva ad Statutum.*

48 *Facultas mulctandi in Choro pertinet ad Primicerium, ſeu Præcentorem.*

49 *Prior, & Præcentor non ſunt Officiales Capituli, ſed Epiſcopi.*

50 *Officium Archidiaconi exercetur vicario nomine Epiſcopi ad ſupplendas vices illius.*

51 *Capitulum non poteſt ſibi arrogare Jus Præcentoris.*

53 *Utrum Capitulum poſſit præſcribere Jus mulctandi Exceſſus leves contra Epiſcopum exiſtentem loco Abbatis in Eccleſia Cathedrali Regulari, hoc eſt quando poteſtas Abbatialis non eſt in totum avulſa ab Epiſcopo, ſed remanet penes illum, itaut in parte eam Capitulum præſcribere velit. Vide num. 52. 53. 54. 55. & 56.*

55 *Poſſidens Vicario nomine non poteſt præſcribere etiam per mille annos.*

57 *Reſolutio S. Rotæ in hac cauſa.*

58 *An commendatarius Monaſterii Regularis habeat juriſdictionem in concernentibus Diſciplinam Regularem.*

59 *Habet hanc juriſdictionem in Monaſteriis, quæ reguntur jure ſingulari. Declara ut ibi; ſecus ſi Monaſteria ſunt redacta in Congregat. juxta opinionem Card. de Luca.*

60 *Revocatur in dubium hæc opinio. V. n. 66.*

61 *Homines diverſæ Profeſſionis non ſunt ſociandi.*

62 *Commendatarius nullam habet juriſdictionem in concernentibus Diſciplinam Regularem juxta Concil. Trident. & Conſtitutiones Apoſtolicas, & num. 64.*

63 *Juriſdictio non dependet ex diviſione Menſarum inter Commendatarium, & Monachos.*

65 *Praxis univerſalis, quod Commendatarii non ſe intromittunt in concernentibus Diſciplinam Regularem.*

67 *Monaſteria, quæ vivunt Jure ſingulari ſubjacent juriſdictioni Epiſcoporum.*

68 *Epiſcopus eſt Caput immediatum Monaſterii non exempti.*

69 *Privilegium Apoſtolicum ſuſcipiens Monaſterium ſuper protectione S. Sedis non dat exemptionem.*

70 *Deciſio Cauſæ cor. bon. mem. Pio.*

71 *Capitulum etiam Regulare habet Jus mulctandi exceſſus leves ad excluſionem Epiſcopi qui ſtat loco Abbatis ſaltem de Jure ſpeciali.*

72 *Statutum Eccleſiæ in obſervantia exiſtens eſt attendendum.*

73 *Unum Statutum quando non ſit derogatorium alterius.*

74 *Enunciatio ſoliti, quando ſtet cauſative, & non facultative.*

75 *Et quando Statutum concedat juriſdictionem privative.*

76 *Quando in conceſſione alicujus facultatis dicatur data alternativa Ordinis.*

77 *Aſſiſtentia Juris militat pro Epiſcopo in Cathedrali Regulari quoad concernentia ſervitium Eccleſiæ, & Regularem obſervantiam.*

78 *Epiſcopus præſens in Choro, vel Eccleſia habet juriſdictionem prælative non privative ad Capitulum; & num. 82. & 83.*

79 *Enunciatio ſoliti facta in Statuto, quando probet immemorabilem.*

80 *Immemorabilis præſumit meliorem titulum.*

81 *Pœna levis non immutat naturam formæ judiciariæ.*

84 *In Choro, Capitulo, & Proceſſionibus non exercetur juriſdictio contentioſa.*

85 *Sacr. Rota veneratur, ut ſequitur Decreta Sacr. Congreg. Concilii.*

DIS.

DISCEPTATIO LXI.

IN eadem cauſa Dertuſen. inter Epiſcopum, & Capitulum major ſtrepitus fuit circa jus mulctandi exceſſus leves commiſſos intra Eccleſiam, abſen-
1 te Epiſcopo, quoniam principaliter inſiſtebam in aſſiſtentia Juris, & Sacrorum Canonum firmando, quod illa favet Epiſcopo in his correctionibus, & mulctis domeſticis dum agebatur in terminis Eccleſiæ Cathedralis Regularis, ubi Epiſcopus dicitur habere in ſe ipſo unitas, & incorporatas duas potentias ſcilicet Epiſcopalem, & Abbatialem, ita, & taliter, quod non ſolum eſt Epiſcopus, ſed etiam Abbas, ſeu loco Abbatis, & ad ipſum pertinet exercere multas ſalutares, & domeſticas, & alia omnia, quæ prius ad Abbatem, uti Superiorem domeſticum pertinebant, ut eſt Textus literalis in *capit. cauſam quæ de jud.* per extenſum relatus a Gonzal. ibi: *Cum Dulmonen. Epiſcopus inter vos vices gerat Abbatis, &c. Inhibemus, ne propter conniventiam ejus, vicem ſuper hoc gerentis Abbatis, Eccleſias aſſignare, alienare poſſeſſiones, vel conficere ſuper alienationibus Inſtrumenta; Priores inſtituere, vel Miniſtros, & alia quælibet in quibus Abbatis eſſe neceſſarius aſſenſus attentare aliquid præſumatis contra conſuetudinem Regularem.*

Ex quo Textu communiter notant Canoniſtæ, quod
2 ipſo jure Epiſcopus in Eccleſia Cathedrali Regulari conſequitur poteſtatem, ac vicem Abbatis in omnibus, etiam in concernentibus obſervantiam Regularem, ut docent ibidem Abbas *antiquus num.* 2 Bald. *num.* 4. Panormit. *num.* 9. & 10. Joann. de Anania *num.* 2. Hoſtien. *in princip.* Joan. Andr. *num.* 3. Butr. *num.* 1. Imol. *num.* 1. Decian. *num.* 4. *in fine*, & *num.* 38. Bellamer. *num.* 2. Barboſ. *num.* 1. Gonzal. *num.* 2. Joan. Gaufred. *ſub num.* 5. *verſic. Iſta enim*, Cujac. *in comment. ad dict. cap. cauſ. quæ oper. poſthum. tom.* 3. *part.* 3. *fol* 7. Boſquet. *in notis ad Epiſt. Innocentii III. lib.* 1. *epiſt.* 7. *verſ. De jure communi fol.* 10. & 11.

Et diſcuſſo articulo per apices juris, & reſpondendo contrariis, doctiſſime fundat Louther. *de re benef.*
3 *lib.* 5. *quæſt.* 18. & *num.* 6. *ad plures ſeqq.* ubi *num.* 7. dicit hoc procedere, non obſtante, quod Epiſcopus ſit Sæcularis, & non Regularis, ea ratione, quod dicitur quolibet Religioſo religioſior, eo ipſo quod eſt conſecratus; in his autem, quæ ad Regulam pertinent in qua ipſe Epiſcopus, uti Sæcularis non eſt verſatus, utitur opera, ſeu Vicaria poteſtate alicujus Monachi in Regula verſati, & plene inſtructi de obſervantia Regulari, & concordant Barboſ. *de Canonicis cap.* 4. *num* 54. & *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 105. *nu.* 92. Gratian. *diſcept.* 270. *num.* 10. ibique de Luca *in animadverſ. num.* 6. Matta *de cauſ. conſiſt. ſect.* 3. *n.* 28. Panimoll. *deciſ.* 30. *num.* 8. & 9. Cocchier. *de juriſdict. in exemptos tom.* 3. *par.* 5. *quæſt.* 39. *num.* 91. Sabell. *variar. reſol. par.* 2. §. *Epiſcopus num.* 46. & 66. *verſ. Quod Epiſcopus*, & hæc opinio canonizata fuit ab Auditorio Rotæ *in Montis Regalis Juriſdictionis deciſ.* 157. 316. & 370. *cor. Coccin.* & *cor. Cavaler. deciſ.* 66. *nu.* 4. & in puncto hujus Eccleſiæ Dertuſen. Franc. *de Eccleſ. Cathed. cap.* 31. *num.* 53. & *ſeqq.*

Cui opinioni fundatæ in diſpoſitione Textus, communi traditione Canoniſtarum, & Deciſionibus Sac.
4 Rotæ non obſtant Corn. *conſ.* 193. *lib.* 2. & Valenz. *conſ.* 43. *lib.* 1. in prima contraria deciſione allegati, quia Valenz. non loquitur de Cathedrali Regulari, ſed de Collegiata S. Mariæ del Pilar, habente privilegium exemptionis, ut ſub num. 48. traditur Corneus autem refellitur per Lotter. ubi ſupra num. 12. in fine, & ulterius loquitur in caſu, quo tam ex privilegio exemptionis, quam ea conſuetudine immemorabili poteſtas Abbatialis in omnibus fuerit diviſa ab Epiſcopo, & translata in Priorem, ut in puncto eum declarant Cocchier. *de juriſdict. in exempt. par.* 5. *quæſt.* 39. *num.* 2. *tom.* 3. Rota *coram Coccin. dict. deciſ.* 157. *num.* 7. *verſic. Corn.*

Contrarium vero ſuſtinebant Scribentes pro Capitulo firmando certum eſſe quod correctionem mo-
5 rum, quod Capitulis, & Prælatis inferioribus, etiam juriſdictione carentibus, competit jus extrajudicialiter mulctandi, & coercendi Beneficiatos, & commenſales per aliquas leves, & ſalutares pœnas, veluti per ſubtractionem fructuum, & diſtributionum, vel per privationem vocis in Capitulo ad tempus, ut eſt doctrina originalis Butr. *in cap. Cum contingat de for. compet.* Abbas *ibidem ſub numer.* 18. & *in cap. Si quis contra num.* 49. *verſ. Putat etiam eod. tit.* ubi quod Prælati inferiores Epiſcopo, ut ſunt Capitula, non poſſunt cognitionaliter, ſed correctionaliter pro negotiis, & culpis modice punire, ex quo habent juriſdictionem in perſonis illorum, veluti privare ad tempus emolumentis Eccleſiæ, ac diſtributionibus, & aliis, & optime Tondut. *quæſt. Benef. tit.* 1. *cap.* 61. *num.* 10. *in fine*, & clarius *in cap.* 62. *num.* 17. Mareſcott. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 35. *nu.* 542. & hoc idem firmavit Rota *in deciſ.* 254. *num.* 11. & 12. *part.* 19. *rec.* ubi quod hæc domeſtica juriſdictio, & correctio competit cuicunque Capitulo, & in *Barchinonen. juriſdictionis, ſeu pœnæ* 5. *Julii* 1694. §. *Suppoſita, coram bon. mem. Urſino*, ubi quod Capitula in corrigendis hujuſmodi exceſſibus habent aſſiſtentiam juris.

Et addebant fortius id procedere favore Capituli, 6
quod eſt Regulare Ordinis Sancti Auguſtini, & reſtatur in ſpecie Franceſ. *de Eccleſ. Cathed. capit.* 35. *num.* 20. Illud enim ultra Epiſcopum, Generalem, & mediatum Superiorem habet proprium, & immediatum Caput Regulare, qui ibidem, ſicuti in cæteris Conventibus, & Eccleſiis Ordinis Sancti Auguſtini, eſt Prior, ejuſque juriſdictioni immediate ſubſunt Canonici Regulares, aliique Beneficiati, & Commenſales in omnibus iis, quæ concernunt obſervantiam Regularis diſciplinæ, & ſervitium Chori, & Eccleſiæ Regularis; unde ſi in his delinquunt, debent, & poſſunt a Priore, vel a toto Capitulo unum corpus Regulare cum Priore conſtituente puniri, & mulctari procedendo, non quidem via juris, & in figura Judicii, ſed extrajudicialiter per quandam domeſticam Correctionem, ſeu Juriſdictionem, quæ de jure ſemper reſidet, & reſervata cenſetur favore Abbatis, Prioris, vel alterius Superioris Regularis, non autem favore Epiſcopi, cui reſervatur tantum facultas procedendi judicialiter in exceſſibus extra regulam ad Text. *in Can.* 5. 18. *qu.* 2. ibi: *Atque extra regulam facta corrigere*, ubi Gloſſa magiſtraliter diſtinguendo inquit, quod ſi ordine juris agitur contra Monachum, quod coram Epiſcopo ſit agendum, ſecus ſi non in forma juris, ſed extrajudicialiter, Ancharan. *in cap. Nullus ſub num.* 3. *de elect. verſ. Et adverte*, ubi quando Epiſcopus dicitur præeſſe etiam Monachis debet intelligi quoad illa, quæ exigunt majorem animadverſionem quodque Abbas, & Prior debent cæteris præeſſe, quod non facit Epiſcopus, ibique etiam Geminian. *ſub num.* 8. *verſ. Et licet*, Abbas, Prior, & Franch. *ſub num.* 3. ubi pariter, quod debet Epiſcopus punire tantum, quæ exigunt majorem animadverſionem, cum in reliquis debeant pœnas imponere Abbas, & Prior, & late firmant etiam Valenz. *conſ.* 43. *num.* 12. & *ſeqq. lib.* 1. & id terminis præciſis Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Auguſtini, Cornel. *conſil.* 93. *num.* 52. & *ſeqq. lib.* 1. & magis ex profeſſo Mareſcot. *variar. reſolut. libr.* 2. *cap.* 35. *a num.* 125. *uſque ad fin.* ubi diſtinctionem inter punitionem judicialem, & extrajudicialem optime firmat, & cum ea contraria jura conciliat, ut in *num.* 528. & *ſeqq.*

Reſpondebant ad Text. & theoricam Abbatis in
cap. Cauſam quæ de Judiciis procedere in terminis, in 7
quibus inter partes non dubitatur, & amplius ex jure aliquo ſpeciali conſtat, quod Epiſcopus in Eccleſia Cathedrali Regulari non ſolum ſtet loco Epiſcopi, ſed etiam loco Abbatis; neque alius in Eccleſia adeſt Abbas, Prior, aut Superior Regularis, & cum hoc præſuppoſito recte inferri, quod ſicuti ſpeciale munus, & authoritas Abbatis eſt patereue coercere ſuos Monachos, & Regulares, ita & Epiſcopi in ejus locum ſubrogati. Ex hoc autem non ſequi, quod in omni Eccleſia Cathedrali Regulari Epiſcopus ſtet loco Abbatis, unuſquiſque, quod eo ipſo,

quod Epiſcopus habet ſuam Eccleſiam Cathedralem Regularem, ipſo jure ſit Epiſcopus ſimul, ac Abbas, nam Text. *in c. Cauſam quaſt. 9. de Judic.* ſuper quo omnes prææallegati fundantur, non ſtatuere Epiſcopum Cathedralis Regularis eſſe de jure Abbatem, ſed hoc ſupponere de facto, & ex aſſertione, ſeu ſuppoſitione partium ibi: *Epiſcopus idem Abbatem Monaſterii ſe præponens*: ubi Gloſſa in figuratione caſus inquit pariter: *Epiſcopus Dulmen. dicens ſe Abbatem illorum*, & latius explicando rei ſeriem declarat Gonzal. *in eodem cap. ſub numer. 2. verſic. Antequam*, ubi quod in Eccleſia, ſeu Monaſterio Dulmenſi Monachi eligebant Regularem in Abbatem, & Epiſcopum, & Epiſcopus exercebat officium etiam Abbatis, cunque Prior Monaſterii regeret Monachos, & in Capitulo præeſſet adeo abſolute, ut Monachi inconſulto Epiſcopo, ſimulque Abbate cum aſſenſu tamen Prioris poſſeſſiones Monaſterii alienabant, negotiaque gerebant, conqueſtus fuit Epiſcopus, & Abbas horum, & ſimilium exceſſuum apud ſan. mem. Innocentium III. hic vero Decretalem ſuperius relatam ſcripſit Priori, & Monachis, quam magis per extenſum refert ipſe Gonz. cujus verba ſunt ibi: *Sane cum Vener. Frat. noſter Dunelmenſis Epiſcopus inter vos vicesgerat Abbatis, neque ei nocere debeat, quod Epiſcopali præemineat dignitate, in his ejus eſt requirendus aſſenſus, quæ præter Abbatis ſenſum vobis agere non liceret, &c.* quam probare ſupponebant, quod Epiſcopus, tanquam Caput Eccleſiæ Regularis Cathedralis non acquirat eo ipſo jura Abbatis, niſi quatenus a Capitulo Regularis Cathedralis ſit electus, & conſtitutus pariter Abbas, & in hoc ſenſu præſuppoſitivo utriuſque authoritatis, Epiſcopalis ſcilicet, & Abbatialis de facto unitæ, non autem ipſo jure loqui Abb. *in dict. c. Cauſam quæ n. 8.* ubi diſputat prius, an incompatibile ſit, quod aliquis ſimul ſit Epiſcopus, & Abbas, & deinde admiſſa compatibilitate duo dat exempla in Regno Siciliæ, nimirum de Eccleſia Montis Regalis Panormitana, & de Eccleſia Cataniēn. in quibus unionem duarum Dignitatum non deſumere ex juris diſpoſitione, ſed ex facto, eo ſcilicet, quia non adeſt in illis Abbas, neque alius Superior Regularis, qui ſit Caput Conventus, ſed ſolus Epiſcopus, & omnia expediuntur communiter per Epiſcopum, & Conventum.

Et in terminis pariter intelligendum eſſe dicebant Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 18. in num. 4. &*
8 *ſeqq.* quia advertebant eum inniti diſpoſitioni d. Text. *in cap. Cauſam quæ*, & doctrinæ Abbatis, ſuperius jam explicatæ, necnon adducere alium Textum *in cap. Nullus 28. de elect. in 6.* in quoad utrunque gradum Epiſcopalem, & Abbatialem interceſſiſſe ſupponebant effectivum actum electionis, quinimmo ipſummet Lotter. in num. 11. admittere doctrinam Ancharan. *in cap. Nullus num. 3.* quando ſcilicet Epiſcopus non eſt loco Abbatis, ſeu Prioris, ſicque ſupponere dari poſſe caſum, quo Epiſcopus in Eccleſia Cathedrali Regularis non ſtet loco Abbatis, & quatenus contrarium videatur ſenſiſſe, ejus authoritatem non eſſe attendendam, dum doctrinæ in quibus ſe fundat contrarium ſtatuere aſſerebant.

Rotam, denique in deciſionibus Montis Regalis Juriſdictionis, coram Coccin. impreſſis inter e-
9 jus la 157. & 316. & repetitis *in p. 1. rec. dec. 125.* proceſſiſſe pariter cum certo præſuppoſito, quod Archiepiſcopus Panormitanus ſit inſimul Epiſcopus, & Abbas, motam, tum ex Bulla Pauli III. in apertis verbis Archiepiſcopus declaratur Caput Monachorum, prout habetur in principio *dicta dec. 157. cor. Coccino*; tum ex auctoritate Abbatis *in d. c. Cauſam quæ n. 8. de judic.* qui ex facto, non autem ex jure qualitatem Abbatialem deſumpſiſſe videtur, & licet eædem deciſiones ulterius ſe extendendo, quam præſeferebat opportunitas cauſæ conſtituat regulam generalem, quod in hujuſmodi Cathedralibus Regularibus Epiſcopi ſint loco Abbatum, doctrinæ tamen Abbatis, Hoſtienſis, & aliorum *in dict. c. Cauſam quæ de Judic.* ex quibus deciſiones regulam generalem deſumunt, non loqui niſi præſuppoſitive, & quando ex jure aliquo ſpeciali conſtat Epiſcopum eſſe inſimul Abbatem; unde ſecundum eas fore intelligendas.

Subjungebant etiam, quod tanto minus Epiſcopus
dicendus erat ſtare loco Abbatis, quando in Eccleſia 10
Dertuſ. aderat Abbas, qualis eſt Prior, & ſic non poterat dari alius Abbas, nempe Epiſcopus, quodque Prior eſſet Abbas probabant, ex quo cum in Monaſteriis Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini ex inſtituto ejuſdem Ordinis non præficiantur Abbates, ſed Priores; iſti in omnibus quoad juriſdictionem æquiparantur Abbatibus aliarum Religionum, ut monet Gloſſ. *in Clement. prima de ſupplend. negligen. Prælat.* Abb. *in c. Cum in Eccleſ. notab. 3. de major. & obedient. & in cap. Cum illorum n. 1. de ſentent. excomm.* Jo. Andr. *in c. 1. n. 8. Ne Sede vacante*, & in puncto Valenz. *d. conſ. 48. n. 38. lib. 1.*

Cæterum hæc omnia erant infelices colores; cum 11
quibus prætendebatur obnubilari clariſſima, & a nemine controverſa opinio, quod Epiſcopus in Cathedrali Regulari ipſo Jure ſit Abbas, ſeu loco Abbatis; quandoquidem circa Doctrinam Butrii, Abbat. *in c. contingat de for. compet. alioſque Doctores, & deciſiones*, optima occurrit reſponſio, quod procedunt in terminis Capitulorum Sæcularium; in caſu autem iſto agitur de Capitulo Regulari, in quo militat diverſa ratio, dum in eo Epiſcopus habet majorem juriſdictionem, quam habeat in Capitulo Sæculari propter duplicem potentiam Abbatialem ſcilicet, & Epiſcopalem, ut obſervat Salvator. *de Juribus Archiep. Caſarang. princip. 7. num. 32. & 35.* ibi: *poteſtas Epiſcopalis augetur per Abbatialem, cum qua concurrit, ita & taliter, quod Epiſcopus habet majorem poteſtatem in Cathedrali Regulari, quam in Sæculari, ſicut verificatur in exercitio juriſdictionis*: idem dicit Sarav. *de Adjunct. quæſt. 12. numer. 27. in fine*, & plene Lotter. *lib. 1. quæſt. 18. ex num. 6. & quæſt. 33. n. 414.* Gratian. *diſcept. 270. numer. 1.* ibique de Luc. *numer. 2. & ſeqq.*

Alia, vero auctoritates in contrarium adductæ pariter ſunt extra propoſitum, quia Maſcard. *reſol. 35. lib. 2.* non agit de Epiſcopo Cathedralis Regularis Ancharan. autem Geminian. & Franc. *in cap. nullus de elect. in 6.* & Cornel. *conſ. 193. lib. 2.* inapplicabiles declarantur in puncto per Lotther. *dict. lib. 1. quæſt. 18. num. 11.* qui materiam examinat ex profeſſo.

Sublatis auctoritatibus non obſtant mera ratiocinia, quæ adducuntur in contrarium, prætendendo quod
Text. *in c. Cauſam quæ de Judic.* non dicat Epiſcopum 12
in Cathedrali Regulari eſſe de Jure Abbatum, ſed hoc ſupponat ex facto; & ſic requiratur quod Epiſcopus probet ſe eſſe Abbatem ex aliquo Jure ſpeciali; Iſti enim diſcurſus remanent erronei, quando univerſa Schola Canoniſtarum interpretando ſupradictam Decretalem communiter firmavit ex ea probari, quod Epiſcopus in Cathedrali Regulari ipſo Jure conſequitur vices Abbatis, & ſignanter Abb. antiq. ibid. n. 2. dicens, *in illa Eccleſia erant Monaci, & Epiſcopus, & ſic Epiſcopus erat Abbas*, Panormit. *num. 9.* ibi: *Epiſcopus in tali Eccleſia dicitur Abbas, & nu. 10.* ibi, *iſte eſt Epiſcopus, & eſt loco Abbatis reſpectu Monachorum*, Bald. *num. 4.* ibi: *Eccleſia Epiſcopalis poteſt eſſe Regularis ita quod Epiſcopus ſit Epiſcopus, & Abbas*, Ioann. de Anan. *n. 2.* Hoſtien. *in princip.* Joan. Andr. *n. 3.* Burt. *n. 4.* Imol. *n. 1.* Dec. *n. 38.* Bellamer. *n. 2.* Barboſ. *n. 1.*

Quam opinionem examinato articulo late fundavit
Lotther. *d. lib. 1. par. 18. nu. 6. cum pluribus ſeqq.* male 13
in contrarium cenſuratus, qui literis apertis probat ex diſpoſitione Juris communis Epiſcopum ſtare loco Abbatis in Cathedrali Regulari, ut videre eſt nu. 4. & 5. ubi allegat tres Textus, ſcilicet *in dict. cap. Cauſam quæ de Judic. cap. Nullus de elect. in 6. & extravag. debent, §. Sane de offic. ordinar. inter commun.* & proſequitur materiam per apices Juris *nu. 8. 10. & 14.* ubi ita intelligit Panormitanum infeliciter ex adverſo interpretatum, & hoc Salvator. *de Jurib. Archiep. Caſarang.*

rang. princip. 7. *n.* 159. ibi: *in terminis juris communis, Archiepiſcopi, & Epiſcopi in eorum Eccleſiis Cathedralibus Regularibus repræſentant duplicem perſonam proprii, & veri Abbatis, & proprii Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, & n.* 155. ibi: *In Cathedralibus Regularibus non ſolum Capitulum Canonicorum Regularium, ſed etiam Conventus Monachorum formant unicum Corpus cum Epiſcopis, & in iſto ultimo caſu Conventus eſt loco Capituli*, Sarpv. *de Adjunct. quæſt.* 12. *n.* 18. ibi: *quando agitur de Eccleſ. Cathed. Regulari Epiſcopus eſt Caput, & loco Abbatis*, Gratian. *diſcept.* 270. *n.* 2. *&* 10. Barboſ. *de Canon. cap.* 1. *nu.* 14. *& de poteſt. Epiſc. alleg.* 105. *num.* 90. Ricc. *collect.* 1545. *par.* 5. & concordat conſuetudo univerſalis omnium aliarum Cathedralium Regularium, in quibus Epiſcopi ſunt loco Abbatum ipſo Jure ſine conſuetudine, aut privilegio, ut plures in Anglia exiſtentes refert Hoſtien, *in dict. c. Cum ſint qua*, & aliis in Sicilia recenſent Panormitan. ibidem num. 8. Lotter. *dict. quæſt.* 18. *num.* 6. Barboſ, *de poteſt. Epiſc. dict. alleg.* 105. *nu.* 90. Tamburin. *de Jur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 25. *quæſt.* 1. *num.* 179. ubi enumerat plures alias in diverſis regionibus Mundi, & præcipue in Gallia, ut apud Maſſon. *in Hiſtor. Francor. tom.* 1. *pag* 45. *uſque ad* 71. Taullench. *de Canon. Regular. lib.* 1. *cap.* 30. *numer.* 10. Port. *conſil.* 164. *num.* 84. Salvator, *ubi ſupra numer.* 7. *&* 8.

Ex ita ſemper judicavit S. Rota firmando pro indubitato, quod Epiſcopi in Cathedralibus Regularibus

14 de Iure communi ſtent loco Abbatis, & ſignanter *in una Peruſina Iuriſdict.* 27. *Februarii* 1558. *cor. Oradino*, quam refert, & ſequitur Coccin. *decif.* 157. *nu.* 2. *& in Montis Regalis Juriſdictionis, coram eodem Coccin. decif.* 157. ubi præcise dictum fuit *numer.* 2. *in fine* ibi: *Archiepiſcopus habet diſpoſitionem Juris pro ſe juncta decif.* 316. *&* 370. quæ deciſiones non loquuntur præſuppoſitive, ut male ex adverſo ſupponebatur, ſed diſpoſitive, & deciſive, dum Sac. Rota declaravit ſubjectionem Monachorum Archiepiſcopo Montis Regalis eſſe conformem diſpoſitioni juris communis, ut in eadem *dec.* 157. *n.* 1. Panimoll. *dec.* 30. *n.* 8. Cavaler. *dec.* 606. *n.* 4.

Ita etiam Rota Me *ſcribente in Cæſarauguſtana Juriſdictionis decif.* 1057. *num.* 1. *coram Emerix Junior.* ubi

15 quod Eccleſia S. Mariæ *del Pilar* antea Collegiata Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, & ſubjecta Priori Regulari declarata Cathedralis acquiſivit ipſo jure Archiepiſcopum in novum Caput ibi: *Quia cum Eccleſia fuerit immediate ſubjecta Priori Regulari per declarationem qualitatis Eccleſiæ Cathedralis transformata fuit in novum Corpus cum novo capite, quod eſt Epiſcopus*, & Valenz. *conſ.* 43. loquitur præciſe de hac Eccleſia *del Pilar* tempore, quo erat Collegiata; unde bene conſuluit eſſe tunc ſubjectam Priori Regulari, ſed declarata ejus Cathedralitate contrarium determinavit S. Rota ubi proxime, & ſic Valenz. non applicatur.

Minus etiam applicatur magnificata Doctrina Coccinei *conſ.* 193. quia eum tanquam non loquentem de

16 Cathedrali Regulari refellit in puncto Lotter. *dict. q.* 18. *n.* 12. *in fine*, ultra reſponſionem, quod loquitur, ubi ex privilegio exemptionis poteſtas Abbatialis fuit omnino ſeparata ab Epiſcopo, ut ſuperius dixi nu. 9. Ultra quod auctoritas Cocnei non eſt tuta in Judiciis, & de eo ſcribunt Doctores, quod conſuluiſſet etiam Aſinum poſſe volare, ut teſtantur Zanchez *in leg. heredes mei*, §. *Cum ita p.* 3. *no* 71. *digeſtis ad Trebell.* Matt. *in princip. ejus conſil. in præfat. n.* 57.

Sic etiam non urgebat, quod non poſſit dici Epiſcopus alius Abbas, ubi in Eccleſia eſt Prior loco Abbatis, quoniam in Eccleſia Cathedrali Epiſcopus ſolus

17 eſt Abbas, licet in ea adſint Prior, vel etiam, qui nuncupetur Abbas, ea ratione quia ipſo Iure Eccleſia effecta Cathedralis mutat Caput, & poteſtas Abbatialis transfunditur in Epiſcopum; Superiores vero Regulares, ſi adſint, intelliguntur ibi ſtare pro Superioribus ſubordinatis ipſi Epiſcopo Abbati, ita & taliter, quod ſi quis ibi vocaretur Abbas, adhoc ſemper intelligendus eſſet de Abbate, cujus Officium non excedat Officium ſimplicis Prioris, ut in puncto Lotter. qui omnia evacuat *dict. quæſt.* 18 *n.* 12. *verſ. niſi* loquens præciſe de Canonicis Regularibus, ut dignoſci poteſt n. 14. & plene Rota *coram Coccin. decif.* 360 ubi dictum fuit Archiepiſcopum ſtare loco Abbatis licet adeſſet Prior, & Decanus, ut legere eſt in *princip. decif.* & punctualiter de Luc. ad Gratian. *Animadverſ.* 270. *n.* 6. ibi: *Juriſdictio competit Epiſcopo privative quoad Superiorem Religionis, & non cumulative cum illi ſint loco Abbatis*, ut in puncto Coccin. *dict. decif.* 157. *n.* 10. ubi ſubjungit, quod licet Monachi habeant Menſam ſeparatam, & negotia Archiepiſcopi, & Monachorum ſint ſeparata, adhuc exinde inferri non poſſit ad non Juriſdictionem Archiepiſcopi ſimul Abbatis in Cathedrali Regulari, & in *recent. par.* 1. *dec.* 69. & Lotter. *dict. quæſt.* 18. *n.* 18. *verſ. etiamſi*, Barboſ. *dict. allegat.* 105. *n.* 92. *in fine, & de Canon. cap.* 1. *n.* 17. Gratian. *diſcept.* 270. *n.* 35. Salvat. *de jurib. Archiep. princip.* 8. *n.* 235. *& ſeqq.* Cardin. de Luca *de juriſdict. diſcurſ.* 34. *num.* 25.

Fatebantur tandem contrarii Scribentes aſſiſtentiam juris eſſe pro Epiſcopo, ſed dicebant eam non procede- 18
re in iis, quæ reſpiciunt diſciplinas Regulares, advertendum tamen eſt, quod omnes Doctrinæ ad hoc aſſumptum allegatæ apud Card. Albic. *diſcept.* 1. *n.* 102. poſt Card. de Luc. *de juriſdict.* fundantur *in decif.* 157. *coram Coccin.* quæ in tantum dixit Epiſcopum non habere poteſtatem quoad Inſtituta Regularia, in quantum concurrebat privilegium exemptionis quoad illa, ſecus eo non concurrente, ut in puncto declarat Lotter. *dict. quæſt.* 18. *n.* 9. *cum ſeqq.* & ſignanter *n.* 13. ubi advertit contrarios Scribentes, non bene intellexiſſe *dict. deciſionem Coccin.* & ideo exclamat in hæc verba: *ex quo manifeſtum ſit, quam ſit periculoſum ex Doctorum ambagibus, atque obiter dictis controverſias decidere, cum ſæpe male accepta pejus exponantur.* & hanc Doctrinam Lotter. eſſe veriſſimam teſtatur Salvat. *de jurib. Archiepiſc. princ.* 7. *n.* 203. ubi Hiſpano idiomate de per ſe clara abſque neceſſitate traductionis hæc ait: Segun la opinion de Loterio *de re benef. l.* 1. *quæſt.* 18. *ex n.* 8. *la qual tengo por veraadera por los fundamento, que alega con la delgadezza que acoſtumbra*, & concordat Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. n.* 105. *n.* 90. *verſ. hoc intelligit, & de Canon & Dignitat. cap.* 1. *n.* 14. *juncta gloſſ. in cap.* 2. *nullus de elect. in* 6. *in verb. Regularibus*, ubi Geminian. *n.* 7. *verſ. in eadem gloſſa*, ita & taliter, quod ſi ex ſtatuto, vel conſuetudine correctio Canonicorum Regularium conceſſa fuerit Priori, vel alteri Superiori Regulari. hoc ſemper intelligatur vicario nomine ipſius Epiſcopi Abbatis, ut ait Lotter. *dict. quæſt.* 18. *n.* 12. *&* 15. Barboſ. *de Canonic. dict. cap.* 1. *n.* 17. *& de poteſt. Epiſc. d. alleg.* 105. *n.* 92. Card. de Luc. *de juriſd. diſcurſ.* 34. *n.* 25. Et ſic circa aſſiſtentiam Juris pro Epiſcopo, res fuit clara, & male controverſa, ac merito Sac. Rota in articulo *ſuper gravibus*, eam admiſit, & canonizavit.

Superatum Capitulum in hoc puncto aſſiſtentiæ Juris recurrebat ad Statuta Eccleſiæ, & conſuetudinem immemorabilem dicendo, quod tametſi aſſiſtentia Juris eſſet pro Epiſcopo, tamen ea non poterat allegari quoties probabatur Statutum, aut conſuetudo in contrarium juxta Doctores allegatos *in decif. hujus Cauſa* 6. *Februarii* 1696. §. *Militat in fine coram bo. mem. Pia.*

Allegabatur autem Statutum anni 1325. factum per Epiſcopum, Priorem, & Capitulum Derthuſen. ubi dicitur: *Alios quoque exceſſus, & defectus ſimplices corrigat, & caſtiget Prior Clauſtralis aliquoties per ſe, aliquoties in Capitulo, ſicut hujus Eccleſiæ moris eſt uſitati, & poteſtati Prioris majoris in inferendis pœnis in aliquo non derogetur:* quam Conſtitutionem dicebatur eſſe attendendam tanquam jus municipale hujus Eccleſiæ Derthuſen. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *n.* 18. Rota *dec.* 74. *n.* 20. *cor. Zarat. & decif.* 115. *n.* 6. *par.* 19. *rec.* maxime quia hujuſ-
modi Conſtitutio concedat Priori, & Capitulo Juriſdi- 19
ctionem non uti novam, & ex tunc, ſed uti ab antiquo debitam, & radicatam ibi: *ſicut hujus Eccleſiæ moris eſt uſitati*, quæ cum ſtent cauſative, non autem

Digitized by Google

conditionaliter aperte docens bene facultatem fuiſſe antecedenter in uſu, & obſervantia favore ejuſdem Prioris, & Capituli juxta celebrem Text. *in cap. Abbate S. Silvani 25. de verbor. ſignif. verſ. ſi vero*, & dixit Rota *deciſ. 1731. n. 21. cor. Coccin. & in Salisburgen. Juris Metropolitici 13. Febr. 1693. §. devoniendo coram bo. me. Priole*,

Multipliciter, autem, reſpondebam huic ſtatuto, & primo quia conceſſit Priori Clauſtrali correctionem illorum duntaxat exceſſuum regularium, qui ſuccede-
20 bant in Clauſtro, hoc eſt circa manducandum in Refectorio, non exeundum de Clauſtro ſine licentia, & ſimilia, & proinde fuit revocatum ſucceſſive ex Bulla Leonis Decimi, quæ abſolvit Canonicos a Clauſtro, & revocavit quævis ſtatuta diſponentia ſuper materia Clauſtralitatis, & ſic ceſſavit poteſtas Prioris Clauſtralis tanquam eidem data ratione Clauſtri, cujus ipſe curam habet, ut apud Azzor. *inſtitut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 2. lit. C.* & firmavit Rota *in Cæſaraugustana Juriſdictionis 8. Februarii 1692. §. Et facto, & 13. Junii ſubſequentis, §. per caſum, coram bon. mem. Emerix*, & quod Statutum intelligatur de ſolis Exceſſibus regularibus, negari non poteſt; dum poſt factam
21 mentionem exceſſuum regularium circa exeundum de Clauſtro, & extra Civitatem ſine licentia Prioris, ſtatim ſubjungitur, *alios quoque Exceſſus, & defectus ſimplices*, quæ ſane dictio, *alios*, importat defectus ejuſdem qualitatis, & ſimiles præcedenter expreſſis, & conſequenter concernentes Clauſtralitatem, & diſciplinam regularem, ut in puncto Valenz. *conſ. 43. n. 126.* & quod Epiſcopus in Cathedrali regulari ita ſoleat ſtatuere, committendo alicui Monacho tanquam informato de Inſtitutis Regularibus punitionem exceſſuum eadem Inſtituta concernentium dicunt Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 18. num. 15.* Barboſ. *in cap. Cauſam quæ num. 4. verſ. licet in his de Judic. & de Canon. c. 1. n. 77.* præſertim quia Statutum poſt datam poteſtatem Priori Clauſtrali circa defectus ſimplices ſubjungit immediate, quod per illum; *non derogaretur poteſtati Prioris majoris*, ſignum evidens, quod intellexit de ſolis exceſſibus circa Clauſtrum, & diſciplinam regularem, in quibus tantum Prior major uti Superior Regularis habet poteſtatem, ut firmat Valenz. *conſil. 43. numer. 10. & ſeqq. & numer. 39.*

Secundo quia Statutum non loquitur de Capitulo, ſed de ſolo Priore ibi: *corrigat, & caſtiget Prior Clauſtralis* & licet poſtea addat, quod Prior correctionem faciat ibi: *aliquoties per ſe, & aliquoties cum Capitulo*; relative ſe habendo ad præcedentem morem Eccleſiæ ibi: *ſicut hujus Eccleſiæ moris eſt uſitatis*, tamen mos Eccleſiæ erat, ut Prior procederet aliquoties *cum Capitulo* ſcilicet cum ſolo illius conſilio, non autem conſenſu, ut apparebat ex antiquiori Statuto anni 1166. ibi: *inſtituat ibi Epiſcopus Priorem, qui doceat, & componat, ac conſilio Capituli corrigat mores Canonicorum*, & proinde hoc conſilium tanquam honorativum nullam præbere poterat Juriſdictionem Capitulo, quam prætendebat, & multo minus quando ſupponebat vigore ſtatuti poſſe ſolum Capitulum procedere de per ſe, quando tamen ſi Prior debuiſſet procedere ſimul cum conſenſu Capituli eſſent duo Con-
22 judices, & Capitulum ex una parte haberet tantum votum, quantum ex alia haberet Prior Clauſtralis, ut in ſpecie firmant Bertrand. *conſ. 157. lib. 1.* Ventrigl. *prax. p. 2. annot. 28. §. 1. n. 26.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat. 72. num. 198. verſ. Unde ſi Rectori, & latiſſime voto 121. per tot. lib. 3.* Gonzal. *in cap. 3. de Jurepatron. in fine.*

Tertio quia cum Epiſcopus in Eccleſia Regulari ſtet etiam loco Abbatis, ad omne pejus facultas corrigendi
23 data ex ſtatuto facto ab eodem Epiſcopo intelligitur prout de Jure, a quo omne ſtatutum paſſivam recipit interpretationem, & conſequenter dici debet conceſſa Vicaria nomine ipſius Epiſcopi, ejuſque authoritate delegata, ut in puncto Lotter. *d. lib. 1. quæſt. 18. num. 17.* ibi: *Ita quod iſtud venit accipiendum de exercitio Juriſdictionis ex poteſtate delegata ab ipſo Epiſcopo*, & originaliter tradiderunt Joan. Andr. *in cap. nullus de elect. in 6. circa fin.* ibi: *Committit tamen illud Epiſcopus alicui Monacho*, Geminian. *ſub num. 7. verſ. in eadem* Gloſſa Franch. *ſub num. 3.* Marc. *de cauſ. conſiſt. ſolt. 3. n. 28.* Gratian. *diſcept. 27. n. 1.* a Spiritu Sancto *oper. moral. conſult. 78. n. 34.* Ideoque hujuſmodi facultas Vicaria, & delegata potius, & poteſt ad libitum Epiſcopi revocari, cum officia Clauſtralia dependeant ex nutu Abbatis, ut in ſpecie Prioris Clauſtralis Azor. *Inſtit. moral. par. 3. lib. 3. cap. 20. lit. D.* & in fortioribus terminis Archipresbyteri, cui Epiſcopus conceſſit Juriſdictionem ex ſtatuto, quod illa tanquam Vicaria poſſit revocari ab eodem Epiſcopo late Berous *dict. 22. num. 38. & 49. lib. 1.* & Innoc. *in cap. finali num. 3. de offic. Archidiac.* ibi: *Superior, qui habet majus imperium poteſt prohibere inferioribus, ne procedant ſi ſunt ſui officiales, & Vicarii*, Felin. *in cap. Paſtoralis nu. 2. de offic. ordinar.* ibi: *licet per ſtatutum ſit data Aſſeſſoribus ſpecialis Juriſdictio, tamen poteſtas, quæ illos deputavit poteſt eam exercere de per ſe*, Præpoſit. *in can. perlectis diſtinct. 25. n. 32.* Saravia *de Adjunct. q. 34. n. 45.*

Quarto, quia Statutum non eſt Papale, nec confirmatum auctoritate Apoſtolica, ſed factum ab Epiſcopo, quod propterea non ligat Succeſſores, imo nec etiam ipſum Epiſcopum ſtatuentem, cum iſte tanquam ſimul Abbas in Cathedrali Regulari non impe- 24
diatur quolibet ſtatuto quominus poſſit contravenire, ut bene Panorm. *in c. cum ad Monaſterium de ſtatu Monachorum n. 9.* ibi: *cum Abbas non poſſit ſibi praefigere legem, a qua ſibi non liceat recedere, & infra n. 11.* ibi. *Abbas non ligatur ex ſuo ſtatuto licet cum Conventu illud fecerit quominus poſſet contravenire, nam Monaci non poſſunt reſiſtere ſibi, cum habeant obedire, & eorum velle dependeat a voluntate Abbatis, &c. Item difficultaretur obedientia ex contrario*; Frideric. de Sen. *concluſ. 159. n. 2.* & in fortioribus termi- 25
nis Epiſcopi Eccleſiæ Sæcularis Berous *dict. conſ. 22. n. 36. lib. 1.* ibi: *Epiſcopus non ligatur ſtatuto ſuo, ſeu ſui Capituli*, ubi etiam ſubjungit *num. 9. verſic. Tertio*, quod ſtatutum nunquam intelligitur in caſu, quo Epiſcopus vellet procedere de per ſe, & de Doctrina Bald. *in auth. quibuſcunque num. 8. Cod. de Sac. Eccleſiis, & in l. digna vox n. 30. C. de legib.* Rota *cor. Coccin. dec. 179. nu. 9.* & facit Text. *in Can. nullam 18 quæſt. 3.*

Quinto demum, quia d. Statutum hodie non erat amplius habendum in conſideratione tanquam peni- 26
tus innovatum ex poſterioribus Conſtitutionibus Benedicti Decimitertii *in obedientia*? Explorati enim Juris eſt priorem legem, ſeu ſtatutum correctum per aliam legem, aut Statutum poſterius non eſſe amplius attendendum, nec allegandum ad notata per Scribentes *in cap. novit de Judiciis* Dec. *in cap. 1. in prima lectura num. 37. de conſtitut.* Maſcard. *de gener. Stat. Interpret. concluſ. 11. num. 1. & ſeq.* Rota *deciſ. 783. n. 8. & 10. par. 2. & deciſ. 577. nu. 15. & deciſ. 618. nu. 13. p. 2. to. 2.* quod procederet, etiamſi in poſteriori Statuto nulla fiat mentio de primo, cum innovatio, & revocatio oriatur re ipſa ex incompatibilitate, & diverſitate diſpoſitionis docet Text. *in cap. 1. de conſtitut.* Suarez. *de leg. lib. 6. cap. 27. nu. 2. verſ. aliquando nu. 3. & 12.* Caſtropal. *oper. moral. par. 1. tract. 3. diſput. 5. punct. 2. §. 1. n. 7.* Metul. *diſput. moral. tom. 2. diſput. 4. cap. 7. num. 20. verſ. quia concluſio, & numer. 30. verſ. Tertio deducitur*; Innovatio autem prædicti Statuti colligitur, non ſolum generaliter ex Proœmio dd. Conſtitutionum Benedicti XIII. *num. 2.* ibi: *corrigendo præterita, plantando nova, præſentia melius ordinando, & ſalubriter diſponendo futura*: ſed etiam ſpecialiter in parte diſpoſitiva, ubi multa cum maturitate ſignati fuerunt, & expreſſi omnes exceſſus leves, qui poſſibiliter contingere poſſunt in Eccleſia circa regulam, mores, & ſervitium Chori, & illorum correctio conceſſa fuit pro majori parte Epiſcopo, & aliquando, & in certis caſibus Priori majori, vel Clauſtrali, & per contrarium nihil datum fuit Capitulo de per ſe, & ſeparatim circa Jus corrigendi, & tamen S. Rota in deciſionibus deſuper emanatis nihil reſpondit hujuſmodi motivis, ſed tranſivit cum ſuppoſito claro, quod Statutum fundaret bonum jus Capituli.

Tran-

Tranſeundo ad conſuetudinem, Scribentes pro
Capitulo dicebant eidem aſſiſtere immemorabilem,
quæ cum fuerit inconcuſſe ſervata uſque in præ-
27 ſens, præbet facultatem allegandi in judicio petito-
rio confirmationem Apoſtolicam, & quemcunque
alium meliorem titulo de Mundo dicto Capitulo
magis utilem, & proficuum *ad Text. in cap. ſuper
quibuſdam de verbor. ſignificat.* & dixit Rot. *in deciſ.*
94. *numer.* 3. *coram Bich. deciſ.* 53. *num.* 10. *& ſeqq.
coram Zarat. deciſ.* 647. *num.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 770.
num. 10. *part.* 18. *tom.* 2. *& deciſ.* 152. *num.* 2. *part.* 19.
rec. & in ſpecie operatur, ut in iis etiam caſibus,
in quibus Epiſcopi ſunt inſimul Abbates in Eccleſia
Cathedrali Regulari non poſſint hanc Juriſdictio-
nem, ſeu facultatem mulctandi exercere, ſed ea com-
petat Priori, ſeu Capitulo juxta particularem Eccle-
ſiæ conſuetudinem, ut in individualibus terminis
probat Corn. *d. conſ.* 193. *num.* 5. *lib.* 2. quem ſequun-
tur in ſpecie Gratian. *diſcept. forenſ.* 270. *num.* 5. Sa-
rav. *de Adjunct. quæſt.* 12. *ſub num.* 22. *verſ. prædicta
intelligo*, Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. d. cap.* 31. *n.* 13.
& Rota *in dict. deciſ.* 157. *ſub num.* 2. *verſ. Apparet*,
coram Coccin:

Probant autem immemorabilem ex longa ſerie
quamplurium actuum juriſdictionalium incipiens ab
anno 1461. & ſucceſſive juxta ordinem temporum
continuatorum, uſque ad diem motæ litis, in qui-
bus Capitulum, nedum pacifice, & abſque contra-
dictione ſemper mulctavit Beneficiatos, alioſque
commenſales intra Eccleſiam, ejuſque ambitum de-
linquentes, ſed etiam ad dictas mulctas, ſeu pœnas
proceſſit cum certo præſuppoſito ejus anterioris, &
inconcuſſæ quaſi poſſeſſionis, quam inter cæteros
enunciavit magis præciſe in actu anni 1578. & Ju-
riſdictio exercita fuit publice, & palam in Eccleſia
28 cum innegabili ſcientia, & patientia Epiſcoporum
pro tempore, quæ nedum tacite emergit ex multi-
plicitate actuum per duo ſæcula, & ultra continua-
torum, ut firmat Bald. *de præſcript. par.* 5. *principal.
quæſt.* 7. *num.* 4. Rebuff. *ad conſtit.* Gall. *tom.* 3. *titul. de
mater. poſſeſſ. in præfat.* 145. *& ſeqq.* & 153. Gratian.
diſcept. 870. *num.* 33. *&* Rot. *deciſ.* 533. *num.* 3. *part.* 1.
deciſ. 184. *num.* 4. *part.* 2. *& deciſ.* 254. *num.* 3. *part.* 19.
rec. 54. *num.* 15. *cor. Martin. Andr. & dec.* 194. *num.* 7.
& deciſ. 267. *num.* 22. *& ſeqq. coram Bich.* Sed etiam
præciſe probatur ex pluribus actibus Juriſdictionali-
bus exercitis per Capitulum, in quibus Epiſcopi ne-
dum præſentes fuerunt, ſed etiam laudarunt, & ap-
probarunt pœnas per Capitulum alias indictas Com-
menſalibus, & ut in actu anni 1462. in quo Epi-
ſcopus ibidem præſens expreſſe laudavit, approbavit,
& confirmavit quaſcunque proviſiones per d. Capi-
tulum alias factas contra unum ex Commenſalibus,
& inhibuit ejus Vicario, ne ſe modo aliquo intro-
mitteret, decernendo irritum, & inane ſi quid in
contrarium factum eſſet; Inſuper in alio actu geſto
de anno 1635. in quo dubitans Epiſcopus an mul-
cta, vel correctio Monaci majoris ob nonnullas o-
miſſiones in ſuo officio pertineret ad ipſum, vel po-
tius imediate ad Capitulum; conſuluit Capitulum ip-
ſum, & prodiit deliberatio præſente, & acceptante
ipſo Epiſcopo, mulctas, & correctiones, nedum d.
Monaci majoris, ſed etiam Commenſalium Diaco-
norum, & Subdiaconorum, Beneficiatorum, & Mo-
nachorum ejuſdem Eccleſiæ delinquentium pertinere
ad Capitulum, & his accedit alter actus in quo E-
piſcopus de anno 1677. ſe interpoſuit penes Capitu-
lum, & inſtetit, ut attenta pœnitentia ſubſecuta u-
nius ex Capitularibus, nempe Archidiacom majoris,
alias mulctati per Capitulum, eadem pœna per ipſum
Capitulum ex gratia remitteretur, ſicuti de facto in-
tuitu d. interpoſitionis remiſſa fuit, ex quo actu,
contrarii Scribentes inferebant, nedum reſultare ex-
preſſam ſcientiam, & patientiam Epiſcopi, ſed etiam
explicitam confeſſionem Juriſdictionis Capituli pri-
vative quoad ipſum Epiſcopum; ſi enim iſte ex
proprio munere facultatem habuiſſet procedendi ad
29 remiſſionem mulctæ Capituli, utique Tribunal non
adiviſſet, & adeundo declaravit non habere, ut
per hæc verba præciſa firmavit Rot. *in deciſion.* 303.
num. 16. *&* 17. *part.* 16. *rec.* ubi plures concordantes.

Addebant ulterius probari immemorabilem favore
Capituli, ex quo illud pluries proceſſit ad commi-
nationem, & impoſitionem mulctarum publice, &
palam per affixionem Edictorum in valvis Eccleſiæ
Cathedralis, eorumque publicationem in ipſa Eccleſia
independenter ab ipſo Epiſcopo, ut conſtabat ex a-
ctibus, ſeu edictis de anno 1577. de anno 1578.
de anno 1584. de anno 1606. ex alio ejuſdem an-
ni, & ex alio de anno 1694. ex quibus quidem e-
dictis palam publicatis, & affixis evidenter probare
dicebant inconcuſſam conſuetudinem exercendi Ju- 30
riſdictionem juxta doctrinam Bartoli *in l. omnes Po-
puli ff. de juſt. & jure*, *&* Maſcard. *de probat. vol.* 2.
concluſ. 946. *num.* 3. Poſth. *de manut. obſerv.* 31. *n.* 31.
Maur. *alleg.* 2. *num.* 11. Rot. *coram Cavaler. dec.* 161.
num. 4. Buratt. *deciſ.* 427. *num* 7.

His actibus, & aliis ego reſpondebam ex illis non
probari immemorabilem, dum aliqui ex eis retor-
querentur in favorem Epiſcopi; alter nempe anni 1462.
qui datur pro initio conſuetudinis, iſte enim debet
attribui Epiſcopo, & non Capitulo, dum poſt im-
poſitam mulctam ab eodem Capitulo, ſed nulliter
contra diſpoſitionem *Conſt.* 46. Benedicti XIII. Epi-
ſcopus eam aprobavit, & confirmavit cum clauſula
ex nunc, pro tunc, quæ confirmatio hoc modo fa-
cta operatur, ut mulcta dicatur Epiſcopalis, non au-
tem Capitularis, ut probat *Text. in cap. ſi cum de* 31
præbend. in 6. *verſ. talis receptus* Fagnan. *in cap. quoniam
num.* 8. *&* 9. *de Conſtit.* Pariſ. *conſ.* 3. *num.* 40. *libr.* 4.
Cæphal. *conſ.* 304 *num.* 86. *& conſ.* 414. *num.* 42. & o-
ptime Sperell. *deciſ.* 14. *num.* 2. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 377.
num. 24. *part.* 17. *recent.* Capitulum namque in eo
actu potius proceſſit, ut daret bonum exemplum a-
liis non committendi exceſſus, ita incontinenti, &
celeriter puniendo, quam quod haberet poteſtatem
juxta illud Tacit. *lib.* 1. *annal.* ibi: *Bono magis exem-
plo, quam conceſſo jure:* Alter autem actus eſt de an-
no 1592. ubi Canonici mulctam domeſticam remi-
ſerunt Vicario de gremio Epiſcopi, & denique alter
actus eſt de anno 1607. ubi pariter Vicarius de gre- 32
mio mulctavit, qui tres actus pro Capitulo dati de
per ſe ſufficerent ad excluſionem prætenſe conſuetu-
dinis Immemorabilis, ad quem effectum ſufficit et-
iam rumor in contrarium, & verſa vice ſatis eſt
Epiſcopo ad conſervationem univerſæ ſuæ Poteſtatis,
quilibet etiam unicus actus, Rot. *deciſ.* 465. *num.* 1.
part. 1. *& deciſ.* 222. *n.* 6. *part.* 2. *rec. & dec.* 391. *n.* 14.
part. 13. *& coram Seraph. deciſ.* 238. *num.* 4.

Ad actum anni 1635. reſpondebam primo quod
ibi agebatur de omiſſionibus in officio Æconomico
vini, & candelarum, & non circa mores, & ſe-
cundo quod non obſtante Capituli conſulto, Epi-
ſcopus ſe intromiſit in cognitione hujuſmodi omiſ-
ſionum; in actu anni 1677. non continebatur re-
vera interpoſitio Epiſcopi, ſed potius ordo præcepti- 33
vus non irrogandi pœnam mulctato licet abſcondi-
tis verbis diverſis, quibus dicebam non eſſe creden-
dum tanquam ſuſpectis, quandoquidem prætenſi a-
ctus Capitulares erant extracti lite pendente, & ſi-
ne citatione partis ab Archivio privato Capituli;
quo caſu nullam fidem merentur, nec probant con-
tra Epiſcopum ad tradita per Rot. *deciſ.* 25. *de fide
Inſtrum. in antiquis*, *& in Aquinaten. ſeu Nullius Be-
neficiorum apud* Marcheſan. *de commiſſ. part.* 2. *fol.* 436.
num. 4. *cor. Mellin. deciſ.* 34. *num.* 1. *& cor. Bich. deciſ.*
431. *num.* 19. *& deciſ.* 340. *ſub num.* 22. *&* 23. *part.* 15.
& deciſ. 227. *num.* 8. *part.* 16. *& deciſ.* 383. *num.* 4. *par.*
18. *& recent. & in Olomucen. Juriſdictionis ſuper manu-
tentione* 23. *Junii* 1685. §. *Minus ſecunda*, *cor. bon.
mem. Emerix*, *&* 10. *Decembris* 1688. §. *Nec hujuſ-
modi*, *coram Card. Caprara*.

Nihil obſtante reſponſione deciſionum, quod Ar-
chivium Capituli ſit publicum, & actus fuerint
extracti per publicum Scribam Capituli, quia hæc
qualitas Archivii publici non probatur, quando ta- 34
men ad hunc effectum requiruntur plura requiſita,
de quibus late Fellin. *in cap. Ad audientiam de præ-
ſcript.* Socc. Sen. *conſ.* 258. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 2. Gravett.
conſ. 151. *ſub numer.* 5. *& conſ.* 274. *num.* 5. *&* 6. &
qua-

qualitas Scribæ publici Capituli non relevat, cum
non tollat ſuſpicionem, quod extractio fuerit facta
minus fideliter, & maxime quia datur fumus ſuffi-
ciens, dum extracti fuerunt plures actus mutilati,
quos cum Epiſcopus petiiſſet extrahere vigore Com-
pulſorialium generalium, Capitulum recuſavit non
obſtante comminatione Cenſurarum, & Sacr. Rota
Epiſcopum reduxit ad petendam compulſoriam ſpe-
cialem pro dd. actuum extractione, qui per Scribam
Capituli mutilate extracti fuerant allegati in Rota
pro Capitulo, quando tamen uti facti in Capitulo
Generali annali debent attribui Epiſcopo, qui uti
35 Superior, & Abbas præſidet in illo, ut probat Fa-
gnan. *in cap. Poſtulaſti n. 25. de conceſs. Præbend. Vener,
in exam. Epiſcopor. lib. 4. cap. 29. n. 34.* Barboſ. *de po-
teſt. Epiſc. alleg. 37. n. 17.* & de qua præſidentia Epi-
ſcopi in Capitulo annali liquebat ex facto, & quod
in eo mulctaverit Vicarius Epiſcopi nuncupatus *de
gremio* unus actus anni 1607. dilucide probabat.

Ulterius dicebam prætenſos actus Capitulares eſ-
ſe fere omnes ineffectuatos tanquam conſiſtentes in
36 ſimplicibus Edictis, ſeu Cartellis, quæ nihil pro-
bant non juſtificata eorum executione juxta receptam
in jure propoſitionem, quod nihil valent Edicta,
& Præcepta, niſi probetur effectuatio, & obedien-
tia Subditorum juxta notabile dictum Baldi *in rubric.
de majorit. & obedien. nu. 6.* ibi: *Obedientia per obe-
dientiam poſſidetur, non per præceptum ſolum, quia
qui præcipit, & ſibi non paretur, nihil in alium poſſi-
det:* & punctualiter ſequuntur *Afflict. deciſ. 265. n. 9.
& 10. & deciſ. 301. num. 5.* ubi quod præcipiens, nec
habens obedientiam, nihil in alium poſſidet, niſi la-
bia ſua, Maſcard. *de probat. tom. 2. concl. 946. num. 4.*
Poſth. *de manut. obſerv. 31. n. 22. & obſerv. 15. num. 8.*
Rota *deciſ. 165. num. 5. part. 4. diverſ.* & in puncto
mulctarum ineffectuatarum Rot. *deciſ. 667. num. 6. 7.
8. 14. & ſeqq. penes* Poſth. *de manuten.*

Verum procedendo etiam cum ſuppoſito, quod
actus Capitulares eſſent probati legitime, etiam per
ſpatium centenariæ, adhuc nihil relevarent, quia
cum agatur de abrogandis Conſtitutionibus Papali-
37 libus habentibus in ventre decretum irritans, inde
ſequitur, ut nulla conſuetudo ſuffragari valeat, ni-
ſi ſit immemorabilis, ut notat in ſpecie Gabr. *de
de clauſ. concluſ. 3. num. 42.* Garz. *de benefic. part. 5. cap.
4. num. 180.*

Quæ quidem Immemorabilis in caſu iſto non ad-
eſt, dum præcedunt Conſtitutiones Benedictinæ an-
te quas, non ſolum nihil allegari poteſt, ut ait in
puncto harum Conſtitutionum Rot. *deciſ. 59. n. 17.
verſ. Particularis part. 10. rec.* ſed etiam ex illa dici-
38 tur conſtare de initio, quod deſtruit, ac penitus
tollit immemorabilem, Rovit. *ſup. pragm.* Baron *pragm.
14. ſub num. 2. verſ. niſi eſſemus* Cabiplanch. de Baron,
part. 1. pragmat. 1. num. 207. verſ. dummodo Rot. *deciſ.
543. n. 3. part. 4. & deciſ. 153. n. 19. part. 11. & deciſ.
333 n. 6. part. 18. rec.* & in ſpecie contrarii initii re-
ſultantis ex Papali Conſtitutione Rot. *in Majoricen,
Indultor. impreſſ. poſt* Dianam *oper. moral. part. 6 tract.
8. fol. mihi 227. §. Nec applicari viſa eſt.*

Et quamvis ex actibus prætenſis poſt ſupradictas
Conſtitutiones Capitulum deducere velit centena-
riam; attamen, quicquid ſit, an ſufficiat centena-
ria quando immemorabilis requiritur propter diffe-
rentiam, quam inter utrunque præſcriptionem con-
ſiderat Trobat, *de effectibus immemor. q. 13. n. 68.* ad-
huc etiam data opinione, quod ſufficiat centenaria,
juxta ſententiam Sac. Rotæ, quæ hodie amplius non
controvertitur, ut in *deciſ. 10. num. 15. coram Zarat.
& deciſ. 875. n. 7. coram Buratt. & deciſ. 98. n. 3. cor.
Bich.* Card. de Luc. *de juriſd. diſc. 96. n. 21.* occurrit
reſponſio inevitabilis. quod centenaria nunquam po-
tuit introduci contra memoratas Conſtitutiones Pa-
pales, dum quolibet anno fuerunt lectæ, & renova-
39 tæ in Capitulo annali, quæ lectura ſemper inter-
rumpit conſuetudinem pro Capitulo prætenſam, ita-
ut ſtante hac interruptione annali nunquam potue-
rit inchoari aliqua præſcriptio, ut in terminis lectu-
ræ habitæ in Synodo docet *Gloſſ. magiſtral. in cap.
Sanctorum de præſcript,* ibi: *Per iſtam Synodalem pro-
clamationem fit interruptio præſcriptionis:* Et in ter-
minis Bullæ in Cœna Domini, quæ quolibet anno
legitur in die Jovis Sancti, quod per talem lectu-
ram prohibeatur initium cujuſcunque conſuetudinis
etiam centenariæ, tradunt Felin. *in cap. Cum non li-
ceat de præſcript. num. 12. verſ. Quinto conſidera, quod
ſingulo anno* Duardus *in Bull. Cœnæ Domini Can. 20. q.
9. per tot.* ſignanter *n. 7.* Pignatell. *conſult. 170. n. 17.
tom. 1.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 33. n. 19.*

Quodque hujuſmodi Conſtitutiones fuerint lectæ
quolibet anno in Capitulo Annali, probatur ex *Con-
ſtitutione 79.* ubi Benedictus XIII. ordinavit ſuas
Conſtitutiones legi debere bis in anno pro illarum
continua obſervantia; quo caſu ſtante hac Conſtitu-
tione, & Decreto irritanti lectura ordinata per Be-
nedictum XIII. præſumitur facta, & ſemper obſer-
vata, prout negari non poterat, abſque eo quod adeſ-
ſet neceſſitas id probandi ex recepta concluſione,
quod Conſtitutio habens Decretum irritans, præſu- 40
mitur uſu recepta, nec poteſt allegari non uſus, ut
tradit Fagnan. *in cap. Non amplius n. 31. de Conſtitut.*
Panorm. *in cap. ultimo n. 4. verſ. Unde de tregua, & pa-
ce* Felin. *in cap. 2. num. 6. verſ. Lex nova eodem titulo*
Mart. *de clauſ. part. 1. clauſ. 192. n. 9.* Barboſ. *clauſ.
40. n. 35.* Rot. *deciſ. 217. n 6. & 7. part. 7. rec.* ubi quod
ſtante Decreto irritanti Sacra Rota denegavit remiſ-
ſoriam ad probandam conſuetudinem contrariam.

Et hinc etiam oritur, quod cum per lecturam
annalem dd. Conſtitutionum, Capitulum fuerit quo-
libet anno conſtitutum in mala fide, ut ait Duard.
*in Bull. Cœnæ Domini d. Canon. 20. qu. 9. num. 2. verſ.
Tanto fortius, & num. 7.* Propterea nunquam potuit
præſcribere etiam per centenariam, & immemora- 41
bilem, quæ etiam deſtruuntur ex mala fide, juxta
communem ſententiam Canoniſtarum *in cap. Vigilan-
ti, & capit. finali de præſcript. Gloſſ. in cap. primo in
verb. niſi de præſcript. in 6.* Uſill. *ad Afflict. deciſ.
368. n. 8.* Mollin. *de Primogenit. lib. 1. cap. 6. n. 67.* Me-
noch. *de recuperanda remed. 15. n. 417.* Craven. *conſ.
146. n. 2. & ſeqq. & conſ. 871. n. 22.* Roland. *conſ. 6. n.
43 lib 3.* Buratt. *conſ. 23. n. 19. lib. 1.* Surd. *conſ. 28. n.
69. & ſeqq.* ubi de communi Covar. *var. reſolut. tit.
de præſcript. part. 2. §. 8. n. 4.* Barboſ. *in repetitorio in
verbo præſcriptio §. Præſcriptio immemorabilis* Trobat.
de effect. immemor. q. 14. art. 3. n. 41. & ſeqq. a Spirit.
Sancto *in direct. Confeſſ. tract. 10. diſp. 5. ſect. 3. num.
169.* Andreol. *contr. 142. num. 1. & ſeqq.* Manſ. *conſult.
168. num. 62. & ſeqq. & bon. mem.* Anſaldus *in tract.
de mercatura diſc. 9. num. 22.*

Licet in fortioribus, quod mala fides probetur ex
eo tantum, quod Capitulum conſervat in Archivio
Conſtitutiones Benedicti, contra quas præſcribere 42
intendit. tradunt Rocc. *diſput. Juris cap. 149. nu. 41.*
Verall. *deciſ. 24. n. 2. part. 2.* Cavaler. *deciſ. 77. n. 7. &
deciſ. 91. n. 10.* Rot. *deciſ. 3. n. 27. & ſeqq. part. 7. rec.*
& hæc mala fides in caſu iſto probatur etiam ex vi-
ſceribus ipſorum actuum, qui dabantur in contra-
rium, ubi Capitulum fecit mentionem de Conſtitu-
tionibus Benedicti, & licet in Capitulo fuerit allega-
tum eſſe faciendam mulctam, juxta Conſtitutiones
Eccleſiæ ſecundum votum aliquorum Canonicorum,
tamen Capitulum ſe defendere voluit cum ſuppoſi-
to, quod eſſet in poſſeſſione mulctandi, ex quibus
clare dignoſcitur Capitulum cum mala fide ſe intru-
ſiſſe in exercitio juris mulctandi contra Conſtitutio-
nes Papales, & ideo ſtante mala fide nunquam præ-
ſcribere potuit etiam per mille annos, ut dixit Rot.
cor. Coccin. dec. 1086. n. 4. & tradunt *Canoniſtæ in cap.
Cum perſona de privil. in 6.* ſignanter Menoch. *num. 8.*
Franc. *n. 3* Gemin. *n. 6.* Jo: Andr. *n. 2.* Ancaran. *n. 4.*

Superaddebam quoque ad deſtruendam vim con-
ſuetudinis pro Capitulo prætenſæ, quod ea reman-
ſit interrupta ex actibus contrariis mulctarum corre-
ctionalium ab Epiſcopo inflictarum, & inter alios ad-
ducebantur duo actus in quibus Epiſcopus impoſue-
rat delinquentibus mulctas ſalutares ſcilicet jejunii,
& audiendi unam Miſſam, & pergendi nudis pedi-
bus ad certum Heremitorium, ut in actibus anni 1450.
& 1570. qui procul dubio ſufficiebant, cum ad
conſervandum jus Ordinarii habentis pro ſe aſſiſten- 43
ſiam

tiam juris, ſufficiat enim unicus actus, Rot. *deciſ.* 465. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* & *deciſ.* 232. *num.* 6. *par.* 2. Rot. *coram Seraph. deciſ.* 138. *num.* 4. & *in recent. deciſ.* 391. *num.* 14. *part.* 13.

Reſpondebant Scribentes pro Capitulo, nec non admiſerunt Deciſiones Rotales, quod tales actus non eſſent habendi in conſideratione ex, quo facti fuerant in figura Judicii, non autem modo extrajudiciali, & propterea erant compatibiles cum actibus Capituli, quod non prætendebat exercere juriſdictionem in figura Judicii, quam Epiſcopo totaliter concedebat, ſed ſolum ſibi vindicat jus procedendi modo extrajudiciali ad pœnas domeſticas, & ſalutares, ſed reſponſio nunquam placuit, quia replicabam eſſe advertendum in hac materia, quod cum ageretur de
44 Epiſcopo Eccleſiæ Cathedralis Regularis habente in ſe unitas, & confuſas duas potentias, nempe Abbatialem, & Epiſcopalem, tali caſu ad probandum, quod ipſe proceſſiſſet ad correctiones domeſticas ſufficiebat allegare, quod eas exercuiſſet in ſubſtantia, nihil attento modo quo illas exercuit, ſive judiciali, ſive extrajudiciali; eoquia tanquam habens confuſam potentiam Abbatialem cum Epiſcopali poterat exercere poteſtatem Abbatialem modo Epiſcopali, & ſic mulctare domeſtice, & pœna extrajudiciali, etiam in figura judiciali, ut ſcribunt in puncto Panorm. *in cap. Cauſam quæ de* Judic. *n.* 10. Dec. *n.* 7. Barboſ. *n.* 1. *verſ. placet* Gratian. *diſcept.* 270. *n.* 3. ibique Carol. Anton. de Luc. *in animadverſ. n.* 2. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 101. *n.* 2. & *de Canonic. cap.* 1. *nu.* 17. & plene Lotter. *lib.* 1. *q.* 18. *n.* 17. ubi hæc ſingulariter ait: *In hac materia non admittitur diſtinctio, an procedatur in figura Judicii, vel ſecus, ſi enim idem eſt Epiſcopus, & Abbas, & ea virtutes ſunt unita, procul dubio talis diſtinctio eſt fruſtratoria, tenendumque eſt Epiſcopum quovis modo procedere poſſe, &c. etiam privative quoad omnes alios Regulares*: & late deciſum fuit per Rotam *in celebri Montis Regalis Juriſdictionis cor. Cocc. dec.* 316. *repetit. in recent. dec.* 121. *part.* 1. ita, & taliter, quod iſte modus procedendi in figura Judicii ad pœnas leves, & domeſticas mirabiliter oſtendebat poteſtatem Abbatialem eſſe commixtam, & incorporatam cum Epiſcopali.

Agnoſcebant vim reſponſionis Defenſores Capituli, & nihil aliud reſpondebant, quam quod levitas pœnæ impoſitæ in actibus relatis non concludebat eam eſſe domeſticam, & pœnitentialem, eo quia etiam in figura Judicii, ſi qualitas delicti ſit levis, imponi ſolent pœnæ leves, nec tamen iſtæ dicuntur domeſticæ, ſed ſemper judiciales, tanquam exercitæ in figura judiciali, ſed hæc ponderatio erat nullius momenti, tum quia in ſubjecta materia, ubi agebatur, de Epiſcopo Abbate, & concatenatum habente jus domeſticæ correctionis cum judiciali, ea non erat tuta, & ſufficiens tum etiam quia procedere poterat, ubi ageretur de pœnis ſolum levibus, & correſpondentibus ad menſuram delicti, ſecus autem quando, ut in præſenti pœnæ inflictæ ab Epiſcopis non fuerunt dumtaxat leves, & proportionatæ figuræ judiciali, ſed immo ſalutares, pœnitentiales, regulares, domeſticæ, & nihil commune habentes cum figura judicii, ut eſt condemnare ad audiendam unam Miſſam in aliqua Cappella, ad jejunandum per diem in pane, & aqua, & ad pergendum nudis pedibus ad certum Heremitorium, ut cantant ſupra relati actus anni 1550. & 1570. quæ quidem dicuntur correctiones mere domeſticæ, ſeu mortificationes pœnitentiales, & ſalutares, ut ſcribunt in ſpe-
45 cie Lezz. *oper. moral. tom.* 2. *in verb. Epiſcopus quoad Regulares n.* 16. *verſ. Quæ vero veniant* Ceſped. *de exempt. Regul. dub.* 380. *n.* 2. Gonzal. *variar. q. q.* 22. *n.* 15. prout etiam quod tales mulctæ domeſticæ irrogatæ fuerint propter exceſſus leves probat ipſum genus pœnæ levis, & correctionalis, quod Epiſcopus irrogavit, juxta doctrinam Bald. *in l. Levia ſub n.* 1. *ff. de accuſat. Oliv. de ſer. Eccl. par.* 3. *cap.* 20. *ſub n.* 50. *verſ. Communiter*. Soccin. *ſen. conſ.* 157. *n.* 5. *lib.* 2. Zuff. *de legitim.* Proceſſ. *q.* 26. *n.* 3. Farinacc. *de variis, ac diverſis criminibus q.* 105. *n.* 208. *verſ. Ex levitate*.

Idque ulterius probabam, quia ſuppoſito, quod ageretur de exceſſibus levibus, ſi ea eo quod Epiſcopus illos correxit domeſtice in figura Judicii non turbaſſet jus Capituli, ſequeretur, quod illud contemporanee mulctaſſet, & mulctare potuiſſet eoſdem exceſſus leves commiſſos de annis 1550. & 1570. 46
& tamen id eſſet abſurdiſſimum in jure, quod nempe in uno eodemque exceſſu levi duæ mulctæ domeſticæ infligerentur, Fagnan. *in cap. quanto n.* 41. *verſ. ex quibus de Offic. Ordin.* Tondut. *de penſion. par.* 2. *cap.* 45. *n.* 18. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *n.* 42. *verſ.* & ab eis *Card. Laurea in Epitom. Canon. in verb. pœna*, *Saran. de Adjunctis q.* 34. *n.* 42. Rot. *in Toletana Jurriſdictionis* 11. *Decembris* 1690. §. & *exordium coram bon mem. Molinet*.

Rurſus advertebam quod Capitulum allegaverat Titulum ſuæ conſuetudinis, nempe relatum Statutum anni 1325. quod diſcolorabat, & inficiebat eam- 47
dem conſuetudinem ex ſui lectura, dum continet quod exceſſus ſimplices puniantur per Priorem Clauſtralem aliquoties per ſe, & aliquoties ſimul cum Capitulo; quamvis enim conſuetudo potuerit declarare illud verbum, *cum Capitulo* intelligi cum conſenſu Capituli, tamen non potuit illud declarare in alia duplici parte nempe vel dicendo Statutum, quod Prior procedat *aliquoties per ſe, & aliquoties cum Capitulo*, conſuetudo effecerit quod *ſemper* procedat cum Capitulo, & non *aliquoties*, ac ulterius quod dicendo Statutum quod procedat *Prior cum Capitulo*, conſuetudo operetur quod procedat *ſolum Capitulum* excluſo Priore, hæc enim conſuetudo eſt de directo contraria ipſi titulo allegato pro ſui initio, itaut melius fuiſſet nullum producere titulum, quam vitioſum; quia ſtante initio, ſeu Statuto, ut ſupra reſtricto non potuit Capitulum præſcribere propter malam fidem reſultantem ea lectura Statuti quo caſu dicitur præſcribere additive, & ultra, immo contra limites Statuti, ut bene firmavit Geminian. *conſ.* 96. *n.* 4. ibi: *Nam illi vellent præſcribere additive ad ſuum Privilegium quod eſt impoſſibile, quia quando legunt Privilegium vident eum limitatum, & ſic in exceſſu Privilegii apparet eos eſſe in mala fide, ergo quantocumque tempore poſſederunt non præſcribunt*, & eſt communis doctrina Canoniſtarum in *cap. cum perſona de Privilegiis in* 6. ſignanter Monac. *n.* 8. Franc. *num.* 3. *idem* Geminian. *n.* 6. Jo. Andr. *n.* 2. Anchar. *n.* 4.

Fortius vero, quia extabant aliæ Conſtitutiones Eccleſiæ Benedicti XIII. *in obedientia*, ubi præcipue in ordine ad exceſſus reſpiſcientes Chorum, facultas mulctandi fuerat attributa, primo loco Epiſcopo præſenti, & ſecundo loco, ſeu in ejus defectum gradatim, vel Priori majori, vel Clauſtrali, & ipſis
abſentibus judicio Præcentoris, ut in *Conſtitutione* 5. 48
& 6. quod etiam probatur ex diſpoſitione juris communis, ſeu Sacrorum Canonum de qua *Text. in Can. Perlectis diſtinct.* 25. §. *Ad Primicerium* Barboſ. *de Canon. cap.* 9. *n.* 2. *verſ. Silentium* Valenz. *conſ.* 33. *nu.* 156. Sandoval. *de off. Eccleſ. part.* 5. *cap.* 3. Caſſan. *in Catal. Gloria mundi part.* 4. *conſid.* 37. & ordinavit Conſilium Baſilien. *ſeſſ.* 21. *tit. Quomodo divin. offic. in Eccl. ſit celebran.* §. *Si quis Principem*, cujus verba refert Rot. *in Hiſpalen. Juris Præſidendi in Choro* 2. *Julii* 1700. §. *Quo enim cor. bon. mem. dell' Olmo*, in hac au-
tem facultate data per hujuſmodi Conſtitutiones Prior, 49
& Præcentor non ſunt Officiales Capituli, ſed Epiſcopi, in cujus defectum, & ſupplementum conſtituti reperiuntur exemplo Archidiaconi, cujus Officium
exercetur vicario nomine Epiſcopi tanquam præſcri- 50
ptum in defectum, ſeu abſentiam ipſius Epiſcopi, ut in *Can. Perlectis diſtinct.* 25. ibi: *Quando Epiſcopi ſui abſentia contigerit*: & *in cap. Miniſterium de offic. Archidiac.* ibi: *Si Epiſcopus defuerit Archidiaconus provideat cuncta*: & *in cap.* 3. *eod. tit.* ibi: *Officium Archipresbyteri de Urbe conſtat quando ibi Præſul defuerit vice ejus Officium incohare*. Berous *conſil.* 22. *n.* 25. *lib.* 1. Rot. *dec.* 665. *num.* 1. *apud* Poſth. *de manut.* & *in d. Hiſpalen. ubi ſupra* §. *Et ſenſus*, & §. *Neque his omnibus coram dell' Olmo*; nec propterea Capitulum vigore aſſertæ conſuetudinis potuit ſibi arrogare juriſdictionem Officialibus Epiſcopi conceſſam ex Conſtitutionibus Appoſtolicis, præſertim quia Prior

major

major expreſſe appellatur Vicarius Epiſcopi *in Conſtitut. 24. Benedicti XIII.* prout de jure non poteſt
51 Capitulum ſibi uſurpare juta ſpectantia ad Præcentorem, vel aliam dignitatem ad *Text. in Can. Singula*, & *Can. Ad hoc diſtinct. 89.* & *capit. Ad hæc de offic. Vicar. Cecoper. lucubr. Canonic. lib. 2. num.* 107. immo habemus, quod ipſi etiam Officiales aſſumpti ab Univerſitatibus debent exercere juriſdictionem, & non ipſæ Univerſitates, ut docet *Innoc. in cap. Cum acceſſiſſent num. 3. de conſtit.* ibi: *Et eſt notandum, quod Rectores aſſumpti ab Univerſitatibus habent juriſdictionem, & non ipſa Univerſitates:* Hoſtien. *ibidem num.* 10. Bellamer. *numer.* 10. Rebuff. *in tract. var. tit. de Official. Domin. num.* 90.

52 Hinc ſi Epiſcopus in hac Eccleſia Cathedrali ſtat loco Abbatis in omnibus, etiam circa regulam habendo poteſtatem Abbatialem in univerſum, ſi juxta Conſtitutiones correctio fuit reſervata ſibi, nec non Priori, & Præcentori vice ipſius tanquam ſuis Officialibus, & Vicariis; exinde ſequi videbatur, ut correctio Regularium non poſſet auferri, & ſeparari ab ipſo Epiſcopo tanquam Abbate procedente per ſe ipſum, & ſuos Vicarios, dum alias eſſet materia impræſcriptibilis, tanquam monſtruoſa repugnantia Regulæ, ac Voto obedientiæ; repugnat enim, quod Epiſcopus ſit Abbas, & Superior, admittat Novitios ad profeſſionem, diſponat ſuper concernentibus gubernium Chori, Eccleſiæ, & Cultus Divini, & tamen careat ſuperioritate domeſtica corrigandi, & mulctandi ſuos obedientiarios, quod nihil aliud eſt, quam eſſe Superiorem, & non habere ſubjectionem, eſſe Gubernatorem, & Rectorem morum, & diſciplinæ Regularis, & non poſſe exercere correctionem, & ſic eſſe Abbatem in parte, & in parte non Abbatem, ut apud Pignatell. *conſult. 1. num. 20. tom.* 3. quæ omnia involvunt manifeſtam contrarietatem irreconciliabilem tanquam infringentem votum obedientiæ, & eſſentiam totalem dominii Abbatialis, itaut nulla immemorabilis, aut conſuetudo centenaria hoc inducere poſſit tanquam corruptela, & abuſus, ut tradit Suar. *de adjunct. quæſt. 12. num.* 22. ibi: *Nam ſi Epiſcopus, qui eſt ſicut Abbas libere non poſſet, & omnimode procedere contra Canonicos Regulares, id repugnaret Inſtitutio Regularium, qui ſuſcipiendo Religionem perpetuam obedientiam ſpoponderunt:* Gratian. *diſceptat. 270. num. 22. & 23.* Barboſ. *de Canonic. cap. 1. num. 17. verſ. Et ita reſolvit.* Rot. *cor. Coccin. deciſ. 360. per tot.* & punctualiter video. Rot. *deciſ. 329. num. 4. part. 4. tom. 1. rec.*

Neque obſtat Corn. *conſ. 193. lib.* 2. quia iſte loquitur in terminis valde diverſis, dum in ejus caſu Canonici Regulares habebant ſuum Priorem, qui
53 eos correxerat ab immemorabili, & erant ſeparati ab Epiſcopo in omnibus reſpicientibus poteſtatem Abbatialem, mediante Bulla exemptionis, itaut Epiſcopus reputaretur mere extraneus ab illis, ut ex lectura totius *Conſilii*; unde, ut habeat locum opinio *Corni*, duo eſſentialiter requiruntur, alterum quod Canonici Regulares ſint in *omnibus* ſeparati ab Epiſcopo, ita quod iſte nullam habeat poteſtatem Abbatialem, & alterum, quod Capitulum corrigatur per aliquem Superiorem, hoc eſt per Priorem, in quem transfuſa fuerit tota poteſtas Abbatialis. Quorum neutrum in præſenti concurrit, non primum, quia Epiſcopus eſt Abbas in omnibus, non ſecundum, quia Capitulum non vult corrigi ab aliquo Superiore, dum excludere prætendit etiam Priorem volendo facere corpus acephalum de per ſe, & tanquam Rempublicam, quod ſane ſubſiſtere non poteſt, neque in his terminis allegari valet aliqua doctrina, quæ hoc dicat, dum Conventus Regularis non poteſt ſtare de per ſe ſine Superiore Regulari, ſive iſte ſit Abbas, ſive Prior, ſive Præpoſitus, ut vidimus in omnibus Religionibus, & ideo extra propoſitum allegatur conſilium *Cornei*, qui eſt attendendus in caſu de quo loquitur, non autem in aliis concluſionibus generalibus ab ipſo adductis incidenter, & ex abundanti, ut ait Rot. *deciſ. 498. num. 29. cor. Dunoz. jun. & deciſ. 480. num. 30. & 31. coram Bith.* Card. de Luc. *in Relat. Rom. Cur. diſc.* 32. *num. 75. 77. & 79.* & diſpoſitio *Text. in cap. Irrefragabilis de officio ord.* a Capitulo allegatus, non loquitur de materia caſus noſtri, cum loquatur de Capitulo Sæculari, & non Regulari, & de Judiciis criminalibus, ut legenti patet.

Et in ſpecie, quod Religioſi aſſerere non valeant, quod conſuetudine ſit introductum, quod in ſuis 54
Religionibus Superiores Prælati per ſe ipſos non corrigant, ex quo id tendit contra Votum obedientiæ, clare colligitur ex *Text. in cap. Sicut 17. ibique* Gloſſ. *fin. in verb. Tanto tempore*, & Panorm. *num.* 3. *de regular.* Gregor. Lopez *l. 23. Aſi y Miſmot titul. 14. partita* 5. Rodrig. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 74. articul. 3. & quæſt. 76. artic.* 1. ubi refert quamdam extravagantem Joannis XXII. Sanchez. *ad præcepta Decalog. lib. 6. cap. 2. num.* 30. Polach. *in tract. de poteſt. Prælat. Regul. impreſſ. apud* Sigiſmund. a Bonon. *de elect. num.* 65.

Etſi quam conſuetudinem Capitulum haberet, ea
aliter intelligi non poſſet, quam exercita eo modo, 55
quo illam exercent Priores, & Officiales Abbatis, ſcilicet nomine vicario ipſius, non autem jure proprio, ita, & taliter, quod hujuſmodi poteſtas vicaria ſubjaceat ſemper nutibus Abbatis, ut eſt omnium Canoniſtarum votum *in cap. Ad noſtram de confirmatione utili, vel inutili, ubi* Abb. *num.* 11. Dec. *num.* 7. Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.* 33. Rot. *dec. 778. in fine, part. 1. diverſor.* & egregie videtur Fagnan. *in cap. Cum ad Monaſterium num. 37. de ſtatu Monachorum*, & ideo in hac materia nulla præſcriptio allegari poteſt a Poſſidente nomine vicario, etiam per mille annos juxta *conſ.* Cravett. *27. num. 5. verſ. Ubi poſſidens* Rot. *coram Pen. dec. 868. num. 11. & coram Merlin. deciſ. 8. ſub num. 4. & in rec. deciſ. 81. num. 55. part. 17. tom. 1. rec.*

Cæterum hujuſmodi motivo per me deducto cir-
ca, quod non poſſet Epiſcopus eſſe in parte Abbas, 56
& in parte non, quodque repugnaret Inſtituto Regulari, quod Canonici non poſſent mulctari ab ipſo Abbate, & quod proinde incapax foret Capitulum præſcribendi, Sacra Rota nihil unquam reſpondit, prout neque reſponderunt Scribentes pro Capitulo, verum agnoſcebam illud non habere juridicam ſubſiſtentiam dum aderat punctualis doctrina Panormitani *in cap. Ea noſcitur num. 6. de his quæ fiunt a Prælat. ſine conſ. Capit.* ubi dicit, quod tam Prælatus etiam Regularis poteſt præſcribere contra Capitulum, quam per contrarium, Capitulum contra Prælatum ibi: *Ultimo nota, quod Prælatus etiam Regularis poteſt præſcribere contra Capitulum ſuum, ut ipſa exerceat pertinentia ad Collegium, ſic & Capitulum, quandoque præſcribit contra Prælatum, ut in cap. Irrefragabili §. Exceſſus de offic. ordin. & tene menti hoc ſingulare:* & in ſpecie cum doctrina *Abbatis*, ubi ſupra volentis, quod Capitulum Regulare poſſit præſcribere contra Prælatum concordat *Salvator de jurib. Archiep. Cæſar auguſt. princip. 7. num.* 178. ubi alleg. *Text. in cap. final. de regul. in* 6. deciſio autem Coccini, nec non alii ſuperius adducti non loquuntur, quando concurrit, ut in caſu iſto legitima conſuetudo in contrarium, immo in hoc caſu ſe limitare videntur, ut in *dec. 157. ſub num. 7. cor. Coccin.* & quod ſolum loquantur attenta diſpoſitione juris communis juxta quod Abbas punit ſolus Monachos abſque conſenſu Capituli probat Panormitan. *in cap. Reprehenſibilis num. 11. de appellat.* nec non alii, Doctores adducti in allegata *dec. 360. nu. 1. cor. Coccin.* bene tamen urgere potuiſſet alia, & quidem ſolidiſſima reſponſio, quod cum Prior, & alii eſſent de jure Miniſtri, & Vicarii Epiſcopi, uti Abbatis, non poterant præſcribere etiam per mille annos, ut in puncto Card. de Luc. *de juriſd. diſc. 34. num. 30. verſ. Neque*, at quæſtio non erat cum Prioribus, ſed cum Capitulo, quod poteſt præſcribere, ut dictum eſt, concurrentibus tamen requiſitis, quod Epiſcopus contradixerit, fuerit repulſus, & acquieverit, ut ait Card. de Luc. *ubi proxime verſ. neque*; vel concurrente immemorabili, ſeu centenaria.

Sacra Rota reſolvit pro Capitulo, ut poſſit mul-
ctare mulcta domeſtica Canonicos, & alios Eccle- 57
ſiæ

ſiæ Reſidentes pro Exceſſibus levibus, in quibus procedendum ſit extrajudicialiter tam in reſpicientibus mores, quam chorum, mihi tamen ex ſuperius deductis viſum eſt reſponderi debuiſſe, *ſervandas eſſe Conſtitutiones Eccleſiæ Benedicti XIII.* tanquam univerſaliter diſponentes ſuper omnibus fere caſibus, non attenta conſuetudine Capituli tanquam uſurpativa, & quæ contra Conſtitutiones admitti non debuit ex ſupra deductis, conceſſit tamen Rota Remiſſoriam Epiſcopo ad probandum ipſum exercuiſſe mulctas etiam in forma extrajudiciali.

Quia ſupra firmatum eſt Epiſcopum ſtare loco Abbatis in Cathedrali Regulari, quæro, an idem procedat in Commendatario Monaſterii Regularis?
58 affirmativam probat Card. de Luc. *de juriſd. diſc. 34. num. 25.* verum quod in concernentibus diſciplinam Regularem nequeant Commendatarii ſe ingerere, nec Priores, & Superiores Regulares inſtituere, & deſtruere ex Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 20. de regular.* & ex Bullis Apoſtolicis, necnon Sacræ Congregationis Concilii reſolutionibus firmant Nicol. *in floſcul. in verb. Commendatarius num. 2.* ubi dubitat ſolum quoad Commendatarium S.R.E. Cardinalem Rot. *in Nullius Clarevallen. viſitationis 25. Junii 1706. §. Neque coram Kaunitz*, ubi idem firmat relinquendo indeciſum, an hoc procedat quoad Cardinales, quos ratione Eminentioris Dignitatis poſſe amovere, & inſtituere Priorem Clauſtralem Ckophin. & Vannefper. firmaſſe refert ibi Rot. Fagnan. *in cap. edoceri num. 4. de reſcript.* ubi affert Bullam Innoc. X. emanatam etiam contra Cardinales Commendatarios Monaſteriorum Ordinis Ciſterſienſis, in hoc diſtinctio eſſe videtur, quod, aut agitur de Monaſteriis non redactis in Congregationem, quæ reguntur ſingulariter ac de per ſe abſque dependentia ab aliis, & tunc Commendatarius ſtat loco Abbatis, & exercet omnem Juriſdictionem in Mona-
59 chos etiam in concernentibus diſciplinam regularem, & inſtitutionem, & deſtitutionem Priorum, & Officialium Regularium, aut vero agitur de Monaſteriis redactis in Congregationem, quæ quodam Jure Societatis reguntur ad formam Reipublicæ ſub iiſdem Superioribus, & Prælatis Generalibus juxta *Text. in cap. in ſingulis de Stat. Monach. & Concil. Trident. ſeſſ. 25. capit. 8. de regular.* & tunc Commendatarius non habet hujuſmodi Juriſdictionem in Monachos ſed iſti ſubſunt eorum Prælatis, & Capitulis Generalibus; Ita diſtinguendo unum caſum ab altero firmat Card. de Luc. *de Regul. diſc. 74. per totum ſignanter num. 4 & ſeqq & in* Miſcell. *Eccleſ. diſc. 54. num. 28.* ubi tamen limitat hanc diſtinctionem in eo caſu, quo Menſa Abbatialis, & Conventualis ſint ſeparatæ, & Conventus habeat proprium Abbatem, vel alium Superiorem ſubalternum contradiſtinctum ab Abbate Commendatario, hoc enim caſu cenſet Commendatarium non habere Juriſdictionem in concernentibus Regulam, ſeu diſciplinam regularem, etiamſi agatur de Monaſterio ſingulari, ſeu quod regitur Jure ſingulari independenter ab aliis, in quo Monaſterio dicit procedere ea, quæ cenſuit in Monaſteriis redactis in Congregationem; Hæc opinio, & diſtinctio mihi oppoſita fuit in una *Leodien. Juriſdictionis* in qua ſcribebam contra Commendatarium Abbatiæ Stabulen. & ad favorem Prioris Monaſterii *in Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium*, eamque tunc impugnavi veluti inſubſiſtentem, dicendo Commendatarium Sæcularem nunquam habere poſſe Juriſdictionem in concernentibus regulam monaſticam de quocunque Monaſterio ageretur, & S.Congregatio cauſam reliquit indeciſam *ſub die 30. Septembris 1718. ad relationem Emin. & Reverendiſſ. D. Nicolai Cardinalis Spinulæ*, reſcribendo, quod *coadjuvarentur probationis*; Et ſane prællegata diſtinctio videtur pati difficultatem
60 ex pluribus; Et quidem primo, ſi reflectimus ad rationem, ob quam Commendatarius caret Juriſdictione in concernentibus diſciplinam regularem, quia ſcilicet incongruum eſt, quod Regulares Sæcularibus, qui Regulæ Monaſticæ ignari ſunt, ſubjiciantur, ut ait *Text. in cap. 2. de Cappell. Monach.* ibi = *incongruum videtur, ut Regulares Sæcularibus ſupponantur* = neque enim arandum eſt in bove, & aſino, ideſt homines diverſæ profeſſionis ſociandi
non ſunt juxta *Text. in Clement. 1. de elect. & cap.* 61
cum cauſam de elect. & hanc eſſe rationem, propter quam Commendatario Sæculari deficit poteſtas in Monachos Monaſterii Commendati in concernentibus inſtitutum, ſeu diſciplinam regularem, late firmarunt Lezzan. *conſult. 57. num. 18. & ſeqq. tom. 4.* Rodriquez *tom. 2. quæſt. regul. quæſt. 52. artic. 8. per tot.* & fatetur ipſe Cardin. de Luc. *de Regul. diſc. 74. num. 5.* Quæ ratio ſicut adaptatur cuicunque Monaſterio, ſive redacto in Congregationem, ſive vivanti Jure ſingulari, ac de per ſe, ita comprehendit caſum utriuſque generis Monaſterii, & male Card. de Luc. *ibidem num. 6.* ſupponere videtur hanc rationem non intrare quoad Monaſterium vivens Jure ſingulari.

Secundo, quia Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21. cap. 8. de reformatione, & ſeſſ. 25. cap. 20. de Regul.* necnon etiam Conſtitutio f. m. Innocentii X. im-
preſſa apud Fagnan. *in cap. edoceri de reſcript.* con- 62
firmata in *Conſtit. 6. Alexandri VII.* indiſtincte loquuntur de Monaſteriis Regularium cum ſuppoſito tantum, quod in eis vivant Superiores Regulares, ſub quorum gubernio Monaci exiſtant, prout ſine diſtinctione Commendatarium Sæcularem nullam habere Juriſdictionem in concernentibus regulam Monaſticam tradiderunt Vaneſper. *in Jus Canonic. part. 1. titul. 21. cap. 7. num. 46.* Tamburin. *de Jur. Ab-*
bat. diſput. 14. tit. 1. quæſt. 6. num. 3. ubi ſolum con- 63
ſiderat, quod in Monaſterio regimen, & cura reſideat apud Priorem Conventualem ibi = *Sæcularis habens Monaſterium in Commandam non habet curam Conventus, nec Monachorum ſed ea tota eſt penes Priorem Conventualem* = Nicol. *lucubr. Canonic. lib. 3. titul. 39. num. 8.* Altaſſera *in Aſceticon. Rei Monaſtic. lib. 2. cap. 6. circa fin.* Panimol. *deciſ 30. n. 8. & 18.* & Me Scribente firmavit Rot. *in d. Nullius, ſeu Clarevallen. Viſitationis 25. Junii 1706. §. Neque pro effugienda*, ubi quod quidquid diſpoſuit Conſtitutio Innocentiana eſt Juri communi conforme, ſeu juxta diſpoſitionem Juris ex quo facultas in concernentibus Regulam cenſetur reſervata Superiori Clauſtrali tanquam præſumptive in regulis Religionis magis verſato, *ut in cap. cum Monaſterium de Stat. Monach.* & concordat in alia ſequenti deciſione *ſub die 21. Martii 1707. §. Neque plus coram bon. mem. Kaunitz.*

Tertio videtur circumſtantia impertinens ad iſtum effectum, an Monaſterium regatur Jure ſingulari, vel ſit redactum in Congregationem cum aliis ſub Generali: Etenim quatenus ſupponitur ſequi ſcandaloſas relaxationes in his Monaſteriis viventibus de per ſe independenter, quod non contingat in iis, quæ vivunt redacta in Congregationem, & hoc ſuppoſitum ad rem nihil concludit, dum æque procedit etiam quando adeſſet Abbas regularis, in cujus locum datur Commendatarius, unde hoc probat Monaſterium eſſe redigendum in Congregationem, non autem quod in ſuo ſtatu ſingulari, in his quæ concernunt diſciplinam regularem, potius ſubjacere
debeat Commendatario Sæculari, quam Priori Clau- 64
ſtrali, qui de cætero ſtante Commenda aſſumit locum Abbatis in concernentibus inſtitutum regulare juxta *Text. in d. cap. cum ad Monaſterium §. Prior. de Stat. Monach.* nec quantum ad poſſibiles relaxationes ulla eſt differentia, an Abbas, vel Prior Regularis Monaſterium regat in reſpicientibus regulam, ſicut ipſi etiam Card. de Luc. *d. diſc. 54. numer. 28.* admittit, quod ubi omnino ſeparatæ ſint Menſæ Abbatialis, & Conventualis, & Conventus habeat Superiorem ſubalternum contradiſtinctum ab Abbate Commendatario, ut eſt Prior Conventualis, ſeu Clauſtralis, tali caſu idem procedat, ac in Monaſterio redacto in Congregationem, ita ut Commendatarius ſe non ingerat in iis, quæ concernunt mores, & diſciplinam regularem, ut legere eſt *d. diſc. 54. juncto num. 26. & 28.*

Nec obſtant rationes ad excludendum inconve-

nienti,

niens, quod Commendatarius Sæcularis dirigat, &
guberner Regulares in concernentibus eorum Regu-
lam, & diſciplinam monaſticam, quod nempe ti-
cut non eſt incongruum, ut hæc Monaſteria, quæ
vivunt Jure ſingulari, ſecluſo Privilegio exemptio-
nis, ſubjaceant Ordinario loci, ita incongruum non
ſit ea ſubjacere Commendatario; & cum tam iſte,
quam Ordinarius, ſint Sæculares, præſertim quia in
concernentibus Inſtitutum, & diſciplinam regula-
rem deputari poteſt unus ex ipſis Religioſis in regu-
la inſtructus, cujus opera utatur Commendatarius,
ut de Sæculari, qui eſt Epiſcopus Cathedralis Re-
gularis tradit Lott. *de re benefic. libr.* 1. *q.* 18. *num.* 15,
quemadmodum ratiocinatur Cardin. de Luc. in *Mi-
ſcell. Eccleſ.* 54. *num.* 25. quoniam exemplum Ordi-
65 narii Diœceſani non videtur applicabile ad Commen-
datarium, quia de Jure communi antiquo, ſcilicet,
antequam conceſſa fuiſſent Regularibus privilegia e-
xemptionum, omnia Monaſteria Jure nativæ ſubje-
ctionis ſubjecta fuerunt Epiſcopis, ut ex Concilio
Arelatenſi *in Can. Monaſteria* 18. *quæſt.* 2. Fagnan.
in cap. de Priore ſub num. 16. *de appellat.* Rot. me ſcri-
bente *in Conſtantien. Juriſdict.* 4. *Junii* 1717. §. 2. *cum
ſeqq. coram bon. mem. Anſaldo*, an autem hæc ſub-
jectio fuerit etiam in concernentibus regulam mo-
66 naſticam dubitatum fuit propter Concilium Aure-
lianenſe *in Can. Abbates* 18. *quæſt.* 2. ubi definitur,
quod Abbates.. *In Epiſcoporum poteſtate conſiſtant,
& ſi quid EXTRA REGULAM fecerint ab Epiſ-
copis corrigantur*: demandando, ut Monachi ſubeſ-
ſerat Juriſdictioni Abbatis: *Monachi autem Abbati-
bus omni obedientia, & devotione ſubjaceant* & ad-
dendo ulterius ibi: *Reum ſe ille Abbas futurum eſſe
cognoſcat, qui in hujuſmodi Perſonas (ideſt Mona-
chos) non regulariter animadverterit: & in can. Hoc
tantum* 18. *quæſt.* 2. ubi quod hoc tantum ſibi in
Monaſteriis vindicare debent Sacerdotes, ideſt E-
piſcopi, quod præcipiunt Canones, & explicando
ea, quæ mandant Canones Epiſcopis, hæc ait. *At-
que EXTRA REGULAM acta corrigere* ex quo-
rum Canonum verbis deducta fuit opinio, quod E-
piſcopi haberent Juriſdictionem in geſtis *extra Regu-
lam*, ideſt, *non concernentibus Regulam*, reſervatis
Abbati concernentibus eandem Regulam, ut deci-
ſum fuiſſe per Sact. Rotam de anno 1587. coram
Orano *in deciſ.* 15. *part.* 1. *rec.* teſtatur Lezzan. *con-
ſult.* 57. *num.* 6. *tom.* 4. ubi *num.* 9. adducit Epiſtulam
Pelagii Papæ *in Can. Bullam* 18. *quæſt.* 2. qui probat
Monachos eſſe in poteſtate Abbatis in his, quæ per-
tinent ad obſervantiam Regulæ, juxta Rodriguez
tom. 2. *quæſt. regular. quæſt.* 63. *art.* 1. poſtquam enim
Superior confirmavit Regulam cenſetur dediſſe Ab-
bat. poteſtatem faciendi ea, quæ in Regula conti-
67 nentur, ut proſequitur Lezzan. *ubi ſupra num.* 10.
ſed recepta etiam opinione, quod Epiſcopi haberent
ſibi ſubjecta Monaſteria etiam in concernentibus Re-
gulam de Jure communi antiquo ante Exemptiones,
ſemper tamen verum eſt, quod talis Juriſdictio E-
piſcopi non tollebat Abbati Regulari juriſdictionem
in concernentibus Regulam, & Diſciplinam ſuorum
Monachorum, ſed ipſe Abbas ſubjectus erat Epiſco-
pis, ſi negligens fuiſſet, aut peccaſſet in proprio of-
ficio, habendo quidem plenam poteſtatem in linea
Superioris Majoris, viſitandi, & corrigendi, non
tamen derogata poteſtate, & juriſdictione Abbatis
in ſuos Monachos in omnibus reſpicientibus regu-
lam, & gubernium Monaſterii.

Ulterius, quia Ordinarius Diœceſanus tanquam
68 conſecratus in Epiſcopum dicitur quovis Religioſo
Religioſior, ut bene advertit Lotter. *de re beneſ. lib.*
1. *quæſt.* 18. *num.* 7. *& quæſt.* 33. *num.* 116. & propter
hoc habemus, quod ipſe admittere poteſt Regulares
ad Profeſſionem, tam quando eſt Epiſcopus Cathe-
dralis Regularis, ut ait Lotter. *ubi proxime* quam
69 etiam ſine hac circumſtantia receptum eſt, quod in
manibus Epiſcopi, tanquam ut dictum eſt maximi
Religioſi emitti poſſunt tria ſubſtantialia Vota Re-
ligionis juxta doctrinam *Innoc. in cap. Porrectum n.* 5.
de Regular. Rot. *in Dorthuſen. Juriſdict.* de qua *ſu-
pra diſcept.* 59. *num.* 33. propterea in Monaſteriis vi-
ventibus Jure ſingulari, & Jure ordinario ſubjectis,
non autem exemptis, Epiſcopus facit ſtatuta in con- 70
cernentibus obſervantiam Regularem, tanquam ca-
put immediatum Rot. *in d. Conſtantien. Juriſdict.* 1.
Julii 1718. §. 16. *cor. Anſald.* immo in hoc caſu Mo-
naſterii Epiſcopo ſubjecti, & non exempti, Abbas
Regularis in Manibus Epiſcopi, a quo confirmatur, 71
præſtat Juramentum ſubjectionis, Reverentiæ, & O-
bedientiæ ſecundum Regulam, quam profeſſus eſt,
ut in *Cap. Ne Dei de Simon.* Rot. *in d. Conſtantien.
Juriſdict.* 4. *Junii* 1717. §. 44. *cor. Anſald.*

Ex quibus videtur duci non poſſe argumentum
ab Epiſcopo ad Commendatarium ob differentiam 72
inter utrunque, dum Commendatarius non eſt ſic-
ut Epiſcopus Cathedralis Regularis, qui ibi gerit
duplicem Perſonam ſtando loco Epiſcopi, & ſimul
Abbatis proprii, & Titularis, ut ſupra *Diſcept.* 59.
num. 4. pariter Commendatarius non eſt ratione Ab-
batiæ, ſeu Commendæ conſecratus in Epiſcopum,
juxta exemplum Epiſcopi Cathedralis Regularis, ut
cenſeatur quovis Religioſo Religioſior, minuſque
in Commendatario militat ratio nativæ ſubjectio-
nis, ſicut militat in Epiſcopo, Diœceſano, qui e-
tiam non derogat Poteſtati, & Juriſdictioni Abbatis
in concernentibus regulam, & diſciplinam ſuorum
Monachorum, cui poteſtati Commendatarius dero-
gare prætendit aſſumendo totam Juriſdictionis Ab-
batis Titularis, ſeu Regularis, & ſic illatio fieri
non poteſt ab Epiſcopo Cathedralis Regularis, &
Diœceſano ad Commendatarium Clericum Sæcula-
rem.

Minuſque hoc idem exemplum Epiſcopi ſuffraga-
tur ad probandum, quod nulla concurrat repugnan-
tia, quod Sæcularis, ſicut eſt Epiſcopus, habeat
Juriſdictionem in concernentibus regulam, quam
profeſſus non fuit, & conſequenter ignorat; ex quo
habet temperamentum adhibendi operam unius ex
Religioſis quoad concernentia obſervantiam Regu-
larem; Etenim qualitas Sæcularis in Epiſcopo conſi-
derari non poteſt cum repugnantia ad Statum Reli- 73
gionis, dum ex prædictis ipſe tanquam conſecratus,
& quovis Religioſo Religioſior collocatus remanet
in linea Religionis, & ſic abeſt illa repugnantia
non arando in Bovi, & Aſino, nempe non ſociandi
homines diverſæ Religionis, & illud abſurdum,
quod *Regulares Sæcularibus ſubjiciantur*, itaut ſolum
in Epiſcopo conſiderari poſſit qualitas ſeu ratio
Perſonæ non inſtructæ in Regula Monaſtica, quæ
ceſſat adhibito temperamento utendi opera unius ex
Religioſis, quæ tamen ratio bene procedit, & ada-
ptatur *ſuppoſita prius Juriſdictione*, ut contingit in
Epiſcopo, non autem iſta deficiente, ut contingit
in Commendatario, cui non favet aſſiſtentia Ju-
ris, quæ favet Epiſcopo Cathedralis Regularis, aut
Diœceſano, ſed qui tanquam Commendatarius, &
non Titularis, ac etiam uti Clericus Sæcularis, &
non Monachus, ſeu Regularis, caret hujuſmodi Ju-
riſdictione in concernentibus Inſtitutum Monaſti-
cum, & obſervantiam Regulæ tam de Jure Com-
muni, quam ex Concilio Tridentino, & Conſtitu-
tionibus Apoſtolicis, & apud Lezzan. *d. Conſult.* 57.
per totam, ex quibus dubitabilis redditur opinio
Card. de Luc. quæ de cætero, ſi vera foret, locum 74
haberet contra ipſius opinionem etiamſi omnino ſe-
paratæ eſſent menſæ Abbatialis, & Conventualis,
quia ſeparatio bonorum non tollit Juriſdictionem,
juxta firmata in terminis apud Lotter. *de re Beneſ.
lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 18. Gratian. *diſcept.* 270. *num.* 35.
Rot. *coram Coccin. deciſ.* 157. *num.* 10. ceſſante etiam
ratione obviandi ſcandalis, & inconvenientibus re-
ſpectu hujuſmodi Monaſteriorum, quæ cum exem-
ptione vivunt ſingulariter, & de per ſe, neque re-
dacta in Congregationem reperiuntur, repetendo
quidquid ſuperius proxime dixi, quod nempe illa
ad propoſitum nil concludit, dum æque militat
tam ſi monaſterium Jure ſingulari ſtet cum ſuo 75
Abbate Regulari, quam etiam, ſi ſtet abſque il-
lo, ſed cum alio Superiore in ejus locum ſucced-
dente, & ſubrogato, ut eſt Prior Clauſtralis cum
cæteris ſubalternis Superioribus, dum utroque
caſu

uniſn retinetur modus vivendi ſingulariter, deficiente ſemper modo vivendi in Congregatione cum Viſitatoribus, & Capitulis, & Generali, qui modus tollit rationem inconvenientum in exemptis, Cardin. de Luc. *de Juriſdict. diſc.* 28. *numer.* 9. Rot. *in dict. Conſtantien. Juriſd. ubi ſupra* §. 8. *coram Anſaldo*, ita & taliter quod hujuſmodi ratio poſſibilium ſcandalorum non concludat ad producendam Juriſdictionem Abbatis Commendatarii, cum æque vigeat etiam exiſtente Abbate Titulari, aut Com-
76 mendatario, non plus operante exiſtentia Commendatarii quam Abbatis Regularis, in cujus locum ipſe ſubrogatur, nec plus exiſtentia Abbatis quam Prioris ejus loco magis proprie, & privative ſubrogati de Jure in concernentibus Regulam *in d. cap. Cum ad Monaſterium de Stat. Monach.* ſed ſolum præaddacta ratio concludat, vel Monaſterium eſſe redigendum in Congregationem, vel privandum exemptione, & ſubjiciendum Epiſcopo Diœceſano juxta terminos antiqui Juris communis, ſub quo adhuc vivunt Monaſteria hujuſmodi ſingularia quatenus careant Privilegio exemptionis, ut in *d. Conſtantien. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 4. *Junii* 1717. *coram bon. mem. Anſald.*

Adhuc tamen adverſus prædicta, quod in hujuſmodi Monaſteriis viventibus Jure ſingulari, & in Congregationem non redactis Commendatarii Sæcularis habeat Juriſdictionem etiam in concernentibus gubernium Monaſticum, ſequendo doctrinam
77 Card. de Luc. firmavit etiam noviſſime *Eminentiſs. D. meus Card. Petra* noſtræ ætatis celeberrimus, & inſignis Canoniſta in *Tractat. de Sacra Pœnitent. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 23. *& ſeqq.* & hoc ipſum comprobare videtur antiquior reſolutio Sacræ Congregationis Concilii 14. *Auguſti* 1587. relata apud Gallemart. *in annot. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 21. *de Regular.* ibi: *Quærebatur, an ubi Monaſteria commendata habent certum numerum perſonarum, & Novitiorum quibus decedentibus in loca morientium ad portiones perpetuas vacantes, alii ſubrogantur, Jus admittendi Novitios ad loca prædicta, ad alias portiones perpetuo inſtituendi, pertineat ad Priores, & Monachos ex hoc decreto, vel ad Commendatarios, quibus talium Monaſteriorum Regimen, & adminiſtratio in Spiritualibus, & temporalibus plenarie committi ſoleat, Sacr. Congregatio die* 14. *Auguſti* 1586. *cenſuit tale Jus, ita demum pertinere ad Commendatarios, ſi monaſteria non exiſtant ſub aliqua Congregatione habente ſuos Regulares Superiores, & conſuetudo Commendatariorum non excluditur licet a pluribus videbatur hoc pertinere ad Commendatarios*: Quæ reſolutio loquitur de Jure admittendi Novitios ad Loca vacantia per obitum Perſonarum, & Novitiorum Monaſterii, ſive Inſtituendi ad Portiones perpetuas ut ſupra, vacantes; Unde per hujuſmodi reſolutionem cenſetur facta explicatio, & declaratio Decretorum Concilii Triden. in hac materia Monaſteriorum Commendatorum, ut intellexerit excludere Commendatarios, includendo Superiores Regulares quatenus iſta Monaſteria *exiſtant ſub aliqua Congregatione habente ſuos Regulares Superiores*, & per contrarium includere Commendatarios ſi Monaſteria non exiſtant ſub aliqua Congregatione, immo etiamſi exiſtant ſub aliqua Congregatione non videtur excluſa conſuetudo Commendatariorum, ex ſupra relatis verbis ibi: *Et conſuetudo Commendatariorum non excluditur*: Et inſuper reſolutio hæc emanavit pluribus contrarium exiſtimantibus favore Commendatariorum ibi: *Licet a pluribus videbatur hoc pertinere ad Commendatarios*: Quando igitur
78 hæc reſolutio probetur in forma authentica, ut recognoſcendum eſt, remanet difficultas, an juxta caſum tunc ſuppoſitum loquatur ſolum de Jure conferendi, ſeu Inſtituendi quoad beneficia Regularia, vel comprehendat etiam Jus admittendi Novitios ad Monaſterium, & inſuper videndum eſt, an hujuſmodi reſolutio locum habeat poſtquam emanavit reſolutio poſterior Sacr. Congregationis *ſub die* 2. *Auguſti* 1647. nec non Conſtitutio Apoſtolica ſan. me. Innoc. X. impreſſ. apud Fagnan. *in cap. Edoctri ſub num.* 4. *de reſcript.* conſiderando etiam fundamenta late deducta apud Lazzanam *d. Conſult.* 57. *per tot.* qui forte ſcripſit occaſione reſolutionis prædictæ per Sacram Congregationem habitæ *ſub die* 2. *Auguſti* 1647. ad inſtantiam Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, dum *num.* 1. *in fin.* dicit fuiſſe ab ipſo poſtulatam reſolutionem ſuper controverſia quoad auctoritatem Commendatariorum ſuper Monaſteriis Commendatis, & *num.* 27. aſſerit ſibi propoſitum fuiſſe caſum, an Abbas Commendatarius Monaſterii Ordinis Ciſtercienſis poſſit acceptare Profeſſionem alicujus Monaci illius Monaſterii, & *num.* 39. *&* 40. ubi reſolutive concludit, & firmat non poſſe Commendatarium *aliquam Juriſdictionem exercere in Monachos, corrigendo deponendo, &c. quando agitur de Inſtitutis Regularibus, & de his, quæ pertinent ad Regularem diſciplinam*, qui Auctor latiſſime pluſquam alius Auctor materiam examinat magiſtraliter, & contra Commendatarios abſolute, & indiſtincte concludit; ex quibus omnibus ego probabilius inclinarem contra Commendatarios etiam in Monaſteriis ſingulariter viventibus, & in Congregationem non redactis, ita præſertim vigente etiam praxi, ut audivi, in Abbatia Aquivicintini in Belgio, Abbatia S. Vi- 79
ctoris Civitatis Marſilien. in Gallia, necnon Abbatia S. Gerardi in Bronio in Flandria, quæ vivunt Jure ſingulari, & ſunt Commendatæ, excepto tamen Caſu, quo vigeret in contrarium conſuetudo favore Commendatariorum, vel excepta ſuperioritate quadam Majori, ſeu alta Superintendentia Commendatarii in caſu ſubſidiario nempe inconvenientium, & abuſus circa ea, quæ reſpiciunt Inſtitutum, & gubernium Monaſticum male, & negligenter adminiſtrata per Priorem Clauſtralem, ſeu Conventualem, quicquid ſit quoad S.R.E. Cardinales Commendatarios, de quibus in hac quæſtione non loquor, ſed licet, ut dixi, ita inclinarem, adhuc tamen nihil firmare cenſeo, & potius articulum judicare debentibus indeciſum relinquo.

Habui hunc Articulum etiam in aliis cauſis circa juriſdictionem, quam prætendebat Commendatarius ſæcularis in Monachos quoad concernentia diſciplinam regularem, & gubernium monaſticum, modo ſcribendo pro Commendatario, & modo contra illum, & ſignanter in una *Cracovien.* de anno 1705. ſcripſi pro Cardinali Radſioski Commendatario Monaſterii Sieciecovien. Ordinis S. Benedicti, ubi inter alia dubia diſputatum fuit Tertium: *An Abbas Commendatarius poſſit exercere juriſdictionem in Monachos*; & quartum. *An Inſtitutiones, & deſtitutiones Superiorum, & Officialium Regularium factæ per ipſum Abbatem ſubſtineantur*: ubi defendendam Eminentiſſ. Commendatarium habere juriſdictionem in Monachos, etiam in concernentibus gubernium monaſticum, & diſciplinam regularem, ſed Sacr. Congregatio prædicta dubia non reſolvit reſcribendo: *Dilata*: Per contrarium vero ſcripſi contra Commendatarium Abbatiæ Cluniacen. in una *Avenienen. juriſdictionis ſub die* 28. *Aprilis* 1719. in Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium *Ponente clar. mem. Cardinali Tanara*, ubi ſuſtinui Commendatarium nullam habere juriſdictionem in hac materia ſuper Monachos, & pariter dilata fuit reſolutio reſcribendo, *quoad coadjuventur probationes*, & ſcripſi etiam pro Monachis contra Commendatarium in dicta *Nullius, ſeu Clarevallen. Viſitationis* 25. *Junii* 1706. *&* 21. *Martii* 1707. *cor. bon. mem. Kaunitz*, in hoc tamen concludo, quod hodie in dubium revocari non poteſt defectus juriſdictionis Commendatarii in concernentibus diſciplinam regularem, & gubernium monaſticum, propter diſpoſitiones claras Sacri Concilii Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum Innoc. X. Alexan. VII. quæ non reſtringuntur ad Monachos, & Monaſteria Ordinis Ciſtercienſia, pro quibus emanarunt, & pro quibus adeſt *Conſtitutio* 18. §. 22. *Greg. XIII.* ſed ſunt declaratoriæ Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de Regul.* 80
generaliter loquentis, quia Conſtitutio emanata in caſu particulari ad explicationem Legis univerſalis facit Jus quoad omnes, & univerſaliter locum ha-

bet

bet *cap. ex multa de vot. & vot. redempt.* proot generaliter DD. att. in genere definiverunt pro omnibus Monachis, & Monaſteriis Regularium commendaris, ut plene Lezzan. *tom. 4. conſultat. 57. per tot.* ubi teſtatur *num.* 20. hanc eſſe praxim communem *totius Eccleſia per Orbem diffuſa, &c. quod iſti Commendatarii non ſe immomittant in iis, qua concernunt regularem obſervantiam Monachorum, quorum Monaſteriis praficiuntur prout ad oculum cernitur in Eminentiſſimis Cardinalibus, quorum plures, quamvis ſint Abbates Commendatarii perpetui plurium Abbatiarum Monachorum, videlicet Sublacenſis, Farfenſis, Aſſiſienſis, & aliarum, & ſunt Viri egregii, & maxima auctoritatis, nihilominus nullatenus ſe ingerunt in Regimine Monachorum quoad obſervantias Regulares, ſed hoc totum relinquunt judicio, & prudentia Superiorum eorundem Monaſteriorum, qui titulo Priorum, vel Pro Abbatum ea moderantur, &*
81 *reguntur*: excepto caſu literarum Commendæ, quæ favore Commendatarii contrarium diſponerent; ad quem tamen effectum non relevat plenitudo illorum verborum: *in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committimus: ut in Conſtit. Innocent. X. apud* Fagnan. *in d. cap. edoceri num.* 4 Lezzan. *d. conſult. 57. num.* 23. *&* 34. nec quod Monachi præſtare debeant reverentiam, & obedientiam Commendatario, ut cenſuit Rot. *in dec. Nullius, ſeu Clarevallen. Viſit.* 21. *Martii* 1707. §. *Nec Sereniſſimus*, & §. *Major cor. bon. mem. Kaunitz.* ſuper quibus, tamen verbis *reverentia, & obedientia* eſt cogitandum, an in aliis verificari poſſint, præter regularem diſciplinam concernentia, & ao applicari valeat deciſio *in dicta Conſtantien. juriſdict. ubi ſupra* §. 44. *coram bon. mem. Anſaldo.*

Unde ſola difficultas reſtringitur ad Monaſteria, quæ reguntur jure ſingulari non redacta in Congregationem ſub Generali, & Provincialibus univerſi Ordinis, quod in dubium revocavi, & ut ſupra inde deciſum reliqui; Hec autem Monaſteria in Congregationem non redacta, quæ vivunt pro ſingulari, & quorum plura exiſtunt io Germania, Belgio, & Polonia ſubjacent juriſdictioni, & viſitationi E-
82 piſcoporum, nec gaudent privilegia exemptionum tanquam non practicabilia citra abuſus, & inconvenientia, niſi conſtet manifeſte illa fuiſſe hujuſmodi Monaſteriis conceſſa, ut traduot Fagnan. *in cap. de Priore ſub num.* 16. *de appellat.* Card. de Luca *de Juriſdict. diſc.* 28. *num.* 9. Eminentiſſ. Card. Petra *ad Conſtit. Apoſtol. tom.* 1. *fol.* 263. *& ſeqq* Rota *in Viloen. juriſdict.* 11. *Junii* 1695 §. *Pradicta enim, coram bon. mem. dell'Olmo*, & ego obtinui in celebri *Conſtantien juriſdict* 5 *Junii* 1717. §. *Eoque facilius cum ſeqq. coram bon. mem. Anſaldo*, ubi prævio receſſu a deciſis reſolutum fuit non conſtare de exemptione Abbatis, & Monachorum Monaſterii Creuzligen a juriſdictione Epiſcopi Conſtantienſis etiam reſpectu viſitationis, ſtante præſertim obſervantia juriſdictionis ab Epiſcopis pro tempore exercitæ, etiam reſpectu facultatis ſtatuendi in concernentibus obſervantiam regularem; cum Epiſcopus ſit caput immediatum Monaſterii non exempti, ut *in Deciſione confirmatoria* 1. *Julii* 1718. §. *Hiſque actibus, coram Eodem.* Non obſtantibus pluribus Privilegiis, quæ ſupponebantur dare exemptionem, & quæ pro talibus exiſtimata non fuerunt, cum ſolum reciperent Monaſterium ſub protectione S. Sedis cum recognitione per tributum, ſeu cenſum, quod nullam indu-
83 cit exemptionem juxta Text. *in cap. ex parte el* 2. *de Privileg.* cum aliis allegatis in prima *Deciſione* 4. *Junii* 1717. §. 23. & concordat Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 24 *num.* 98. *& ſeqq.* Rota *coram Emerix Junior. deciſ.* 395. *num.* 12. *& in Mileten. juriſdictionis* 8. *Aprilis* 1715. §. *Neque ſeparatio, coram Eminentiſſ. D. Card. Falconerio.*

Omittuntur ad evitandam prolixitatem primæ deciſiones cauſæ Derthuſen. editæ ſub diebus 6. Februarii, & 18. Junii 1696. coram bon. mem. Pio, & ſolum regiſtratur poſtrema illarum confirmatoria, ut infra,

R. P. D. P I O.

Derthuſen. Juriſdictionis.

Luna 28. *Januarii* 1697.

ADverſus geminas uniformes reſolutiones coram Me emanatas ſub diebus 6. Februar. & 18. Junii ſuperioris anni firmantes, *conſtare de bono Jure Capituli*, etiam ad effectum manutentionis pro exceſſibus levibus, in quibus procedendum ſit extrajudicialiter, & in pœna levi, hiſque tam commiſſis in Choro Eccleſiæ, ejuſque ambitu, quam in aliis functionibus Eccleſiaſticis, in quibus Clerus hujus Eccleſiæ procedit ſub Cruce, & exinde non conſtare de attentatis; petiit, atque ea Rotæ benignitate obtinuit audiri Reverendiſſimus Epiſcopus Derthuſen. Cunque in hodierna Audientia conſuluerim Dominos: *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis*: placuit iiſdem inhærendo ſolidiſſimis fundamentis, late in meis deciſionibus expenſis, approbare reſoluta, & jure quidem merito.

Conſulto enim prætermiſſa indagine quæſtionis in abſtracto, an ſcilicet Epiſcopus in hac Eccleſia regulari ſtet loco Abbatis, & utraque polleat Poteſtate Epiſcopali, & Abbatiali, hoc unum in hypoteſi præſentis controverſiæ pro abſolutiſſimo reputatum fuit, quod cum ad favorem Capituli militent leges fundamentales Eccleſiæ, Apoſtolicæ Conſtitutiones, ac inveterata plurium ſæculorum conſuetudo, in dubium remanet eidem ſpectare extrajudicialem, ac levem correctionem pro exceſſibus commiſſis in caſibus recenſitis, quamvis juris communis Canonici 84
aſſiſtentia Epiſcopo opitularetur, ut tradunt Cornel. *conſil.* 93. *num.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ.* 270. *num.* 4. *&* 5. Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 31. *num.* 20. *& ſeqq.* Saravia *de Adjunctis quæſt.* 12. *num.* 22. *verſ. prædicta intellige, Chiſliger. de judicibus Regular. cap.* 9. *num.* 6. Roderic. *quæſt. regul tom.* 3. *qu.* 63. *art.* 1. *&* 2. Gudopap. *dec.* 559. *per tot.* Rot. *deciſ.* 157. *ſub num.* 2. *verſ. apparet coram Coccino*, cum quibus procedunt deciſiones cauſæ, prima ſub § *Militat*, & altera §. *Iterum ſiquidem.*

Eaque præmiſſæ concluſioni aſſignatur a DD. ratio convincentiſſima, quia ubi vel peculiare Eccleſiæ Statutum, vel Apoſtolicum indultum, ſeu immemorabilis conſuetudo aliquam impartitur facultatem Capitulo regulari, quæ alias Epiſcopo locum Abbatis obtinente competeret, inde efficitur, ut ſubrogatio Epiſcopi in locum Abbatis, minime cenſeatur facta ſimpliciter, & quoad omnia jura, ſed reſtrictive tantum quoad ea, quæ per Statuta, vel Apoſtolicas Conſtitutiones, aut immemorabilem conſuetudinem, non fuerunt expreſſe favore Capituli 85
excepta, eique elargita ut ex doctrina Panormitani *in cap. cauſamque numer.* 10. *de judiciis* notant Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.* 1. *ſub num.* 17. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. *diſcept.* 270. *num.* 6. *in fine*, & declarando laudatam *Coccini deciſionem*, bene Lotter. *de re beneficiar. libr.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 9. *&* 10.

Capitulo autem Derthuſenſi tum ex municipalibus Eccleſiæ legibus, tum ex Apoſtolicis ſanctionibus, ac ex immemorabili conſuetudine inconcuſſe ad hæc uſque noſtra tempora continuata competere facultatem correctionalem domeſticam in levibus, & conſequenter jus iſtud uſque ab initio naſcentis Eccleſiæ Derthuſenſis fuiſſe exceptum in ſubrogatione Epiſcopi loco Abbatis, profecto ambigendum non eſt; Etenim exordiendo a fundamentalibus Statutis, primum inter eadem ſeſe exhibet illud edictum ab Epiſcopo Mulinello, qui fuit ſecundus hujus Eccleſiæ Antiſtes, datum *Summ. Capituli num.* 1. in quo relictis juriſdictioni Epiſcopi cæteris juribus Epiſcopalibus, expreſſe Priori, & Capitulo impartitur jus corrigendi mores Canonicorum per hæc verba: *Inſtituat autem ibi Epiſcopus tum ſaniori ſui Capituli conſilio Priorem Canonicum Regularem, qui doceat, & componat,*

& de

& de conſilio Capituli corrigat mores Canonicorum, Epiſcopus autem in omni Epiſcopatu Derthuſæ habeat ſuas cenas, & cætera jura Epiſcopalia: quod ſane antiquiſſimum Statutum adhuc in viridi ob-
86 ſervantia caſtens, nulli dubium, quin inviolabiliter, tanquam lex veniat attendendum, Rot. *deciſ.* 74. *n.* 20. *coram Zarate deciſ.* 165. *n.* 6. *part.* 19. *rec.*

Huic ſuccedit alterum conditum per Epiſcopum, & Capitulum anno 1325. quo cavetur, *quod exceſſus, & defectus ſimplices corrigat, & caſtiget Prior Clauſtralis, aliquoties per ſe, aliquoties cum Capitulo, ſicuti hujus Eccleſiæ moris eſt uſitati, & poteſtati Prioris majoris in ferendis pœnis in aliquo non deroget*: ex quibus verbis manifeſte aſſequimur, poteſtatem mulctandi, & corrigendi fuiſſe Priori, & Capitulo conceſſam, quinimo in eoſdem ab antiquiſſimo tempore, cujus initium non extat, antequam d. Statutum conderetur, reſidere, ut animadvertitur in priori mea deciſione §. *Diſpoſitio*, & in ſecunda §. *Clara ſiquidem*.

Nec dicatur, quod huic Statutorum diſpoſitioni derogatum fuerit per aliud Statutum ſucceſſive conditum de anno 1347. Quoniam illius lectura contrarium liquido oſtendit; cum conſiderata in eodem alicujus Cappellani contraventione, ſpecifice demandat, *ut Delinquentes puniantur per Priorem Clauſtralem, prout jam ſtatutum, & ordinatum eſt in Eccleſia antedicta*: Proindeque aperte præſervare videtur Priori, & Capitulo juriſdictionem corrigendi, in antecedenti Statuto permiſſam, & ab immemorabili tempore debitam, quæ clarius præſervata dignoſcitur in poſteriori parte ejuſdem Statuti, ibi: *volumus autem, quod quævis alia ordinatio, & quodcunque aliud Statutum hactenus factum, quatenus fuerit præmiſſis, vel alicui præmiſſorum contrarium, careat viribus, & effectu*: Ex his enim
87 quemadmodum apparet d. Statutum in nihilo priori Statuto adverſari, dum in ſuperioribus verbis fuit reſervata facultas Priori puniendi delinquentes, ita etiam reſultat in eodem fuiſſe præſervatam, ut ponderavi deciſiones Cauſæ, prima ſub §. *Nec ſubſiſtit*, & altera ſub §. *Clara ſiquidem*.

Abſque eo, quod urgeat, quod cum dd. Statutariæ diſpoſitiones ſint conditæ ab Epiſcopo inſimul cum Capitulo, Jus mulctandi conceſſum cenſeatur ipſi Capitulo ex facultate Vicaria, & delegata nomine Epiſcopi, adeoque poſſit vel ad libitum revocari, vel intelligatur conceſſum cumulative, non autem privative quoad ipſum Epiſcopum abſentem: Etenim ex lectura utriuſque Statuti clare patet, quod conceſſio hujuſmodi Juriſdictionis domeſticæ non tribuitur Priori, & Capitulo, tanquam nova, & precaria, dependens a libera Epiſcopi voluntate, ſed *tanquam ex Inſtituto regulari*, & ex conſuetudinibus, & Conſtitutionibus antiquioribus d. Eccleſiæ, eiſdem jam debita; in priori quippe Statuto condito de anno 1166. hæc habentur: *Statuimus, ut in ipſa Eccleſia Derthuſen. ordo Canonicorum, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam, & conſuetudines Eccleſiæ S. Rufi, ibidem noſcitur inſtitutus, perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur*: Et deinde fit tranſitus ad diſtributionem Jurium, unicuique debitorum, & Priori, & Capitulo adjudicatur Jus docendi, componendi, & corrigendi mores Canonicorum, Epiſcopo autem cætera Jura Epiſcopalia, juxta verba ſuperius relata; adeoque hæc Jura non conceduntur, ut tanquam nova, & ad Epiſcopi libitum revocabilia, minuſque tanquam ab eo delegata, ſed tanquam conſona Regulæ Divi Auguſtini, & conſuetudinibus Eccleſiæ S. Rufi. In ſecundo autem Statuto anni 1325. ſimiliter conceditur Priori Clauſtrali poteſtas corrigendi, & caſtigandi defectus ſimplices, aliquoties per ſe, aliquoties cum Capitulo, *ſicuti hujus Eccleſiæ moris eſt uſitati*, & ſic non facultative, neque de novo, ſeu cauſative, quia ſcilicet ſic erat de more uſitato ejuſdem Ec-
88 cleſiæ, juxta literalem, *Textum in capit. Abbate S. Silvani* 25. *de verbor. ſignif. verſic. Si vero verbum determinet*, & Rota *deciſ.* 1734. *numer.* 19. *coram Coccino, & in Salisburgen. Juris Metropolitici* 13. *Februarii* 1692. §. *Deveniendo*, *cor. R. P. D. meo Priolo*.

Quo poſito in dubium eſt, quod talis Juriſdictio cenſeatur per dd. Statuta Jure proprio tributa Priori, & Capitulo Regulari, tanquam debita, non autem revocabiliter, neque nomine precario, ſeu delegato Epiſcopi, & conſequenter *data dicitur privative quoad ipſum Epiſcopum, quando eſt abſens ab Eccleſia, vel Choro*, ut in terminis conſimilium 89
Statutorum concedentium Juriſdictionem Priori, ſeu aliis Prælatis inferioribus erga ſuos Monachos, tradunt Felin. *in cap. Paſtoralis num.* 4. *verſ. limita* 7. *de offic. Ordinar. ibique Abbas, & in capit. Cæterum col.* 2. *verſ. fateor tamen de Judiciis* optime Menochius *de præſumption. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *num.* 22. & Rot. *dec.* 238. *a num.* 4. & *ſeqq. uſque ad finem, coram Puteo lib.* 3.

Præfactis Eccleſiæ Statutis conſonant ulterius Apoſtolicæ Conſtitutiones editæ anno 1414. a Benedicto XIII. in terris ſuæ obedientiæ. In earum quippe ſexta, de qua *Summ. Epiſcopi Conſtit.* 6. *in fin.* literaliter ordinatur tam in caſu abſentiæ, quam rupti ſilentii in Choro, Canonicos eſſe puniendos arbitrio Epiſcopi, vel Prioris majoris, vel Clauſtralis, ſi fuerint præſentes, & Judicio Præcentoris, ſi fuerint abſentes, ibi: *Si vero in ſilentio diſcurſu erraverit, quoquomodo diſtributione illius diei privatus exiſtat, & alias arbitrio Epiſcopi, vel Prioris majoris, vel Prioris clauſtralis, ſi præſentes fuerint, & ipſis abſentibus, Judicio Præcentoris d. Eccleſiæ puniantur*: proptereaque patens eſt, quod hujuſmodi Conſtitutio expreſſe concedit Prioribus Majori, & Clauſtrali Capituli poteſtatem corrigendi, & puniendi exceſſus leves, quatenus ſint præſentes, & Præcentori, quatenus ſint abſentes, in defectum tamen Epiſcopi, cui primo intelligitur data facultas mulctandi, quando ſit præſens, ut inferius comprobabimus 90
ea ſuadente ratione, quia ubi, prout hic alternativa legitur expreſſa inter illos, in quibus ordo Juris conſideratur, tunc per eandem dicitur præſcriptus ordo prius primum, in quo ſubeſt major ratio, deinde ſucceſſive alios in ſubſidium deſignans, ad hoc, ut idem Juris ordo ſervari queat inter perſonas diverſis qualitatibus præditas, ad *Textum in cap. Cum ad Monaſterium de ſtatu Monachor. ibique gloſ. in verb. omnibus, & in Can. Metropoli diſt.* 63. *ibique pariter gloſſ. verb. Presbyteris, eademque gloſſ. in cap. In alternativis de regul. Juris in* 6. *& in cap. Licet in verb. vel in Parochiali de Sepultur. in* 6. eleganter Fagnan. *in cap. Inter cætera ex num.* 45. *uſque ad* 54. *de reſcriptis, cum aliis apud* Gratian. *diſcept.* 338. *num.* 15.

Quod ipſum non obſcure pariter deprehenditur ex tribus aliis Conſtitutionibus ipſiuſmet Pontificis Benedicti XIII. Etenim in decima promulgata ad coercendum Delinquentes circa Divina Officia, & Cæremonialia tam in Choro, quam in Proceſſionibus, facultas mulctandi tribuitur Præcentori Capituli, ibi: *Cui quidem Præcentori mulctandi præmiſſos Delinquentes in Divino Officio, & Cæremonialibus quibuſcunque tam in Choro, quam in Proceſſionibus generalibus, ſive particularibus tenore præſentium concedimus facultatem*: rurſus in Conſtitutione 25. in qua mandatur ſervari ſilentium in Choro, & Dormitorio Eccleſiæ, ſtatuitur, quod contra non ſervantes ſilentium, aliamque committentes diſſolutionem (ſunt verba ipſius Conſtitutionis) *intra ſepta Eccleſiæ per Priorem, & Capitulum expellantur, vel in ceppo intra clauſtrum ponantur, vel alias arbitrio Epiſcopi ſi ſit præſens, ſin autem Prioris, & Capituli puniantur*: Et iterum in Conſtitutione 42. generaliter demandatur, ut Præpoſito, in cujus locum in Eccleſia Derthuſen. ſunt in aliquibus Prior major, & in aliquibus Prior Clauſtralis, ab omnibus de Conventu obedientia præſtetur in iis, quæ reſpiciunt ſervitium Eccleſiæ, & regularis diſciplinæ obſervantiam ibi: *In Regula S. Auguſtini noſcitur, eſſe cautum, quod Prælatis, & Præpoſitis per Commenſales obedientia debeatur, & cum in hac Eccleſia loco Præpoſiti Prior major*

in aliquibus Prior Clauſtralis reputetur, jubemus illis per omnes de Conventu in iis, quæ Divini Cultus decorem, & promiſſæ obſervantiæ regularis concernunt decentiam, prout oportet Religioſorum modeſtiam obediri; Ex quibus quidem Pontificis Conſtitutionibus, cum aperte deſumatur, juriſdictionem correctionalem reſidere penes Priorem, & Capitulum, eiſque ab omnibus de Conventu præſtandam eſſe obedientiam in iis, quæ concernunt Eccleſiæ ſervitium, & regularem obſervantiam, ceſſet quoad eam aſſiſtentia Ju-
90 ris communis, alioquin militans favore Epiſcopi in Eccleſiis Cathedralibus Regularibus.

Quarum Conſtitutionum Capitulo favorabilium efficaciam non lædunt plures aliæ Conſtitutiones prædicti Pontificis, a Scribentibus pro Epiſcopo adductæ, a quibus elici prætenditur, facultatem etiam in correctionalibus reſidere penes *Epiſcopum etiam abſentem*; quia accurate perpenſo illarum tenore, reducuntur ad quatuor claſſes extraneas a præſenti quæſtione; aliæ enim concernunt exceſſus graves, criminalem punitionem requirentes, in quibus eum procedi debeat judicialiter, certum eſt, quod jus infligendi pœnam ſpectat ad Epiſcopum; Aliæ vero loquuntur de exceſſibus contra apertam diſpoſitionem Sanctorum Canonum, quarum cognitio pariter judicialis pertinet ad ordinariam juriſdictionem Epiſcopi; Aliæ continent quidem mulctas leves, & correctionales,
92 eaſque cumulative reſervant Epiſcopo præſenti in Choro, vel in Eccleſia, *quo caſu, ut ſupra fuit prænotatum, idem habet prælativam juriſdictionem*, & cæteræ demum impersonaliter agunt de dd. mulctis infligendis contra leviter Delinquentes, non ſpecificata perſona, a qua imponi debeant, unde intelliguntur juxta Statuta, & conſuetudines Eccleſiæ, nimirum ab Epiſcopo, quando eſt præſens, vel a Capitulo cum dicto prælationis ordine, eoque abſente, a ſolo Capitulo privative quoad Epiſcopum, ex quibus omnes antedictæ Conſtitutiones nullam promerentur animadverſionem, quippequæ continent materiam nimis diſparatam a quæſtione, de qua hodie agitur, prout illis ſigillatim, & ſedulo examinatis oſtendebant Scribentes pro Capitulo in eorum reſponſionibus.

Statutis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus additur denique inconcuſſa immemorabilis conſuetudo extrajudicialiter mulctandi, & puniendi Canonicos Commenſales, Curatos, Beneficiatos, alioſque inſervientes Eccleſiæ, qui in Choro, & Eccleſiæ ambitu in functionibus Choralibus, aliiſque etiam extra illam peragendis, in quibus Clerus procedit ſub Cruce, leves exceſſus perpetraverint, quæ conſuetudo plene evincitur, nedum ex innumeris actibus per plura ſæcula continuatis, ſuumque ſemper effectum ſortitis, abundanter relatis in prima mea deciſione ſub §. *Tum*
93 *etiam*; verum quoque ex verbis illius prænotati Statuti de anno 1325. *ſicuti hujus Eccleſiæ moris eſt uſitati*, ad exuberantiam juſtificationibus, quod antecedenter ad dict. Statutum a diuturno tempore irroboraverat favore Capituli conſuetudo, quam poſtmodum inviolabiliter comperimus continuatam, corrigendi in levibus exceſſibus, quam quidem antiquiſſimam enunciativam, nullam faciens principii mentionem, ſufficientem probationem Immemorabilis conſtituere, edocent Caren. *reſol.* 56. *n.* 2. Marc. Salon. *de Pact conſil.* 10. *n.* 15. Trobat. *de effect. Immemorab. quæſt.* 12. *n.* 61. & dixit Rota *deciſ.* 245. *n.* 49. *& ſeqq. part.* 9. *& deciſ.* 168 *n.* 37. *&* 38. *part.* 10. *rec.* cum aliis in ſæpe memorata priori Cauſæ deciſione ſub §. *Hæc autem*, adeo, quod ſtante hujuſce immemorabili conſuetudine legitime reſultante ut diximus tam ex rerum ſerie per plurium ſæculorum decurſum geſtatum, quam etiam ex dicta enunciativa Statuti, explorati juris eſt, quod Capitulum allegare valet quemcunque meliorem titulum de mundo, ſibi magis beneviſum, atque pro-
94 ficuum, ut generaliter Rota *deciſ.* 770. *num.* 10. *part.* 18. *tom.* 2. *& deciſ* 152. *n.* 2. *part.* 19. *rec.* & alibi frequenter, & in ſpecie, quod Immemorabilis conſuetudo præbeat validam facultatem Capitulo regulari correctionaliter puniendi, tametſi Epiſcopus in Eccleſia Regulari ſit loco Abbatis, & unicum corpus ex Epiſcopo, & Capitulo conſtituatur, firmat Cornel. *conſ.* 193. *n.* 5. *lib* 2. cum quo pertranſeunt Grat. *diſcept.* 270. *n.* 5. Saravia *de Adjunctis d. q.* 12. *n.* 22. *verſ. Prædicta intelligo*, & admittit Rota *cor. Coccino d. deciſ.* 157. *n.* 2. *verſ. Apparet*.

Et fruſtra ad everſionem prædictæ immemorabilis conſuetudinis inſiſtebant ab Epiſcopo in aliquibus actibus per Epiſcopos pro tempore exercitos, quoniam, ut eorundem lectura præſeferebat, omnes geſti fuerunt in figura Judicii, & Juris ordine ſervato circa punitionem exceſſuum gravium, & licet nonnulli contineant impoſitionem pœnarum levium, nempe jejunii, & audiendi Sacrum, & peragendi pedibus nudis ad certum locum foraneum, nihilominus Epiſcopus ad pœnas minores proceſſit judicialiter, & criminaliter, mediante Proceſſu, & infor-
mationе cum formali Teſtium examine, & cum ſup- 95
poſito, quod exceſſus eſſet gravis, & criminaliter puniendus, & quamvis poſtea in progreſſu Cauſæ inventi fuerint Rei, modicam, vel levem culpam habentes, & proinde damnari non potuerint, niſi ad prædictas pœnas leves, hæc tamen condemnatio, & qualitas pœnæ non immutat naturam judicii criminalis, neque judicialis punitionis, & idcirco ſemper firmum remanet, quod ex his actibus reſpicientibus juriſdictionem contentioſam criminalem Epiſcopo competentem, deduci non valet contraria obſervantia, quæ apta ſit ad intervertendam conſuetudinem immemorabilem, Capitulo aſſiſtentem quoad juriſdictionem domeſticam correctionalem in levibus, ut conſideratur in prima deciſione, §. *Poſtremo*, & in ſecunda, §. *Ex his ergo*,

Et revera non afficiunt illi duo actus, ſuper quibus potiſſimum vim faciebant Defenſores Epiſcopi, non quidem relevat primus, de quo Summ. ejuſdem Epiſcopi num. 12. quia eſt ſimplex edictum circa gubernium œconomicum, quo cavetur, ut Procuratores faciant propriis expenſis unum Thecarium cum duabus clavibus reponendum in Sacriſtia, in quo mittantur omnes pecuniæ, prout præcedenter diſpoſitum fuerat per ſpecialem Conſtitutionem; & ſic palam fit, quod actus iſte tanquam nimis extraneus a quæſtione, quæ hodie agitatur, allegari non meretur, minuſque adverſatur alius datus in eodem Summ. num. 12. litt. F. Quippe qui non continet, niſi intimationem judicialem factam ab Epiſcopo mediante ejus actuario Diſtributore diſtributionum Eccleſiæ, ne eas det excommunicato per ipſum publice denunciato, donec in excommunicatione permanſerit; ſicque eſt actus juriſdictionis contentioſæ, utpote veniens in ſequelam excommunicationis jam publicatæ.

Ex quibus itaque, aliiſque latius expenſis in præcedentibus deciſionibus cauſæ ſatis ſtabilita noſcitur facultas Capituli procedendi ad mulctas correctionales in levibus Epiſcopo abſente, *nam ipſo præſen-* 96
te, omnium rerum gerendarum authoritas, non obſtantibus Privilegiis, concordiis, & conſuetudinibus in contrarium, eidem duntaxat, ut Juris eſt, competere debet ad claram Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi cenſuram in *ſeſſ. capit. 6. de reformat.* & obſervant Barboſa *ad idem Concilium loco citato num.* 38. Saravia *ubi ſupra quæſt.* 25. *num.* 19. & dixit Rota *in diverſ. deciſ.* 715. *numer.* 4. *part.* 4. & in puncto conſimilis juris mulctandi *coram Celſo deciſ.* 12. *numer.* 13. *&* 14. quod tamen in caſu præſenti intelligendum venit prælative, non autem privative ad
Capitulum, cum alioquin diſpoſitio Conciliaris non 97
privet Capitulum, alioſque inferiores Prælatos, quominus uti poſſint juriſdictione ab ipſis ex privilegio, & conſuetudine legitime acquiſita, ut tradunt ibidem Barboſa *num.* 25. Saravia *de juriſdict. adjunct. quæſt.* 33. *numer.* 25. *& pluribus ſeqq.* & Rota *deciſ.* 254. *numer.* 22. *part.* 19. *recent.* ſed ſolum præſervat juriſdictionem Epiſcopi, ut non obſtantibus dd. Privilegio, & conſuetudine, ſemper potiatur prælatione, ipſo præſente in exercitio juriſdictionis.

Haud refragante replicatione, quod diſpoſitio Conciliaris locum obtineat ſolum in delictis gravibus, in quorum cognitione proceditur contentioſe, &

præ-

prævia cauſæ cognitione, ſecus vero in levibus, in quibus infligitur pœna tantum correctionalis; Ete-
98 nim Concilium loquitur abſolute, nec efformat hujuſmodi diſtinctionem inter juriſdictionem judicialem contentioſam, & juriſdictionem correctionalem quoad leves exceſſus, cui repognare videtur ſubjecta materia, de qua illud loquitur, nempe de authoritate in Choro, & Capitulo, & Proceſſionibus, in quibus incongruum prorſus eſſet, quod exercerctur contentioſa juriſdictio, ut notat Fagnan.
99 *in cap. irrefragabili n. 31. §. Quibus omnibus de offic. ordinar.* ſed magis conveniens eſt exercitium juriſdictionis correctionalis, nullam judicii figuram requirentis, quæ præcipue reſervatur Epiſcopo, ut habetur ex allegata *dec. 12. coram Celſo num. 13. & 14.* hancque revera eſſe S. Concilii mentem præſervandi prælative Epiſcopis præcipuam, & præeminentialem authoritatem in Choro, Capitulo, aliiſque actibus publicis, ad hoc, ut illis hic honor tribuatur, qui eorum dignitati par eſt, declaravit S. Congregatio in una *Calaritana de annis* 1645. & 1653. cujus S. Congregationis Decreta, ea, quæ decet reverentia noſtrum Tribunal ſemper amplecti conſuevit, ut profitetur in *dec. 474. n. 3. cor. Buratto, & coram Celſo dec. 60. n. 4. coram Merline dec. 813. num. 8. in rec. dec. 279. n. 2. part. 18. & alibi ſæpiſſime.*

Et ita, approbando in reliquis fundamenta præteritarum deciſionum, reſolutum fuit, utraque Parte informante.

IN EADEM CAUSA SUPER Levibus.

ARGUMENTUM.

Jus mulctandi mulcta domeſtica exceſſus leves abſente Epiſcopo commiſſos extra Eccleſiam in Proceſſionibus, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis, in quibus Clerus procedit ſub Cruce, utrum pertineat ad Epiſcopum, vel Capitulum.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus habet jus mulctandi exceſſus leves commiſſos per Eccleſiæ Reſidentes tam in Proceſſionibus, quam in aliis functionibus Eccleſiaſticis vigore Concilii Tridentini* ſeſſ. 25. cap. 6. de reformat.
2 *Concilium loco allegato procedit etiam Epiſcopo abſente a loco ubi exceſſus fuerunt commiſſi.*
3 *Ultimum Statutum Eccleſiæ eſt attendendum, non autem anterius.*
4 *Epiſcopus in Statutis loquitur per verbum* Nos, *& quando ibi dicit* ad noſtrum arbitrium, *hæc verba referantur ad ipſum, non autem ad Capitulum, licet nominatum in Statuto ratione conſenſus, quod illi præſtat.*
5 *Poteſtas corrigendi Errantes in officio, & Cæremonialibus nihil commune habet cum jure puniendi exceſſus circa mores.*
6 *Officium Præcentoris conſiſtit in ordine ad Cæremonialia.*
7 *Conſuetudo non extenditur in præjudicium Ordinarii.*
8 *Poteſtas, quam habet Capitulum circa mulctandum leves exceſſus in Proceſſionibus commiſſos, non extenditur ad Proceſſiones pro aſſociatione Cadaverum, & delatione Sanctiſſimi Viatici.*
9 *Reſolutio Sacræ Rotæ in hac Cauſa.*
10 *Actus facti in Proceſſione, in qua Clerus Eccleſiæ procedit ſub Cruce, videntur facti in ipſa Eccleſia.*
11 *Jus mulctandi exceſſus leves commiſſos in Proceſſionibus præſente Epiſcopo, ad ipſum ſpectat prælative ad Capitulum.*
12 *Mulcta domeſtica debet eſſe levis, & exceſſus Chori debent puniri in amiſſione lucri illius diei, quo in Choro erratum eſt.*
13 *Sub prætextu mulctæ domeſticæ non debent irrogari pœnæ graves.*
14 *Judex videndo exceſſum in corrigendo leviter Delinquentes mulcta domeſtica, debet præfigere modum mulctandi.*
15 *Pro uno, eodemque delicto non poſſunt dari duæ pœnæ, una pœnitentialis, & altera pecuniaria.*

DISCEPTATIO LXII.

SUccedit ultimus Articulus circa jus mulctandi exceſſus leves abſente Epiſcopo commiſſos extra Eccleſiam in Proceſſionibus, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis, in quibus Clerus Eccleſiæ procedit ſub Cruce, qui diſputatus fuit in eadem Cauſa Der- 1
thoſen. & in hoc articulo ad probandum bonum jus Reverendiſſimi Epiſcopi, allegabam primo loco diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 6. de reformat.* ubi Epiſcopis nedum in Choro, & Capitulo, ſed etiam *in Proceſſionibus* datur præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. & ſic ejus vigore ſpectabat ad Epiſcopum jus mulctandi exceſſus commiſſos extra Eccleſiam in Proceſſionibus, & pariter in aliis functionibus Eccleſiaſticis, eo quia Concilium ubi ſupra, ultra verbum illud *Proceſſionibus*, addit: *& aliis actibus publicis*: eumque loquatur generaliter per verba effrænata ibi; *præcipua omnium rerum agendarum auctoritas*, comprehendit etiam jus mulctandi Delinquentes in proceſſionibus, & aliis functionibus Eccleſiaſticis; ut notat ibi Gallemart. *num 30. in fin. Priviler. de dexter. & ſiniſter. Epiſcop. part. 1. poteſt. 120. n. 1.* Lantec. de Franch. *de controv. inter Epiſc. & Regul. qu. 14. n. 89.* quodque Concilium loquatur præciſe de jure mulctandi, firmat Celſ. *deciſ. 12. n. 13 & 14.* quodque locum habeat etiamſi Epiſcopus non reperiatur præſens in prællegatis functionibus Eccleſiaſticis, probat reſolutio Sac. Congregationis Con- 2
cilii in *Calaritana* 20. *Decembris* 1653. *in reſponſione ad quintum*, ubi reſpondit: *Archiepiſcopum etiam non exiſtentem in Choro mulctare poſſe, necnon deputare Punctatorem*; unde inferebam, quod jus mulctandi pertinebat ad Epiſcopum, qui poterat deputare aliquem in functionibus prædictis, ut mulctas exerceret, exempli gratia, Vicarium de gremio, qui ejus vices repræſentaret circa actum juris mulctandi ad *Text. in Can. præcipimus diſt. 93.* Dec. *in cap. Sane num. 1. de offic. delegat.* Panormit. *num. 2.* Caſtan. *in Cathal. gloriæ Mundi part. 7. conſider. 23.* Gratian. *diſc. 289. num. 74. in fine.*

Secondo loco adducebam Statutum Eccleſiæ conditum ab Epiſcopo de conſenſu Capituli anno 1347. ubi Epiſcopus ſtatuens in fine ſui Statuti circa Delinquentes in Proceſſionibus, hæc ait *ad noſtrum arbitrium puniantur*, quod Statutum particulare in hac 3
parte eſt unice attendendum, non autem anterius generale anni 1315. ad vulgatam diſpoſitionem *Text. in l. Sed & poſteriores ff. de legib.*

Reſpondebant Deciſiones, quod verba illa Statuti: *Ad noſtrum arbitrium puniantur*; intelligi deberent ad arbitrium utriuſque, nempe tam Epiſcopi, quam etiam Capituli uti nominati in eodem Statuto, ſed æquivocum fuit clarum, dum Statutum factum fuit per ſolum Epiſcopum ibi: *Nos Frat. Bernard. Epiſcopus Dertuſæ ſtatuimus*: Capitulum vero in eodem Statuto nominatum fuit ſolum ad præſtationem conſenſus ibi: *ſtatuimus de conſenſu, & aſſenſu Prioris, & Capituli*: ideoque verbum illud *ſtatuimus* non poteſt referri ad Capitulum, quod non fecit Statutum, ſed ſimpliciter conſenſit, in ſpecie Felin. *in cap. non poteſt de ſent. & re judic. n. 11. in fine*, verum referri debet ad ſolum Epiſcopum ſtatuentem, qui ſicut dixit *Nos, &c. Epiſcopus Dertuſæ ſtatuimus*, & illud verbum *Nos* intelligitur de ſolo Epiſcopo ſtatuente, juxta notoriam praxim Epiſcoporum loquentium per verbum *Nos*, non autem *Ego*, ut notat Bald. *in cap. in Geneſi n. 11. de elect.* ibi: *quid ſi committitur*

electis, *& ipſe dicit* Nos Titius *; reſpondeo iſtud* Nos *accipitur pro ſingulari numero propter illud quod ſequitur*, *Titius*, *&c.* ita ſubſequentia verba Statuti: *ad noſtrum arbitrium*, intelligi nequeunt niſi de Epiſcopo ſolo.

Allegabant etiam Deciſiones, quod hujuſmodi Statutum anni 1347. non derogaret alteri præcedenti, ea quo continebat verba illa: *ut Delinquentes puniantur per Priorem Clauſtralem*, *prout ſtatutum*, *& ordinatum eſt in Eccleſia antedicta*, ſed hoc etiam erat æquivocum clarum, dum Statutum non habebat hæc verba: *ut Delinquentes puniantur*, ſed ſolum diſponebat ibi: *quod ſi aliqui dd. Cappellanorum non interfuerint matutinis horis*, *puniantur per Priorem Clauſtralem*: & ideo nihil commune habebat jus mulctandi exceſſus commiſſos extra Eccleſiam in Proceſſionibus, ut erat noſtra quæſtio cum
4 jure mulctandi non Intereſſentes horis matutinis in Eccleſia; prout etiam cum eodem æquivoco claro allegabatur pro Capitulo Conſtitutio X. Benedicti
5 XIII. tanquam concedens Præcentori Jus mulctandi Delinquentes ibi: *in Divino Officio*, *& Cæremonialibus*, & ſic nihil commune habens cum diſpoſitis in Statuto anni 1347. circa poteſtatem Epiſcopo reſervatam puniendi exceſſus circa mores commiſſos extra Eccleſiam in functionibus Eccleſiaſticis, quidquid ſit quoad Cæremonialia, in quibus de jure fundatum
6 videtur officium Præcentoris ad tradita per Valenz. *conſ.* 34. *num.* 159. Barboſ. *de Canon. cap.* 9. *numer.* 12. ultra quod Capitulum non poterat ſibi arrogare jus Præceptoris volendo exercere de per ſe, quod fuit per Conſtitutiones Præcentori conceſſum ex allegatis in præcedenti *n.* 48. *&* 51.

Conſuetudo autem, quæ allegabatur favore Capituli, pariter erat fundata in æquivoco facti, dum actus Mulctarum ab eodem adducti non loquebantur de exceſſibus commiſſis extra Eccleſiam in functionibus Eccleſiaſticis, ut illorum lectura præſeferebat, nec propterea ſuffragabatur obſervantia, &
7 conſuetudo in caſu diverſo, nec poterat extendi poſſeſſio de actu ad actum contra Ordinarium in jure, in Concilio, & in Conſtitutionibus Eccleſiæ fundatum, Poſthius *de manut. obſerv.* 73. *n.* 177. Rot. *cor. Greg. dec.* 557. *num.* 12. *in fine*, *& dec.* 88. *& cor. Bichi*, *deciſ.* 477. *n.* 17. *& cor. Cavalgr. dec.* 487. *n.* 2. *& penes* Vivian. *de jurepatr. dec.* 88. *n.* 8.

Ulterius advertebam, quod Sacra Rota reſolvit Capitulum habere jus mulctandi Exceſſus commiſſos extra Eccleſiam in illis functionibus Eccleſiaſticis,
8 in quibus Clerus Eccleſiæ procedit ſub Cruce, onde hoc extendi non poterat ad Proceſſiones, quæ fiunt pro aſſociatione Cadaverum, & delatione Sanctiſſimæ Synaxis, & quæ dicuntur functiones Parochiales nullo modo pertinentes ad Capitulum, dum ipſum non vocatur ad aſſociandum, ſed incedit unus Parochus, ſeu Curatus cum ſolis Beneficiatis, & Commenſalibus, & præeſt tanquam Caput cum Cotta, & Stola, tales enim functiones Parochiales non tangunt Capitulum, ſed Epiſcopum, qui ſolus habet curam Animarum, & deputationem quatuor Curatorum, qui in Eccleſia exiſtunt, *Canon. ſi quis Epiſcopus* 7. *qu.* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 9. *num.* 78. *&* 98. nec iſti Curati, & Beneficiati conſtituunt Capitulum, Gonzal. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 19. *num.* 16. Volp. *in prax. cap.* 44. *n.* 2. Ceccoper. *elucubrat. Canonic. lib.* 1. *n.* 65. & ideo in his Proceſſionibus, quæ non ſunt Capituli, non intrat juriſdictio illius.

Sacra Rota, his non obſtantibus, reſolvit pro Capitulo, ut poſſet mulctare mulcta domeſtica Delin-
9 quentes extra Eccleſiam circa mores in Proceſſionibus, & aliis functionibus Eccleſiaſticis, in quibus Clerus Eccleſiæ procedit ſub Cruce; quæ reſolutio mihi viſa eſt inſubſiſtens ob ſuperius allegatas rationes, quibus nullum unquam datum fuit congruum reſponſum: ſed credo quod ſicut Capitulo conceſſum fuit jus mulctandi exceſſus intra Eccleſiam commiſſos, ita etiam in conſequentiam conceſſum fuerit eidem jus mulctandi exceſſus extra Eccleſiam in fun-
10 ctionibus Eccleſiaſticis, quæ conſiderantur tanquam actus facti in Eccleſia, cum Clerus procedat ſub Cruce, ut probat Pignat. *conſ.* 40. *n.* 1. *circa medium tom.* 9.

Quod tamen eadem Rota intellexit abſente Epiſcopo a Proceſſionibus, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis; nam ipſo præſente voluit ad eum ſpectare jus mulctandi prælative ad Capitulum juxta firmata *in* 11
Deciſione 28. *Maii* 1697. quæ generaliter Epiſcopo præſenti, tam in Eccleſia, & Choro, quam in functionibus Eccleſiaſticis extra Eccleſiam conceſſit prælationem in mulctando exceſſos leves.

Hac occaſione diſceptandi ſuper jure corrigendi exceſſus leves reſpicientes Chorum, & mores tam intra, quam extra Eccleſiam commiſſos, advertendum eſt, quod mulcta domeſtica debet eſſe levis, & vere domeſtica, & correctionalis, non autem adeo exor- 12
bitans, & gravis, ut etiam extrajudicialiter inflicta, tamen æquiparetur pœnæ judiciali; Etenim circa exceſſus Chori ſervandæ ſunt Conſtitutiones Benedicti ſtatuentes mulctam, quæ non excedat lucrum unius diei, & ita etiam de jure procedit, ut inquit Ceccoper. *lucubrat. Canonical. libr.* 4. *numer.* 172. ibi: *Pœna tamen debet eſſe moderata*, *nec excedens lucrum illius diei*, *quo in Choro commiſſum fuerit erratum*, *&* Monet. *de diſtribut. par.* 3. *q.* 7. *n.* 76. *& qu.* 10. *n.* 50. idque Ego pariter adducebam in Rota contra Capitulum, oſtendendo, quod ipſum ſibi potius arrogare volebat poteſtatem Judicialem, & gravem, quam extrajudicialem, & domeſticam, dum aliquando pro exceſſibus leviſſimis privaverat Capitulares diſtributionibus quotidianis per hebdomadam, voce activa, & paſſiva, fructibus Canonicatuum, Anniverſariis, & Miſſis per tres, ſex, & ulteriores menſes, & multoties ad arbitrium indiſcretum, quod ſane repugnabat eſſentiæ correctionis domeſticæ, & ſalutaris, & poterat dici illud, quod objiciebat Otho con- 13
tra Galbam in Concione ad Milites Prætorianos apud Tacit. *lib.* 1. *Hiſtoriar.* cum Davanz. *n.* 60. ibi: *Quæ uſquam Provincia*, *quæ Caſtra ſunt*, *niſi cruenta*, *& maculata*, *aut*, *ut ipſe prædicat*, *emendata*, *& correcta? nam quæ alii ſcelera*, *hic remedia vocat*, *dum falſis nominibus ſeveritatem pro ſævitia*, *ſupplicia*, *& contumelias veſtras*, *diſciplinam appellat*: & concordat illud Germanici Cæſaris apud eundem Tacit. *l.* 1. *Annal. n.* 58. *in fine* ibi: *Non medicinam illud plurimis cum lacrymis*, *ſed cladem appellans*: & D. Gregorius *in Can. ſæpe diſt.* 41. ibi: *ſæpe ſævitia ingerunt*, *& ſe eſſe virtutes mentiuntur*, *ut tenacia*, *par ſimonia; effuſio*, *largitas; crudelitas*, *zelus Juſtitiæ; remiſſio pietas velit videri*: & proinde dicebam, quod 14
Capitulo eſſet in poſterum præfigendus modus mulctandi, nec relinquendus in ejus arbitrio; nam unuſquiſque naturaliter proclivis eſt ad extendendam propriam juriſdictionem, & multo magis Collegia, ac hominum adunantiæ, ut inquit Zilleſius *de mulcta cap.* 7. *n.* 118. ibi: *Quia vero hoc hominum genus ad extendendam ſuam juriſdictionem admodum proclive eſt*, *modus mulctandi Statutorum Tranſgreſſores illorum arbitrio non facile permittendus eſt*: & allegata Friſch. *de Colleg. opiſich. cap.* 2. *num.* 9.

Fortius autem, quia advertebam aliquando Capitulum pro uno exceſſu levi mulctaſſe duplici mulcta correctionali, quod non non eſſe permittendum aſſerebam, etiamſi id fuiſſet longæva conſuetudine Ec- 15
cleſiæ introductum, ut in ſpecie, quod ſint improbanda tanquam iniqua, conſuetudines, & ſtatuta Eccleſiarum Cathedralium infligentia duas pœnas, unam pœnitentialem, & aliam pecuniariam extat Conſtitutio Imperialis, quam refert Goldaſt. *Conſtic. Imper. tom.* 1. *pag.* 473. & adducit Zilleſius *de mulcta cap.* 12. *n.* 145. ibi: *Cum divina*, *humanaque jura vetent*, *ut nemo duabus cædi debeat virgis*, *merito plerique quibus crebrum eſt nonnullarum Eccleſiarum Cathedralium odioſa ſtatuta*, *perverſoſque mores*, *quibus majorum*, *minorumque criminum Reos hucuſque vexarunt*, *deteſtantur*, *nam hactenus ſervata eſt conſuetudo*, *quod Rei*, *&c. publicam pœnitentiam in totius Populi conſpectu ſubire cogantur*, *&c. quæ quidem pœnitentiæ forma non improbanda foret*, *ſi hac contenti non etiam*, *&c. extorquerent pecuniæ ſummam*, *duplicique delinquentes punirent pœna*, *quare mirum*, *quam multi offendantur*, *quod quam iniquum*,

quam

quocunque longe a Chriſti inſtituto ſit alienum , cuique ſanæ mentis conjectura aſſequendam relinquitur : quam concluſionem allegato *Ziletto* firmavit deciſio ſuper gravibus, de qua ſupra *diſcept.* 59. *numero* 37.

PRAGEN. MATRIMONII

ARGUMENTUM.

Papa habet poteſtatem diſpenſandi in radice Matrimonium nulliter contractum , prout diſpenſare ſolet , & ex quibus cauſis moveatur ad concedendam hujuſmodi diſpenſationem.

S U M M A R I U M.

1 *Exponitur ſeries facti.*

2 *Praxis Sedis Apoſtolicæ diſpenſandi matrimonia nulla in radice, ampla,* ut n. 3.

4 *Cauſa diſpenſandi eſt ſi matrimonium fuerit contractum coram Parocho extraneo in caſu ſubſidii.*

5 *Secunda cauſa conſiſtit in juſta credulitate validitatis matrimonii.*

6 *Creditur aſſertioni viri nobiliſſimi in concernentibus præjudicium eius animæ.*

7 *Alia cauſa diſpenſandi in matrimonio nullo eſt bona fides conjugum.*

8 *Nec non ſuſceptio filiorum, qui etiam legitimati per ſubſequens non ſuccederent in feudis paternis.*

9 *Item cauſa ſcandali vitandi,* & n. 10.

11 *Relationi Ordinarii quando non ſit credendum.*

12 *Nemini creditur in præjudicium Tertii, licet in quocunque dignitatis apice conſtituto.*

13 *Relatio Ordinarii non attenditur quando eſt inveriſimilis, & contra rei evidentiam.*

14 *Omiſſio præſentiæ Teſtium non excludit factum matrimonium licet nulliter.*

15 *Ut concedatur diſpenſatio in radice ſuper matrimonio nullo requiritur , ut conjuges ſe cognoverint affectu matrimoniali , non autem concubinario.*

16 *Papa non poteſt per diſpenſationem in radice ſupplere conſenſum matrimonialem , qui ab initio non fuit.*

17 *Affectio, & conſenſus in matrimonium excludit coitum concubinarium.*

18 *Non valet argumentum a ſtatu poſteriori ad anteriorem.*

19 *Non creditur quibuſcunque Judicibus in aſſertivis facti, niſi hæc aliunde probentur.*

20 *Epiſcopi non præſumuntur longo temporis ſpatio toleraſſe rem peccaminoſam , ſeu ſcandalum in ſua Diœceſi.*

21 *Papa diſpenſat in radice matrimonium nulliter contractum ſine Teſtibus, & coram Sacerdote non habente licentiam Parochi.*

22 *In Terris Imperii non admittuntur legitimati per ſubſequens , & requiritur diſpenſatio ſuper radice matrimonii nulli.*

23 *Præſumitur conjunctio affectu maritali potius , quam concubinario in matrimonio nulliter contracto, itaut etiam in dubio concedi poſſit diſpenſatio in radice matrimonii.*

24 *Breve diſpenſationis ſanct. memor. Innocentii XIII.*

DISCEPTATIO LXIII.

QUemadmodum in hac cauſa conciliandæ miſericordiæ ſtudio dicebam Scribens in Sacra Congregatione Concilii ; CASUM exponimus miſeratione dignum , & auxilio Apoſtolico neceſſarium , cujus factum tale eſt ; Illuſtriſſimus D. Guilielmus Jaroſlaus Graisfenfels de Pilſemburgh, uti Baro, ſeu Dominus loci *Tman* nuncupati habuit ſemper Juſpatronatus, & præſentandi Parochum, ſeu Adminiſtratorem Eccleſiæ S. Georgii in eodem loco exiſtentis inſtitui , ſeu confirmari ſolitum ab Archiepiſcopo Pragen. circa vero annum 1656. ob plures calamitates in Regno Bohemiæ paſſas, propter quas reditus Parochiales exhauſti remanſerant ; cum impoſſibile fuerit amplius in Eccleſia ponere , & manutenere Parochum : Hinc Incolæ oppidi ſuo Paſtore carentes, per exteros Sacerdotes, & Parochos ubicunque voluiſſent Sacramenta recipiebant , nec non Baptiſmum pro Infantibus, & ſignanter adminiſtrationem Sacramenti Matrimonii, ut ex atteſtationibus ſeniorum ſolemniter coram duobus Notariis publicis cum juramento, & interrogatoriis factis. 1

Hoc tempore, quo deficiebat Parochus in Eccleſia Oppidi , memoratus Guilielmus ejus Baro , ac Dominus , cum matrimonium contrahere deſideraret cum D. Ludmilla, exterum Sacerdotem conſuluit coram quo poſſet illum celebrare, qui Sacerdos reſpondit, quod cum ipſe Baro haberet jus deputandi Parochum Eccleſiæ, poterat ipſum Sacerdotem, qui interrogabatur , deputare , & coram ipſo matrimonium fieri poterat; quo audito memoratus D. Guilielmus eum deputavit in Parochum Eccleſiæ Parochialis ſui Oppidi , & ab ipſo conjunctus fuit in matrimonium cum prædicta D. Ludmilla, de cujus matrimonii validitate nunquam fuit dubitatum , prout ex juratis atteſtationibus utriuſque conjugis. 2

Cui bonæ fidei , & credulitati cauſam dedit jus præſentandi Parochum, quod habebat Baro, ſine conſideratione , quod neceſſaria erat inſtitutio Archiepiſcopi, prout de facto nunquam fuit controverſum hoc juſpatronatus in Barone, quia poſt ceſſatas anguſtias anno 1685. ipſe præſentavit Parochum , & continuavit uſque in præſens , & propterea matrimonium ſemper habitum fuit pro valido, & in bona fide nunquam interrupta conjuges permanſerunt, & cohabitarunt, & uti tales, & tanquam tales ab omnibus habiti fuerunt in toto Regno, abſque eo, quod ullus in contrarium inſurrexerit minimus rumor, aut ſiniſtra fama, quæ cauſare potuerit dubitationem.

Non ſolum vero in maxima bona fide vixerunt conjuges , ſed ſpatio 40. circiter annorum convivendo, procrearunt tres filios , qui ſemper in gradu equeſtri pro legitimis reputati fuerunt ab omnibus, immo unus ex his filiis tanquam ſummæ nobilitatis Eques matrimonium contraxit cum muliere paris nobilitatis, & equeſtris ordinis, donec fere ad ſenectutem perventis conjugibus, nec non filiis ad virilem ætatem perventis, prædictus D. Guilielmus Baro in ſenectute conſtitutus cœpit cogitare de extremis , deſtinando condere Teſtamentum cum inſtitutione ſuorum filiorum, habitoque conſilio cum ejus Procuratore, informationem funeſtam accepit, quo nullo modo poſſet filios inſtituere hæredes, ex quo matrimonium initum fuerat coram Sacerdote non approbato, neque inſtituto ab Ordinario Pragen. & conſequenter de legitimitate filiorum dubitari poterat , dum illegitimi juxta leges municipales Regni tam paternæ hæreditatis , quam officiorum incapaces exiſtunt , non obſtante legitimatione per ſubſequens , aut reſcripto Regum Bohemiæ , juxta ejus Conſtitutiones.

Hinc de conſilio memorati Procuratoris D. Guilielmus recurſum habuit ad Sacram Cæſaream Majeſtatem , cui placuit eum remittere ad Reverendiſſimum Archiepiſcopale Conſiſtorium Pragen. quod non reflectendo ad prudentialia , ſed ad inconvenien-

tia, & ſcandala, quæ oriri poſſent, ſtatim audito, quod matrimonium contractum non fuerat coram Parocho per Ordinarium approbato mandavit, quod conjuges iterum contraherent, quod ſane exequi non potuit, nec debuit, ne infamaretur nobiliſſima Familia, & Filii, quorum unus in matrimonium copulatus fuit, ut ſupra cum nobili Muliere, remanerent perpetuo ignobiles, & maculati, & ſucceſſionis, necnon officiorum omnium incapaces, juxta Conſtitutiones Regni, licentes etiam legitimatos per ſubſequens.

Propterea in anguſtia poſiti conjuges ſenes, ad Sanctam Sedem recurſum facere ſtatuerunt, prout anno 1705. porrexerunt Summo Pontifici ſupplices preces, ut ipſe illorum bonam fidem, & innocentiam intueri dignaretur, exponendo ruinam filiorum, ne mendicare cogerentur, & ad hunc effectum dignaretur diſpenſare, quod matrimonium tanquam legitimum uſque ab initio, & pro legitimo, ut ex tunc habeatur, non obſtantibus defectibus formæ, & ſolemnitatum Sacri Concilii Tridentini, & aliis quibuſcunque in contrarium facientibus; quæ ſupplicatio remiſſa fuit per Sanctiſſimum pro Voto Sac. Congregationi Concilii, quæ de more uſque ab anno 1706. reſcripſit: *Ad Ordinarium Pragen. pro Informatione*: quæ tamen per plures annos retardata, cauſam dedit, ut Sac. Congregatio de anno 1714. reſcriberet: *dentur nova literæ*: donec tamen placuit Celſiſſimo Ordinario dare informationem, & quidem informationem datam clauſis auribus D. Guilielmo, non obſtante, quod ſæpius adiverit Ordinarium, & ſupplicaverit ipſum in ſuis rationibus audiri.

Attentis autem rationibus maximæ, & apertiſſimæ æquitatis, quæ apud Sanctam Eccleſiam ejus piam Matrem, & diſpenſatricem vehementiſſime clamat, concedenda videtur *Gratia ſanatoria, & reconvalidatoria matrimonii, uſque ab initio*, ſcilicet illud approbando in radice, ſive *prout ex tunc*, ita ut perinde valeat, ac ſi matrimonium ab initio contractum fuiſſet coram vero Parocho, & ſervata forma Sacri Concilii Tridentini, & prolem ex hoc matrimonio ſuſceptam declarando legitimam, & naturalem quoad capacitatem ſuccedendi, omneſque alios effectus.

Et ſane in hujus Gratiæ poſtulatione rem non novam aggredimur, quia præter urgentiam cauſarum pluſquam juſtarum, & graviſſimarum, de quibus infra ſermo erit, aſſiſtit praxis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ita diſpenſandi, ut matrimonia nulliter contracta valeant in radice, perinde ac ſi contracta ab initio legitime, & valide fuiſſent, ut in exemplo matrimonii nulliter contracti inter conſanguineos, ex quo ſoboles ſuſcepta fuit, ubi Sedes Apoſtolica ſuper hoc matrimonio diſpenſare conſuevit, ut valeat in radice, & uſque ab initio perinde acſi validum inter illos matrimonium interveniſſet, & præcipue ad effectum legitimationis prolis, juxta doctrinam Joannis Andr. *in cap. Per venerabilem num. 26. qui filii ſint legitimi*, quam ibi ſequuntur omnes Canoniſtæ, ut plene firmat Corrad. *in prax. diſpenſat. lib. 8. cap. 3. num. 46. & ſeqq.* Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 8. diſp. 7. num. 4. & ſeqq.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 24. num.* 77. 78. & 80. Caſtropal. *oper. moral. tractat. 13. de Benef. diſp. 4. punct. 1. §. 5. num. 5. & ſeqq. & num.* 14. a Spir. Sanct. *oper. moral. tit. de matrim. tract. 11. diſput. 8. ſect. 1. num.* 526. Dian. *coordinat. tom. 3. tract. 1. reſol. 87. num. 2. & ſeqq.* Garz. *de Benef. par. 7. cap. 2. num.* 41. & 42. & ſæpius deciſum fuit in Sacræ Rotæ Auditorio, *ut cor. Puteo deciſ. 462. num. 1. lib. 2. in correct. & cor. Seraphin. dec. 1121. num. 1. & ſeqq. & cor. Greg. dec. 19. num. 1. & dec. 461. n. 8. & in rec. dec. 455. per tot. 1. & dec. 687. n. 1. & ſeqq. par. 1.* & apud me *diſcept. Eccleſ. 52. n. 34. & 35.*

Quæ theorica in praxi recepta indiſtincte procedit in quolibet matrimonio invalido, ſive ob impe-
3 dimentum conſanguinitatis, ſive ob aliam quamcunque nullitatem, excepto tantum duplici caſu impedimenti juris Divini, vel naturalis; ſcilicet juris Divini, quando contractum fuit inter conſanguineos, in gradibus jure Divino prohibitis, & juris naturalis, quando ab initio intervenit defectus conſenſus in utroque, vel in altero ex contrahentibus; & de cætero in quocunque matrimonio, exceptis his caſibus, contracto nulliter, & de facto ex defectu formæ, & ſolemnitatum juris poſitivi, Summus Pontifex poteſt, ac ſolet reconvalidare matrimonium uſque ab initio, ut communiter poſt Jo. Andr. *in dict. Per venerabilem num. 30. qui filii ſint legitimi* tradiderunt Panormit. *ibid. num. 22. verſ. Aut proles* Gonzal. *num.* 32. ibi: *Diſpenſando, ut matrimonium, quod nulliter contractum fuit, ſuſtineatur & per conſequens filii ex eo nati legitimi judicentur quoad ſpiritualia, & temporalia*: Ancharan. *conſil. 409. num. 4. verſic. Si vero* Corrad. *in prax. diſpenſ. lib. 8. cap. 3. num. 58. & ſeq.* Caſtropal. *d. tract. 13. diſput. 4. punct. 1. §. 5. num. 7. & ſeqq. & n.* 14. Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 7. & ſeqq.* a Spirit. Sanct. *de matrim. tract. 11. diſp. 8. ſect. 1. num. 546. cum ſeq. & num.* 530. Dian. *coordinat. tom. 3. tract. 1. reſol. 87. num.* 2. Et hæc dicitur diſpenſatio, quæ validat matrimonium ab initio nulliter, & de facto contractum, ut explicat Caſtropal. *d. tract. 13. diſp. 4. punct. 1. §. 5. num.* 11. a Spirit. Sanct. *dict. tract. 11. diſp. 8. ubi ſupra num. 517. verſ. Nam licet Rota coram Seraph. dict. deciſ.* 1121.

Suppoſita igitur poteſtate Summi Pontificis, nec non praxi, & ſolito hujuſmodi Gratias diſpenſativas concedendi, remanet dumtaxat examinandum, an caſus iſte ſit miſeratione, & diſpenſatione dignus, propter juſtas, & legitimas cauſas; & ſane licet cauſæ legentibus appareant ex hiſtoria facti ſuperius
relata, attamen illas particulariter exponendo, dici- 4
mus; primam conſiſtere in ea circumſtantia, quod matrimonium contractum extitit, tempore, quo Parochus in Oppido haberi non poterat, coram Sacerdote in Parochum deputato ab ipſomet Domino Oppidi habente jus præſentandi, qui licet non fuiſſet approbatus, & confirmatus ab Archiepiſcopo, negari tamen non poteſt quominus reſpectu contrahentium habitus fuerit pro idoneo Parocho ad aſſiſtendum matrimonio, tempore illo, quo propter calamitates Regni ex cauſa bellorum, non poterat ibi manuteneri Parochus, & propter quam cauſam Incolæ Oppidi recurrebant pro Sacramentis ad exteros Sacerdotes, ut in fortioribus probant Leandr. *de Sacram. tom. 2. tract. 9. diſp. 7. qu. 8. num.* 1. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tit. 10. part. 2. cap. 4. num. 7. & 8.* Dian. *coordinat. tom. 6. reſol. 72. num. 1. & 2.* ibi: *An in Oppidis, aut Pagis, ubi nequit haberi Parochus, nec de proximo haberi poſſit, poſſit valide contrahi, & affirmative reſpondet* a Spirit. Sanct. *de matrim. tract. 11. diſp. 4. ſect. 3. num. 128. & ſeqq.* Coninc. *de Sacrament. diſp. 27. dub. 1. num.* 11. Dicaſt. *diſput. 3. num.* 28. Boſſ. *de matrimon. cap. 3. num. 58. & ſeq.*

Secunda conſiſtit in juſta credulitate validitatis matrimonii cauſata ab informatione, & conſilio exteri Sacerdotis, qui aſſeruit conjugibus pro tempe-
ramento ſatis eſſe, quod Baro, & Patronus ipſum 5
eligeret in Parochum, ratione juriſpatronatus, quod factum licet deponant iidem conjuges, eorum tamen depoſitio juſtam fidem meretur, tanquam facta cum juramento coram Deo tactis Evangeliis, & præſentibus Notariis Apoſtolicis. Etenim in hac materia involvente peccatum, ubi expreſſio falſi, aut taciturnitas veri Gratiam redderet ſubreptitiam, Rota *deciſ. 687. num. 23. part. 2. rec.* Corrad. *in prax. diſpenſ. lib. 2. cap. 5. num.* 11. credendum eſt atteſtationibus adeo ſolemniter juratis conjugum, & ſignanter D. Guilielmi Equitis nobiliſſimi, & in ſenectute poſiti, & de extremis cogitaris circa Teſtamentum, ex cujus cauſa ortum eſt dubium validitatis matrimo-
nii, cum non præſumatur mentiri vir nobiliſſimus, 6
& ſenex, præſertim in materia, in qua agitur de conſcientiæ ſecuritate ad evitandum peccatum *Can. Nobiliſſimus diſtin. 97. ubi Gloſſ. in verb. credidimus & cap. Laudabilem de frigid. & maleficiat.* Pacian. *de prob. lib. 1. cap. 39. num. 14. & 15.* Cyriac. *controv. 68. num.* 12. Seraphin. *de Privileg. juramen. privil. 92. n. 4. in fine, num. 5. & privil. 110. num.* 16.

Et in ſpecie de concernentibus præjudicium animæ *Gloſſ. in cap. Mulier in verbo Perjurii de jurejurand.*

& in

& in capit. Significaſti 18. *in verb. Credendum ſit de homicid. ubi Panorm. num.* 7. ibi: *Nota Gloſſam juncto Texto, nam quotidie hoc allegatur, quod in fora Animæ de omnibus creditur confitenti, & ratio eſt, quia ibi tantum tractatur de favore, vel præjudicio ſuo, non alterius, unde mendacium ſibi ſoli nocivum eſt, &c. & immo plus ibi colligitur, quod non ſolum ubi agitur præciſe in foro Animæ, ſed etiam ubi quaſi in foro Animæ credendum eſt confitenti, & dicitur quaſi forus Animæ quando, &c. ſponte a Superiore petiit conſilium ſalutare:* Joan. de Anania *in cap. Significaſti* 16. *n.* 4. *de homicid.* quæ propoſitio veriſſima eſt in ſubſidium, quando agitur de facto, ut hic, antiquo, ubi probationes aliunde haberi non poſſunt, ut bene etiam in foro contentioſo poſt doctrinam Hoſtien. tradit Joan. Andr. *in dicto cap. Significaſti* 19. *de homicid. num.* 13. Butr. *num.* 24. ibi: *Judicio Animæ cuilibet credendum eſt, quia non eſt credendum, quod ſit immemor ſalutis, dicit Hoſtienſis, quod etiam in foro contentioſo creditur ſuper his, quæ aliter probari non poſſunt; nam probationibus eſt ſuccurrendum, ubi alias probatio haberi non poteſt, item illi Teſti credi debet, qui melius veritatem novit: ſed poſt Deum nullus novit melius ſuam conſcientiam, quam is, de cujus quæritur conſcientia, ergo, &c. ſatis ergo homo, quod poteſt, & impoſſibilium nulla eſt obligatio: Gloſſ. in cap. Significaſti* 15. *in verb. Si eſt ita de homicid.* ibi: *Ob defectum probationis per juramentum proprium faciet fidem, &c. & præcipue ſi eſt bona fama: ibique* Panormit. *n.* 1. ibi: *Nota gloſſam, quia ex quo conſtat aperte de caſo, ſuper circumſtantiis caſus, alia probatione deficiente, ſtatus juramento perpetrantis actum:* ibique cæteri Canoniſtæ.

Tertia conſiſtit in evidenti bona fide, dum conjuges abſque ulla dubietate ſemper cohabitarunt ſpatio 30. annorum, & ultra, uti Conjuges, & in ſtatu veri, & perfecti matrimonii contracti legitime,
7 quemadmodum non ſolum teſtati ſunt proprio juramento memorati Conjuges, ſed etiam reſultat ex circumſtantia, quod cum Dominus Guilielmus Oraſor, in juventute infirmatus eſſet ad mortem, commendavit in extremis tutelæ, & curæ Domini Equitis de Stractoviz tres ejus filios, ſuamque Conjugem tanquam legitimam, & copulatam mediante Catholico Sæculari Presbytero, ut ex atteſtatione ſupradicti Equitis, quæ bona fides ſic probata, & in dubio præſumenda, ut inquit Rot. *coram Gregor. deciſ.* 471. *n.* 3. multum, & quaſi totum operatur in hac materia diſpenſationis ſuper reconvalidatione matrimonii, veluti tendens ad oſtendendum matrimonium putativum, & probandam legitimitatem Prolis, juxta *Text. in cap. Ex tenore qui filii ſint legitimi* Gonzal. *in cap. Per venerabilem n.* 25. *qui filii ſint legitimi* Decian. *conſ.* 153. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 89. *n.* 16 Sperell. *deciſ.* 175. *n.* 29. *&* 30. Lotter. *de re beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 48. *num.* 31. & in puncto ad effectum diſpenſationis Rot. *cor. Greg. deciſ.* 461. *n.* 5. *verſ. Unde* Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 34. *n.* 46. Rot. *cor Cavaler. deciſ.* 10. *ſub num.* 5.

Quarta conſurgit ex quo ſuſcepti fuerunt tres filii ex hoc putativo matrimonio, qui non ſolum in ſtatu equeſtri educati extiterunt, ſed etiam ab omni-
8 bus in toto Regno Bohemiæ reputati fuerunt pro legitimis, ac tractati tanquam veri Equites ab aliis Equitibus, & Baronibus Germaniæ, quod adeo verum eſt, ut unus ex his filiis matrimonium contraxit cum Sponſa Equeſtris ordinis, cum qua vivit, & filios ſuſcepit, quod ſane probat bonam fidem, & communem exiſtimationem omnium, quod matrimonium fuerit canonice contractum, & filii ſine ullo dubio eſſent legitimi, alias ſi ulla etiam minima dubietatis umbra irrepſiſſet, certe nec filii tractamentum ab aliis Equitibus ſuſcepiſſent, minuſque unus ex illis equeſtris nobilitatis fœminam accipere potuiſſet in uxorem propter rigidas Conſtitutiones Regni, ex quibus etiam legitimati per ſubſequens declarantur incapaces feudorum, necnon bonorum hæreditariorum, & quorumcunque Officiorum temporalium, ut in ſubjecta materia legitimitatis filiorum notarunt Ginvagn. *conſ.* 59. *n.* 13. Rota *dec.* 190. *n.* 34. *part.* 19. *rec.* Sperell. *d. dec.* 175. *n* 29. *& ſeqq.* & optime Butr. *in cap.* 2. *n.* 6. *qui filii ſint legitimi* ibi: *Ad legitimandam Prolem, ſufficit colorata opinio, & quaſi poſſeſſio maritalis: & in cap. Quod nobis n.* 3. *eod. tit.* ibi: *Ad fructum Prolis legitimandæ non exigitur deeſſe ipſa veritas vinculi matrimonialis, dummodo adſit poſſeſſio, & opinio colorata matrimonii.*

Quinta, & gravis inde oritur circumſtantia, quod in tali ſtatu neceſſarium eſt ſuccurrere auxilio diſpenſationis validando matrimonium in radice, ut filii remaneant confirmati in poſſeſſione ſuæ legiti- 9
mitatis, & ne alias in apertiſſimam ruinam dilabantur; ſi enim Conjuges in ſenectute poſiti, & morti proximi, poſt liberos ſuſceptos, & unum conjunctum cum nobiliſſima familia per uxorem, deberent hodie de novo contrahere matrimonium ex integro, ut male cenſuit Reverendiſſimum Conſiſtorium Pragen. jam larga via ſcandalis, & inconvenientibus aperta foret; nam cum etiam legitimati per ſubſequens remaneant infames, abhorriti, & omnium dignitatum, Officiorum, & bonorum hæreditariorum incapaces, ſequeretur, quod duo filii ad deſperationem prolapſi, ne mendicare cogerentur, tranſitum facerent ad hæreticas factiones, & militias, quarum in eo Regno multitudo non deficit, & ſic apertum eſſet malum perverſionis contra Fidem Catholicam, ab evidentia rei certo timendum, & neceſſario obviandum, ut cauſam ſcandali eſſe ſufficientem, & ſolitam in ſubjecta materia, docet *Text. in c. Quia circa de conſanguinit. & affinit.* ibi: *Diſſimulare poterit, ut remaneant in copula ſic contracta, cum ex ſeparatione, ut aſſeris, grave videas ſcandalum imminere:* Sanchez. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 38. *n.* 12. *verſic. Legimus,* ibi: *Conjuges bona fide exiſtimabant ſe legitime conjugatos eſſe, & ex veritatis detectione timebatur grave ſcandalum, quapropter Pontifex tacendum, & diſſimulandum eſſe dixit, illaſque in matrimonio illo putativo permittendos eſſe:* ſequitur Covarr. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 15. *verſ. Ex quibus* Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 57 ibi: *Pro ſatis, & legitima cauſa allegatur periculum ſcandalorum.*

Et hinc gravius eſſet ſcandalum reſpectu alterius fi- 10
lii, qui jam tanquam Eques copulatus reperitur in matrimonio cum fœmina equeſtris conditionis, & familiæ, ex hoc enim Parentes nobiles uxoris perſequerentur, ſeu ruinam darent marito ignobili detecto, cujus filii remanerent etiam infamati, & tota domus maculata infamia notabili in illo Regno, ubi, ut toties dictum eſt, etiam legitimati per ſubſequens abhorrentur tanquam viles, & exules; Si enim ſufficit cauſa ſcandali conſiſtens in ea tantum circumſtantia, quando ex hoc tantum matrimonio nati ſunt liberi, ut ex allegato *Text. in d. cap quia circa de conſanguinit. & affinit.* probat Rot. *in Pampilonen. illegitimitatis cor. Juſta impreſſ. apud* Garz. *de Beneſ. part.* 7. *cap.* 2. *ſub num.* 40. §. *Præmiſſa,* ubi quod tali caſu diſpenſat ſuper matrimonio in radice, ut valeat uſque ab initio, Covarr. *de Sponſalib. part.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 15. quid ergo dicemus, quando exinde oritur ſcandalum duplicatum, quia non una, ſed duæ infamantur familiæ equeſtres, in quam tranſitum fecit per matrimonium unus ex filiis natis ex hoc conjugio putativo; Eſſet enim ſeminarium ſcandalorum, & inconvenientium, ſi non validato matrimonio uſque ab initio, & in radice Conjuges ſenes deberent contrahere de novo, ut ſic infamati remanerent uti baſtardi tres filii, & ſic tres Equites una cum duabus Familiis inſimul infectatis per affinitatem, ut pro cauſa diſpenſandi ſufficere minores circumſtantias, probant Doctores, & in formula diſpenſationum hæc cauſa ſcripta legitur in genere dicendo: *Gravia exinde ſcandala poſſent veriſimiliter exoriri,* ut apud Corrad. *in prax. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 29. *&* 57. & de periculo tranſeundi ad infideles Gozzadin. *conſil.* 51. *num.* 39. *verſic. hæc etiam erat favor fidei.* 11

Stante igitur cumulo tot ſcandalorum, & abiſſu inconvenientium, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ bra-

chium auxiliati, debet in talibus rerum circumſtan-
tiis medio expoſtulatæ diſpenſationis, & reconvali-
dationis matrimonii poſt ſuſceptam ſobolem ex pu-
tativo matrimonio 40. annorum, cum alias favor
Prolis ſuſceptæ hunc effectum in aliis cauſis produ-
xerit, ut in *Neapolitana matrimonii* 22. *Junii* 1705.
§. *final. coram cl. me. Card. Priolo*, & in aliis exem-
plis paſſim.

Neque adverſus hæc omnia aures præberi poſſunt
contrariæ informationi, ſeu relationi Ordinarii Pra-
gen. Iſte enim poſt retardatam informationem per
tot annos, tandem excitatos, repetitis reſcriptis hu-
jus Sacræ Congregationis, informationem his Con-
jugibus undique ſiniſtram compilavit, abſque eo
quod iteratis inſtantiis Domini Guilielmi indulge-
re voluerit, ut audiret rationes ſuas, ideoque ca-
nonicam fidem mereri non debet informatio iſta,
ut regulare debeat totum judicium hujus Sac. Con-
11 gregationis, dum etiam Ordinario, & Superiori ſine
probatione aſſerenti aliquid, & maxime in materia,
quod delictum, & infamiam maximam irrogat,
non eſſe credendum, docet *Text. in cap. non omnis*
2. *quæſt.* 7. de Angel. *de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 70. *num.* 10.
& in terminis aſſertionis Ordinarii firmavit Cre-
ſcent. *deciſ.* 13. *n.* 1. *de probat.* Rot. *dec.* 243. *n.* 6. *part.*
4. *tom.* 2. *rec.* ibi: *S. Congregatio, &c. voluiſſet majo-
rem probationem, quam aſſertionem ipſius Epiſcopi,
cui de jure non creditur in præjudicium Tertii, & dec.*
392. *n.* 4. *part.* 17. *& deciſ.* 260. *n.* 8. *&* 9. *part.* 18. *rec.*

Si regulariter non ſtatur aſſertioni cujuſcunque
Judicis proprii, niſi aliunde ex legitimis juſtificatio-
nibus probetur, ad notum *Text. quoniam contra de
Probat.* Eo minus quando aſſertio Ordinarii facta
fuit inaudito d. Guilielmo ſæpius inſtante, ut audi-
retur, quo caſu Teſtimonium Ordinarii fidem perdit
in ſuppoſitis, & aſſertionibus ſuis; Nam juxta Se-
necam: *Qui ſtatuit aliquid Parte inaudita altera,
æquum licet ſtatuerit haud æquum fuit:* Et ſic legiti-
ma urget ſuſpicio, ut fides præbenda non ſit ſuppo-
ſitis in informatione Ordinarii; Eoque magis cum
aſſertio ſit undique ſuſpecta, veluti tendens ad ſuſti-
nendum decretum proprii Conſiſtorii, quod manda-
vit contrahi matrimonium de novo, ut contra in-
formationem Epiſcopi alias reſpondit Rot. *in Sago-
nen. Plebaniæ* 11. *Junii* 1706. §. *Firmata coram bo. me.
Kaunitz, &* 10. *Decembris ejuſdem anni* §. *Quin at-
tendenda ſit informatio, coram bo. me. Omanna*, cum
in præjudicium Tertii in quocunque Dignitatis api-
ce conſtituto nemini credatur, ut apud Cravett. *con-
ſil.* 104. *n.* 5. Rot. *deciſ.* 171. *n.* 3. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* &
12 in terminis Teſtimonii Sereniſſimi Electoris Colo-
nien. dictum fuit in *Colonien. Canonicatus* 21. *Junii*
1704. §. *Abſque eo quod coram bo. me. Molines*, &
in terminis Officialium Curiæ Archiepiſcopalis Pra-
gen. Rot. *in Salisburgen. Primogenituræ de* Lodron. 20.
Februar. 1713. §. *Quibus ſane coram bon. mem. Anſal-
do, & in Oſnaburgen. Canonicatus* 10. *Jun.* 1718. §.
Hinc parum relevat coram Reverendiſſ. Criſpo.

Et quid percurrendo ſuppoſita contrariæ infor-
mationis, nullum ex illis juſtificatur, aut veriſimi-
le eſt in conſpectu circumſtantiarum mox relata-
rum; Corruit nanque primum, quod Orator nulla-
tenus fuerit in bona fide, ſed habitus ſemper pro
Concubinario; nam hoc nec probatur, nec probari
poteſt, dum contrarium reſultat non ſolum ex ju-
rata fide utriuſque Conjugis, quibus credendum eſt
in hac circumſtantia ex auctoritatibus ſupra relatis,
ſed etiam quia ſi verum fuiſſet hujuſmodi ſuppoſi-
tum, tres filii fuiſſent abhorriti uti illegitimi in to-
to Regno Bohemiæ, neque tractati fuiſſent uti Equi-
tes ab aliis Equitibus, minuſque unus ex illis inve-
niſſet matrimonium cum equeſtris nobilitatis fœmi-
na, & familia, cujus nobiles Parentes potuiſſent eſ-
ſe ita fatui; ut eorum filiam collocare voluiſſent
Matrimonio cum infami, & prohibito ſuccedere
in Bonis, & obtinere quæcunque officia ſæcularia,
13 & propterea hæc aſſertio, quæ legitur in informa-
tione Ordinarii eſt undique incongrua, inveriſimi-
lis, & contra ipſam rei evidentiam ad ſuſtinen-
dum decretum proprii Tribunalis, ut paſſim Rot.
in Placentina juriſpatronatus 1. *Decembris* 1704. §.
*final. coram bo. me. Omanna, & in Colonien. Matri-
monii* 9 *Januarii* 1711. §. 1. *&* 3. *cor. Eminentiſſimo
Falconerio.*

Corruit alterum ſuppoſitum, quod Orator non
doceat, ſe fuiſſe copulatum coram Sacerdote illo ex-
tero, quem ipſe ratione juriſpatronatus deputavit in
Parochum; nam hoc non deducitur ex quod Orator
nomen Presbyteri non allegat, minuſque præſentiam
Teſtium, quorum neutrum aliquid concludit in con-
trarium, quia poſt lapſum 30. & ultra annorum i-
gnorare potuit, ſeu oblivisci nomen Sacerdotis,
quod nomen in Arce Eccleſiæ Tmanenſis reperiri po-
tuiſſet niſi ob incendium omnes ejus ſcripturæ fuiſ-
ſent combuſtæ, ſed coram hoc Sacerdote matrimo-
nium contraxiſſe non ſolum ambo conjuges cum
juramento tactis Evangeliis teſtati ſunt, ſed etiam
hoc dixiſſe ipſum Oratorem tempore infirmitatis paſ-
ſæ in juventute teſtatur nobilis, & integerrimus E-
ques; circa vero Teſtes, an fuerint, nec ne præſen-
tes nihil facit omiſſio; nam hoc ſolum operatur ma-
trimonium eſſe clandeſtinum, non tamen excludit 14
matrimonium, Cortad. *in prax. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 21.
verſ. ſi igitur ibi: *Si igitur in propoſito matrimonium
contrahitur ſine Teſtibus, licet cum præſentia Parochi
clandeſtinum irritum, & nullum erit, ſimiliter, ſi
cum Teſtibus, & ſine præſentia Parochi licet cum præ-
ſentia alterius Sacerdotis:* Monacell. *in formul. for.
Eccl. p.* 2. *tit.* 16. *formul.* 2. *n.* 27. & propterea ad iſtum
effectum ſatis eſt contractum fuiſſe matrimonium nul-
liter & de facto, itaut conjuges ſeſe cognoverint af-
fectu maritali, ut locum habeat reconvalidatio in ra-
dice ad effectum legitimitatis Prolis, cum ſolum in
hoc propoſito Gratia intrare non poſſit, quando non
coitu, & conſenſu matrimoniali, ſed ſolum concu-
binario ſecuta fuiſſet conjunctio, ea ratione, quod 15
tali caſu Papa non poteſt ſupplere conſenſum matri-
monialem, qui facti eſt, qui ab initio non interve-
nit ſuper figura matrimonii, ut explicat Panorm. *in
d. cap. per Venerabilem n.* 22. *verſ. aut Papa vult legi-
timare qui filii ſint legitimi*, *ibique* Gonzal. *num.* 22.
verſ. unde infertur, & *n.* 24. ibi: *ſufficiat ad diſpen-
ſationem in radice matrimonii, quod in figura fal-
tem matrimonium præceſſerit* Sanchez *de matrim. lib.*
8. *diſp.* 7. *n.* 7. Peregr. *de fideic. art.* 24. *n.* 76. *&* 77.

Equivocat primo contraria informatio quatenus
vocat concubinatum, ex quo legitime contractum
non fuit matrimonium, quia verum eſt reſolvi in con-
cubinatum, ut eſt quodcunque conjugium illegitime
contractum, ſed verum non eſt circa ſubjectam ma-
teriam concedendi revalidationem matrimonii uſque
ab initio, ad quem effectum ſupponenda eſt nullitas,
ſed ſolum requiritur, quod conjunctio ſecuta fuerit
in figura matrimonii, ut ſic gratia habeat ſuos ter-
minos habiles revalidandi actum uti matrimonium 16
ab initio, ut explicat Jo. Andr. *in cap. per Venerabi-
lem num.* 28. *qui filii ſint legitimi* ibi: *Dic opinionem
Gloſſæ veram in Prole genita ex coitu non matrimo-
niali ſaltem ex affectu, vel conſenſu; Cum enim Papa
non poſſit facere, vel ſupplere matrimonialem conſen-
ſum, ubi non fuit, nec talem prolem legitimare pote-
rit, &c. Si vero proles genita fuit ex coitu matrimo-
niali licet de facto tantum contracto, &c. tunc quoad
utrunque forum ſit proles legitima cum impedimentum
a lege canonica inductum, Papa tollere potuerit:* Se-
quitur totidem verbis Panorm. *n.* 22. Gonzal. *n.* 22.
& ſeq. a Spirit. Sanct. *tract.* 11. *de matrim. diſp.* 8. *ſect.*
1. *n.* 527. *verſ. reſpondetur* Rota *in Pampilonen. illegiti-
matis* 10. *Junii* 1609. *coram Juſto impreſſ. apud* Garz.
de Benefic. part. 7. *cap.* 2. *ſub numer.* 40. §. *Non obſtat* 17
ubi quod ad effectum excludendi coitum concubi-
narium, ſatis eſt conſtare de affectione, & conſen-
ſu in matrimonium, ex verbis Joan. Andr. *ubi ſupra*
ibi: *quia loquitur in matrimonio de facto contracto,
&c.* & verba Joann. Andr. ſunt iſta: *Dici opinionem
Gloſſæ veram in prole genita ex coitu ſaltem ex affe-
ctu vel ex conſenſu, unde includit etiam caſum, ubi
fuerit affectio maritalis ſine promiſſione excludendo
omnino prolem ſuſceptam ex coitu non matrimonia-
li, &c. nec ſtringit, cum dicitur, quod in Matri-*

monio

monio de facto non eſt ſupplendus conſenſus, &c. Quin vero eſt propoſitio, ſed conſequentia non procedit, ubi ſaltem non conſtet de coitu omnino fornicario abſque aliqua affectione, vel conſenſu in matrimonium, & inferius repetitur in eadem deciſione ibi: *nec ſatis dicere copulam fuiſſe libidinis cauſa, quia ad hunc effectum ſatis eſt non conſtare, quod non fuerit ex cauſa matrimonii: libido non eſt cauſa impellens, & non impedit affectionem, & conſenſum in matrimonium,* & ſequitur Corrad. *in prax. diſpenſat. lib. 8. cap. 3. num. 49.* ubi quod pro diſpenſatione Matrimonii in radice, ſufficit ab initio conſenſus, & affectio maritalis in copula.

Corruit quartum ſuppoſitum, quod Oppidum Tman non fuiſſet ita deſertum, ut deficeret vicinior Parochus, quia calamitates Bellorum produxerant devaſtationem ſedituum Eccleſiaſticorum, & carentiam, & deſtitutionem Parochorum, & de tempore controverſi matrimonii putativi ipſamet contraria informatio in hoc ſibi contradicit, dicendo, quod circa annum 1677. per 30. annos circa non reperiatur in actis Conſiſtorii exiſtentis illius Parochi ibi: *Quamvis in actis mei Conſiſtorii poſt diligentem factam indagationem huc uſque non inveniatur quis Eccleſiam ante 30. annos, quod erat circa annum 1676. adminiſtraverit, bene autem de anno 1685. annotatum reperitur, quod die 3. Julii anni ejuſdem expedita fuerit licentia ad inſtantiam dicti Guilielmi, &c. pro Patre Benedicto, &c. adminiſtranda Sacramenta in Tman, & filiali Dorzek;* Ecce quod includitur tempus hujus putativi matrimonii, quod ſucceſſit circa annum 1676. & ubi corruit illatio, quod ſicut anno 1685. Poſt compoſitos motus, ideſt calamitates bellicas, deputati fuerunt Parochi, ita etiam tempore anteriori hoc ipſum fieri potuiſſet; Si enim contraria informatio fatetur motus
18 bellicos, & per 30. annos ſecutam carentiam Parochorum, ab eo, quod factum eſt anno 1685. poſt res compoſitas argui non poteſt ad ſtatum anteriorem turbolentiæ, & calamitatis durantem, quæ cauſavit defectum Parochorum, ut tradunt Alciat. *de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 26. num. 60.* Rota *coram Seraphin. dec. 1035. num. 7. & cor. Coccin. dec. 2240. num. 15. & in diverſ. dec. 524. num. 7. part. 4.*

Corruit quintum ſuppoſitum, quod Dominus Guilielmus nedum per Vicarios Foraneos, & Miſſionarios Societatis Jeſu, ſed etiam juſſu Poteſtatis Laicalis diſtrictus fuerit admonitus, ut relinqueret concubinatum cum Conjuge putativa, aut ſe copularet cum illa, juxta formam Concilii Tridentini, & deinde aliquando eam dimiſerit, & poſtea die 17. Maii 1700. fuerit citatus ad Conſiſtorium Pragenſe. Hic enim naſcetur cumulus plurium ſuppoſitorum facti contra omnem veriſimilitudinem, & contra omnes probationes ſuperius datas, ubi ſatis eſt allegare, quod monitiones canonicæ ſi extitiſſent, apparere debuiſſent, & juſtificari ex actis Conſiſtorii, vel aliunde, & tamen totum dicitur, totum ſupponitur, totum exageratur, in ſubſtantia tamen nihil proba-
19 tur, unde neſcitur, quæ fides præſtari poſſit in ſuppoſitis facti huic informationi totaliter fabricatæ in gratuitis aſſertivis, & de cætero exarata per Conſiſtorium cum ſola ſubſcriptione Celſiſſimi Archiepiſcopi, quod Conſiſtorium eſt illud, quod ſuſtinere prætendit ſuum decretum infamatorium Conjugum, Filiorum, & duarum familiarum, cum tot ſcandalis ſupra relatis, quatenus voluit Conjuges poſt 40. annos matrimonii putativi debere nunc conjungi in matrimonio, ita dehoneſtando tres filios Equites, & in deſperationem, & ſcandala abituros, quando tamen oſtendat ſi poteſt Conſiſtorium iſtas monitiones, iſtas citationes, & in ſumma hæc ſuppoſita criminoſa gratis exagerata ad perſuadendum, quod matrimonium non fuerit putativum, nec bona fides, nec communis æſtimatio matrimonii vera fuerit contra probationes ſuperius adductas; Nam alias in caſu adeo exemplari, & tot ſcandalorum productivo, duriſſimum foret, quod deferendum eſſet gratuitis ſuppoſitis Conſiſtorii in ore Celſiſſimi Archiepiſcopi collocatis in contraria informatione contra omnia juris elementa, quæ prohibent ipſos Judices habere auctoritatem per ſuas aſſertivas præjudicandi Partibus, niſi totum juſtificetur ex actis, ut *in cap. Quoniam contra de probat.* & in ſpecie, quod probandæ ſint trinæ monitiones judiciales tradit Monacell. *in formular. for. Eccl. par. 3. tom. 1. formul. 28. num. 7.* juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 14. de refor.* ubi Barboſ. *num. 7.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 21. num. 30.* Pignatell. *Conſult. 139. num. 104. tom. 9.*

Urgente de cætero inveriſimilitudine magna, quod ſi Conjuges ſtetiſſent in figura concubinatus ita reputati tres filii fuiſſent communiter tractati uti Equites ab aliis Equitibus, immo quod unus ex illis inveniſſet matrimonio copulari cum familia nobili in illo Regno, ubi illegitimi, etiam legitimati per ſubſequens ſunt adeo infimes, ut ſint inſucceſſibiles, & quoruncunque [illegible]orum, & honorum prorſus incapaces, & urgeret etiam inveriſimilitudo, quod tot vigilantiſſimi Archiepiſcopi, & Officiales 20
Eccleſiaſtici permiſiſſent hoc ſcandalum tanto temporis ſpatio nunquam interruptum, ſi vera fuiſſet talis reputatio, & fama; ut advertit Rota *in Pampilonen. Præeminentiarum 3. Februarii 1700. §. Et hæc certiora in fin. coram Reverendiſſimo dell'Olmo, & in Trojana delutionis Crucis 10. Decembris 1708. §. Quod quidem, coram Reverendiſſimo Aldrovando, & in Legionen. Parochialis 2. Julii 1706. §. Prout male, coram bon. mem. Kaunitz.* Nam non ſolum conſtare debuiſſet ex actis de trina monitione, ſed etiam tanto temporis ſpatio conſtare debuiſſet de excommunicationibus aliiſque pœnis etiam temporalibus, quorum nihil factum fuiſſe conſtat; ſignum evidentiſſimum, quod gratis figurantur ſuppoſita facti ad impediendam Gratiam Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, quæ uti Mater æquitatis pro legitimatione filiorum in Terris Imperii, & extra ſuum Statum diſpenſare conſuevit in radice matrimonii putativi de facto tantum contracti, dummodo cum affectu, & conſenſu maritali, & matrimoniali, ut dicunt omnes Canoniſtæ ſupra citati, etiamſi matrimonium fuerit clandeſtinum, & ſine Teſtibus, aut coram Sacerdote non habente 21
licentiam Parochi, juxta allegatos ſupra, §. *Corruit alterum,* & probant Giovagnon. *conſil. 159. num. 13. lib. 1. deciſ. 190. part. 9. tom. 1. recent.*

Alia vero ſuppoſita, quæ continentur in contraria Informatione, poſtquam Orator habuit recurſum ad Sacram Cæſaream Majeſtatem, & una cum ejus remiſſione ad Conſiſtorium Pragen. nihil faciunt ad cauſam, cum ab hoc tempore introducta fuerit Inſtantia ſuper legitimatione Prolis mediante remedio ſufficienti, quod cum aliud eſſe non potuerit, nec poſſit, quam diſpenſatio ſuper matrimonio in radice, idcirco ſumma ratione Orator accepta re non potuit Decretum Conſiſtorii Pragen. tanquam gravantiſſimum, & inhabilitans ad ſucceſſionem, & honores conditionem trium filiorum, propter quod factus fuit recurſus ad S. Sedem, & Sacram Congregationem, hoc tamen tempore Conjuges putativi ſe nunquam carnaliter cognoverunt, ut medio ſolemni juramento depoſuerunt, quibus eſt credendum tanquam ſenibus, & in facto propriis juxta authoritates ſupra allegatas num. 6.

Ex quibus omnibus cum conſtet apertiſſime de extremis neceſſariis ad Gratiam, ſcilicet de matrimonio contracto nulliter, & de facto tantum, & de conjunctione ſecuta affectu, & conſenſu maritali, non autem concubinatio, & ad excluſionem maritalis, quod eſt primum extremum, necnon de urgentia graviſſimarum cauſarum, propter inevitabilia ſcandala, quæ ſuccederent, niſi fieret iſta diſpenſatio in radice matrimonii, procuidubio annuendum Gratiæ concedi ſolitæ, juxta ſtylum Sedis Apoſtolicæ, & ſine qua non ſufficeret aliud genus Gratiæ in Terris Imperii, ubi non admittuntur legitimati per ſubſequens, ut communiter diſtinguendo inter diſpenſationem ſuper radice matrimonii, & inter ſimplicem diſpenſationem in puncto ſucceſſionis in Terris Imperii 22
firmat Butrius *in cap. per Venerabilem num. 11. qui filii ſint legitimi,* Panormit. *num. 23.* Corrad. *in prax. diſpenſat. lib. 8. cap. 3. num. 24. verſ. etiam in Terris*

Impe-

Imperii, Peregrin, *de fideicommiſ. art.* 24. *num.* 78. Rota *in Pampilonen. Illegitimitatis, coram Juſto* impreſs, apud Garz. *de Beneſic. par.* 2. §. *Nec ratio ſtringit cum aliis ſupra allegatis num* 2. ad quem effectum ſofficit ſimplex figura matrimonii, ideſt conjonctio per affectum, & conſenſum maritalem, ut ex Gonzal. *in dict. cap. per Venerabilem num.* 23. *verſ. ſecundo eſt* cum aliis mox relatis.

Immo etiam in dubio, an conjunctio ſecuta fuerit in figura matrimonii, ſeu cum conſenſu, & af-
23 fectione maritali, vel concubinario, tantus eſt favor Prolis, & tanta Summi Pontificis poteſtas, ut ex juſtiſſimis caoſis etiam in hoc dubio ſit locus concedendi diſpenſationem in radice matrimonii, quæ ſolum denegatur, ubi verſamur in omnimoda certitudine defectus conſenſus in matrimonio, & ejus concurſus in concubinatum, ut Inquis Burr. *in d. cap. per Venerabilem num* 10. *qui filii ſint legitimi* ibi; *Unde data certitudine defectus conſenſus, non video, quod hoc poſſit, licet poſſit fingere conſenſum ſtante dubio, &c. & dico, quod hoc caſu poteſt legitimare diſpenſando in matrimonium, & declarando illegitimitatem, propter dubium matrimonii, &c. & quia propter probabile dubium caſus eſt ſuppoſitus Papa, ut de gravioribus*, Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 7. *num.* 10. ibi: *Quinto deducitur, quando matrimonium fuit nullum defectu conſenſus in utroque, vel altero Contrahente, non poſſe Pontificem diſpenſare in radice illius, &c. limitantur, ut vera ſint quando impedimentum Juris naturalis, & defectus conſenſus certa eſſent, ubi autem de his dubitaretur, poſſet Pontifex in radice matrimonii diſpenſare, &c. quia in hoc dubio non eſt ſpoliandus poſſeſſione poteſtatis, quam habet*, (*ideſt Pontifex*) Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. a Spirit. Sanct. *tract.* 11. *de Matrim. diſp.* 8. *ſect.* 1. *num.* 530.

Sac. Congregat. in prima propoſitione mandavit coadjuvari probationes ſuper gravibus circumſtantiis ſuperius expoſitis, quibus coadjuvatis prima vice gratiam diſpenſationis denegavit, interim ſucceſſit mors ſupradicti Guilielmi Viri ſenis, qui in mortis articulo aſſeruit matrimonium eo modo quo expreſſerat Summo Pontifici in ſupplici libello contractum fuiſſe ſub imprecatione æternæ ſuæ damnationis, ſi res aliter ſe haberet, poſt cujus obitum Ludmilla Conjux reproponi fecit Cauſam in Sac. Congregatione, quæ ſub die 16. Januarii 1723. recedendo a deciſis juxta rationes ſuperius adductas cenſuit eſſe locum gratiæ, & Summus Pontifex Innocentius XII. gratiam diſpenſationis in radice matrimonii conceſſit inhærendo Conſilio Sacræ Congregationis juxta Breve Apoſtolicum ſequentis tenoris.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias pro parte tunc in humana agentis Guilielmi Jaroslai Fraisfenfels de Pilſemburg Nobilis Pragen. Diœceſis fel. rec. Clementi PP. Prædeceſſori noſtro expoſito, quod ipſe dudum, nempe ante quadraginta circiter annos matrimonium cum dilecta in Chriſto Filia Ludmilla honeſta Puella, nollo ſibi jure probibita in loco de Tman, cujus dictus Guilielmus Jaroslaus dum viveret Baro, ſeu Dominus in temporalibus exiſtebat, & in quo nullus tunc temporis aderat Parochus, ſed Miſſarum Sacrificia, aliaque Divina per Presbyteros exteros illuc forte adventantes peragebantur, coram iſtiuſmodi Presbytero bona fide, ac nulla intercedente fraude contraxerat, cum eidem Guilielmo Jaroslao etiam a dicto Presbytero aſſeveratum, perſuaſumque fuiſſet, matrimonium ſic celebratum validum, ac legitimum fore, quia ad ipſum tanquam prædicti loci de Tman in temporalibus Dominum jus inibi Parochum pro tempore nominandi, ſeu præſentandi pertinebat, quæ ille, ut aſſerebantur, vera exiſtimans, in eodem matrimonio pari bona fide remanſerat, indeque tres natos ſuſceperat, inter quos dilectus pariter Filius Joannes Graisfenfels de Pilſemburg Mulierem Nobilem in Uxorem duxerat, ac etiam filios procreaverat, ſed exorto poſtmodum ſuper dicti matrimonii validitate, necnon eorundem Natorum legitimitate, dubio, memoratus Guilielmus Jaroslaus verebatur, ne juxta leges municipales Regni Bohemiæ, quibus filii etiam per ſubſequens matrimonium legitimati a Paternæ hæreditatis ſucceſſione tam ex Teſtamento, quam ab inteſtato arcentur, Bona ſua excluſis propriis ejus natis ad extraneos poſt ſui obitum deferrentur, dictique ejus nati, qui legitimi, ac nobiles eatenus habiti fuerant, illegitimi, & ignobiles declararentur, multiſque difficultatibus, Jurgiis, ac detrimentis objicerentur, ac ſupereſſent; Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quod ejuſmodi Proles ex matrimonio putative valido, & bona fide, ſicut præmittitur, contracto, & nuſquam ex copula ſcienter illicita genita fuiſſet, nec ejuſdem matrimonii nullitas, utpote ob defectum præſentiæ Parochi ex impedimento jure Divino, aut naturæ proveniens, ſed Eccleſiaſtica duntaxat ſanctione inducta emanaſſet. Ac proinde ipſi Clementi Prædeceſſori ſupplicato, quatenus ſuo, dictæque Ludmillæ, ac communium liberorum ſtatui per opportunam in radice ſupradicti matrimonii diſpenſationem benigne conſulere dignaretur. Idem Clemens Prædeceſſor ſupplicem libellum prædicti Guilielmi Jaroslai nomine ſibi ſuper hoc porrectum Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum pro voto remiſit; Cum autem ſicut dicta Ludmilla nobis nuper exponi fecit, coram eadem Congregatione Cardinalium, in qua negotium hujuſmodi auditis etiam informatione Venerabilis Fratris Archiepiſcopi Pragenſis, ac relatione Judicis ab ipſa Congregatione in partibus deputati, ad eoſdem Cardinales deſuper tranſmiſſis, diu, matureque diſcuſſum fuit, non ſolum deficientia Parochi in prædicto loco de Tman tempore initi matrimonii, ac bona fides, qua illud contractum fuit, cæteraque per Guilielmum Jaroslaum eidem Clementi Prædeceſſori in ſupplici libello prædicto expoſita tam ſolemni a prædictis Guilielmo Jaroslao, & Ludmilla præſtito juramento, quam Teſtium ab eodem Judice Delegato examinatorum depoſitionibus, aliiſque documentis confirmata, & verificata remanſerint, ſed comprobatum inſuper fuerit, quod ipſi Guilelmus Jaroslaus, & Ludmilla tanquam veri, & legitimi Conjuges ſemper cohabitaverint, vixerint, & ſeſe invicem tractaverint, ac etiam piam, ac religioſam vitam egerint, necnon tam illi uti tales, quam eorum liberi uti legitimi, & naturales communiter habiti, & reputati fuerint, & ſi ſecus fuiſſet, Nobilis Mulier ſupradicto Joanni alteri eorum nato minime deſponſari valuiſſet; Guilelmus vero Jaroslaus prædictus, qui noviſſime deceſſit, in ultimo ſuo Teſtamento natos prædictos hæredes inſtituerit, ac ipſi Ludimillæ eorum Genitrici ultra congruam ſuſtentationem annuum legatum in pecunia numerata reliquerit, matrimoniumque inter eos eo modo, quo memorato Clementi Prædeceſſori enarraverat contractum fuiſſe ſub æternæ ſuæ damnationis, ſi res aliter ſe haberet imprecatione conſtanter declaraverit, ac idipſum quoque paucis ante obitum horis, coram Parocho, & aliis probatis Teſtibus cum ſimili imprecatione iteraverit. Nobis propterea prædicta Ludmilla humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos ipſam Ludmillam ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdictis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodata exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendi harum ſerie abſolventes, & abſolutam fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de eorundem Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, qui a deciſis die xvj. Januarii proxime præteriti receſſerunt, conſilio, petitam ſuper memorato defectu præſentiæ Parochi *diſpenſationem in radice matrimonii prædicti auctoritate Apoſtolica* tenore præſentium concedimus, & impertimur, ac Prolem exinde ſuſceptam

legi-

Digitized by Google

legitimam decernimus, & declaramus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, & in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die die 30. Sept. MDCCXXIII. Pontificatus noſtri anno tertio.

F. Cardinalis Oliverius.

PLACENTINA SUCCESSIONIS.

ARGUMENTUM.

Ex Renunciatione Novitii Societatis Jeſu facta de juribus futuris, & de bonis exiſtentibus, & exituris favore Eccleſiæ Collegii ipſius Societatis, an hæreditas inteſtata fratris germani ipſius Novitii ſibi delata tempore, quo reperitur Profeſſus, pertineat ad Eccleſiam Renunciatariam.

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio ex cauſa ingreſſus in Religionem recipit latiſſimam interpretationem.*
2 *Renunciatio interpretatur juxta id, quod Renuncians cogitavit, & cogitare potuit.*
3 *Quando per renunciationem dicatur translatum jus futuræ ſucceſſionis etiam ex cauſa de futuro, &* num. 4.
5 *Proœmium declarat, & ſupplet diſpoſitivam non obſtante relatione ad illam, &* num. 6. & 26.
7 *Renunciatio Novitii interpretatur juxta Conſtitutionem Religionis.*
8 *Ut renunciatio comprehendat ſucceſſiones de futuro diſtinguuntur tres caſus, & quales ſint vide ibid. &* num. 9. 10. 11. 12. & 13.
10 *Ex conceſſione jurium facta ante Profeſſionem Renunciatarius ſuccedit in hæreditate luce delata tempore, quo Renuncians eſt Profeſſus.*
15 *Religio Societatis Jeſu quomodo ſit incapax poſſidendi ſtabilia in communi.*
16 *Ejus Collegia ſunt capacia poſſidendi bona in communi.*
17 *Jura ceſſa tempore habili ante Profeſſionem non extinguuntur ſi purificentur tempore quo Cedens eſt incapax, & declarantur, ſed reprobantur auctoritates in contrarium.*
18 *Etiam unius Doctoris opinio turbam multorum proſternit.*
19 *Conſilium Doctoris in caſu ſopito per concordiam non præſtat auctoritatem in judicando.*
20 *Data capacitate Religionis poſſidendi bona in communi, Renunciatarius ſuccedit in bonis ceſſis de futuro licet delatis quando Cedens eſt Profeſſus.*
21 *Idem procedit reſpectu Religionis incapacis poſſidendi bona in communi, & ratione ibid. &* num. 22. 23. 24. & 25.
26 *Mors civilis quando non æquiparetur naturali.*
27 *Ceſſio bonorum, & jurium facta per Novitium cum expreſſione temporis emittendæ per eum Profeſſionis quomodo intelligatur.*
28 *Dictio,* ut ſupra *repetit ſuperius expreſſa.*
29 *Et operatur conformitatem unius partis cum altera.*
30 *Correctio inſtantanea non præſumitur in uno eodemque actu.*
31 *Dictio* quandocunque *quid importet, &* numer. 32.
33 *Concilium Tridentinum renunciationes Novitii ſuſpendit uſque ad Profeſſionem, & de ratione* num. 34. *limita quoad Societatem Jeſu* num. 36.
35 *Tenendus eſt ſenſus conformis naturæ actus.*
37 *In Societate Jeſu Scholaſtici retinent Dominium bonorum uſque ad Profeſſionem.*
38 *Prima charitas incipit a ſe ipſo.*
39 *Virgula diviſionem inducit verborum.*
40 *Quale dicatur jus futurum ex cauſa de futuro, vel ex cauſa de præterito.*
41 *Deciſionibus Sacræ Rotæ ſtandum eſt in judicando.*
42 *Poteſt cedi jus futurum ex cauſa de futuro, ſi habet ſpem probabilem tempore ceſſionis.*
43 *Verba renunciationis quando comprehendant jus futurum ex cauſa de futuro.*
44 *Renunciatio hæreditatis ſperatæ per Renunciantem evaneſcit, ſi Renuncians tempore hæreditatis delatæ ſit Profeſſus in Religione incapaci.*
45 *Examinatur hæc propoſitio, declaratur, & reprobatur.*
46 *Monaſterium capax poſſidendi in communi acquirit bona delata Monacho, cujus mors civilis non attenditur, & ſic etiam acquirit Ceſſionarius, &* num. 47.
48 *Jura ſanguinis non extinguuntur per Profeſſionem.*
49 *Quomodo Societas Jeſu ſit incapax ſuccedendi, & datur diſtinctio, &* numer. 50. & 51.
52 *Diſtinctio inter ſucceſſionem Monaſterii ex diſpoſitione legis, & hominis.*
53 *Quando non attendantur Doctores.*
54 *Ratio Auctorum eſt attendenda potius quam ipſi Auctores.*
55 *In ceſſione juris de futuro fingitur tempore delatæ hæreditatis, quod Renuncians adeat ad commodum Renunciatarii.*
56 *Incapacitas Societatis Jeſu quoad hæreditates ab inteſtato quale ſit, & quomodo differat ab illa Capuccinorum, & Minorum, &* numer. 84.
57 *Incapax poſſidendi bona non eſt incapax illa acquirendi momentanee ad commodum Tertii.*
58 *Societatis Jeſu non eſt incapax adeundi hæreditatem ad commodum Ceſſionarii.*
59 *Additio, & acquiſitio dominii momentanea in conſideratione non habetur.*
60 *Poteſt Eccleſia abſque beneplacito Apoſtolico adire hæreditatem ad commodum Renunciatarii, ſeu ad finem renunciandi alteri.*
61 *Ex Conſtitutionibus Societatis Jeſu poteſt illa acquirere, ſeu adire hæreditatem pro effectuanda renunciatione bonorum renunciatorum.*
62 *Appellatione bonorum quandoque etiam jura continentur.*
63 *Una Conſtitutio declarationem recipit ab altera.*
64 *Verbum diſpenſare ſignificat etiam diſponere.*
65 *Permiſſa ceſſione ad jura hæreditatis futuræ dicitur permiſſa ejus aditio quando defertur.*
66 *Qui vult finem vult etiam media neceſſaria ad illum.*
67 *Conſtitutiones eſſe non debent eluſoria.*
68 *Ex re judicata probatur Societatem Jeſu non eſſe incapacem momentanee acquirendi ad commodum Renunciatarii, ſive iſte ſit Tertius, ſive Eccleſia Societatis, ut* num. 69.
70 *Conſtitutiones, quæ non diſtinguunt indefinite ſunt intelligendæ.*
71 *De duplici ſpecie renunciationum ex cauſa ingreſſus in Religionem.*
72 *Paria ſunt actum fieri in tempore, ac conferri in illud.*
73 *Qualitas verbi intelligitur de tempore verbi.*
74 *Quomodo intelligatur renunciatio Novitii facienda intra bimeſtre primum ante Profeſſionem.*

75 *In-*

75 *Interpretatio non debet reddere Conſtitutionem eluſoriam.*
76 *Renunciationem Novitiis Societatis Jeſu quibus permittantur.*
77 *Aliquando retardantur uſque ad Profeſſionem.*
78 *Caſus qui raro accidunt non conſiderantur in judicando.*
79 *Verba futura omne tempus futurum comprehendunt in infinitum.*
80 *Interpretatio non poteſt eſſe deſtructiva Conſtitutionis interpretatæ.*
81 *Ratiocinia frigeſcunt in concurſu deciſionum, & auctoritatum in puncto.*
82 *Votum paupertatis non infringitur in acquirendo ad commodum alterius.*
83 *Paria ſunt non eſſe, & non apparere.*
85 *Conſtitutio interpretata ex obſervantia per plures caſus facit rem claram, ampliq, ut num.* 86. & 87.
88 *Attenditur conſuetudo quando reperitur firmata in contradictorio judicio.*
89 *Præſertim ſi eſt interpretativa.*
90 *Sententia Supremi Tribunalis Placentiæ in hac cauſa.*

DISCEPTATIO LXIV.

SUcceſſio bonorum hæreditariorum bon. mem. Au-
guſti Zanardi Landi adjudicanda Mihi videtur
Eccleſiæ S. Petri Collegii Societatis Jeſu Placentiæ,
ex Juribus ante ſolemnem Profeſſionem ceſſis, &
translatis ad favorem ipſius Eccleſiæ a R. P. Joſe-
phu Maria fratre prædicti Auguſtini defuncti, &
Religioſo Societatis Jeſu, & omiſſis ſuperfluis ad
hoc aſſequendum dico, cauſam conſiſtere ſuper duo-
bus articulis; altero, an renunciatio, & ceſſio fa-
cta per eundem P. Joſephum Mariam fuerit trans-
lativa, etiam de juribus in futurum ſibi ſpectanti-
bus; & altero, an purificato jure ſuccedendi tem-
pore, quo Renuncians reperiebatur Profeſſus in Re-
ligione, quæ ſupponatur, quamvis re vera non ſit,
incapax poſſidendi bona etiam in communi, renun-
ciatio prædicta remanſerit caduca, vel potius inca-
pacitas Renunciantis nihil officiat Eccleſiæ Renun-
ciatariæ, quominus ex juribus ſibi ceſſis tempore
habili, admitti debeat ad ſucceſſionem, ſeu hæredi-
tatem Auguſtini defuncti.
Et aggrediendo examen primi, renunciationem
eſſe tranſlativam de juribus futuris tempore renun-
ciationis, ſpe probabili competentibus, & præcipue
directis ad ſucceſſionem in hæreditate Auguſtini fra-
tris, apertiſſime ſuadetur ex mente, & verbis, quæ
ex Inſtrumento renunciationis reſultant.
Præmiſſo enim, quod agitur de renunciatione
emiſſa ex cauſa finali ingreſſus in Religionem, quæ
tanquam facta ab eo, qui regulariter ſe ſpoliare
præſumitur omnibus bonis, & juribus latiſſimam
1 recipit interpretationem, & extenſionem per ea, quæ
dixerunt Gargiar. *conſ.* 100. *num.* 49. *& ſeqq.* Rocc.
diſput. jur. cap. 56. *num.* 63. Rota *coram Ottheben.*
dec. 10. *n.* 26. *& in Romana renunciationis* 10. *Mar-
tii* 1710. *§. Attenta præſertim, coram Reverendiſſi-
mo Criſpo*, ideoque, quod ex hujuſmodi renuncia-
tione oriatur præſumptio comprehendendi ſub ea et-
iam ſucceſſionem ex cauſa de futuro, firmavit Ro-
ta *dec.* 95. *num.* 2. poſt Gilian. *ad Statut. Peruſin.*
Primo, hanc ceſſionem jurium pro futura, &
ſperata ſucceſſione in hæreditate fratris demonſtrat
prœmialis narrativa Inſtrumenti donationis, in
qua P. Joſeph Maria declaravit devenire ad renun-
ciationem omnium ejus bonorum, & jurium ad
favorem Eccleſiæ S. Petri in obſequium, & Dei cul-
tum ſub hac expreſſione ibi: *Maxime cum ex fami-
lia ſua, unicum tantum habeat fratrem ſibi ſuperſti-
tem, nempe Illuſtriſs. Dom. Auguſtinum Zanardum
Landum, ab eodem M. Rever. P. Zanardo Lando
ſummopere dilectum, qui viginti ab hinc annis retro
circiter habituali ægritudine laboret, quam naturali-
ter inſanabilem atteſtati ſunt cum eorum juramento
nonnulli Doctores Periti Artis, & Medicinæ Docto-
res Placentiæ, ut patet ex cura eidem Illuſtriſs. D.
Auguſtino decreta uſque de anno fluxo* 1655. *ſub die
3. Menſis Octobris.*
Ex qua expreſſione ſequitur, mentem Renun-
ciantis fuiſſe primario directam ad hujuſmodi ſpe-
ratam ſucceſſionem pene certo ſibi obventuram ab
inteſtato ob incapacitatem fratris faciendi teſtamen-
tum, vel aliam diſpoſitionem; recepta eſt enim re-
gula, quod ad effectum interpretandi, quæ jura
fuerint in renunciatione comprehenſa, præcipue at- 2
tenditur quidquid Renuncians cogitare potuit, &
cogitavit, ut tradunt Samminiat. *conſ.* 100. *num.* 48.
& ſeqq. Rota *in Ariminen. Fideicommiſſ.* Bandi, &
Æneæ de Bandis 26 *Junii* 1697. *§. Hacque, coram
bon. mem. Molines.*
Secundo, accedunt verba menti, nam in Prœ-
mio Inſtrumenti Renunciationis, Renuncians ſe vel-
le: *Ante dictam Profeſſionem emittendam, omnia
univerſa ejus Bona, ſubſtantiaſque, una cum omnibus
ejus juribus, rationibus, & actionibus ad eundem, &c.
quomodocunque, quandocunque, ac qualitercunque mo-
do competentibus, vel in futurum competituris renun-
ciare, transferre, ac cedere, & ut infra, &c. infra
ſcripta Eccleſia S. Petri Placentiæ.* Ex quibus ſa- 3
ne verbis cenſeri translatum jus futuræ ſucceſſio-
nis, ſatis aperte demonſtrat illa generalitas ceſſio-
nis omnium jurium competentium, vel in futurum
competiturorum, ut tradiderunt Actolio. *reſolut.* 113.
num. 13. *&* 14. Dondeus *conſult.* 12. *num.* 13. Torr.
de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. *cap.* 40. *num.* 17. Rota
deciſ. 10. *num.* 3. *& ſeqq.* poſt Baldocc. ad Ramon.
tom. 4. Anſald. *in annot. ad deciſ.* 57. *num.* 39.
Immo ſtantibus verbis *quomodocunque, & quando-
cunque, ac qualitercunque modo competentibus, &c.*
comprehendi in renunciatione etiam jura futura ex 4
cauſa de futuro competentia communiter dixerunt
Altograd. *conſ.* 66. *num.* 18. *verſ. non enim lib.* 1.
Rocc. *diſp. Jur. cap.* 55. *ſub num.* 18. Cyriac. *con-
trov.* 662. *num.* 36. Palm. Nep. *alleg.* 67. *num.* 44. *&
alleg.* 152. *n.* 10. Conciol. *alleg.* 31. *ſub n.* 34. Manſ.
alleg. 400. *n.* 114. Panimol. *dec.* 7. *annot.* 3. *n.* 5. *&*
6. Rot. *coram Emerix Jun. deciſ.* 381. *n.* 11. *& in
Romana Renunc.* 25. *Junii* 1706. *§. Surdus, & §. De-
cimo, coram bo. mem. Molin.* Dom. Jacob. de Co-
mitib. *deciſ. Florent.* 5. *num.* 6. *& ſeqq.* & poſt Gi-
lian. *ad Statut. Peruſ. deciſ.* 95. *num.* 3.
Tertio, neque diſcordat diſpoſitiva, quæ pariter
expreſſam mentionem habet de juribus futuris ibi;
*omnia bona, &c. jura, actiones, &c. modo exiſten-
tia, & extitura ubique locorum tempore, ut ſupra,
emittendo per eum Profeſſionis;* quæ etiam diriguntur
ad futurum, & licet adeo clara non exiſtant,
ſicut illa, quæ leguntur in Prœmio, attamen ha-
bemus regulam, quod ubi diſpoſitiva de directo
non contrariatur prœmiali, hæc declarat, & ſup-
plet ipſam diſpoſitivam, ut in terminis Renuncia-
tionis dixit Rota *in Bononien. Uſufruct. ſeu Renunc.*
3. *Decemb.* 1685. *§. Quoniam cum ſeqq. cor. bo. mem.
Hervavult*, & generaliter Rota *dec.* 2305. *num.* 57. 5
& ſeqq. cor. Coccin. & dec. 568. *num.* 9. *&* 10. *cor.
Emerix Jun. & in Romana Juriſpatr.* 3. *Julii* 1705.
§. Minuſque relevat, cor. bon. mem. Molines.
Nihil obſtante, quod pars prœmialis ſe habeat re-
lative ad diſpoſitivam in illis verbis ſupra relatis, *&
ut infra, &c.* quando enim pars prœmialis eſt clara
ſuper ceſſione jurium, *quomodocunque, quandocun-
que, & qualitercunque, modo competentium, vel in
futurum competiturorum*, tunc dictio relativa poſt- 6
modum adjecta ſtat ad alia, nempe pacta, & con-
ditiones, cum quibus Renunciatio facta fuit in favo-
rem, & commodum Eccleſiæ, quæ pacta leguntur ſuc-
ceſſive in ſequentibus capitulis Inſtrumentis, ut firma-
vit Rota *dec.* 394. *n.* 17. *part.* 16. *rec.* Ubi, ratione
evitandæ inſtantaneæ correctionis unius partis cum
altera, dicit, relationem reſpicere alia, quæ ſunt
compatibilia, *& dec.* 193. *n.* 14. *p.* 17. *rec.* Dunozet,
Sen,

Sen. *deciſ.* 125. *num.* 7. & ideo non tollitur jus declarandi diſpoſitivam cum prœmiali non obſtante hac relatione, quemadmodum probant *Surd. conſil.* 440. *num.* 51. *& deciſ.* 27. *num.* 7. Rota *deciſ.* 637. *num.* 18. *coram Dunoz. Jun. & in Romana Juriſpatronat.* 14. *Decembris* 1705. §. *Ejuſdem concludentie, coram bon. mem. Molines.*

Quarto, omnem tollit rationem dubitandi Conſtitutio edita per Sanctum Patriarcham Ignatium quoad bona, quæ intelligi debeant comprehenſa in Renunciationibus per Religioſos ſuæ Societatis faciendis, in qua expreſſe cavetur ſub Renunciatione
7 Bonorum comprehendi etiam Jura futura, & ſperata, ut legitur *in Part.* 3. *Conſtitut. cap.* 1. ibi; *Poſſeſſione Bonorum ſuorum ſe abdicare, tam de propriis bonis intelligendum eſt, quæ habet penes ſe, vel alios, quam de Jure, vel actione, quæ ei competit ad bona, quæ ſperat, ſive ſæcularia illa, ſive Eccleſiaſtica ſint.* Quæ Conſtitutio, cum vim legis univerſalis habeat, inde fit, quod ad ejus terminos interpretanda foret Renunciatio, etiamſi dubia eſſet, & diſputabilis, Rota *deciſ.* 42. *num.* 4. *part.* 12. *& dec.* 304. *num.* 15. *part.* 13. *rec.*

Quibus omnibus non obſtat in caſu iſto agi de ſucceſſione debita de futuro, & dependente ex cauſa de futuro, ſcilicet a caſu inteſtati; ac propterea ad hoc ut illa cenſeatur comprehenſa ſub Renunciatione non ſufficere quælibet generalia verba cum Jurium renunciatione, ſed requiri individuam expreſſionem *cauſa de futuro, vel de novo, vel Juris de novo ſupervenientis*, juxta Theoricam Bartoli *in leg.* 1. *ſub n.* 4. *C. de Pact.* cum aliis allegati ſolvia.

Facilis enim redditur objecti ſolutio, adhibita congrua caſuum diſtinctione, in quibus verificari poteſt ſucceſſio de futuro. Primus enim eſt illarum ſucceſſionum, quæ debentur in futurum, ſed de præ-
8 ſenti, vel præterito nobis competunt *Re, & Spe*; alter eſt earum, quæ in præſenti, aut de præterito, *Spe, & non Re* conveniunt; tertius demum eſt illarum, quæ *nec Spe, nec Re* de præſenti, aut de præterito nobis ſpectant, ut totidem verbis diſtinguit Bartol. *in ſupra allegata leg.* 1. *Cod. de Pact.* §. 3. *num.* 4. *verſ. diſtingue tres caſus.*

In primo, & ſecundo caſu, nemo impugnabit, quæcunque verba generalia, & prægnantia ſufficere pro comprehenſione ſucceſſionis de futuro, & melius infra demonſtrabitur; In tertio autem tanquam peni-
9 tus incogitabili, & omnino alieno a Renunciantis intellectu, & mente, poſſet forſan admitti, requiri magis individuam, & expreſſam mentionem, ut de hoc ſolum caſu agendo, Theoricam ſupra in objecto adductam ducet Bart. dicto loco ibi; *Quandoque eſt aliquod Jus, quod non competit nec Re, nec Spe, & iſtud, ſiquidem verba Renunciationis, vel pacti ſapiant diſpoſitionem de præſenti, nullo modo ad aliud Jus futurum porriguntur; ſed ſi verba pacti porrigerentur in futurum, hoc modo, ſi quo tempore res ad me perveniret etiam ex cauſa de futuro, facio tibi pactum de non petendo, & ſimilia verba, tunc puto quod illud valeret*, eandemque in ipſiſſimis terminis ſecuta eſt Sacra Rota in mox allegandis deciſionibus, in quibus agebatur de indagando, an ſub Renunciatione facta a Nubente in Sæculo ſimilibus fere verbis concepta, comprehenderetur ſucceſſio Conſanguinei longe remoti, & dependens ab inexcogitabili, & remotiſſimo eventu defectus plurium Conſanguineorum proximiorum, ubi plurium, ac diverſorum caſuum congeries verificabilis, antequam ſucceſſio aperiretur favore Renunciantis, omne jus in Spe, vel Re de præſenti, aut de præterito quoad hæreditatem ejus favore tollebat, immo quamlibet etiam cogitationem, ut punctualiter videre eſt in deciſionibus ejuſdem Sacræ Rotæ in *Romana Renunciationis* 29. *Januarii* 1708. §. *Non minus, cor. Eminentiſſ. Scotto* ibi: *Agebatur enim de hæreditate, cujus conſecutio pendebat a caſu prorſus incogitabili, ac inveriſimili, qui nullatenus cadere poterat in mente Contrahentium, nam Coſmus Teſtator de tempore Renunciationis per Margaritam emiſſæ, quinque numerabat Fratres, & tres Sorores ætate juniores; unde pro verificatione caſus hujuſmodi ſucceſſionis, injungenda erant inſperata, & inexcogitabilia accidentia, videlicet, &c. quæ omnia tanquam dependentia a caſibus inſolitis, inopinatis, & rariſſime contingentibus, quemadmodum cadere non poterant de tempore contractus in mente Renunciantis, vel Renunciatarii, ita nec etiam controverſa ſucceſſio;* Et altera in eadem cauſa 15. *Junii ejuſdem anni* 1708 §. *Tempore enim, coram Eminent. Scotto, & alia* 6. *Maii* 1709. *coram eodem*, §. *Nihilominus* ibi: *Domini advertebant conſecutionem controverſæ hæreditatis, neque in cauſa, neque in ſpe etiam remotiſſima potuiſſe a Renunciante prætegitari; nam Coſmus Teſtator de tempore renunciationis numeroſam familiam quinque fratrum, & trium ſororum habebat, omnes florentis ætatis; unde ad captandam illius ſucceſſionem jungenda erat congeries caſuum prorſus inſperabiles, & inexcogitabilis.* Item ſubſequens deciſio 10. *Martii* 1710. §. *Ratio, cor. Reverendiſſ. Criſpo, &* 19. *Decemb. ejuſdem anni, coram clar. mem. Card. Priolo*, § *Et ſi unquam* ibi: *Caſus deſcendus eſt non præcognitus, &c. tanquam impoſſibilis, & remotiſſimas, &c. Nam Coſmus habebat quinque fratres, & tres ſorores, quorum omnium ipſe erat ſenior, & omnes capaces matrimonium contrahendi, ſed evenit caſus fere incogitabilis, &c. & infinita circumſtantia prorſus inexcogitabiles conglomerari debebant, ut bona Coſmi per ejus ultimam voluntatem ad Margaritam pervenirent.*

Facta applicatione ad rem, profecto manifeſtum redditur, ſucceſſionem in caſu noſtro eſſe de iis in primo, & ſecundo caſu ſupra relatæ diſtinctionis adductis; quia licet ſucceſſio de futuro Renuncianti deferenda foret, eidem tamen ſpe ſaltem, ſi non re de præſenti tempore emiſſæ renunciationis debita erat, ut in aperto ponitur; ex quo poſita impoſſibilitate ejus fratris tam condendi teſtamentum, quam contrahendi matrimonium eidem Renuncianti ſatis ſuperque cognita, immo (quod animadverſione dignum redditur) in eodem Inſtrumento literaliter expreſſa, ut ex verbis ſupra tranſcriptis, ſucceſſio ab inteſtato in bonis fratris, quæ omnino exitura erat ob iſtam inhabilitatem, nulli alteri deferri poterat, quam Renuncianti tanquam proximio- 10
ri. Quod autem ſucceſſio de futuro, de præſenti debita ſola ſpe etiam probabili, ſeu ex jure dependente a caſu eventuali, & probabiliter eventuro, non vero certitudinaliter, prout dici citra dubium poſſet in caſu præſenti, comprehendatur ſub renunciatione concepta iis ſolis verbis, quæ in hac renunciatione leguntur, & ſuperius expenſa fuerunt exemplificando in præciſis terminis de ſucceſſione ab inteſtato in bonis Collateralium, probant Balducc. ad Ramon. *conſ.* 27. *n.* 41. *tom.* 1. Palm. Nep. *alleg.* 305. *n.* 9. *&* 13. *& in dict. Romana renunciat. coram Scotto*, §. *Etenim* ibi: *Verba verificari poſſunt de illis juribus de futuro, quæ licet habeant cauſam de futuro tantum, innituntur tamen alicui probabili ſpei de præſenti, de qua potuit Renuncians cogitare, ut ſunt bona paterna, materna, fratrum, & ſororum, &c. non autem de juribus prorſus inſperatis:* Et *deciſ.* 15. *Junii ejuſdem anni* 1708. §. *Et quatenus* ibi: *Intelligi deberent de illis juribus de futuro, quorum aderat probabilis ſpes de præſenti, quæque fuerunt veriſimiliter Renuncianti cognita, ut ſunt hæreditates Patruorum, Nepotum, & aliorum de domo, & familia, & in altera deciſ.* 6. *Maii* 1709. §. *Non attentis, & deciſ.* 10. *Martii* 1710. §. *Neutra* ibi: *Renunciatio verificabilis eſſe poterat in Teſtamento Inghirami, & aliorum Tranſverſalium, & in ſucceſſionibus inteſtatis Filiorum, Nepotum, aliorumque, qui naſcerentur ex Fratribus Renunciatariis, quorum inteſtata ſucceſſio foret certe in futurum deferenda Renuncianti; non tamen omnino ex cauſa de futuro, aſt potius de præterito, videlicet ex præexiſtente ſanguinis conjunctione inter ipſam Renunciantem, ejuſque Fratres, a quibus tales filii, tales enaſcerentur Nepotes; Verum quoque ad effectum, ut renunciatio dicatur reſtricta ad jura de futuro habentia cauſam de præterito, vel de præſenti, non exigitur quod Jus certitudinaliter competeret de præterito ſuper bonis Renunciantis, cum ſufficiat quod per poſſibile aliquid conſequi poſſet,*

ſes, ut exinde diſpoſitio dicatur verificata, & §. Eo-
que magis ibi; *Clauſula operantur, ut Bona cadant*
ſub Renunciatione, licet quovis jure, & modo ad Re-
nunciantem potuiſſent ſpectare ex cauſis, tum præteri-
tis, vel futuris habentibus jus radicatum, vel ſaltem
probabilem ſpem de præterito, vel præſenti, & de
clauſulis quomodocunque, & qualitercunque, &c. &
deciſ. 11. Januarii 1712. coram Anſald. ſub num. 21,
ibi: *Cauſa vero, quæ non competunt re ipſa, ſed ſo-*
lum in ſpe, ex radice tamen de præterito, ſunt illæ
ſucceſſiones, quæ tam ex teſtamento, quam ab inteſta-
to probabiliter ſperari poſſunt, ab iis, qui ſunt ingra-
du ſucceſſibili, vel adſtricti neceſſitudine amicitiæ quo-
ad hæreditates Parentum, & Conſanguineorum, ac
etiam amicorum, &c.

11 Immo quod non ſolum ſpe, ſed etiam re de præ-
ſenti debita ſit ſucceſſio fundata in jure ſanguinis,
& proximioritatis probat Rota *in ſupradicta Roma-*
na Renunciat. 25. Junii 1706. ſub §. Adverſus,
verſic. Cauſa enim ibi; *Re competentes ſunt illæ,*
quæ comprehendunt omnes ſucceſſiones ab inteſtato
fundatas in Jure a natura dato, &c. coram bon.
mem. Molines.

Et in caſu longe fortiori renunciationis emiſſæ
a filia exiſtente Patre in ſtatu viduitatis, quod eo
poſtea tranſeunte ad ſecundas nuptias, cenſeatur ſub
ea, licet verbis generalibus, ut in caſu expreſſo com-
prehenſum lucrum proveniens filiæ ex binubatu Pa-
tris tanquam fundatum in probabili ſpe, & non-
nunquam contingente caſu tranſitus ad ſecundas
12 nuptias, probant Rota *in dict. deciſ. Romana Re-*
nunciationis 6. Maii 1710. §. Et alterius, coram
Eminentiſſ. Scotto, & 10. Martii 1710, §. Nihil
relevante, coram Reverendiſſ. Criſpo.

Ex quibus omnibus evacuatus remanet prior ar-
ticulus, quod renunciatio, & ceſſio P. Joſephi Ma-
riæ comprehendat jus futuræ ſucceſſionis in bonis
fraternis, quod ſaltem ſpe competebat de tempore
renunciationis, cum novum non ſit in jure noſtro,
quod per renunciationem poſſit in alterum transfer-
ri jus de futuro, quod ſpe de præſenti competit,
juxta Text. *in leg. ſpem Cod. de Donat.* & tradunt
Urceol. *conſult. 98. num. 51, lib. 2.* Palm. Nep. *dec.*
396. num. 41. lib. 4. ubi in fortioribus dicunt trans-
ferri, & cedi poſſe jus de futuro, *nec re, nec ſpe*
de præſenti competens per Text. *in l. 1. C. de pact.*
& late Dominus Jacobus de Comitib. *deciſ. Flor. 5,*
num. 6. & ſeqq.

Remanet alter articulus, an defuncto fratre, &
purificata ſucceſſione de tempore quo P. Joſeph Ma-
ria Renuncians reperiebatur Profeſſus in Religione,
quæ licet abſolute, & ſine limitatione non ſit, ab
aliquibus tamen ſupponitur incapax poſſidendi bo-
na in communi, renunciatio dici poſſit caduca, ex
quo Renuncians de hoc tempore erat civiliter mor-
tuus, vel potius firma remaneat renunciatio, & ef-
fectum habere debeat ad favorem Eccleſiæ Renun-
ciatariæ, in quo Articulo firmiter dico etiam in ſup-
13 poſitione hujus incapacitatis ſolum quoad Domos
Profeſſas (quæ tamen juxta *Conſtit. Societ. part. 6.*
cap. 2. B. & E. capaces ſunt acquirendi, licet non
retinendi) ſubſiſtere renunciationem, & ceſſionem,
& ex Perſona Profeſſi, ut Renunciantis ante pro-
feſſionem, hæreditatem requiri potuiſſe Eccleſiæ,
non obſtantibus difficultatibus, quæ in contrarium
excitantur.

Ratio inclinandi in hanc partem derivat ex pro-
poſitione communiter recepta, quod ubi agitur de
Religione capaci poſſidendi bona in communi, ta-
li caſu ex vi ceſſionis Jurium factæ ante profeſſio-
nem, Renunciatarius ſuccedit, non obſtante, quod
14 tempore delatæ hæreditatis Renuncians reperiatur
civiliter mortuus, ſive Profeſſus in Monaſterio, ut
tradunt Caſtrenſ. *in l. Pactum num. 7. C. de Collat.*
Gabriel. *conſil. 135. num. 3. lib 2.* Giovagnon. *conſ.*
91. num. 19. lib. 1. Gratian. *diſcept. 601. num. 5.* Ro-
ta apud Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. dec. 127. num. 8.*
& 9. & in Maceraten. hæreditatis 27. Maii 1658.
§. Neque bona ceſſa, coram Veroſp. & dec. 46. n. 10,
poſt Card. de Albis. *de Inconſt. in judic.*

Non obſtat, quod Religio ſit incapax poſſiden-
di ſtabilia in communi, quia verum eſt incapaci-
tatem adeſſe in ordine ad Domos Profeſſas ad ef- 15
fectum ſolummodo poſſidendi in perpetuum, non
ad effectum poſſidendi uſque ad annos decem, &
vendendi; reſpectu vero Collegiorum, hæc ſunt ca-
pacia poſſidendi, & retinendi ſtabilia in communi, 16
ut conſtat ex primævo Inſtituto inſerto in Conſti-
tutionibus Apoſtolicis Pauli III. *Conſtit. 25. §. 11.*
& Julii III. *Conſtit. 9. §. 10.* & probat Fagnan. *in*
cap. in præſentia num. 86. & ſeqq. de probat. Sanchez
ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 27, num. 1, Card. de
Lugo *Reſponſ. Moral. lib. 4. dub. 8. num. 1.*

Eſto igitur, quod Religio ſit incapax quoad Do-
mos Profeſſas poſſidendi ut ſupra, non autem in-
capacitatem iſtam patiantur Collegia, eorumque Ec-
cleſiæ, ſequitur, ut nihil officiat acquiſitioni hære-
ditatis delatæ incapacitas Religionis, ejuſque Pro-
feſſi, quæ tunc obſtaret, ubi ex vi profeſſionis, &
ex juribus ipſius Profeſſi tempore profeſſionis ac-
quiſitis, prætenderetur ſucceſſio ad commodum Ceſ-
ſionarii, ſecus autem ubi prætenditur ex vi ceſſio- 17
nis factæ tempore habili ante emiſſam Profeſſionem;
hoc enim caſu non conſideratur incapacitas Profeſ-
ſi, prout eſt tempore profeſſionis, ſed conſideratur
ejus capacitas prout erat tempore renunciationis,
quod jus translatum tempore habili, non extingui-
tur per incapacitatem ſupervenientem ipſi Renuncian-
ti, quæ non habet oculos retro ad tempus habile
emiſſæ renunciationis, ut in terminis præciſis fir-
mavit Caſtropal. *Oper. Moral, part. 3. tr. 16. diſp. 1.*
punct. 18. n. 5. & punct. 17. n. 19. quem ſequitur Pel-
lizzar. *in Manual. tom. 1, tract. 2. cap 9. n. 11.*

Quibus ſpecialibus auctoritatibus caſum iſtum de-
finientibus obſtare non puto Sanchez *ad præcept.*
Decalog lib. 7 cap. 9, num. 25. Card. de Lugo *Reſp.*
Moral. lib. 4. dub. 4. num. 10. Giovagnon. *conſ. 85.*
lib. 1. Layman. *in Theolog. moral. lib. 3. tr. 5. cap. 7.*
num. 15. Card. de Luc. *de Regul. diſc. 63. num. 5.* Far-
tinell. *reſponſ. 47. n. 6. & ſeqq.* Etenim Sanchez loco
citato plene reprobatur nominatim apud Caſtropal.
& Pellizzar. ubi ſupra. In alio vero loco, nempe
lib. 7. cap. 3. num. 81. & 82, ſeipſum declarat, vel
corrigit ad ſenſum noſtrum, & contraria argumen-
ta exactiſſime reſolvit. Auctoritas vero Cardinalis
de Lugo retorquetur, quia ſe ſe pariter explicavit
eod. lib. 4. dub. 5. ibi; *Non debet intelligi ut poſt pro-*
feſſionem non acquirat Societas per ſuos Profeſſos, ſed
ſolum quod per profeſſionem non tranſeant bona Profeſſi
ipſo jure in Societatem, ſed potius debeant ſpectare,
vel ad hæredes ab inteſtato, niſi ipſe ante profeſſionem
in favorem alicujus renunciaſſet, quomodo poſſet etiam
renunciare in favorem ejuſdem Societatis, & tunc So-
cietas ſuccederet non vigore profeſſionis, ſed vigore re-
nunciationis.

Cæteri vero ſuperius relati Auctores, vel ſeſe
fundant in Sanchez, & Card. de Lugo, vel falſis
moventur principiis undique corruentibus, neque
propterea illorum numerus præponderat numero Do-
ctorum alterius partis; neque ſi præponderaret fa-
cit ſtatum in judicando, quia Judex in conflictu
Doctorum, & in hac opinione, ubi non reperitur
ſpecialis Deciſio alicujus Supremi Tribunalis, tene-
tur allibrare rationes, non autem amoveri debet ex
numero majori, vel minori Scribentium, cum e-
tiam unius Doctoris opinio, quæ melioribus ratio- 18
nibus fulciatur, turbam multorum proſternat, pro-
ut ita judicandum eſſe admonuit Imperator *in l. 1.*
§. Sed neque Cod. de Veter. jur. enucl. ibi: *Sed neque*
ex multitudine Auctorum quod melius, & æquius eſt ju-
dicatote, cum poſſit unius forſan, & deterioris Senten-
tia, & multos, & majores aliqua in parte ſuperare.

Præſertim cauſa Card. de Luca, & bon. mem. Far-
tinel. non loquuntur ex profeſſo, excepto tantum Gio-
vagn. qui ad opportunitatem cauſæ ſcripſit, & cauſa
exitum habuit per concordiam, ut ipſe refert in fine 19
Conſilii, & ideo nullam auctoritatem præſtat in judi-
cando, etiamſi eſſet deciſio Supremi Tribunalis Sa-
cræ Rotæ, prout inquit Rota *dec. 377. n. 20. par. 17.*
rec. & dec. 271. n. 10. cor. Benincaſ. & in Spoletana
ſucceſſ.

ſucceſſionis 29. *Januarii* 1706. §. *Nullauque*, *coram Molines*.

Cum itaque hujuſmodi contrarii Doctores partim ſint reprobati, partim ſe retractent, partim incidenter loquantur, & partim ſcripſerint ad opportunitatem cauſæ per concordiam ſopitæ, & plerique omnino ignorent Inſtitutum Societatis Jeſu, ut manifeſte patet ex illorum aſſertionibus, neque de cætero concurrat in hoc articulo alicujus Magni Tribunalis judicium deciſivum, profecto hic eſt locus examinandi quæſtionem per rationes, & videndi inter Doctores hinc inde relatos, quis eorum juſtius induat arma; & præponderare fundamenta Caſtropalai, & Pellizzaris ex infra dicendis demonſtratur.

Prima ratio eſt, quod nemo controvertit inter Scribentes, data Religione capaci poſſidendi bona in communi, Renunciatarium ex vi ceſſionis habitæ ante profeſſionem de juribus ſpe tantum competentibus ad futuram hæreditatem acquirere poſſe ſuc-
20 ceſſionem etiam purificatam tempore quo Renuncians reperitur Profeſſus: ergo eodem modo procedere debet etiam reſpectu Profeſſi in Religione incapaci poſſidendi bona in communi quatenus Societas poſſet talis dici, quia ratio eſt eadem, nec ejus diverſitas eſt allegabilis, utroque enim caſu Renuncians de hoc tempore repetitur incapax ratione Profeſſionis ob quam dicitur civiliter mortuus; capacitas vero, aut incapacitas Monaſterii poſſidendi in communi non facit ad rem, quia non tollit mortem civilem Profeſſi, Si ergo utroque caſu concurrit ratio mortis civilis, percipi non valet, quare renunciatio ſit efficax, & effectum habeat in uno caſu, non autem in altero contra regulam, de qua Rota *dec.* 348. *num.* 13. *par.* 17. *& dec.* 661. *num.* 4. *par.* 18. *& dec.* 18. *num.* 9. *part.* 19. *rec. & coram Benincaſ. dec.* 27. *num.* 6. *& dec.* 181. *num.* 9.

Neque ratio diverſitatis eſſe poteſt, quod Jeſuitæ teneantur ante Profeſſionem renunciare capacitati ſuccedendi, omnis enim Profeſſus eſt incapax ſuc-
21 cedendi ex Perſona propria, quia civiliter eſt mortuus, & inſuper quia hoc intelligitur ne in ſtatu Profeſſionis acquirat ſibi, ſecus autem ſi vult ante profeſſionem transferre jus, quod habet ſpe radicatum, ſive in alium Conſanguineum, ſive in Eccleſiam, hoc enim caſu incapacitas ſuccedendi incurſa per profeſſionem non præjudicat juribus Tertio acquiſitis tempore habili, ut bene probat Caſtropal. *Oper. moral. tract.* 16. *diſp.* 1. *punct.* 17. *num.* 18. ibi: *Ad rationem contrariam reſpondeo, Monachum poſt profeſſionem incapacem eſſe in propria perſona acquirendi hereditatem, ſed non exinde fit, Reſignatarium eam obtinere non poſſe, quia eam obtinet ex jure ſibi a Monacho tempore habili tranſlato, &c. ad confirmationem, concedo renunciationem ſortiri effectum poſt profeſſionem, ſed non ex voluntate, aut jure, quod ea tempore Monachus Reſignatario concedat, ſed ex voluntate, quam ante profeſſionem habet, & ex jure, quod tunc conceſſit: quapropter hac hereditatis delatio metienda eſt ex habilitate, quam Monachus tempore renunciationis habebat, non tamen ex inhabilitate, quam habet tempore delationis, &c. illa vero doctrina, qua aſſeritur, idem eſſe rem fieri tempore inhabili, ac conferri in tempus inhabile, vera eſt, ſi ex eadem voluntate, & cauſa confertur; at Novitius renuncians hereditatem Patris viventis, qua Reſignataria conferenda eſt tempore, quo ipſe Novitius eſt inhabilis, non ipſe confert hereditatem, ſed confert jus ſuccendi, quod habet, ex quo jure Reſignatarius ſuccedit, quippe eſt jus habile, & expeditum, utpote collatum tempore habili, quamvis tempore delata hereditatis Monachus inhabilis ſit, eſt enim hac inhabilitas omnino per accidens, cum non juxta illam, ſed juxta habilitatem tempore renunciationis contingentem delatio facienda ſit.*

Secunda ratio eſt, quod mors civilis non æquiparatur naturali quando diverſum effectum a morte naturali habere poteſt. In præſenti autem, ſuppoſita tranſlatione jurium facta in tertium ante pro-
22 feſſionem, ſeu mortem civilem, hæc non extinguit illa jura in Tertium tranſlata, quæ amplius non habet ipſe Profeſſus tempore profeſſionis, minuſque dici poteſt, quod hæreditas fingatur delata eo tempore Religioſo, & ex ejus perſona retro tranſlata in Ceſſionarium, hæc enim fictio poteſt verificari, & verificatur propter vitam naturalem ipſius Profeſſi, quæ durat, & reperitur de tempore delatæ hæreditatis, ſed non intelligitur, ut requiratur acceptatio hæreditatis facienda per Profeſſum, ejuſque Monaſterium, quæ implicite facta eſt ab initio tempore habili expletæ renunciationis, & propter quod hæreditas directo defertur Renunciatario abſque neceſſitate acceptationis Profeſſi, & Monaſterii, & retroceſſionis in Renunciatarium, ut bene diſcurrit Caſtropal. *dicta tract.* 16. *diſp.* 1. *punct.* 17. *num.* 18. *& punct.* 18. *num.* 5. Pellizzar. *dict. tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 11. & in hac ratione concordat Sanchez *ad precept. decalog. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 1. Vaſquez *de ſucceſſ. lib.* 2. §. 18. *num.* 93. Gam. *deciſ.* 375. *num.* 3.

Tertia ratio eſt, quod alias inutilis, & ſuperflua redderetur omnis ceſſio præventive facta ab omni Profeſſuro in Religionibus, ſi attendi deberet mors civilis, ejuſque tempus, in quo contingit delatio hæreditatis, quia ſemper hæreditates deferuntur tempore profeſſionis, & non ante, quia ante Profeſſus
23 cesſit, & tranſtulit jus futurum, & eventurum tempore profeſſionis, Spe tantum competens tempore renunciationis; & propterea, niſi dicamus hæreditatem directo deferri ad Ceſſionarium ſpectata habilitate de tempore renunciationis, dummodo ſupervivat Renuncians tempore delatæ hæreditatis, ſupponendum eſt, quod omnes iſtæ ceſſiones ſint otioſæ, & de vento, & nonniſi per ineptiam obtineantur; ratio autem vitandi abſurdi in omni quæſtione præpollet, & congruæ interpretationi locum præbet juxta regulam, de qua Valenzuel. *conſ.* 169. *num.* 49. Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 150. Gratian. *diſcept.* 834. *num.* 13. Rota *deciſ.* 152. *num.* 9. *part.* 17. *& deciſ.* 637. *num.* 15. *part.* 19. *rec.*

Ex his ceſſant rationes, in quibus involvuntur contrarii Auctores ea ratione moti, quod Mors civilis æquiparatur naturali, & ſicut ubi filius vivo
24 Patre decederet, Ceſſionarius loco mortui non acquireret hæreditatem, ita nec etiam loco Profeſſi, & ſic civiliter mortui; hæc enim ratio nimis probat, dum juxta illam Profeſſus in Religione qualibet, ſive incapaci, ſive capaci eſt civiliter mortuus, & ideo Ceſſionarius etiam in caſu quolibet nihil obtineret, quod eſt contra communem opinionem.

Ulterius, quia reſpectu jurium tempore habili tranſlatorum in Tertium, mors civilis ea Profeſſione inducta non æquiparatur naturali, quia non extinguit illa jura Tertio quæſita, quæ Profeſſus tempore profeſſionis non habet, ſed illis eſt denudatus, ut inquit Caſtropal. ubi ſupra; & ideo iſta mors civilis non æquiparatur naturali in præjudicium Tertii,
25 cum enim dicta æquiparatio mortis civilis cum naturali, non ex rei veritate, ſed ex fictione juris procedat, locum habere nequit in præjudicium Tertii quod jus antea quæſitum, quale proculdubio dicitur in caſu præſenti illud Eccleſiæ ſpectans ex ceſſione juris ad hæreditatem controverſam, ut in ſimili quæſtione, an Monachus gravatus hæreditatem alteri reſtituere poſt obitum, ſi ante profeſſionem illam tranſtulerit in alium, facta profeſſione ſuccedere debeat ſubſtitutus in præjudicium Alienatarii, vel potius expectanda ſit mors naturalis, docuit communis Scribentium opinio, admittendam non eſſe æquiparationem mortis civilis cum naturali, tanquam jurii Tertii præjudicialem, & conſequenter ſubſtitutum, nonniſi poſt mortem naturalem ſuccedere poſſe, ut videre eſt apud Acoſt. *in l. Gallus*, §. *Eſt quid ſi tantum part.* 2. *n.* 18. *ff. de Liber. & Poſthum.* Felin. *in cap. In præſentia n.* 56. *de probat.* Vaſquez *de ſucceſſ. l.* 3. §. 21. *limit.* 10. *n.* 171. *&* 172. Peregrin. *de fideicomm. ar.* 28. *n.* 63. ubi quod profeſſio Fratris Minoris operatur expropriationem eorum, quæ tunc poſſidebat, non vero in præjudicium Tertii, & reſpectu juris, quod in alium tranſtulerat, Sanchez *ad præcept. decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 81. *&* 82. ubi in proximis terminis quod hoc procedat

cedat

cedat in renunciatione conditionali, per quam bona non ſunt in Tertium tranſlata, ſed ſolum jus ad illa ibi: *Imo hoc credo verum, etiamſi in Tertium illum non eſſent ea bona alienata, ſed Profeſſus hic ante Profeſſionem in eum renunciaret expreſſum id jus, ut illud a tempore ſuæ profeſſionis obtineret, aut expreſſum Teſtamento illud ei legaret, quod a die profeſſionis vim obtinet. Ducor, quia verior ſententia habet, ut diximus numero præcedenti, fictionem non operari in præjudicium Tertii, cui eſt jus ad ſolam rem acquiſitum, quale eſt huic ratione illius renunciationis conditionalis, aut Teſtamenti.*

Poſt hæc ſcripta in excelſo Ducali conſilio Placentiæ, ubi Cauſa pendebat, cum aliqua inſurrexerint objecta per Contradictores inſinuata, iterum reaſſumendo calamum, dicebam iis non obſtantibus ſubſiſtere utrunque fundamentum jam ſupra deductum ad effectum adjudicandi Eccleſiæ S. Petri Collegii Societatis Jeſu hæreditatem bon. mem. Auguſtini Zanardi Landi; Primo nempe, quod renunciatio facta per R. P. Joſephum Mariam Landum ante profeſſionem favore mox relatæ Eccleſiæ fuerit translativa etiam de juribus futuris tempore renunciationis ſpe probabili competentibus, qualis erat futura ſucceſſio in hæreditate fratris; & ſecundo, quod hæc renunciatio caduca non remanſerit, ex quo hæreditas Auguſtini delata fuit Renuncianti poſt profeſſionem emiſſam in Religione incapaci poſſidendi bona in communi.

Et quidem ſubſiſtit primum fundamentum, quod renunciatio, ſeu ceſſio tranſlativa amplectatur etiam jura, & bona futura; dum hoc probavi ex verbis claris in parte proœmiali renunciationis appoſitis, & ſimul oſtendi ea nullatenus diſcordare a diſpoſitiva, quæ licet non tam ampla, adhuc non ſo-
26 lum declaratur, ſed immo ſuppletur ab ipſo proœmio, quod continere dicitur ſubſtantiam voluntatis ipſius Cedentis, & Renunciantis ad effectum dignoſcendi, quid, & quantum fuerit ceſſum, ſeu tranſlatum, ut tradunt Torr. *de primog. Ital. part. 2. qu. 38. num. 13. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. 648. n. 7.* Rota *deciſ. 1305. num. 55. coram Coccin. & in rec. deciſ. 205. num. 3. & 4. part. 16. & in Romana juriſpatronatus 3. Julii 1705. §. Minuſque relevat, coram bon. mem. Molines* ibi: *Minuſque relevat, quod præfata verba, &c. ſine proœmialia recipientia explicationem a parte diſpoſitiva, quæ ſola idcirco veniat attendenda, &c. quia clara pars proœmialis declarat, immo ſupplet diſpoſitivam, quotieſcunque iſta involveret dubietatem.*

Inſœlicitor autem ſuper hoc articulo Defenſor alterius Partis contorquet ingenium adducendo duas reſponſiones; alteram, quod jura futura non fuerint ceſſa, ſed ea tantum exitura *de tempore emittendæ profeſſionis*, & alteram, quod adhuc non includantur jura futura ex cauſa omnino de futuro, ut eſt ſupponit futuram ſucceſſionem in hæreditate fratris ab inteſtato deceſſuri; neutra enim reſponſio habet ullam legitimam ſubſiſtentiam.

Corruit enim prima, ſuper qua fit magnus ſtrepitus, tanquam fundata in æquivoco facti. Quippe ſupponitur in contrarium, quod illa verba diſpoſitiva: *P. Joſeph Maria Zanardus Landus, &c. dedit ceſſit, tranſtulit atque renunciavit datque, &c. Eccleſiæ prædictæ D. Petri, &c. omnia bona, &c. Jura, actiones, rationeſque, &c. ac modo exiſtentia, & extitura ubique locorum tempore, ut ſupra emittenda per eum profeſſionis* præſeferant apertam reſtrictionem Jurium competiturorum, ſive exiturorum non quandocunque in futurum ſed limitate *tempore emit-*
27 *tendæ profeſſionis*; hoc autem ſuppoſitum eſt nimis Judaicum connectendo ultima verba cum proximis, nec reflectendo ad ſenſum, & contextum totius orationis: dico igitur, quod tempus emittendæ profeſſionis expreſſum in ultimis verbis non debet referri ad competentiam, & exiſtentiam bonorum, & Jurium proxime ſpecificatam, quod erat materia ceſſa, ſed reſpicit ipſam ceſſionem, ut intelligeretur pro quando, ſive de quo tempore Renuncians intelligebat a ſe ipſo abdicare bona, & Jura præſentia, & futura, cumque intelligeret ſe nolle ſpoliari his bonis, & Juribus, ſed illa retinere uſque ad tempus emittendæ profeſſionis, idcirco ceſſit, & tranſtulit bona, & jura tempore emittendæ profeſſionis, neque hoc eſt novum in contractibus, aliiſque voluntariis actibus, qui poſſunt in certum tempus conferri per *Text. in leg. in tempus, ff. de hered. Inſtit. & l. mortis cauſa, ff. de donat. cauſ. mortis*, Bottilier. *de ſucceſſ. Theorem. 65. ſub num. 4. & ſeqq.* Mantic. *de Tacit. lib. 3. tit. 15. num. 1. & ſeqq.* Caldas *conſil. 17. num. 12.*

Hæc intelligentia de cætero legaliſſima, & connaturalis probatur ad evidentiam ex pluribus. Primo ſcilicet, quia ipſa adjectio temporis facta fuit in diſpoſitiva relative ad proœmialem ibi: *tempore, ut ſupra emittenda per eum profeſſionis*, quæ ſane dictio, ut ſupra repetit ea, quæ ſuperius expreſſa 28
fuerunt circa tempus profeſſionis, ſuperius autem in proœmio habetur in quo ſenſu expreſſum fuerit hoc tempus ibi: *Pater Joſeph Maria, &c. exoptans ſe unire V. Societati per profeſſionem ſolemnem per eum emittendam, &c. ideo ante dictam profeſſionem emittendam omnia univerſa ejus bona, ſubſtantias una cum omnibus ejus Juribus, &c. ad ipſum, &c. quomodocunque, ac qualitercunque modo competentibus, vel in futurum competituris renunciare, transferre, ac cedere:* ecce in quo ſenſu tempus emittendæ profeſſionis fuit intellectum, ſcilicet pro facienda renunciatione, ſeu Ceſſione, ut præſeferunt ea verba: *ante dictam profeſſionem emittendam*, quæ reſpiciunt ultima verba: *renunciare, transferre, ac cedere*, non autem qualificant competentiam jurium competentium, vel in futurum competiturorum: Si ergo juxta communem Theoricam pars proœmialis declarat, & ſupplet diſpoſitivam; eo magis quando diſpoſitiva ſe habet relative ad proœmialem per illam dictionem ut ſupra repetitivam ejus mentis, & ſenſus, qui fuit in ſuperiori parte explicatus, cum relativa operetur conformitatem unius partis cum altera abſque ulla innovatione, & alteratione, Rota *coram Emer. Jun.* 29
deciſ. 1229. num. 10. & deciſ. 1136. num. 6. & coram Benincaſ. dec. 79. num. 10. & coram Bich. dec. 307. num. 6. & cor. Cerr. dec. 507. num. 9. & coram Buratt. deciſ. 161. num. 9. & in rec. deciſ. 691. num. 8. & 9. part. 10. & deciſ. 81. num. 10. part. 17.

Secundo hoc ipſum ſuppeditat ea legalis repugnantia, quæ nunquam admittit in uno, eodemque actu inſtantaneam correctionem, Rota *dec. 273. n. 1. par. 15. & deciſ. 219. n. 11. part. 16. & dec. 400. n. 30.* 30
part. 18. rec. & coram Cerr. dec. 136. n. 16. & bon. mem. Anſald. in annot. ad dec. 47. n. 34. dum igitur in proœmio Renuncians verbis rotundiſſimis declaravit velle cedere, & renunciare Eccleſiæ Divi Petri omnia ejus bona *una cum Juribus ad eundem quomodocunque, & quandocunque, ac qualitercunque modo competentibus, vel in futurum competituris*, quæ ſine auxilio ullius Gloſſæ important Jura competitura in futurum *quandocunque*, ſcilicet ante, & poſt profeſſionem, & uſque quo viveret Renuncians, ut in ſpecie Panimoll. *deciſ. 7. annot. 3. num. 5.* Conciol. *alleg. 31. num. 34.* Rot. *cor. Buratt. deciſ. 863. num. 9. in fine cum aliis proxime allegandis.*

Quomodo ſane dicemus, quod diſpoſitiva intellexerit reſtringere competentiam jurium futurorum ad ipſum tempus emittendæ profeſſionis, quando hæc eſſet inſtantanea correctio, & contradictio regulariter vitanda in qualibet humana diſpoſitione, *l. cum ad ea 89. ff. de condition. & demonſtr.* Rot. *cor. Gregor. deciſ. 297. num. 4. & 5. & in rec. dec. 33. num. 3. & dec. 273. num. 11. par. 15. & dec. 492. n. 21. par. 19. & dec. 42. num. 10. coram Benincaſ. & dec. 793. num. 6. coram Cerro, & dec. 761. num. 11. coram Card. Caprara* cum ſint contradictoria inter ſe illa duo, cedere jura in futurum competitura *quandocunque*, & illa cedere competitura duntaxat de *tempore profeſſionis*, quod contradicit juribus competituris in futurum, *quandocunque* ſcilicet abſque limitatione temporis, ut 31
quod iſta dictio denotet infinitatem temporis in contractibus tradiderunt Menoch. *conſ. 143. num. 11.* Barboſ. *diction. 308. num. 4. & 5.* Rodulphin. *alleg. 106.*

num. 2.

num. 2. *& alleg.* 107. *num.* 9. ibi: *Cum dictio quando-
cunque de ſui natura comprehendat omne tempus, &
idem importet, quod in perpetuum*, Rot. *dec.* 21. *num.*
13. *part.* 5. *& dec.* 2. *num.* 9. *part.* 9. *& dec.* 30. *num.* 5.
& 6. part. 14.

Tertio hanc evideotiſſimam intelligentiam confir-
mat diſpoſitio, *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 16.
de refor. ubi loquendo de his renunciationibus, quæ
33 fiunt per Novitios intuitu profeſſionis emittendæ ſta-
tuitur, ut non intelligantur effectum ſortiri niſi ſe-
cuta profeſſione ita ſuſpendendo has renunciationes
uſque ad tempus profeſſionis, ut *Ego ſcripſi diſcept.
Eccleſ.* 6. *num.* 3. *&* 18. *Donat. in prax. tom.* 2. *tract.* 7.
quæſt. 18. *num.* 14. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 99.
ſub num. 21. Ventrigl. *in prax.* 1. *annot.* 46. §. *unico nu.*
10. *&* 11. iſte igitur fuit ſenſus temporis emittendæ
profeſſionis adjectus in diſpoſitiva, quod nempe re-
tentis apud Cedentem omnibus bonis, & juribus
uſque ad momentum emittendæ profeſſionis de hu-
jus tempore tantum fieret abdicatio, ceſſio, & tranſ-
34 latio juxta diſpoſitionem Concilii, ne alias quis
jam præventive ſpoliatus omnibus ſuis bonis, & ju-
ribus cogatur invitus profeſſionem emittere, & pro-
pter hoc in renunciatione exprimitur tempus, quo
locum habere debeat renunciatio, ſeu ceſſio, cum-
que iſte ſenſus ſit juxta naturam actus, & diſpoſi-
35 tionem Juris Conciliaris eſt omnino verus, & te-
nendus, Surd. *conſ.* 34. *num.* 34. *&* 48. Rot. *deciſ.* 392.
num. 4. *part.* 1. *& dec.* 90. *num.* 14. *part.* 16. *& dec.* 129.
num. 7. *part.* 17. Sed adverte, quod Concilium exci-
36 pit Societatem Jeſu, nec habet locum in renuncia-
tionibus, quæ fiunt ejus Conſtitutiones, quæ ſunt
abſolutæ, & non dependentes a profeſsione Pelliz-
zar. *tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. Sanchez *ad præcept.
Decalog. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 31. Caſtropal. *tract.* 16. *di-
ſput.* 1. *punct.* 15. *num.* 6. *& punct.* 18. *num.* 3.

Quarto quia ſcholaſtici in Religione Societatis
Jeſu poſſunt retinere dominium ſuorum bonorum;
& jurium uſque ad momentum profeſsionis, ut in
Bulla Gregorii XIII. incipien. *Aſcendente Domino*
37 inter *Conſt. Societ. part.* 4. *cap.* 4. Tempus itaque e-
mittendæ profeſsionis fatendum eſt fuiſſe expreſſum
in diſpoſitiva renunciationis ad hunc finem, ut poſ-
ſit Renuncians retinere omnia ſua bona, & jura
uſque ad momentum hujus profeſsionis juxta Con-
ſtitutionem Gregorianam, nec aliter ſe illis ſpolia-
re, quam tempore profeſsionis juxta rationem, quam
allegat *Text. in l.* 1. *ff. de donat. cauſa mort.* nam pri-
38 ma charitas incipit a ſe ipſo, neque quis ſe priva-
vare præſumitur donec habere, ſeu retinere poteſt *l.
Præſes C. de ſervit. & aqua Can. nulli Epiſcoporum* 12.
qu. 1. *& Can. qui vult. de pœnit. diſt.* 3. Fagnan. *in cap. ſi
quis ſane numer.* 30. *de pecul. Cleric.* Gonzal. *ad regul.* 8.
gloſſ. 2. *num.* 30. *&* 31. Menoc. *de præſumpt. lib.* 4. *præ-
ſumpt.* 125. *num.* 14. *& præſumpt.* 189. *num.* 132.

Quinto denique mihi ſupponitur, illa verba: *ex-
titura ubique locorum, tempore ut ſupra emittenda per
eum profeſſionis*: eſſe diviſa per virgulam, poſt illud
verbum *locorum*, unde ſi verum eſt hujuſmodi ſup-
39 poſitum exinde infertur tempus non eſſe connecten-
dum cum ultimis verbis pro limitanda competentia
jurium, ſed ut dixi cum primis, *ceſſit, & tranſtulit*,
demonſtrative ad tempus, quo locum habere debe-
bat ceſsio, ſeu tranſlatio ex hactenus demonſtratis.

Attrito hoc priore æquivoco, & poſito, quod
ceſsio complectatur jura modo competentia, vel in
futurum competitura cum illa amplitudine verbo-
rum, *quomodocunque, & quandocunque, ac qualiter-
cunque*; majori frigiditate laborat alterum, quod hæc
renunciatio non contineat futuram ſucceſsionem in
hæreditate fratris tunc viventis tanquam jus futu-
rum ex cauſa omnino de futuro, conſarcinando ad
hoc aſſumptum plurium Doctorum cumulum; Ete-
nim duplici reſponſione deſtruitur hoc quoque ob-
40 jectum. Prima eſt, quod dicitur Jus futurum ex
cauſa omnino de futuro futura ſucceſsio in hæredi-
tate Extraneorum, vel etiam Conſanguineorum, qui
habeant alios Conſanguineos in gradu proximiori,
& ſucceſsibili, adeout habere ſucceſsionem ſit caſus
incogitatus, remotiſsimus, & inſeparabilis, ſecus au-

tem eſt ubi agitur de ſucceſsione unius fratris in hæ-
reditate alterius quando præmoritur ab inteſtato,
& prout in præſenti, agitur de fratre morituro per-
neceſse ab inteſtato, quia erat inteſtabilis, in his e-
nim terminis dicitur Jus futurum ex cauſa de præ-
terito, quia Jus ſanguinis, & gradus proximior ſuc-
cedendi præſtat cauſam de præterito; ſucceſsio autem
futura in caſu præobitus, dat Jus futurum radica-
tum in prædicta cauſa de præterito ſiſtente in jure
ſanguinis, ut punctualiter deciſum fuit per Rotam
in modernis deciſionibus editis *in Romana renuncia-
tionis* 10. *Martii* 1710. §. *Neutra, cor. R.P.D. Criſpo,
&* 21. *Januarii* 1712. *ſub* §. 21. *cor. bon. mem. Anſaldo.*

Quarum deciſionum verba licet per extenſum al-
legata fuerint, *numer.* 10. attamen diſsimulatur per
contrarium Deſenſorem, qui ſolum divagatur in aſ-
ſumpto hodie reprobato, quod ſpes inteſtatæ ſucceſ-
ſionis in hæreditate viventis non dicatur in rerum
natura, neque includatur ſub ceſsione tanquam jus
futurum ex cauſa omnino de futuro, neque compe-
tens re, neque ſpe, quod tamen aſſumptum, ut di-
xi, hodie non meretur amplius audiri in Tribuna-
libus, & Foro tanquam nedum reprobatum apud
Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. libr.* 2. *capit.* 1. *per tot.*
ſed etiam quia Sacr. Rotæ auditorium contrariam 41
ſententiam ſemper amplexum eſt, ut in dicta *Ro-
mana renunciationis, coram bon. mem. Molines, Re-
verendiſſimo Criſpo*, & bon. mem. Anſald. quibus
ſtandum eſt in judicando.

Ex quo deſcendit altera reſponſio, quod ſempe
jus ſuccedendi in hæreditate fratris licet viventis et-
iam ſi competere non diceretur ex cauſa de præte-
rito, ſed eſſet jus futurum ex cauſa de futuro; ad-
huc tamen communis opinio eſt, quod poſsit cedi,
& renunciari etiam tale jus futurum ex cauſa de fu- 42
turo quando habet ſpem probabilem de tempore re-
nunciationis, ſeu ceſsionis, quæ ſpes probabilis, ut
adeſſe dicatur non requiritur, quod competat cer-
titudinaliter, ſed poſsibiliter per prædeceſſum ejus,
ad cujus inteſtatam ſucceſsionem lex, & natura vo-
cat Renunciantem ratione ſanguinis, juxta punctua-
liter firmata in dicta, *Romana renunciationis* 13. *Ja-
nuarii* 1708. §. *Etenim, &* 15. *Junii ejuſdem anni*, §.
& quatenus, & 6. *Maii* 1709. §. *non attentis, coram
Eminentiſſimo Scotto &* 10. *Martii* 1710. §. *neutra,
coram Reverendiſs. Criſpo, &* 11. *Januarii* 1712. §.
21. *cor. bon. mem. Anſald. &* 15. *Junii* 1706. §. *adver-
ſus, cor. bon. mem. Molines.*

Solumque ratio dubitandi cadit ſuper comprehen-
ſione jurium futurorum ex cauſa etiam de futuro, 43
quæ competunt ſpe probabili de præſenti; quæ du-
bitatio in caſu iſto totaliter ceſsat attentis verbis
ampliſsimis, & literaliſsimis in parte proœmiali ap-
poſitis, & in diſpoſitiva confirmatis de cedendo, &
renunciando omnia jura, *modo competentia, vel in
futurum competitura, quomodocunque, & quandocun-
que, ac qualitercunque*: quæ verba ad unguem in-
cludunt jus futurum ex cauſa etiam de futuro, nam
jus futurum aperte præſeferunt verba illa; *in futu-
rum competituris*: cauſam vero etiam de futuro præ-
ſeferunt verba: *quandocunque, qualitercunque, & quo-
modocunque*: ut loquendo de hac præciſa verborum
forma dixerunt Ripa *in l. ſi Roma*, §. *duo fratres, nu.*
11. *&* 77. *ff. de verb. obligat* Menoch. *conſ.* 401. *n.* 119.
Adden. ad Buratt. *deciſ.* 310. *lit. B.* Panimoll. *dec.* 7.
annot. 3. *num.* 5. D. Jacob. de Comit. *deciſ.* Floren. 5.
num. 6. *& ſeqq.* Schettin. *de pact. ſucceſs. part.* 3. *ſect.* 4.
quæſt. 1. *ſub num.* 18. Rot. *dec.* 141. *nu.* 3. *par.* 5. *rec.* ibi:
*intellectus ex cauſa, vel de præterito, vel de præſen-
ti repugnat verbis renunciationum: competitura quomo-
cunque, qualitercunque, & quacunque de cauſa, quæ
verba adeo pregnatia comprehendunt jura futura etiam
ex cauſa de futuro: & in Romana renunciationis* 25.
Junii 1706. §. *decimo demum, cor. bon. mem. Molines,*
& bene Francif. de Andrea *in ejus conſult. impreſsa
apud* Bottigher. *de ſucceſs. Theorem.* 49. *num.* 21. *cum
pluribus ſeqq. ſignanter n.* 22. *verſ. & ſatis, &* Balduc.
ad Ramon. *conſ.* 27. *n.* 77. *tom.* 1.

Eſt igitur acquieſcendum ſuper hoc primo articulo,
& fatendum, quod renuntiatio, ſeu ceſsio ſine diffi-

caltate includat jus futuræ ſucceſſionis in hæredita-
te fratris inteſtabilis, modo autem reſtat vindican-
dus ab objectis alter ſubſtantialis articulus, in quo
prætenditur renunciationem effectam fuiſſe caducam,
& inutilem ob purificatum jus inteſtatæ ſucceſſionis
in hæreditate fratris, tempore quo Pater Joſeph Ma-
ria erat incapax acquirendi, & adeundi hæreditatem
veluti jam Profeſſus in Religione incapaci poſſiden-
44 di bona in communi ea illa ratione, quod renun-
ciatio hæreditatis futuræ, & ſperatæ habet in ſe con-
ditionem ſi Renuncians ſupervivat illi, cujus hære-
ditatem ſperat, ideo ſi naturaliter, vel civiliter præ-
moriatur eidem Profeſſo in Religione incapaci, re-
nunciatio evaneſcit, ac ſi facta non fuiſſet, ut di-
ſcurrit, Farinell. *reſponſ.* 47. *numer.* 6. & 7. Giova-
gnon. *conſ.* 85. Capon. *diſcept.* 163. Card. de Luc. *de
Regul. diſc.* 63. *num.* 5. & *ſeq. cum aliis exadverſo al-
legari ſolitis.*

Iterum examinando hunc articulum dico hujuſ-
modi Auctores erroneis principiis moveri ad ſuſti-
nendum hoc aſſumptum, ideoque attendi non me-
rentur in concurſu aliorum Doctorum, qui con-
trariam opinionem melioribus rationibus tuentur,
quales ſunt Card. de Lugo, *libr.* 4. *dub.* 5. *reſponſ.
moral.* Caſtropal. *oper. moral. tract.* 16. *diſput.* 1. *punct.*
17. *num.* 19. & *punct.* 18. *num.* 5. Pellizzar. *in manual.
tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 11. & Marta *conſ.* 11. *per
tot.* ubi latiſſime articulum diſputat ex profeſſo in
45 terminis terminantibus renunciationis Profeſſi in Re-
ligione Jeſuitarum factæ de futuro jure legitimæ da-
bitæ poſt obitum Patris, qui deceſſerat tempore quo
filius emiſerat profeſſionem.

Et quidem cum auctoritas Doctorum non ſit ne-
ceſſaria apud Judicem, ſed tantum perſuaſiva in hoc
articulo nondum deciſo per ſententiam alicujus Tri-
bunalis non debemus tranſire per numerum attende-
tirum Doctorum, ſed examinanda eſt ipſa rationis
ſubſtantia, & amplectanda eſt opinio eorum Do-
ctorum, quibus major, & melior decidendi ratio
aſſiſtit, quod autem Giovagnonus cum aliis in con-
trarium adductis erraverint in eorum aſſumpto con-
vincitur manifeſte ab errore rationis, qua moven-
tur, quæ duplex eſt: altera, quod per Profeſſionem
Renuncians dicatur civiliter mortuus, & ſic tem-
pore quo hæreditas defertur non reperiat Perſonam
cui deferri poſſit; & altera, quod neque Monaſte-
rium, ſeu Religio ex Perſona Religioſi ſit capax
acquirendi, & obtinendi ſucceſſionem.

Utraque ratio bene ad juſtitiæ lancem appenſa,
reperitur tanquam minus habens, immo falſis prin-
cipiis innixa; Etenim, quod per profeſſionem quis
dicatur civiliter mortuus; & hæc mors civilis æ-
quiparetur naturali ad hunc effectum, ne hæreditas
deferri poſſit Religioſo Profeſſo, eſt principium er-
roneum apud omnes qui hactenus ſcripſerunt, dum
omnes concludunt, quod donec Monachus, ſeu Re-
46 ligioſus naturaliter vivit hæreditates, & ſucceſſiones
deferuntur, & acquiruntur jure ſanguinis Monacho,
ſive Monaſterio ex Perſona ipſius, quando Mona-
ſterium eſt capax poſſidendi bona in communi, ex
illa ratione, quod per profeſſionem omnia jura Pro-
feſſi transferuntur in Monaſterium tacite, & virtu-
te legis, de qua *in authen. ingreſſi. Cod. de Sacroſ.
Eccleſ.* ut accedo de hæreditatibus poſt profeſſio-
nem delatis dicunt Pellizzar. *in Manual. tract.* 3. *cap.*
4. *n.* 58. Bordon. *cap.* 5. *de profeſſ. quæſt.* 21. Sanchez *ad
præcept. decal lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 3. & *ſeqq. Eminentiſſi-
mus* Petra *ad Conſtit. Apoſtolic. tom.* 3. *ad Conſt.* 4. Innoc.
IV. *ſect.* 1. *num.* 10. & 21. Panimoll. *deciſ.* 12. *annot.* 7.
num. 5. Rot. *dec.* 39. *num.* 5. *poſt* Michalot. *de fratr.*

Et non ſolum ſuccedit Monaſterium ex Perſona
Monachi in hæreditatibus delatis poſt ejus profeſ-
ſionem, ſed etiam in caſu, quo ante profeſſionem,
47 ille renunciaverit jura futura ad favorem tertii, iſte
tertius ſuccedit, ſi deferatur hæreditas in vita Mona-
chi, ut ex doctrina Caſtren. *in l. pactum num.* 7. *C.
de collation.* ſæpiſſime firmavit Sac. Rotæ Tribunal.
in Maceraten. hæreditatis 27. *Maii* 1658. §. *Neque bo-
na cor. bon. mem. Veroſpio relata in dec.* 46. *num.* 10.
poſt. Card. Albit. *de inconſt. in Judic.* & *dec.* 42. *num.* 6.
poſt Bald. ad Ramon. *tom.* 4. & *deciſ.* 64. *numer.* 16.
poſt Conſtant. ad Stat. Urb.

Ecce igitur falſum principium, quod ad effectum
ſuccedendi mors Civilis æquiparetur naturali ſi e-
nim per profeſſionem Monachus haberetur pro mor-
tuo Monaſterium amplius ſuccedere non poſſet ex
Perſona ipſius in hæreditatibus poſt profeſſionem de-
latis, minuſque ſuccedere poſſet Ceſſionarius virtu-
te ceſſionis reportatæ ante profeſſionem, ut eſt com-
munis opinio; dum itaque poſt profeſſionem hære-
ditas delata acquiritur Monaſterio, vel Ceſſionario
ex Perſona Monachi, evidens eſt mortem Civilem
non haberi pro naturali, & juſta ratione, quia nem- 48
pe per profeſſionem non extinguuntur jura ſangui-
nis, ratione quorum debetur ſucceſſio, ut ratioci-
natur Bordon. *cap.* 5. *de profeſſ. quæſt.* 21. Pellizar. *in
Manual. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. *numer.* 58. & admiſit
Rot. *in deciſ.* 34. & 35. *poſt.* Cenſal. ad Peregrin. *de
fideic.* & *in Mediolan. Præpoſitura* 3. *Martii* 1704. §.
Et quidem cor. bon. mem. Anſald.

Motivum propterea dubitandi conſiſtit in altera
ratione, quod agatur de Monaſterio, ſeu Religione
incapaci poſſidendi bona in communi; quo caſu
non poteſt hæreditas deferri Monaſterio ex Perſona
Monachi, & ideo devolvitur ad proximiores Con-
ſanguineos; ſed hæc incapacitas eſt illa, quæ male
in contrarium intelligitur, & explicatione indiget,
cum qua diſſolvitur tota moles objecti.

Eſt igitur diſtinguendum, quod aut Societas
vult ſuccedere hæreditatibus mediante Perſona Pro- 49
feſſi ex diſpoſitione legis, *in authent. ingreſſ. C. de Sa-
croſ. Eccleſ.* aut ex diſpoſitione hominis; In primo
caſu ſolum procedit decantata incapacitas, quia nem-
pe per profeſſionem bona, & jura Profeſſi præſen-
tia, & futura non poſſunt transferri in Societatem
ad effectum, ut eveniente caſu ſucceſſionis poſſit
Societas ex Perſona Religioſorum ſuorum acquire-
re hæreditatem tanquam jus ſibi acquiſitum ex lege
in vim profeſſionis omnia transferentis in Monaſte-
rium, & in his terminis loquitur Pellizzar. *in Ma-
nual. tract.* 4. *cap.* 2. *ſect.* 2. *num.* 123. & *ſeqq.* ubi quæ-
rit an Societas Jeſu habeat jus ſuccedendi nomine
ſuorum Religioſorum ſaltem quoad Collegia, &
Novitiatus, & bene explicat, *num.* 125. ibi: *ſolum
ſtatuitur Profeſſos particulares, aut Coadjutores for-
matos eſſe incapaces ſucceſſionis hæreditariæ, & nec
Domos profeſſas, nec earum Eccleſias, nec Collegia
eorum nomine ſuccedere, quod ſine dubio non eſt omni-
no excludere Domos profeſſas a ſucceſſione hæredita-
ria, ſed ſolum a ſucceſſione ratione Perſonarum*: &
hanc eſſe incapacitatem, quam habet Societas firmat
idem Pellizzar. *ubi ſupra tract.* 2. *cap.* 9. *nu.* 11. Card.
de Lugo *reſponſ. Moral. libr.* 4. *dub.* 5. Marta *conſ.* 11.
num. 52. *verſ. ad tertium* Caſtropal. *tract.* 16. *diſput.* 1.
punct. 17. *num.* 19.

Aut vult Societas ſuccedere ex diſpoſitione homi-
nis, & nemo dubitavit Societatem eſſe capacem ſuc-
cedendi, & acquirendi, ea tantum adhibita diſtin- 50
ctione, quod Collegia, & Domus probationis poſ-
ſunt acquirere ex diſpoſitione hominis ad effectum
irrevocabiliter poſſidendi, Domus vero profeſſæ ad
effectum vendendi, & conſequendi æſtimationem
juxta firmata *in dec.* 446. *num.* 2. & 3. *coram Ubald.
confirmata deciſ.* 511. *cor. eodem* & *deciſ.* 245. *coram
Buratt.* cujus diſtinctionis ratio eſt, quia primo ca-
ſu Societas acquireret ex Perſona Religioſi vi pro-
feſſionis, & jure ſucceſſorio legis, cujus eſt incapax;
ſecundo autem caſu acquirit ex Perſona propria me-
diante diſpoſitione hominis, & independenter ab
ipſa Perſona Profeſſi, qui ante profeſſionem ſe ſpo-
liavit juribus ſuis, prout bene diſtinguendo utrun-
que caſum firmat Pellizzar. *tract.* 2. *cap.* 9. *n.* 11. & *tr.*
4. *cap.* 2. *n.* 125. ubi dicit in hoc differre Societatem
Jeſu ab incapacitate, quam habet Religio Minorum
Mart. *d. conſ.* 11. *n.* 52. 53. 54 & 58. ubi ita conſuluit
in ſenſu veritatis, ut in fine ibi: *requiſitus de voto
meo prout ego ſtudio reſpondeo, quod ſecundum meam
conſcientiam ita judicarem* Card. de Lugo *d. libr.* 4.
dub. 5. Caſtropal. *d. tr.* 16. *diſp.* 1. *punct.* 18. *n.* 5.

Et hæc diſtinctio fundatur in Conſtitutionibus 51
Apo-

Apoſtolicis Societati conceſſis, quæ declararunt Collegia, & Domos eſſe capaces accipiendi ex diſpoſitione hominis, unde ſecluſo caſu, quo Societas vellet ſuccedere ex Perſona Profeſſi mediante diſpoſitione legis, utique quoties vult ſuccedere ex Perſona propria ex diſpoſitione hominis, ut eſt renunciatio, & ceſſio reportata ante profeſſionem, tali caſu eſt capax ſicut aliæ Religiones capaces poſſidendi bona in communi, quia ſicut iſtæ ex diſpoſitione legis ſunt capaces ſuccedendi, ita Societas Jeſu ex diſpoſitione hominis eſt æqualiter capax, & ſicut illæ poſſunt obtinere hæreditatem poſtea delatam, non obſtante morte civili inducta per profeſſionem, ita Societas obtinere poteſt ſine ulla differentia, quæ poſſit aſſignari; quia tantum eſt quod Monaſterium ſit capax ſuccedendi ex diſpoſitione legis, quantum ex diſpoſitione hominis, ut habemus de illis, qui prohibentur ſuccedere ab inteſtato, poſſunt tamen ſuccedere ex Teſtamento per ea, quæ dixerunt Alexander *conſ.* 13. *num.* 2. *verſic. unde per hoc lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 53. *num.* 29. *lib.* 3. Rot. *deciſ.* 32. *num.* 3. *poſt* Meclin. *de legit.* Card. de Luc. *de ſucceſſ. diſc.* 14. *num.* 5. & *poſt* Michalot. *de fratribus deciſ.* 60. *num.* 8.

Et quia tantum eſt, quod Monaſterium capax ſuccedendi ex diſpoſitione legis poſſit ſuccedere non obſtante, quod deferatur hæreditas poſt mortem civilem Profeſſi, tantum quod Monaſterium capax ſuccedendi ex diſpoſitione hominis poſſit ſuccedere in hæreditate delata poſt eandem mortem civilem ſui Profeſſi, ea ratione, quod profeſſio non tollit jura ſanguinis ratione cujus debetur hæreditas, & ſic Profeſſus quantum ad hoc non habetur pro mortuo, & cum adſit Inſtrumentum capax ſuccedendi, ut eſt Monaſterium, ſive ex diſpoſitione legis, ſive hominis, utroque caſu hæreditas Monaſterio, ſeu
52 Religioni debetur cum hac diverſitate, quod Monaſterium capax ex diſpoſitione legis, acquirit ex perſona Monachi, capax autem ſuccedendi ex diſpoſitione hominis tempore habili reportata ante profeſſionem, acquirit, & ſuccedit jure proprio ſibi ceſſo, ſeu donato, ut bene diſtinguunt Marta *ubi ſupra num.* 53. Pellizzar. *d. tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 11. Caſtropal. *d. tract.* 16. *diſput.* 1. *punct.* 18. *num.* 5. *verſ. neque obſtat*, Card. de Lugo *ubi ſupra*.

Hinc attendi non debent in judicando auctoritates in contrarium relatæ, quia Giovagnon. *conſ.* 85.
53 ſcripſit ad opportunitatem Cauſæ, quæ fuit ſopita per concordiam, & inſuper ejus conſilium ad partes diſcuſſo articulo reprobavit Scribens in ſenſu veritatis Marta *d. conſ.* 11. *n.* 50. ubi dicit, quod Giovagnon. decipitur in ſuis ſuppoſitis, doctrina autem Sanchez minorem animadverſionem meretur veluti ſibi contrarii, & reprobati nominatim apud Caſtropal. *dict. punct.* 18. *n.* 5. & Pellizzar. *d. cap.* 9. *n.* 11.

Farinellius *reſp.* 47. agnovit difficultatem, ſed illam evacuare non potuit dicendo, quod capacitas Societatis reſtringatur ad hæreditates ab Exteris relictas quodque de cætero Societas ſit incapax ſuccedendi Profeſſis, vel aliis ex eorum perſona, quæ reſponſio retorquetur, quia ſuccedere Profeſſis, vel aliis ex eorum perſona eſt ſuccedere ex diſpoſitione Legis in *auth. ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſ.* ſcilicet vi profeſſionis transferentis in Monaſterium omnia jura Profeſſi, & ideo non eſt ſuccedere ex diſpoſitione hominis vi renunciationis, ceſſionis, quod bon. me. Farinellus *ubi* ſupra diſſimulavit, ut legere eſt *d. reſponſ.* 47. *num.* 10.

Layman. *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 15. ſicco pede confundit mortem naturalem cum civili ſeſe habendo relative ad Sanchez, ut ſupra reprobatum, ſicetiam Conſultor relatus apud Torre *var. cit.* 6. *qu.* 8. *tom.* 2. demendus eſt de calculo, ſicut & Carol. Ant. de Luc. *in ſpecilegio ad Oleam* q. 64. *num.* 14. ſunt enim iſti duo potius Collectores, quam Doctores, & demum Card. de Luc. *diſc.* 63. *de Regul.* loquitur in abſtracto de Religionibus omnino incapacibus, qualis non eſt Societas ex ſupra explicatis.

Nec demum dici valet omnes noſtras auctoritates conſiſtere in Religioſis Societatis Jeſu, nempe Card. de Lugo, Pellizzar. & Caſtropal. Etenim ultra quod inſignes iſti Religioſi, qui faciunt hodie in Tribunalibus primam figuram, pondere ſuo ſatis urgent,
dico eſſe attendendam rationem Auctorum, potius 54
quam ipſos Auctores, & ulterius, quia ultra prædictos hunc articulum pro hac parte concludit celeberrimus Doctor Marta *d. conſ.* 11. qui reprobavit *conſ.* 85. Giovagnon. & adduxit omnia fundamenta, quæ in contrarium allegantur, quibus tamen omnibus, & ſingulis magiſtraliter reſpondet, & ita in ſenſu veritatis de ſuo voto requiſitus concludit.

Pro tertia vice reaſſumo calamum ſuper novo dubio in hac cauſa excitato, quod nempe, ad effectum, ut controverſa hæreditas vigore juris in ſpe Renunciantis competentis ante profeſsionem P. Joſephi Mariæ eſſet deferenda Eccleſiæ S. Petri Renunciatariæ, deberet ejus dominium exiſtere ſaltem momento temporis in eodem Religioſo jam Profeſſo de tempore hæreditatis delatæ, quod dominium hoc tempore penes ipſum exiſtere non potuit, neque per momentum temporis, ea ratione, quod Profeſsi Societatis Jeſu non ſecus ac PP. Minores de obſervantia, & Cappuccini ſunt incapaces hæreditatis ab inteſtato.

Hoc dubium recte examinatum juxta Societatis Jeſu Conſtitutiones, & Regulas convincitur omnino inſubſiſtens; præmiſſo enim, quod renunciationes, ſeu ceſsiones tranſlativæ jurium ſpe competentium ad hæreditatem in futurum deferendam, ex ſui
natura hoc operantur, ut Renuncians præſumatur, 55
& fingatur tempore delatæ hæreditatis etiam prius adire, & virtute ceſsionis in Renunciatarium ſtatim transferre, itaut non agatur de acquiſitione dominii ad commodum Renunciantis, ſed de momentanea, & intellectuali aditione acquiſitiva dominii ad commodum Renunciatarii, juxta theoricam Caſtren. *in leg. pactum*, *num.* 7. *C. de collation.* & in terminis explicant Giovagnon. *conſ.* 91. *num.* 19. *lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 692. *num.* 5. de *Franchis deciſ.* 14. *num.* 21. & *ſeqq.* & *in Maceraten. hæreditatis* 27. *Maii* 1658. §. *Neque bona ceſſa*, *cor. Veroſpio*, & *deciſ.* 42. *num.* 5. *poſt* Balducc. ad Ramon. *tom.* 4. & *dec.* 64. *nu.* 16. *poſt* Conſtantin. *ad Stat. Urbis*.

Abſolute cenſeo hanc fictam aditionem, & momentaneam acquiſitionem dominii ad commodum Re-
nunciatarii dari poſſe in Profeſſo Societatis abſque 56
eo quod obſtet hujus incapacitas quoad hæreditates ab inteſtato. Etenim hujuſmodi incapacitas non eſt totalis *ab intrinſeco*, & conformis illi, quam habent PP. Cappuccini, & Minores de obſervantia, dum iſti ſunt incapaces acquirendi hæreditates, & bona quocunque titulo, & modo tam ex teſtamento quam ab inteſtato, donatione, renunciatione, vel legato etiam ad effectum vendendi, & pretium conſequendi, ſed eſt incapacitas *ab extrinſeco*, ſcilicet impropria, & ſecundum quid, quia nempe Societas non eſt capax acquirendi hæreditates ab inteſtato delatas Profeſſo ex diſpoſitione legis juxta quam jura Profeſſi transferuntur in Monaſterium; ſed per contrarium eſt capax acquirendi ex diſpoſitione hominis per Teſtamentum, donationem, legatum, vel renunciationem, ut diſtinguendo inter paupertatem Jeſuitarum, & illam Capuccinorum, & Minorum de obſervantia magiſtraliter firmavit Menoch. *conſ.* 1014. *num.* 3. *cum plurib. ſeq.* & *num.* 25. Card. de Lugo *de juſt. & Jur. diſput.* 3. *ſect.* 6. *num.* 106. & *reſponſ. moral. lib* 4. *dub.* 5. Card. de Luca *de teſtament. diſc.* 36. *num.* 8. Pellizzar. *in manual. tractat.* 2. *cap.* 9. *num.* 11. & *tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 125. Marta *conſ.* 11. *per totum* Ricciul. *de jure perſon. lib.* 8. *cap.* 9. *ex num.* 2. *uſque ad num.* 27. Vincentius Brilla *ad conſuetud. Neapol. titul. de ſucceſſ. morient. ſine filiis tit.* 3. *cap. unico numer.* 52. Aſcanius Seta *deciſ.* 17. & *dec.* 19. *per totas*, & late probavi *ſuperius num.* 49. & *ſeqq.* ubi allegavi alias auctoritates.

Dum itaque Societas eſt capax dominii ex diſpoſitione hominis, ita multo fortius eſt capax momentanei, & inſtantanei dominii pro exequenda, ſeu effectuanda diſpoſitione hominis, ſcilicet renunciatione tranſlativa facta ad commodum Tertii, ſive ut in caſu iſto, Eccleſiæ S. Petri ſpectantis ad Societatem, in hoc enim caſu non acquirit ſibi dominium hæ-

57 reditatis inteſtatæ ex Jure Profeſſi, & vigore profeſſionis ubi reſtringitur incapacitas, ſed acquirit illud momento temporis mediante ficta, ſeu præſumpta aditione ad commodum Renunciatarii, per modum Inſtrumenti neceſſarii ad effectuandum contractum ceſſionis, ſeu renunciationis, ubi nulla conſiderari poteſt incapacitas, cum ſit acquiſitio momentanea, ficta, & intellectualis, quæ in conſideratione non habetur, neque infringit quamcunque arctiſſimam mendicitatem, ut in individuo reſpondent ad hoc objectum de Franch. *deciſ.* 14. *num.* 26. Anna *conſ.* 45. *num.* 26. Marta *de ſucceſſ. legal. par.* 3. *quæſt.* 13. *art.* 1. *num.* 32. *&* 33. & melius *in conſ.* 11. *numer.* 51. *&* 52. & plene diſcuſſo artic. Aſcan. Seta *dec. Lucen.* 17. num. 20. 24. *&* 27. *& deciſ.* 19. *num.* 12. *&* 13. poſt ejus *tract. de offic. Locumten.* ubi refert ita judicatum per Sac. Conſilium Neapol. 2. *Maii* 1690. in Cauſa hæreditatis Joſephi Crivelli.

Et quidem non eſt juſta conſequentia ex incapacitate acquirendi ſibi hæreditatem inteſtatam ratione Profeſſi, inferre, & deducere incapacitatem adeundi hæreditatem inteſtatam momento temporis pro ef-
58 fectuanda diſpoſitione hominis; ſicut enim poteſt Societas acquirere ſibi dominium hæreditatis ex Teſtamento, ſeu ex diſpoſitione hominis, ut illam vendat, eodem modo poteſt acquirere, ut eam transferat ex diſpoſitione hominis in Renunciatarium; nam adire hæreditatem ad effectum eam ſtatim transferendi in executionem contractus, non eſt acquirere ſibi hæreditatem ab inteſtato ex Jure Profeſſi, ſeu vigore profeſſionis, ſed eſt conſervare Jus ceſſum, ne remaneat eluſorium, ut diſtinguit, Caſtropal. *oper. moral. par* 3. *tract.* 16. *diſp.* 1. *punct.* 18. *num* 5. quem refert, & ſequitur Aſcanius Seta *d. deciſ.* 10. *num* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 17. *num.* 24. *&* 27. poſt ejus tractatum *de offic. Locumtenen.* & optime Marta *conſ.* 11. *num.* 52. *verſic. ad tertium*, *& num.* 53. *&* 58. ubi quod Monaſterium ſuccedit non Jure Profeſſi, & mediante Perſona Religioſi, ſed ex propria Perſona ex Jure, ceſſo per Renunciationem.

Sed fortius quando iſta acquiſitio dominii eſt mere intellectualis per præſumptam aditionem momentaneam, non ad finem, ut Profeſſus adeundo ſibi acquirat hæreditatem ab inteſtato, ſed ut effectum ſortiatur ceſſio, ſeu renunciatio per ipſum facta tempore habili ad commodum Alterius; quo caſu hu-
59 juſmodi aditio tanquam momentanea, & intellectualis non habetur in conſideratione ad effectum juſtificandi verum dominium acquiſitum, exemplo Ec-
60 cleſiæ quæ alienare non poteſt Jus quæſitum abſque beneplacito Apoſtolico, quidquid ſecus in quærendis, adhuc tamen poteſt adire, ut effectum habeat ceſſio Jurium ad hæreditatem per ipſam Eccleſiam facta, ut ex Soccin. *conſ.* 53. *num.* 17. *lib.* 4. judicavit Rot. *cor. Puteo, dec.* 507. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. in correctis ibi: *Non obſtat, quod Hoſpitale cedendo Iura ſibi competentia videretur hæreditatem adire, & ideo non eramus in acquirendo, ſed in jam quæſita, & ideo Prælatus non poterat præjudicare, quia fuit reſponſum, quod aditio, quæ fit, non ad finem habendi, ſed alteri renunciandi non eſt in conſideratione, prout notabiliter conſuluit* Soccin. *conſ.* 53. *num.* 17. *lib.* 4.

Idemque judicatum fuit in *Bononien. hæreditatis cor. Accorambono* impreſſa in *deciſ.* 67. *part.* 3. *lib.* 1. *diverſ.* ibi: *Dubitatur ex quo heredes Hoſpitalis S. Mariæ de Monte ceſſerant Jura ſua, quæ habebant in iſta hæreditate D. Antonio; &c. ſine ſolemnitatibus requiſitis per Paulinam, an valeret iſta ceſſio, & dicebatur quod ſic, quia &c. Prælatus in quærendis poteſt præjudicare Eccleſiæ, &c. ſed replicabatur, quod Hoſpitalarii cedendo acquirebant, & adibant hæreditatem tanquam neceſſarium antecedens, &c. ſed replicabatur, quod licet cedendo viderentur acquirere Hoſpitalarii, tamen, &c. illa acquiſitio momentanea, quæ fit, non erat in conſideratione*: Turricell. *de reb. Eccleſ. non alienan. cap.* 15. *num.* 96. Gratian. *diſcept.* 568. *num.* 64. *& ſeqq.* & hoc exemplo in terminis utitur Marta *d. conſ.* 11. *num.* 51. *&* 52. ibi: *Quoniam hoc dominium &c. eſt momentaneum, non infringit Regulam Mendicantium, &c. & ita Parlamento Tholoſano fuit judicatum; &c. Addo, quod cum alienatio rei Eccleſiæ vigore extravag. Pauli II. fieri non poſſit non ſervatis ſolemnitatibus, tamen cum Eccleſia heres inſtituta hæreditatem renunciaverit abſque illis renunciatio eſt valida, quia illa aditio, quæ ſaltem ſecundum ordinem intellectus præſupponenda eſt ad effectum renunciandi, non eſt in conſideratione, quoniam aditio facta ad renunciandum erat momentanea; Ita reſpondet* Rot. *&c. ubi fuit canonizatum conſil.* Soccin. 53. *vol.* 4. *quod acquiſitio dominii, quod duret parvo tempore non eſt in conſideratione*, & Manſius *apud* Aſcanium Seta, *deciſ. Lucen.* 17. *num.* 13. *&* 16. *& deciſ.* 19. *num.* 12. *poſt tract. de offic. Locumtenentis*.

Verum ſine ulteriori rationum, & auctoritatum progreſſu habemus in hoc puncto Conſtitutiones cla- 61
ras ipſius Societatis, quæ permittunt hanc aditionem, & intellectualem, necnon momentaneam acquiſitionem dominii pro effectuanda renunciatione, ſeu ceſſione facta occaſione ingreſſus in Societatem; Etenim *in Examine cap.* 4. §. 1. ita diſponitur: *Quicunque Societatem ingredi velint, antequam in domo aliqua, vel Collegio vivere ſub obedientia incipiant, debent omnia bona temporalia, quæ habuerint diſtribuere, ac renunciare, ac diſponere de iis, quæ ipſis obvenire poſſent*: Ecce quod Conſtitutio loquitur de renunciatione tam bonorum præſentium quam futurorum, pro quibus ingreſſurus Religionem habet ſolum jus in ſpe ibi: *quæ ipſis obvenire poſſent*: quod melius explicavit Conſtitutio *part.* 3. *cap.* 1. ubi appellatione bonorum præſentium, & quæ obvenire poſſent, intelligit bona, quæ habet ingreſſurus, nec non jura, & actiones, quæ ei competunt ad bona, quæ ſpectant ibi: *Poſſeſſione bonorum ſuorum ſe abdicare, tam de propriis bonis intelligendum eſt, quæ habet penes ſe, vel alios, quam de jure, vel actione, quæ ei competit ad bona, quæ ſperat, ſive ſæcularia illa, ſive Eccleſiaſtica ſint*: ex quibus conſtitutionibus manifeſte convincitur ingreſſurum in Societatem teneri ad renunciandum tam bona, quæ habet, quam jura, & actiones ſpe competentes ad hæreditates in futurum deferendas, ut in puncto ex verbis Conſtitutionum firmat Sanchez *ad præcept. Decalog. libr.* 7. *cap.* 1. *n.* 31. *verſ. explicatur* & firmat Rot. *Lucen. dec.* 19. *n.* 7. *apud* Aſcanium Seta *in tract. de offic. Locumtenent.*

Et ulterius quia Conſtitutiones mox relatæ non explicant quorum favore fieri debeat renunciatio, propterea ad effectum ne excluderetur renunciatio ad favorem ipſius Societatis proſequitur Conſtitutio *par.* 3. *cap.* 2. ibi: *Qui in ingreſſu ipſo, vel poſt ingreſſum motus ſua devotione vellet bona ſua, vel eorum partem in Societatis ſubſidium diſpenſare haud dubie opus faceret majoris perfectionis*: Unde patet, quod Conſtitutiones etiam ad favorem Societatis volunt, & diſponunt, quod illam ingreſſurus poſſit, & debeat renunciare tam bona præſentia, quam jura, & actiones ad bona, & hæreditates in futurum illi de-
ferendas, nihil obſtante, quod in hac ultima Con- 62
ſtitutione non fiat mentio de juribus, ſed ſolum dicatur *Bona ſua*; cum enim ſupra aliæ Conſtitutiones loquantur etiam de juribus, nihil prohibet appellatione bonorum intelligi etiam jura, & actiones ad bona, & hæreditates in futurum deferendas; appellatione enim bonorum veniunt etiam jura, & actiones ad *Text. in l. quid aliud* 86. *ff. de verb. ſignificat. & in l. qui actionem* 15. *ff. de Regul. Jur.* Barboſ. *appellativ.* 124. *num* 10. *& appellativ.* 35. *num.* 1. Fagnan. *in cap. ex literis, num.* 30. ibi: *Appellatione bonorum veniunt etiam jura, & actiones de jurepatr.* Tiraquell. *in l. ſi unquam in verb. bona num.* 8. *&* 9. *C. de revocand. donat.* ubi cumulat infinitos Concordantes, & dixit Rot. *cor. Ninot. deciſ.* 28. *num.* 9. *&* 10. *& in Romana fideicommiſſi* 22. *Februarii* 1717. §. *Nec incurſus, cor. R. P. D. Cerro, &* 28. *Aprilis* 1719. §. *In nihilo, cor. Reverendiſſimo Herrera.*

Et conſequenter appellatione bonorum intellexit 63
Conſtitutio tam de bonis præſentibus, quam ſperatis, ſeu futuris juxta ſenſum aliarum Conſtitutionum, quæ loquuntur de hac præciſa renunciatione facienda ab ingreſſuro Religionem cum una Conſtitutio ſemper

in

in eadem materia, & caſu declarationem, & intel-
ligentiam recipiat ab alia, ut Ego ſcripſi *diſcep. Eccl.
9. ſub n. 19.* Rot. *dec. 499. n. 24 par. 18. rec. & cor. Pam-
phil. dec. 434. n. 5. & cor. Emerix jun. dec. 1025. n. 3.*

Spreta objectione, quæ fundatur in proprietate,
& natura vocabuli *diſpenſare* quaſi hoc applicabi-
le videatur duntaxat bonis præſentibus; eſt enim ſo-
phiſtica legalitas nullo modo attendenda in Judiciis,
nam hujuſmodi vocabulum eſt generale ſignificando
etiam diſpoſitionem de rebus, & bonis ſuis tam præ-
ſentibus, quam futuris, ut ait Rebuff. *in leg. urba-
na 166. ff. de verb. ſignificat. in verb. Diſpenſator*
ibi: *diſpenſare eſt diſtribuere, miniſtrare, procura-
re, diſponere: Alberic. in dictionar. litt. D. in ver.
diſpenſatia* ibi: *Diſpenſatio ideſt diſpoſitio: Archi-
diac. in can. olim diſtinct. 95. numer. 2. in fin.* ibi:
*Diſpenſationis ideſt diſpoſitionis: & in Vocabular.
utriuſque jur. in verb. diſpenſare* ibi: *Diſpenſare i-
dem eſt quod diſponere.*

Cum itaque ex Conſtitutionibus habeatur poſſe,
64 & debere ingreſſurum Societatem diſponere de bo-
nis ſuis, necnon actionibus, & juribus ad hæredi-
tates in futurum deferendas, inde probatum rema-
net, quod permittant per neceſſarium antecedens,
vel conſequens, quod Renuncians, & Cedens quo-
cunque tempore in futurum, de quo contingat hæ-
reditatis delatio poſt profeſſionem, poſſit ac debeat
adire, & acquirere momentaneum dominium ad effe-
ctum exequendi, & effectuandi renunciationem, quia
65 permiſſa renunciatione, & ceſſione ad jura hæredi-
tatis futuræ, permiſſa dicitur aditio ipſius hæredita-
tis tempore, quo defertur, ut inquit Rot. *dec. 57.
ſub num. 3. part. 3. lib. 1. diverſ.* ibi: *Cedendo acqui-
rebant, & adibant hæreditatem tanquam neceſſarium
antecedens, non enim potuiſſent cedere niſi prius ſal-
tem ordine intellectus intelligerentur adiviſſe*: Ruin.
conſ. 170. num. 6. lib. 5. Rot. *cor. Putea dec. 507. nu. 1.
verſ. non obſtat lib. 2.*

Neque hæc dici poteſt lubrica interpretatio, aut
fallax, quia inhæret omnibus juris principiis, quod
qui vult conſequens, vult etiam ſuum neceſſarium
antecedens, quodque volens finem, velle cenſetur
66 omnia media neceſſaria ad illum aſſequendum per
*Text. in cap. præterea de offic. Delegat. & in leg. ad
rem mobilem, & in leg. ac legatum, ff. de Procurator.
cum aliis apud* Barboſ. *axioma 54. num. 1. & axioma
99. num. 2.* Rot. *deciſ. 473. num. 15. part. 18. rec.* non
enim potuiſſent Conſtitutiones permittere renuncia-
tiones, & ceſſionem jurium ad hæreditates futu-
ras; niſi etiam permiſiſſent hujuſmodi fictam aditio-
nem, & momentaneam dominii acquiſitionem in
Renunciante quocunque tempore poſt profeſſionem
contingeret delatio hæreditatis ceſſæ, ut ceſſio vali-
da remaneret, ſeu effectum ſuum conſequeretur; a-
67 lias Conſtitutiones eſſent eluſoriæ, vel contradicto-
riæ, quia ordinarent hujuſmodi renunciationes, &
ſimul eas redderent inutiles, & caducas in præjudi-
cium Renunciatarii, ut conſiderat Rot. *Lucen. dec.
19. num. 9. & num. 13. poſt* Aſcanium Seta *in tract.
de offic. Locumtenent.*

Et in terminis terminantibus renunciationis factæ
ab ingreſſo Societatem quoad hæreditates futuras ad
68 favorem Tertii, quod renunciatio ſit valida, neque
obſtet incapacitas Societatis, & Profeſſi circa hu-
jus neceſſariam aditionem, & momentaneam acqui-
ſitionem dominii, judicavit Sacr. Conſilium Neapo-
lis in cauſa hæreditatis Joſephi Civelli, ut in *dec.
19. impreſſ. apud* Aſcanium Seta *ubi ſupra*, & pariter
in alio caſu ſimilis renunciationis quoad hæredita-
tem futuram delatam poſt profeſſionem Renuncian-
tis, conſuluit Manſius *in allegatione impreſſa in dec.
27. apud eundem* Seta, ubi in fine refert concordiam
emanatam magis in favorem Renunciatarii, quam
alterius Collitigantis, & in utraque deciſione ma-
giſtraliter firmatur, quod juxta Conſtitutiones So-
cietatis, hæc non eſt incapax, ſicut Religio PP. Ca-
puccinorum, & Minorum de obſervantia, quodque
ad effectum, ut valida ſit renunciatio nulla adeſt
incapacitas, quod Profeſſus ficte aditionem faciat,
& acquirat momentaneum dominium, quia Conſti-
tutiones excludunt Profeſſum ab acquiſitione bono-
rum, quæ penes ipſum permaneant, non autem, ut
mediante ejus Perſona conſervetur Jus Renunciata-
rio ceſſum.

Quamvis autem hujuſmodi deciſiones loquantur
in terminis renunciationis factæ ad favorem Tertii,
non autem Societatis, aut ejus Eccleſiæ Monaſte- 69
rialis, hæc tamen eſt diverſitas materialis facti, non
autem juris, ſicut enim in renunciatione ad favo-
rem Tertii non adeſt incapacitas in Profeſſo pro fi-
cta aditione hæreditatis, & momentaneæ acquiſi-
tionis dominii tempore quo defertur; ita nec adeſt
in renunciatione ad favorem ipſius Societatis ejuſ-
que Eccleſiæ, dum Conſtitutiones permittunt renun-
ciationem etiam ad favorem Societatis, quæ pro-
pter hoc habet capacitatem acquirendi ex diſpoſitio-
ne hominis, ſicut habet quilibet Tertius Renuncia-
tarius Sæcularis.

Quibus ſtantibus non eſt opus divagari in aliis
objectionibus in contrarium excogitatis; Verum ne
aliquid intactum relinquatur dico non ſubſiſtere il-
lam interpretationem, quod Conſtitutiones ordinan-
tes renunciationem bonorum præſentium, necnon
jurium, & actionum ad futura, per neceſſarium an-
tecedens, vel conſequens non concludant, quod Re-
nunciantes poſt emiſſam profeſſionem poſſint adire
hæreditatem tunc delatam, & acquirere momenta-
neum dominium ex motivo ſuperius adducto, quod
alias eſſet eluſorias, & caducas reddere renuncia-
tiones jurium ad futuras hæreditates, quia nempe
poſſint intelligi Conſtitutiones in eo ſenſu, ut ad-
mittant, & validas reddant hujuſmodi renunciatio-
nes quatenus tamen hæreditates deferantur ante Pro-
feſſionem, non autem poſt illam emiſſam, & con-
ſtituium Renunciantem in ſtatu incapaci.

Nam primo adverto, quod ſubjectum ſupponit
quidquid principaliter eſt in quæſtione, ſcilicet,
quod Profeſſus Societatis capacis acquirendi ex diſ-
poſitione hominis ſit incapax hujus immaginariæ a-
ditionis, & momentaneæ acquiſitionis dominii ad
commodum Renunciatarii; quod aſſumptum cum
ſupra demonſtratum fuerit inſubſiſtens, non eſt pro-
pterea illud præſuppondum, & ſub ejus præſuppoſi-
to danda interpretatio Conſtitutionibus, quæ de cæ-
tero cum non diſtinguant inter caſum hæreditatis de- 70
ferendæ ante, vel poſt profeſſionem, indiſtincte, ac
indefinite ſunt intelligendæ, *l. non diſtinguemus, ff.
de recept. Arbitr.* Surd. *conſ. 51. num. 7.* Rocca *diſput.
jur. cap. 124. num. 12.* Jovius *de ſolemnit. in contract.
minor: gloſſ. 19. §. 11. num. 6. deciſ. 36. num. 13. part. 5.
& deciſ. 533. num. 4. part. 14. & in Colonien. Canoni-
catus prima gratia 4. Februarii 1699. §. Hinc viſum,
coram Eminentiſſimo Scotto.*

Secundo, objectum fundatur in æquivoco, quia
hujuſmodi renunciationes fieri ſolent duplici tempo-
re, aut enim fiunt in Sæculo occaſione ingreſſus in
Religionem, aut fiunt tempore Novitiatus intra duos 71
menſes proximos ante profeſſionem juxta diſpoſitio-
nem Sacri Concilii Tridentini; *ſeſſ. 25. cap. 16. de
Regular.* ſi fiant in Sæculo, nunquam tunc pure fit
renunciatio, & translatio bonorum, & jurium, ſed
confertur in tempus profeſſionis aut expreſſe, ut fa-
ctum legitur in caſu iſto, aut tacite per ſubauditam
conditionem ſuſpenſivam ad terminos Concilii, ut
apud Menoch. *conſ. 188. num. 19. lib. 4.* Sanchez *ad
præcepta Decalog. lib. 7. cap. 5. n. 62.* Pellizar. *tract. 2.
cap. 9. n. 53.* ad inſtar donationis cauſa mortis, cui
hujuſmodi renunciatio aſſimilatur, ubi donatur quam-
diu vivit, vult potius ſe habere, quam eum, cui
donat; poſt mortem vero magis eum, cui donat,
quam hæredem ſuum, ut ait *Text. in l. 1. ff. de do-
nat. cauſa mort.* ibi: *Mortis cauſa donatio eſt cum quis
habere ſe mavult, quam eum, cui donat, magiſque
eum, cui donat, quam hæredem ſuum.*

Unde cum ante profeſſionem non dicatur facta
translatio, ſed ſolum in limine profeſſionis, cum
paria ſint actum fieri in certo tempore, ac conferri 72
in illud tempus, juxta *Text. in l. in tempus, ff. de hæ-
red. Inſtit.* Bouilier. *de ſucceſſ. Theorem. 65. n. 14. verſ.
& unde, & num. 5.* Barboſ. *axiom. 174. num. 31. in fin.*

& in terminis noſtris, Pellizar. *in manual. tract. 2.
cap. 9. num.* 53. Sanchez *ad præcept. Decalog. libr. 7.
cap. 5. num.* 62. propterea abſurdum eſt præſupponere,
quod tranſlatio jurium ad futuras hæreditates,
debeat intelligi de hæreditatibus delatis ante profeſ-
ſionem quando ante illam tranſlatio nondum facta
dicitur, & pariter inepta eſt interpretatio, quod
tranſlatio jurium collata in tempus profeſſionis ad
bona futura, poſſit verificari in bonis ante profeſ-
ſionem obventis, quando in hoc ſenſu de tempore
profeſſionis Renuncians non cederet amplius jura, &
ſpem ad bona futura, ſed cederet ſolum bona præ-
ſentia, & nihil juris in futurum renunciaret: opor-
tet enim, ut hæc jura in futurum verificentur de
73 tempore profeſſionis, in quod confertur renunciatio,
l. in delictis ff. de noxal. actionib. Rot. *dec.* 169. *num.* 22.
part. 17. *& decis.* 608. *num.* 7. *part.* 18. *recent. & coram
Emerix jun. dec.* 278 *num.* 5. *& cor. Dunoz. jun. dec.* 956.
num. 9. *&* 10. *& in Volaterrana benef.* 7. *Decemb.* 1708.
§. Certe, cor. Reverendiſs. Criſpo.

Si vero fiant renunciationes tempore Novitiatus
clarius eſt æquivocum, quia juxta decretum *S. Con-
cilii ubi ſupra* mandantis eas expleri intra duos men-
74 ſes proximos ante profeſſionem illa fieri poſſunt im-
mediate ante profeſſionem, ut advertit Barboſ. *ad
Concil. d. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regular. n.* 35. Sanchez *ad
præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 80. Pelizar. *in Ma-
nual. tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 40. *Donat. in prax. tom.* 2. *tit.
de bonis Novitior. q.* 9. *num.* 5. quo caſu renunciatio
jurium ad bona, & hæreditates futuras non poteſt
verificari niſi poſt profeſſionem, ergo impoſſibilis eſt
interpretatio, quod hujuſmodi renunciatio intelligi
poſſit de hæredibus delatis, ſeu bonis obventis an-
te profeſſionem, ſcilicet antequam facta fuerit ipſa
renunciatio, quod eſſet non interpretari, ſed redde-
75 re Conſtitutiones eluſorias, ut dicunt Ales. *Conſil.*
103. *n.* 5. *verſ. ſed in caſu lib.* 6. Honded. *conſ.* 61. *n.* 51.
Rot. *cor. Celſo dec.* 349. *n.* 11. *& dec.* 273. *n.* 7. *& cor.
Otthobon. dec.* 73. *n.* 18. *& in recent. dec.* 283. *n.* 16. *par.*
17. *& coram Emerix jun. dec.* 898. *n.* 2.

Eo magis autem attentis regulis Societatis, quæ
76 non permittunt fieri hujuſmodi renunciationes, niſi
ab iis, qui cogniti fuerint ſtabiles in ſua vocatione
arbitrio Provincialis maturo, conſilio proceſſuri, &
accedit Conſtitutio Gregorii XIII. in qua diſponi-
tur, quòd liceat nondum perventis ad profeſſionem
retinere bonorum ſuorum jus, & dominium ad tem-
pus Judicio Præpoſiti Generalis præſcribendum, tum
ut iſte habeat majorem libertatem eos dimittendi,
tum etiam ut illi *In pauperes tandem, aut alios
pios uſus diſtribuant*: quibus ſtantibus renonciationes
77 in hac Societate aliquando retardantur uſque ad pro-
feſſionem, itaut per diem ante illam fieri valeant,
quemadmodum advertunt, Sanchez *ad præcept.* De-
calog. *cap* 6. *num.* 19. Caſtropal. *oper. moral. tom.* 3.
tract. 16. *diſp.* 1. *punct.* 15. *num.* 3. Noguer. *in quæſt.
ſingular. diſput.* 4. *quæſt.* 66. *§.* 3. *num.* 22. Suarez *de Re-
lig. tom.* 4. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 19.

Cum itaque renunciationes, aut conferantur in
tempus profeſſionis, aut fiant in limine profeſſio-
nis, & per diem ante omnino incongrua remanet
Interpretatio, quod Conſtitutiones præſcribentes re-
nunciationem etiam de juribus, & actionibus ſpe-
ctatis in futurum, intelligant hoc futurum ante pro-
feſſionem, quando futurum in renunciationibus per
neceſſe verificari non valet niſi poſt profeſſionem,
excepto rariſſimo, & vix contingibili, caſu, quod
in ipſo die, quo fit renunciatio per horas poſt il-
lam contingat obitus alicujus Conſanguinei, & de-
latio ejus hæreditatis, ſeu purificatio fideicommiſſi,
78 qui caſus non conſideratur in judicando ad notum.
Text. in l. nam ad ea ff. de legibus.

Tertio, objectum evaneſcit ex praxi, & ſtylo hu-
juſmodi renunciationum, quæ ubi fiunt de juribus,
& bonis in futurum deferendis, & competituris, re-
79 gulariter habere ſolent clauſulam illam: *quandocun-
que in futurum competituris*: quæ in controverſa re-
nunciatione adjecta legitur, & propterea nunquam
intrare poteſt hujuſmodi reſtrictiva, quoad futurum,
ut intelligatur de ſolo futuro ante profeſſionem, quia
non ſolum dictio *quandocunque*, comprehendit om-
ne tempus ante, & poſt profeſſionem, ſed etiam i-
pſa ſolum dictio *in futurum*, quæ non patitur li-
mites alicujus temporis, ſed omne comprehendit in
infinitum, Rot. *decis.* 178. *numer.* 5. *apud* Poſth. *de
manut. & coram Coccin. decis.* 1469. *numer.* 5. Rodul-
phin. *alleg.* 106. *n.* 2. Barboſ. *diction.* 89. *n.* 2. *cum aliis
ſupra relatis*, ideoque Conſtitutiones, ſi permittunt
renunciationes jurium, & actionum in futurum,
non poſſunt reſtringi ad certum determinatum, &
limitatum futurum, ante ſcilicet profeſſionem; alias
eſſet deſtructio, & violatio, non autem interpreta- 80
tio Conſtitutionum, ut apud Cyriac. *contr.* 210. *nu.*
24. *& ſeqq.* Rot. *decis.* 283. *n.* 16. *part.* 17. *rec.*

Et quarto demum, ſi habemus doctrinas, & de-
ciſiones punctuales in terminis, quæ vigore Conſti-
tutionum Societatis admittunt capacitatem in Pro-
feſſo quoad illam intellectualem aditionem, & mo-
mentaneam acquiſitionem dominii pro executione re-
nunciationis ad commodum Ceſſionarii *ex allegatis*,
certe in concurſu punctualium deciſionum, & au-
ctoritatum ratiocinia quæcunque frigeſcunt, & ſper- 81
nuntur in judicio, ut ait Cyriac. *contr.* 248. *nu.* 22.
& 23. Cavalean. *decis.* 15. *num.* 3. *part.* 1. *& decis.*
28. *num.* 49. *lib.* 2.

Aliud objectum, quod toties reſricatum fuit ſu-
per incapacitate Profeſſi, & Societatis quoad hære-
ditatiam ſucceſſionem ab inteſtato vigore Conſtitut.
incipien. *quo melius*, ſatis evacuatum extitit *ſupra
num.* 58. *& ſeqq.* & in ſumma reſponſio eſt, quod
Conſtitutio ſolum intelleait prohibere, ne Societas
ex Perſona Profeſſi acquirat hæreditates ab inteſta-
to, *quo melius paupertatis puritas &c. conſervetur*,
quod ſane nullam connexionem habet cum caſu præ-
ſenti, aut enim prætenditur, quod vigore hujus
Conſtitutionis Societas non poſſit acquirere, & eſt
falſum, quia in ſubjecto caſu Societas, ſeu Eccleſia
S. Petri acquirit ex diſpoſitione hominis per renun-
ciationem, non autem ab inteſtato ex jure Profeſ-
ſi in vim profeſſionis, ut ſuperius probavi cum do-
ctrinis ſpecialibus *numer.* 58. aut vero prætenditur,
quod Profeſſus nequeat adire hæreditatem inteſtatam,
& pariter eſt falſum, quia cum allegata Conſtitu-
tio pro cauſa finali præmittat: *quo melius paupertatis
puritas conſervetur*: eo ipſo quod Profeſſus non adit
hæreditatem, ſeu acquirit ad commodum proprium,
ſed Renunciatarii, ut renunciatio effectum ſortia- 82
tur, nihil infringit puritatem paupertatis, ut reſpon-
det Manſ. *in allegat. impreſſ. in decis.* 17. *num.* 24. *&*
27. *poſt* Aſcanium Seta *in tract. de Offic. Locumtenen.*
& plene Caſtropal. *tom.* 3. *tract.* 16. *diſput.* 1. *punct.*
17. *num.* 19. *& punct.* 18. *num.* 5.

Prout etiam eo minus infringit paupertatem quan-
do agitur de aditione, & acquiſitione dominii mo-
mentanea, quæ in ſubſtantia eſt quid intellectuale,
& fictitium fictione juris, ut effectum habere poſſit
renunciatio, nec de cætero requirit ullum factum
externum ipſius Profeſſi in adeundo, & acquirendo;
unde non video in quo violetur paupertas, aut con-
traveniatur Conſtitutioni *quo melius* in hac intelle-
ctuali, & ut ita dicam, metaphyſica aditione indu-
cente inſtantaneam acquiſitionem dominii ſine ex-
terna apparentia, & ſine ſubſtantia commodi in Ac-
quirente; quæ fictio momentaneæ acquiſitionis pro
effectuanda renunciatione ad commodum Renuncia-
tarii in conſideratione non habetur, quia paria ſunt 83
non eſſe, & non apparere, *l. duo ſunt Titii, ff. de
teſtament. Tutel. l. cum res §. itaque, ff. de legat.* 1. Surd.
decis. 149. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 15. *num.* 13. Rot. *cor.
Emerix jun. decis.* 1029. *num.* 12. & in puncto probant
ſuperius allegati num. 57. 60. *&* 68.

Neque hic miſcenda eſt paupertas, quam habent
PP. Capuccini, & Minores de obſervantia, illam 84
confundendo, & æquiparando cum paupertate So-
cietatis; nam paupertas Minorum, & Capuccinorum
eſt totalis ab intrinſeco, propter quam totalitatem
cum dicantur mortui, hæc eſt ratio, ob quam non
poſſunt adire hæreditates, & acquirere ad commo-
dum Renunciatarii, non ſic autem reſpectu pauper-
tatis, quam profitetur Inſtitutum Societatis, quæ non
adeſt

adeſt niſi ab extrinſeco, & in aliquibus, propter quod dicitur paupertas impropria, & ideo ejus Religioſi non dicuntur ita mortui, ut ſint incapaces adeundi ad commodum Renunciatarii, cum hoc eorum Conſtitutio non prohibeat, neque hac paupertatem Profeſſi in ea prohibitam ullatenus iuſtingat, ut late probatur in *deciſ.* 17. *&* 19. *poſt* Aſcanium *Seta ubi ſupra*.

His omnibus accedit conſuetudo, & obſervantia, juxta quam quoties factæ fuerunt hujuſmodi renunciationes, ſive ad commodum Tertii, ſive Collegiorum Societatis, delatis ſubinde hæreditatibus poſtquam Renuncians erat profeſſus ſemper effectum habuerunt, ultra enim duos caſus; unum concordatum, & alterum judicatum favore Renunciatarii per Sac. Conſilium Neapolis in Cauſa hæreditatis Crivellæ *ſub die* 2. *Maii* 1690. ut in toties allegatis *deciſionibus* 17. 19. *poſt* Aſcanium Seta, accedit tertius, ubi Senatus Mediolani in Cauſa hæreditatis Caroli Proſerpii judicavit ad favorem Domus Profeſſæ Societatis Jeſu S. Fidelis *ſub die* 16. *Julii* 1676. & ulterius accedit quartus ex judicato ejuſdem S. Concilii Neapolis in Cauſa hæreditatis Silviæ Piſanelli favore Aſcanii Muſcettola Ducis Mileti *ſub die* 23. *Octobris* 1686. & demum concurrunt alii caſus in præciſis terminis hujus controverſiæ emanatæ; hoc enim modo provenit hæreditas Collegio Cremonen. propter renunciationem P. Firmi Crotti, licet delata poſt ejus profeſſionem vigore renunciationis ante illam factæ; ſic etiam ſimilem hæreditatem habuit Collegium Comenſe propter renunciationem P. Franciſci Pungiæ jam Profeſſi, & demum accedunt renunciationes factæ de bonis per P. Carolum de Roncoveteri, & P. Damianum Cataſi poſt eorum profeſſionem delatis, in quibus ſucceſſit Collegium Placentinum Societatis Jeſu.

Tot autem caſus in his præciſis terminis emanati,
85 ſine dubio apti ſunt dare obſervantiam, & conſuetudinem interpretativam Conſtitutionibus Societatis juxta ſenſum hactenus explicatum, quod nempe prohibere non intelligant, ſed omnino permittunt, ut poſtquam facta eſt Renunciatio ante profeſſionem ad favorem Tertii, aut ipſius Societatis, illa ſortiri debeat effectum ad favorem Renunciatarii, non obſtante quod hæreditates delatæ fuerint poſt emiſſam profeſſionem ab ipſo Renunciante, ita permittendo per neceſſarium antecedens, vel conſequens in Profeſſo illam fictionem aditionis, ſeu momentaneæ, & potius imaginariæ acquiſitionis dominii; nihil enim magis clarum dari poteſt, niſi illa lege, vel Conſtitutione, quæ non ſolum ex Doctoribus, ſed etiam ex interpretatione data ab obſervantia certum ſenſum recepit, ut paſſim firmavit Rot. *deciſ.* 59. *num.* 12. *coram Mantic. & deciſ.* 83. *num.* 9. *coram Bich. & deciſ.* 842. *num.* 12. *coram Cerr. & deciſ.* 362. *num.* 12. *part.* 15. *& deciſ.* 441. *num.* 9. *& ſeqq. part.* 18. *rec. & deciſ.* 1342. *num.* 8. *coram Emerix Jun.*

Quod amplius procedit etiamſi intellectus datus ab obſervantia eſſet malus, vel de jure non tenen-
86 dus: adhuc enim magis ſtatur interpretationi datæ ab obſervantia, quam alteri cuicunque, quæ forte eſſet de jure verior, ut inquit Rot. *deciſ.* 608. *num.* 6. *part.* 2. *recent.* ibi: *ſubjacent obſervantia interpretative quatenus verba patiantur, etiamſi intellectus datus pro obſervantia eſſet malus, vel de jure non tenendus: & part.* 2. *diverſ. deciſ.* 256. *num.* 6. ibi: *etiamſi intellectus datus pro obſervantia eſſet malus, vel de jure non tenendus nihilominus ſtandum eſt tali obſervantia, in vim ejuſdem legis, & cor. Emerix jun. deciſ.* 24. *n.* 8. ibi: *obſervantia, &c. eſt optima Conſtitutionum Apoſtolicarum Interpres etiam contra proprietatem verborum, & veriorem juris intellectum, &c. hoc ampliatur etiamſi intellectus eſſet malus, vel de jure non retinendus: & coram eodem deciſ.* 242. *num.* 11. ibi: *hoc ampliatur etiamſi intellectus eſſet malus, vel de jure non tenendus.*

Tanta enim eſt vis conſuetudinis, ut etiam ſi il-
87 la in aliquo deflectat a Regulis Religioſæ paupertatis, adhuc valida eſt, & ſuſtinetur, ut late tuetur, Sanchez *ad precept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 25. *nu.* 16. Azor. *Inſtit. Moral. tom.* 1. *libr.* 12. *cap.* 23. *qu.* 8. Pellizar. *in Manual. tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 68. A. S. Ubald. *quodlibet. Regular. dub.* 10. *nu.* 112. §. *Spirit. Sanct. in director. Regular. tract.* 3. *diſput.* 4. *ſect.* 2. *num.* 91. *& ſeqq.* eo magis autem quando conſuetu- 88
do etiam reperitur firmata in contradictorio judicio per rem judicatam, ut in *deciſ.* 19. *poſt* Aſcanium Seta *ubi ſupra*; Et quando de cætero illa non eſt derogatoria Regulæ, aut Conſtitutionum Societatis, ſed eſt pure interpretativa dando illis ſenſum rationi, & principiis juris conſentaneum, ut probatum eſt *ſupra*; in his enim terminis nullum ſupereſſe va- 89
let veſtigium dubitandi, cum nulla melior ſit intelligentia, quam illa, cui præter Doctores accedit obſervantia retenta in caſibus pro tempore ſecutis ad *Text. in leg. ſi de interpretatione, & leg. minime, ff. de legib.*

Et inhærendo prædictis rationibus cauſa plene diſcuſſa ita judicavit Supremum Tribunal Placentiæ, & Parmæ, ut ea ſententia, quæ ſequitur.

SENTENTIA SUPREMI TRIBUNALIS PLACENTIÆ, ET PARMÆ 90

In Placentina Succeſſionis, in qua potiſſimum agitata fuit Controverſia.

An Renunciatarius, de cætero bonorum capax, jurium quomodolibet futurorum Religioſi Societatis Jeſu, hæreditatem delatam poſt ſolemnia Vota ejuſdem Religioſi, qui ante illa, & ſic tempore habili ad Renunciationem devenit, obtinere valeat, ſi Perſona, de cujus hæreditate agitur deceſſerit ab inteſtato nec non Profeſſus, qui ut ſupra renunciavit Perſonæ defunctæ ſuperſtes fuerit ſanguine proximior.

Placentiæ Anno 1721. *Indictione* 14. *die* 24. *Januarii.*

IN Cauſa vertente coram Excelſo Ducali Conſilio a Celſitudine Sua Sereniſſima delegato inter Eccleſiam Societatis Jeſu D. Petri Plancentiæ ex una, & Dominos Comites de Arcellis, Clapponis, Palaſtrellia, ac alios Litis Conſortes ex altera, ut in Actis, &c.

Idem Excelſum Ducale Conſilium, ſedens, &c.

LEctis Votis per Celſitudinem Suam Sereniſſimam tranſmiſſis una cum Litteris Sereniſſimis diei 16. Januarii currentis: Viſis videndis, & conſideratis conſiderandis.

Chriſti Nomine invocato.

CEnſuit, Hæreditatem qu. D. Auguſtini Zanardi Landi ab inteſtato defuncti ſpectaviſſe, & ſpectare ad dictam Eccleſiam Societatis Jeſu Divi Petri Placentiæ uti Renunciatariam Admodum Reverendi Patris Joſephi de Zanardis Landis Societatis Jeſu Profeſſi, & Fratris dicti D. Auguſtini; ideoque univerſa bona una cum fructibus hæreditatis prædictæ relaxanda eſſe Admodum Reverendo P. Rectori Collegii Placentini Societatis Jeſu tanquam Adminiſtratori dictæ Eccleſiæ; & ad hunc effectum concedenda eſſe, prout conceſſit, quæcunque Mandata ſuperinde neceſſaria, & opportuna in forma.

Præſes, & Conſilium.

Aloyſius Suzanus J. C. Excelſi Ducalis Conſilii Secretarius.

JANUEN. DISPOSITIONIS,

ARGUMENTUM.

Plures conditiones adjectas in Teſtamento Novitiæ veluti in fraudem Voti paupertatis in tempus poſt emiſſam Profeſſionem collatas vitiari, & haberi pro non appoſitis hic plene deciditur.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Proponuntur dubia ſuper quibus quæſtio verſatur, & num. 3. 4. & 5.*
6 *Dubiorum reſolutio.*
7 *Data facultate Executori alienandi bona hæreditaria valet alienatio etiam in præjudicium Subſtituti.*
8 *Poteſt ſimul ſtare fideicommiſſum purum, & reſtitutorium cum facultate libere diſponendi.*
9 *In alienatione facta pro uſu Teſtatoris nullum conſideratur præjudicium hæredum.*
10 *Prima Charitas incipit a ſe ipſo.*
11 *Teſtamentum Profeſſi in Monaſterio capaci poſſidendi bona in communi non habet effectum a die Profeſſionis, ſed a die mortis naturalis Profeſſi.*
12 *Durante vita naturali Profeſſi Monaſterium retinet dominium, & uſumfructum hæreditatis.*
13 *Teſtator donec vivit poteſt alienare pro ſuis indigentiis bona, de quibus diſpoſuit.*
14 *Teſtamentum Profeſſi quando habeat locum a die Profeſſionis non expectata ejus morte naturali.*
15 *Conditio impoſſibilis de jure adjecta inſtitutioni habetur pro non ſcripta in Teſtamento, & inſtitutionem non vitiat, & num. 22. 26. 27. & 29.*
16 *Profeſſus non habet nec velle, nec nolle.*
17 *Religioſus etiam interveniente permiſſione Abbatis non poteſt teſtari de bonis etiam ex facultate reſervata ante Profeſſionem.*
18 *Per dictionem* dummodo *juxta Clauſula*, & non aliter *importatur conditio.*
19 *Conditio ſuſpenſiva collata in tempus inhabile non retrotrahitur ad tempus Teſtamenti ante Profeſſionem.*
20 *Actus incipere non poteſt in ſtatu ſuperventæ incapacitatis.*
21 *Paria ſunt aliquid fieri tempore inhabili, ac conferri in tempus inhabile.*
23 *Quod directe prohibetur, nec etiam indirecte eſt permiſſum.*
24 *Subterfugiis non eſt indulgendum.*
25 *Plus valet quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.*
28 *Conceſſa hæredi facultate alienandi, ſubſtitutio reſtringitur ad bona, quæ remanent poſt hæredis obitum.*
30 *Inſtitutio facienti de hærede non hæredem appellatur deriſoria.*
31 *Profeſſus non poteſt retinere dominium in bonis ante profeſſionem poſſeſſis, nec revocare Teſtamentum conditum ante Profeſſionem ut num. 32 & 46.*
33 *Teſtamentum principaliter conſiſtit in inſtitutione, & ſubſtitutione.*
34 *Prohibitum eſt Profeſſo teſtari ad proprium commodum, & num. 37.*
35 *Qui per alium gerit per ſe ipſum gerere dicitur.*
36 *Omnia noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur.*
38 *Relictum Monacho, ut dominium ad ipſum pertineat excluſive ad Monaſterium, ſuſtinetur favore Monaſterii rejecta conditione.*
39 *Conditio debet adimpleri in forma ſpecifica.*
40 *Dictio ipſe eſt perſonaliſſima quoſcunque alios excludens.*
41 *Voluntas unius non eſt voluntas alterius.*
42 *Dictio* & non alias *eſt limitativa.*
43 *Profeſſus non dicitur contemplaſſe Monaſterium, ſi in Teſtamento ſcripſit hæredes extraneos.*
44 *Ex nullitate conditionis in Teſtamento Profeſſi ſoli hæredes jus acquirunt, non autem Monaſterium.*
45 *Idem eſt diſponere, ac habere proprium.*
47 *Conditio nondum purificata nihil operatur.*
48 *Nullo dominio in Religioſum tranſlato, nullum dicitur acquiſitum jus Monaſterio.*
49 *Quidquid conditionaliter conceſſum eſt, non poteſt exequi ante conditionis eventum.*
50 *Executor teſtamentarius nulliter agit contra voluntatem Teſtatoris, quam tenetur ſervare ad unguem.*
51 *Limitata facultas limitatum producit effectum.*
52 *Forma permiſſiva non ſervata immediate ſuccedit forma deſtructiva.*

DISCEPTATIO LXV.

DUM erat proxima ſolemni profeſſioni omittendæ in Monaſterio S. Leonardi Civitatis Januæ 1
Nobilis virgo Soror Maria Hieronyma de Mari condidit ſuum nuncupativum Teſtamentum, in quo hæredes inſtituit in omnibus bonis hæreditariis Paternis Antoniam Matrem, & Cæſarem de Mari ejus Patruum reſervato ſibi ſuper eiſdem bonis annuo livello librarum 350. ab eadem exigendo: *Da ſe ſola, e ſenza alcuna ſolennità, e dipendenza d' alcun Superiore*; de reliquis autem ſuis bonis præſentibus, & futuris, ſeu eidem Teſtatrici obventuris poſt profeſſionem ex quacunque cauſa, tam de præſenti, quam de futuro, ex cauſa de futuro, voluit per unum Executorem in Teſtamento nominatum fieri debere inveſtimenta in Stabilibus publicis, eorumque fructus ſibi donec naturaliter vixiſſet reſervavit his verbis: *Li frutti, proventi, e redditi ſudetti, impieghi &c. durante la vita naturale di eſſa Teſtatrice ſiano riſpoſti, e pagati ad eſſa Teſtatrice anco da ſe ſola ſenz' altra ſolennità legale, intervento di Capitolo, Abbadeſſa o altri, e che detto Monaſtero debba laſciare pervenire, e permettere che pervengano in eſſa lei dd. frutti proventi, e redditi, e per eſſa ſola diſporne, e lo ſteſſo poſſa eſſa fare per via d' uno, o più Procuratori.*

In quibus etiam bonis eoſdem Antoniam Matrem, & Cæſarem Patruum hæredes inſtituit in proprietate, donec ipſa Teſtatrix naturaliter vixiſſet, & poſt ejus obitum etiam in fructibus quando eidem ſupervixiſſent, & quatenus non ſupervixiſſent, hæredes eſſe voluit DD. Blancham, & M. Aurelium Roveretum Conjuges ſuos conſanguineos, quibus ſubſtituit ipſorum communes Filios legitimos, & naturales, data facultate eiſdem Conjugibus aſſignandi bona in totum, vel in partem uni ex ipſis eorum filiis ſibi beneviſis cum prohibitione detractionis Falcidiæ, Trebellianicæ, & cujuſcunque alienationis extra vocatos.

Poſt hæc autem immediate ita diſpoſuit, ſeu declaravit: *Volendo però, & eſpreſſamente dichiarando detta Teſtatrice, che non oſtanti tutte le ſudette inſtituzioni, o ſoſtituzioni fatte come ſopra, ſopra li ſudetti beni, & impieghi, redditi, e proventi durante la vita naturale di eſſa Teſtatrice, poſſa l'infraſcritto ſuo Eſecutore, o ſuoi Eſecutori pro tempore ſpendere, & impiegare in uſi di detta Sign. Teſtatrice anco li capitali di dd. beni, & impieghi in tutto, o in parte, purche detto Eſecutore, o Eſecutori abbia, o abbiano l'atteſtatione di dover così fare da eſſa Teſtatrice, e non altrimenti, con che però la ſudetta atteſtatione non ſia valevole a conſtituire in obligo alcuno detto Eſecutore, o Eſecutori pro tempore a fare il contenuto nella medema atteſtatione, ma reſti l'iſteſſo Eſecutore pro tempore in* que-

queſta parte in pieniſſima liberta di non far niente
non oſtante detta atteſtazione, e neſiano poſſa oppor-
ſi, ne contradire a queſto.

Prædefunctis Antonia Matre, & Cæſare Patruo
vivente adhuc naturaliter dicta ſorore Maria Hiero-
nyma profeſſa vigore Teſtamenti delata eſt ſucceſſio
in prædictis bonis Blanchæ, & M. Aurelio Conju-
gibus, qui juxta facultatem in eodem Teſtamento
attributam de illis diſpoſuerunt favore DD. Caroli
Franciſci, & Antonii ſuorum filiorum, inter quos,
& ſupradictam Mariam Hieronymam hodie verſatur
quæſtio ſuper infraſcriptis dubiis.

Primo ſcilicet, *An in præjudicium heredum inſti-*
tutorum, & ſubſtitutorum ſuſtineatur facultas data
Executori ad effectum diſponendi de capitalibus bo-
2 *norum hereditariorum in beneficium, & uſum Teſta-*
tricis, & quatenus affirmative.

Secundo, *An ſtante facultate ita diſponendi con-*
3 *ditionaliter dummodo Executor habeat atteſtationem*
ita diſponendi ab ipſa Moniali, potuerit iſta ſibi re-
ſervare facultatem faciendi hanc atteſtationem poſt
ejus profeſſionem, & quomodo negative.

4 Tertio, *An Monaſterium loco Monialis poſſit*
hujuſmodi atteſtationem facere, & an jus aliquod ac-
quiſiverit ſuper proprietate eorundem bonorum.

Quarto, *An Executor diſponere valeat de prædi-*
5 *ctis Capitalibus bonorum ſine atteſtatione Monialis,*
aut Monaſterii.

Super quibus Ego de mea ſententia requiſitus in
6 ſenſu veritatis negative in omnibus cenſeo de jure
reſpondendum.

Et quidem circa primum dubium pro ſuſtinen-
da facultate conceſſa Executori aſſiſtere videtur
Text. *in leg. Titius* 54. *ff. ad Trebell. & in auth. Con-*
7 *tra rogatus, Cod. eodem*, ubi in præjudicium Subſti-
tuti valida declaratur alienatio bonorum hæredita-
riorum, ſi Teſtator mandaverit reſtitui Subſtituto
quidquid ex hæreditate ſupererit, excepta tantum
quarta parte bonorum, quæ illi reſervari debet,
immo ſi facultas alienandi, ut in præſenti conceſſa
fuerit etiam in totum, tunc totam hæreditatem a-
lienari poſſe firmarunt, Gabriel. *conſ.* 99. *num.* 22. *&*
ſeqq. lib. 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 546. *num.* 2. *&* 3. Pe-
regrin. *de fideicom. art.* 40. *numer.* 46. Barz. *deciſ.* 121.
num. 3. Card. de Luc. *de fideicom. diſc.* 57. *numer.* 18.
8 ubi quod ſtare ſimul poteſt, adeſſe fideicommiſſum
purum, & reſtitutorium, & tamen competere fa-
cultatem etiam libere diſponendi, & alienandi,
quia intelligitur quatenus in contrarium non diſpo-
natur late Balducc. ad Ramon. *conſ.* 78. *numer.* 36.
& ſeqq. Rota *coram Priol deciſ.* 124. *num.* 7. *& co-*
ram Emerix Junior. deciſ. 813. *numer.* 15. *& coram*
Celſ. dec. 111. *num.* 1. *& ſeqq. & dec.* 165. *num.* 9.

Neque ullum præjudicium hæredum conſiderari
poteſt, quia ſicut Teſtatrix potuiſſet nihil eis relin-
9 quere, ita potuit relinquere quatenus alienatio non
fieret in totum, aut in partem pro uſu ipſius Te-
ſtatricis, Surd. *conſ* 395. *num.* 8. *&* 2. Rota *deciſ.* 155.
num. 20. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. & d. dec.* 124. *num.* 7. *cor.*
Priolo, deficiente præſertim omni dolo, & mala fi-
de in excluſionem hæredum, quia diſpoſitio, & a-
lienatio bonorum ordinatæ ſunt pro uſibus Teſtatri-
10 cis naturaliter viventis, dum prima Charitas incipit
a ſe ipſo, ut in terminis probat Text. *in d. l. Titius,*
ff. ad Trebell. & in auth. contra rogatus in fin. C. eodem,
Peregrin. *de fideicom. art.* 40. *num.* 47. *&* 48. Balducc.
ubi ſupra ad conſil. 78. *num.* 37. Rota *coram Merlin.*
deciſ. 747. *num.* 16.

11 Et maxime quando, ubi agitur de Monaſterio
capaci poſſidendi bona in communi. Teſtamentum
Profeſſi non habet effectum a die profeſſionis, ſed
a die mortis naturalis Profeſſi, ut plene Sanchez
ad præcept. Decalog. lib. 7 *cap.* 3 *num.* 54 *& ſeqq.* Craſſ.
de ſucceſſ. §. Teſtamentum quæſt. 34. *numer.* 7. Honded
conſ. 68 *num.* 4 *lib* 2. Rot. *coram Dunozett. Jun. deciſ.*
12 945. *num.* 2. *& ſeqq.* itaut durante vita naturali Pro-
feſſi Monaſterium retineat dominium, & uſumfru-
ctum hæreditatis. Sanchez ubi proxime *n.* 56. & pro-
pterea, ſi Monialis, donec viveret, voluit alienari
poſſe Capitalia in ejus uſus, non videtur aliquid
fraudolentum in præjudicium hæredum, qui poſt e-
jus obitum naturalem ſuccedere debebant; cum poſ-
ſet Teſtator alienare in vita pro ſuis indigentiis, &
commoditatibus omnia bona ſua, de quibus diſpo- 13
ſuit per Teſtamentum juxta notum Text. *in l.* 1. *ff.*
de donat. cauſ. mortis.

His tamen nil relevantibus tanquam in ſubjecto
caſu prorſus extraneis, cenſeo non ſuſtineri faculta-
tem Executori conceſſam; præmiſſo enim, quod
juxta Teſtatricis voluntatem Teſtamentum habere de- 14
buit effectum ſuum a die profeſſionis, non expecta-
ta morte naturali, eo ipſo, quod poſt profeſſionem,
reſervato ſibi emolumento fructuum, ipſa adhuc vi-
vente heredes eſſe voluit in proprietate Matrem, &
Patruum, ejuſque præcedentibus ſubſtituit conſangui-
neos, & Conjuges de Roveretis, & poſt ſecutam
profeſſionem voluit, ut Executor faceret inveſtimen-
tam in Situationibus publicis juxta limitationem, quam
adducit Imola *in l.* 1. *num.* 15. *ff de teſtament.* Goza-
din. *conſ* 41. *num.* 11. 13. *&* 17. Rubeus Alexandrin.
conſ. 155 *per tot.* Honded. *conſ.* 60. *num.* 12. *&* 24. *&*
conſ. 61. *num* 51. *& ſeqq. lib* 2. Sanchez *ad præcept. De-*
cal. lib. 7. *cap.* 3. *num.* 60. *& ſeqq.*

Mea opinio eſt, quod ubi Teſtatrix certos hære-
des inſtituit, ac ſubſtituit in proprietate bonorum,
de quibus agitur donec ipſa naturaliter viveret, &
poſt ejus obitum etiam in uſufructu per orationem
perfectam, ac ſeparatam ibi: *Nella proprietà di dd.*
beni, & impieghi durante la vita naturale di eſſa Te-
ſtatrice, reſervati come ſopra a ſe li frutti, &c. inſti-
tuiſco heredi. &c. li Signori Maria Antonia, &
Franceſco Ceſare, &c. dopo la morte naturale di d.
Teſtatrice conſtituiſce heredi ancora nelli dd. frutti,
&c. in caſo, che non ſopraviveſſero alla detta Teſta-
trice inſtituiſce, e ſoſtituiſce, &c. excluſi li proventi,
&c. riſervati alla detta Teſtatrice come ſopra duran-
te la ſua vita naturale, gl' Illoſtriſs. Signori Bianca,
e M. Aurelio Roveretti jugali ſuoi alli quali, &c. in-
ſtituiſce, e ſoſtituiſce li loro communi figli, &c. non 15
potuerit deinde declarationem apponere deſtructivam
Inſtitutionis, & ſubſtitutionis, quas mediante dedit
facultatem Executori erogandi, & applicandi in uſus
Teſtatricis ipſa etiam Capitalia, in quibus inſtituti,
& ſubſtituti fuerant heredes, uti oſtendunt ea ver-
ba: *volendo pero non oſtanti tutte le ſuddette inſtitu-*
tioni, o ſoſtitutioni fatte come ſopra, &c. Etenim o-
mnis conditio adjecta inſtitutioni, quando eſt im-
poſſibilis de jure viriata remanet, ſed non vitiat In-
ſtitutionem præcedenter factam, ac perinde habetur,
ac ſi adjecta, ſeu ſcripta in Teſtamento non fuiſ-
ſet juxta Text. *apertos in l.* 1. *& l. Conditiones contra,*
ff. de condit. Inſtit. & in l. Obtinuit, ff. de condit. &
demonſtrat. l. Cum in ſecundo in fin ff. de Injuſto rupto,
& irrito, & in l. Reprehendenda, Cod. de Inſtitut. &
ſubſtit. Duran. *de mod & condit. impoſſibil par.* 2. *cap.*
1. *num* 2. Peregrin. *de fideicom art.* 11. *num.* 116. Vaſq.
de ſucceſſ. part. 1. *lib.* 2 §. 10. *num.* 168. Cancer. *var.*
reſol. lib. 3. *cap.* 22. *num.* 156. Card. de Luc. *de donat.*
diſc. 25. *num.* 9. Sanchez *ad præcept. Decal. lib.* 7. *cap.*
17. *num.* 12.

Quod autem iſta fuerit conditio de jure impoſſi-
bilis recte judicanti ſatis patebit reflectendo ad men-
tem hujus Monialis deductam ex Teſtamento, ex
quo habetur ipſam ſibi reſervaſſe livellum ſuper bo-
nis Paternis: *Da eſigerſi da detta Teſtatrice da ſe*
ſola, e ſenz' alcuna ſolennità, e dipendenza d' alcun
Superiore, pariter ſibi reſervaſſe uſumfructum om-
nium aliorum bonorum tam præſentium, quam poſt
emiſſam profeſſionem ſibi deferendorum, itaut re-
ditus illorum: *Siano riſpoſti, e pagati ad eſſa Te-*
ſtatrice da ſe ſola ſenz' alcuna ſolennità, intervento
di Capitolo Abbadeſſa, o altri, e che il detto Ven.
Monaſtero debba laſciare pervenire, e permettere,
che pervengano in eſſa lei dd. frutti, e per eſſa ſola
diſporne, neque contentam reſervatione uſusfructus
poſt inſtitutos in proprietate ſupradictos hæredes vo-
luiſſe, quod Executor poſſet: *Spendere, & impie-*
gare in uſi di eſſa Signora Teſtatrice anco li capi-
tali di detti beni, &c. purche d. Eſecutore habbia l'
atteſtatione di dover così fare da eſſa Teſtatrice. e
non

non altrimenti unde mihi videtur iſtam Monialem
voluiſſe in ſubſtantia ſe facere etiam proprietariam
mediante libera diſpoſitione etiam ipſorum bonorum
ſeu capitalium tempore inhabili, & prohibito poſt-
quam erat civiliter mortua per profeſſionem, &
proinde eſt conditio turpis, & de jure impoſſibilis,
quæ vitiatur, & vitiat Inſtitutionem hæredum pure
factam in antecedenti diſtincta oratione, cum Pro-
16 feſſus qui velle, vel nolle non habet, ut ait Text. in c. Si
Religioſus de elect. in 6. & in c. Si Religioſus de Teſt. in
6. Rota dec. 479. n. 5. cor. Dunoz. Jun. & in Mediola-
nen. præpoſitura 3. Martii 1704. §. Ceterum, cor. bon.
mem. Anſald.
Eo minus habere poſſit arbitrium, & voluntatem
Executori ſignificandam ad effectum diſponendi de
capitalibus bonorum in uſus ſuos per organum Exe-
cutoris tanquam proprii Commiſſarii, & Procurato-
ris, quæ fuit cautela non bene excogitata, & tan-
quam adjectio in fraudem legis, & de jure impoſ-
17 ſibilis habetur pro non ſcripta, ut quod nequeat Re-
ligioſus teſtari de bonis licet ex pacto ante profeſ-
ſionem ſibi reſervatis cum poteſtate de illis teſtandi
non obſtante permiſſione Abbatis eſt doctrina San-
chez ad præcept. Decal. lib. 7. c. 8. n. 19. Pellizar. in Ma-
nual. tract. 4. c. 2. n. 209. quæ doctrina applicatur ad
ſubjectum caſum, ubi cum Executor datus fuerit in
teſtamento pro erogandis capitalibus in uſum Teſta-
tricis conditionaliter, dummodo accedat atteſtatio,
ſeu voluntas ipſius Teſtatricis poſt profeſſionem ei
ſignificanda, ecce, quod Monialis poſt profeſſionem
in ſubſtantia Teſtamentum, ſeu diſpoſitionem fecit
pro ſe ipſa ex reſervatis ante profeſſionem, dum Exe-
cutor nullam habet poteſtatem, niſi conditionalem,
& collatam in futuram atteſtationem, ſeu volunta-
tem præſtandam tempore inhabili per profeſſam ibi:
Purchè detto Eſecutore habbia l' atteſtatione di dover
così fare da eſſa Teſtatrice, e non altrimenti: quæ
quidem dictio purche latino ſermone dummodo unita
18 Clauſula illa: e non altrimenti: indubitatam con-
ditionem importat ex adductis apud Gabriel. conſ.
59. n. 1. lib. 1. Barboſ. dict. 95. n. 7. & dec. 81. num. 11.
Gratian diſcept. 803. n. 38. Rebuff. in l. Majore parte
anniverſ. Verum in fine, ff. de verb. ſignific. Rota dec. 265.
n. 8. p. 16. rec.
Quæ conditio tanquam ſuſpenſiva, & ſic reſpi-
ciens ſubſtantiam ibi: purche habbia l' atteſtatione,
&c. e non altrimenti cum fuerit collata in tempus
inhabile quo Monialis non habet voluntatem, non
19 retrotrahitur ad tempus Teſtamenti ante profeſſio-
nem, non ſolum ex natura ultimarum voluntatum,
de qua Text. in leg. locum hæres, ff. quando dies lega-
ti, Bottiglier. de ſucceſſ. Theorem. 78. n. 14. ſed etiam
quia extremum non eſt habile de tempore purifi-
20 candæ conditionis in ſtatu ſuperventæ incapacitatis
per profeſſionem, in quo ſtatu actus incipere non
poteſt, ut tradunt Coſta de retrotract. c. 7. n. 1. Rota cor.
Coccin. deciſ. 2117. n. 25. cum duobus ſeqq. & paria
ſunt aliquid fieri tempore inhabili, ac conferri in
21 tempus inhabile per Text. in l. quod expreſſe, ff. de do-
nat. propter nuptias leg. oratio, ff. de ſponſal. leg. ſticus
ſervus meus, ff. de Manumiſſ. Teſtam. Tiraq. de pri-
mog. quæſt. 40. num. 178. Bottilier. de ſucceſſ. Theorem.
64. num. 6. & conſequenter vitiata remanet tota fa-
cultas data Executori in ſequelam atteſtationis præ-
ſtandæ per Monialem Profeſſam, cum hæc adjectio
reddat ipſam proprietariam, & tanquam habentem
dominium bonorum, ſeu facultatem de eis diſpo-
nendi datam in Teſtamento quod eſt impoſſibile de
jure, cum per medium hujuſmodi Executoris dati
in Teſtamento voluerit Monialis rehabere ad ſui
diſpoſitionem, ſeu utilitatem, ultra fructus, et-
iam ipſa capitalia, de quibus diſpoſuerat per Teſta-
mentum favore hæredum, quæ fuit cautela inuti-
lis, & in fraudem Legis, quæ ipſo jure vitiatur,
22 nec tamen vitiat inſtitutionem, ut eſt Teat. in l. ſi
quis ſub conditione, ff. de condit. inſtit. ibi: placet re-
mitti eis conditionem quia ad fraudem legum reſ-
piceret, ubi Bald. numer. 2. & ſeqq. & cæteri Repe-
tentes.
Non ſuffragante illa declaratione, con che però la
ſudetta atteſtatione non ſia valevole a coſtituire in obli-
go alcuno detto Eſecutore il fare il contenuto nella me-
deſima atteſtatione, ma reſti l' iſteſſo Eſecutore pro
tempore in queſta parte in pieniſſima libertà di non far
niente non obſtante detta atteſtatione hæc enim quoque
fuit cautela inutilis, tanquam color quæſitus ad
oſtendendum, quod Monialis non haberet poteſta-
tem dominii habilem ad cogendum, obligandum,
quando tamen in omni materia non modus attenditur
ſed ſubſtantia, quæ ſemper eſt, ut Executor ab ipſa
Teſtattica electus, & ſecreta fiducia alligatus, aut
aliter alligandus, indubitanter facturus ſit quidquid
ipſa in atteſtatione ſignificabit, & propterea ſemper
verificatur, quod Monialis poſt profeſſionem in ſua
poteſtate habeat diſpoſitionem bonorum, quia, quod 23
directe prohibetur, nec etiam indirecte eſt permiſſum
leg. Sejus, & Aquerius, ff. ad l. falcid. l. ſcire oportet,
§. Si Mater, ff. de Tutor. & Curator datis ab his,
cap. cum quid de regul. jur. in 6. Menoch. conſ. 1105.
num. 18. Surd. dec. 21. num. 4. & optime Bald. in auth.
ingreſſi num. 14. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Neque enim
ſubterſugiis eſſe indulgendum, & contra juris edictum 24
fruſtra molitur, qui variat modum, ut ſubſtantiam
retineat, imo juſta ſuggerente ſuſpicione dignus eſt,
ut conſultiſſimæ legis aculeo pulſetur, l. cum ſic, §.
Si cum lis, ff. de tranſ. l. qui ſub prætextu, C. de Sa-
croſ. Eccleſ. & in Clement. 1. de uſuris, Eſcobar. de ra-
tiocin. c. 15. num. 4. Adden. ad Rot. dec. 46. num. 104.
par. 9. recent. urgente etiam regula plus valere quod 25
agitur, quam quod ſimulate concipitur, l. 1. & to-
to tit. Cod. plus valere quod agitur, & in ſubjecta
materia nullam cautelam excogitari poſſe, advee-
tit Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 17.
num. 35.
Ex alio etiam capite non puto ſuſtineri poſſe hu-
juſmodi voluntatem; nam ſi Teſtatris in his bonis
certos hæredes inſtituerat in proprietate, reſervatis ſi-
bi fructibus donec naturaliter viveret, non potuit
immediate apponere declarationem eluſoriam, & de-
ſtructivam Inſtitutionis, & ſubſtitutionis, dum eſſet
dare ſimul, & auferre bona hæredibus ſcriptis, in-
ſtituere, & deſtituere hæredes, necnon velle relin- 26
quere, & non relinquere hæreditatem, teſtari, &
non teſtari favore hæredum, unde adjectio, de qua
agitur, veluti eluſoria, & contradictoria ipſi ſubſtan-
tiæ inſtitutionis teſtamentariæ, abſque dubio vitiatur
ad effectum ut pura remaneat inſtitutio, quemadmo-
dum docet Text. in l. 1. §. 1. ff. ſi uſufruct. petatur ibique
Gloſſ. in verb. hoc adjectum, & in leg. per ſervum, §. Uſu-
fructus, ibique Gloſs. in verb. inutile, & Bald. num. 1.
& in l. ſed ſi, ff. de uſu, & habitat. & in l. conditiones
contra ff. de condit. inſtit. ubi de conditione deriſoria,
qualem eſſe illam contra ſubſtantiam actus advertit Lott. 27
de re benef. lib. 1. qu. 32. num. 24. & 28. gloſſ. in leg. 1. in
verb. non vitiari, ff. de condit. inſtit. idemque in pun-
cto docet Text. in l. cum precario, ff. de precar. Man-
tic. de Tac. lib. 1. tit. 12. num. 22. Sanchez de Matrim.
lib. 5. quæſt. 9. num. 1. verſ. tertio, & num. 14. verſ. ad
tertium.
Extra caſum verſante concluſione illa deducta ex
Text. in leg. Titius 54. ff. ad Trebell. & in auth. contra
rogatus, Cod. eodem, ut ſuperius motivabam in ob-
jecto. Aliud enim eſt, quod Teſtator hæredem inſti-
tuat Titium cum onere reſtituendi alteri ſubſtituto
quidquid ex hæreditate ſuperſit ob conceſſam illi libe-
ram facultatem alienandi in totum, ubi inſtituto 28
hærede Teſtator non facit ſubſtitionem in omnibus bo-
nis, & poſtea incontinenti illam deſtruit in totum,
vel in partem, ſed facit ſubſtitutionem reſtrictam in
eo, quod poſt obitum hæredis ſuperſit, quod nullam
continet repugnantiam, quia hæreditas reſtata, re-
manet vel libere ad favorem hæredis ſi alienaverit, vel
cum ſubſtitutione alterius ſi non alienaverit, ut expli-
cat Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 57. num. 18. An-
dreol. controverſ. 88. numer. 2. 5. & 7. Gratian.
diſcept. 416. numer. 6. & ſeqq. Rota deciſ. 186.
num. 3. & 4. par. 4. tom. 2. rec. & dec. 507. n. 22.
coram Cerr. & dec. 5. num. 1. poſt Balduc. ad Ramon,
tom. 4.
Aliud vero eſt, quod Teſtator in ſuis bonis hære-
dem

dem inſtituat, & ſimul deſtituat dando, & tollendo hæredem, teſtando ejus favore de bonis ſuis, & eodem contextu volendo remanere ad ſuam commodum illa bona acſi teſtata non fuiſſent ad commodum hæredis, quæ eſt repugnantia contra ſubſtantiam inſtitutionis hæredis, quæ remanet eluſoria per conditionem contradictoriam, aut enim quis vult inſtituere hæredem in ſuis bonis poſt ejus mortem naturalem, & civilem, & non poteſt ſimul poſt hujuſmodi mortem retinere bona ad ſuam diſpoſitionem, & utilitatem; aut vult retinere pro ſe bona, & non debet inſtituere hæredem, unde conditio juxta quam inſtituitur, & non inſtituitur hæres, ſucceſſio transfertur in hæredem, & ſimul revocatur ad commodum Teſtatoris cum ſit eluſoria inſtitutionis,
29 & contra ejus ſubſtantiam ſemper vitiatur, & pro non ſcripta habetur, Baldus *in l. ſi quis ſub conditione num. 3. verſ. tertio, ff. de condit. inſtit.* idque probat Text. *apertus in l. per ſervum, §. Sed ſi, ff. de uſu, & habit.* ibi: *ſi uſufructu legato uſus adimatur Ariſto ſcribit nullam eſſe ademptionem, quæ Sententia benignior eſt:* Ea ratione, quod contra ſubſtantiam legati eſt dare uſumfructum, & poſtea adimere uſum, ſicut in propoſito eſt contra ſubſtantiam inſtitutionis hæredi relinquere hæreditatem, & poſtea adimere ejus ſub-
30 ſtantiam erogandam ad commodum ipſius Teſtantis, quod etiam appellatur inſtitutio deriſoria tanquam de hærede faciens non hæredem, ſeu hæredem de vento, juxta Text. *in leg. conditiones contra, ff. de condit. & inſtit.* & notat Lotter. *ubi ſupra lib. 1. quæſt. 32. num. 28.*

Etiam negative reſolvo alterum dubium, nam ultra motivum proxime relatum ſuper primo dubio, non potuit Teſtatrix ſibi reſervare facultatem faciendi atteſtationem ſuæ voluntatis poſt emiſſam profeſſionem ad effectum, ut Executor bona, in quibus hæredes ſcripſerat erogaret in uſus proprios Teſtatricis, cum enim eſſet Monialis abundanter proviſa de livello annuarum lib. 350. necnon reſervaſſet ſibi uſumfructum bonorum, de quibus agitur, vita durante, non ad neceſſitatem referri poteſt facultas dandi atteſtationem, ſed ad finem habendi, ſeu retinendi dominium bonorum, inventa cautela diſponendi de illis per organum figurati Executoris, ſeu potius deſtructoris teſtamentariæ ſucceſſionis hæredum ſcriptorum, quæ proinde atteſtatio reſervari valide non potuit contra ſtatum Profeſſionis Monaſticæ ex relato principio, quod ſicut Religioſus non habet neque velle, neque nolle, ita non poteſt mediante atteſtatione aliquam voluntatem dare directam ad diſponendum de bonis ſuis, quod non ſolum eſſet habere, & exercere liberum arbitrium, & voluntatem,
31 quam non habet, ſed etiam habere, ſeu retinere dominium in illis bonis in ſtatu Religioſo, & ſic incapaci, in quo applicatur doctrina Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 11. num. 5. & ſeqq. & num. 20.*
32 ubi quod Profeſſus non poteſt revocare Teſtamentum conditum ante profeſſionem, etiamſi ſibi reſervaſſet in illo hanc poteſtatem revocandi, ex quo hujuſmodi poteſtas pugnat cum profeſſione Religionis, quoniam reſervatio dandi atteſtationem in ſubjecto caſu nihil aliud importat, niſi revocationem inſtitutionis, & ſubſtitutionis hæredum, ubi conſiſtit prin-
33 cipaliter Teſtamentum, *§. ante hæredis Inſtitutionem inſtitut. de legat.* mediante contraria diſpoſitione omnium bonorum in utilitatem ipſius Teſtatricis, præſertim quando hoc etiam nihil aliud eſt, niſi teſtari, ſeu diſponere ad proprium commodum per in-
34 terpoſitam Perſonam Executoris tempore incapacitatis, quod omnino illicitum eſſe, ac prohibitum cuicunque Profeſſo, ſcripſerunt Lezzan. *in Summ. quæſt. regul. tom. 1. cap. 19. num. 19.* Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 8. num. 1.* Navarr. *in comment. de regul. num. 22.* Pellizz. *in Manual. tom. 1. tract. 4. cap. 2. ſect. 3. num. 204.* Donat. *in prax. tom. 2. tract. 71. de bonis Novitior. quæſt. 28. num. 4. & 5.*

Tantum namque eſt, quod faciat Executor, quantum Monialis, de cujus voluntate, & non aliter habere debuit facultatem alienandi, ſeu erogandi ca-
35 pitalia in ejus uſum; nam qui per alium gerit per ſe ipſum gerere dicitur *leg. 1. §. defeciſſe, ff. de vi, & vi armata, leg. ita, §. quod ſi quis, ff. de adminiſtrat. Tutor, leg. ſi per alium, ff. ne quis eum,*
& omnia noſtra facimus quibus auctoritatem no- 36
ſtram impartimur, *leg. 1. §. omnia, Cod. de veter. jur. Enuclean.* concludendo in ſubſtantia, quod hæc Monialis nil aliud excogitavit niſi modum eludendi hæredes, & Monaſterium, & omnia habendi pro ſe ipſa poſt emiſſam profeſſionem.

Pariter negative tertium reſolvo, quia vel facultas dandi atteſtationem, ut ſupra habetur pro non adjecta tanquam deriſoria, ſeu contraria ſubſtantiæ Inſtitutionis, juxta unum ex fundamentis ſupra deductis in primo dubio ſub numer. 25. & fruſtra quæritur, an hæc facultas competat Moniali, vel Monaſterio, dum non entis nullæ ſunt qualitates; aut vero habetur pro non adjecta tan-
quam contraria ſubſtantiæ Profeſſionis Monaſticæ, 37
juxta quam nulla voluntas Profeſſo ſupereſt, & multo minus voluntas diſponendi de bonis ad proprium commodum per Text. *in Can. nolo, & Canon. non dicatis 12. quæſt. 1.* Sanchez *ad præcept. Decalog. libr. 7. capit. 12. numer. 36. & 47.* Donat. *in prax. tom. 2. titul. de bonis Novitior. tractat. 7. quæſt. 28. numer. 5.* & tali caſu cum reſervatio ſit turpis, & illicita, & penitus corruat, firma remanet Inſtitutio hæredum, nec Monaſterium habet aliquod jus in proprietate bonorum jam translata in hæredes, nec etiam habet facultatem dandi atteſtationem, quæ tanquam nulliter reſervata perinde reputatur, ac ſi reſervata in Teſtamento non fuiſſet.

Nec obſtare puto, quod licet reſervatio, & conditio dandi atteſtationem ſit invalida quantum ad Perſonam Monialis tanquam incapacis ita volendi, ſeu diſponendi, adhuc ea rejecta acquiſitum remanſerit jus Monaſterio ad effectum dandi atteſtationem ex Perſona Monialis per ea, quæ 38
habentur apud Sanchez *ubi ſupra libr. 7. capit. 17. numer. 2. & 12.* Cardin. de Luc. *de donat. diſc. 25. numer. 9.* Fagnan. *in capit. ne Monaci num. 11. & ſequentib. de ſtat. Monachor.* Rota *noviſſime me ſcribente in Anconitana ſucceſſionis 23. Februarii 1722. §. Tum etiam, coram Reverend. Patre Domino Calcagnino*; nam hujuſmodi auctoritates ſunt prorſus extraneæ veluti agentes de Legato relicto Monacho ſub ea conditione, ut omnino etiam quoad dominium pertineat ad Monachum, & nihil acquiratur Monaſterio, ubi affirmant ſuſtineri legatum, & acquiri Monaſterio rejecta conditione tanquam turpi, & de jure impoſſibili.

Caſus, in quo verſamur eſt longe diverſus, quia Monialis dominium bonorum reliquit hæredibus ſcriptis, & ſibi reſervavit ſolam voluntatem, & actum facultativum dandi atteſtationem ad effectum reſolvendi dominium hæredibus relictum, & diſponendi de bonis in uſus ſuos per medium Executoris deputati in Teſtamento, in quibus terminis, ſi conditio non ſuſtinetur veluti Monialem reddens proprietariam, & in ſtatu liberæ voluntatis diſponendi, & teſtandi ad ſui favorem, ſeu verius revocandi Teſtamentum, ſeu Inſtitutionem hæredum jam factam; Ego non video, quo jure Monaſterium admitti poſſit ad præſtandam atteſtationem ſubrogando ſuam voluntatem loco voluntatis Monialis; quia cum iſta conditio reſpiciat præjudicium Tertii, ſeu hæredem habentium jus quæſitum in dominio poſt ſecutam profeſſionem, utique ſi fuit reſtricta ad voluntatem, & atteſtationem ipſius Monialis, non poteſt adimpleri per Monaſterium tanquam diverſam perſonam, & ſic diverſam voluntatem, quia conditio debet adim-
pleri in forma ſpecifica, ut producat effectum non 39
Tertio præjudicialem, ad Text. *in leg. Mævius, & leg. Qui hæredi, §. fin. ff. de condit. & demonſtr.* Anna. *conſ. 84. num. 32.* 2. Ponte *conſ. 5. num. 56. libr. 1.* Fuſar. *conſil. 195. numer. 39. & ſequent.* Gratian. *Diſceptat. 27. numer. 4.* Roſa *conſultat. 41. numer. 50. & ſeqq.* Rocca *diſput. jur. cap. 25.*

num. 1.

num. 1. *& ſeqq.* & in terminis noſtris Bartol. *in*
lib. 1. *num.* 5. *verſ. Quia conditio, ff. de condit.*
Inſtit.

Et quidem Monialis poſitive excludere voluit Mo-
naſterium, quoties hæredes ſcripſit Matrem, & Pa-
truum, alioſque conſanguineos & quatenus dato
Executore ſibi reſervaverit facultatem illi dandi at-
teſtationem, ut diſponeret de bonis ad commodum
ipſius Monialis: excogitavit in hac parte cautelam
habendi diſpoſitionem, & utilitatem bonorum pro
ſe ipſa, ut eluderet tam hæredes, quam Monaſterium,
neque propterea ipſum ſubintrare poteſt, & ſubro-
gare voluntatem ſuam pro voluntate Monialis in præ-
judicium hæredum, & contra formam conditionis in
Teſtamento expreſſam ibi: *Purche detto Eſecutore ab-*
40 *bia l'atteſtatione di dover così fare da eſſa Teſtatrice*:
quæ dictio *eſſa* veluti perſonaliſſima Monaſterium
excludit, Menoch. *conſ.* 390. *n.* 13. Natt. *conſ.* 163. *n.* 8.
Tiraquell. *de retract. convent.* §. 1. *gloſſ.* 6. *n.* 25. Barboſ.
dict. 177. *n.* 5. *&* 6. Rota *deciſ.* 619. *n.* 3. *par.* 1. *recent.*
maxime in ſubjecta materia, ubi voluntas unius
41 non eſt voluntas alterius, Card de Luc. *de fideicom.*
diſc. 61. *num.* 2. juncta clauſula illa: *E non altri-*
42 *mente*, quæ eſt limitativa ad voluntatem ſolius per-
ſonæ expreſſæ, excluſa quacunque alia etiam æqui-
pollenti, itaut actus alio modo quo valere poteſt,
ſuſtineri non poſſit, Gratian *diſcept.* 748. *nu.* 12. *&* 13.
cum aliis apud Barboſ. *clauſ.* 81. *num.* 5. & bene in ter-
minis Bartol. *in l.* 1. *num.* 8. *ff. de condit. Inſtit.* Card. de
Luc. *de donat. diſc.* 25. *num.* 10. Rota *in dicta*
Anconitana ſucceſſionis 23. *Februarii* 1722. §. *Quod-*
que benigne, *coram Rever. Patre Domino Calca-*
gnino.

Si enim Monialis voluiſſet conſiderare Monaſterium
43 non ſcripſiſſent hæredes, minuſque ad illis ſubtrahen-
dum bona relicta deſtinaſſet Executorem adinſtar per-
ſonæ ſecularis, ut juxta ejus voluntatem diſponeret
de bonis, ſed ipſi Monaſterio facultatem dediſſet di-
ſponendi juxta ejus voluntatem in uſus congruos,
& honeſtos, de quibus apud Navarr. *conſ.* 3. *n.* 33. *de*
ſtatu Monach. cum aliis apud Sanchez *ad præcept. De-*
calog. lib. 7. *c.* 19. *n.* 36. unde evidens eſt, Monialem
voluiſſe potius bona deferre Conſanguineis, quam
Monaſterio inſtituendo eos hæredes, ſed poſtea ad
excluſionem tam hæredum, quam Monaſterii vo-
luiſſe bona remanere pro libito ad ſui diſpoſitionem
pro ſe ipſa contra ſtatum incompatibilem Monaſticæ
profeſſionis, excogitata cautela Executoris ſine obli-
gatione, & cum libertate exequendi, vel non exe-
quendi voluntatem Monialis, ut ſuperius oſten-
ſum eſt.

Conditio igitur facultativa, & dependens ex ſola,
& mera voluntate Monialis ad effectum revocandi,
ſeu eluſoriam reddendi inſtitutionem hæredum, ſi
non poteſt exerceri ab ipſa Moniali in ſtatu Profeſ-
ſionis, nunquam poteſt exerceri ab ipſo Monaſterio ob
jus quæſitum hæredibus, qui ſpoliari non poſſunt ex vo-
luntate, ſeu atteſtatione Monaſterii contra, vel extra
formam conditionis reſervatæ in Teſtamento; quæ
niſi adimpleri poſſit cum ſola voluntate Monialis,
dura remanet Inſtitutio hæredum, qui ſoli ex nulli-
44 tate conditionis jus acquirunt, non autem Monaſte-
rium non comprehenſum, ſed excluſum in conditio-
ne voluntaria, & facultativa dandi atteſtationem Exe-
cutori.

Quod ſi dicatur, quando non competit Monaſte-
rio facultas dandi atteſtationem, ſaltem iſtam recte
ſuſtineri quoad perſonam Monialis Profeſſæ, intelli-
gendo, & interpretando, quod Monialis dare poſſit
atteſtationem de licentia Abbatiſſæ, ſeu Monaſterii,
ubi verificaretur conditio in forma ſpecifica, quod
Monialis ipſa atteſtationem daret: reſpondeo; quod
nec Abbatiſſa, nec Monaſterium concedere poteſt,
ut Monialis profeſſa habeat diſpoſitionem ſuper domi-
nio bonorum, & juxta caſum præſentem permittere,
quod illa per medium Executoris habeat diſpoſitionem
dominii bonorum illa revocando, & auferendo hære-
dibus ipſis, & ſibi ipſi applicando, quod eſſet facere
Monialem proprietariam, cum idem ſit diſponere, ac
45 habere proprium, & maxime diſponere de bonis ad
proprium commodum, ut docet Text. *in cap. Cum ad*
Monaſterium de ſtat. Monach. Angel. in Summ. in
verb. Abbas num. 17. Navarr. *conſ.* 15. *nu.* 2. *de ſtat. Re-*
gul. Sanchez *ad præcept. Decal. lib.* 7. *c.* 17. *num.* 28. &
Donat. *ubi ſupra tract.* 7. *quæſt.* 28. *num.* 50. dum etiam
eſſet diſpoſitio ad revocationem Teſtamenti quoad 46
ſubſtitutionem hæredum, quæ Profeſſo non eſt licita
etiam de licentia Abbatis, ac etiam ſi fuerit reſervata
ante Profeſſionem juxta ſuperius allegatam doctrinam
Sanchez. *d. lib.* 7. *cap.* 8. *nu.* 19. *& c.* 11. *nu.* 20. Donat.
ubi proxime n. 5.

Ex quibus Mihi videtur nec Monaſterium poſſe dare
atteſtationem, nec licentiam, quod Monialis eam
det Executori, & nullum jus eidem Monaſterio fuiſſe
acquiſitum ſuper proprietate bonorum veluti acquiſita
hæredibus ſcriptis, reſervata ſolum Moniali facultate
revocandi proprietatem, & bona per medium Execu-
toris ſub conditione: *Purche detto Eſecutore abbia l'*
atteſtatione di dover così fare da eſſa Teſtatrice, *e non*
altrimente: quæ conditio antequam purificetur nihil 47
operatur, & interim dominium non dicitur transla-
tum in Monialem, ſed remanet apud hæredes revoca-
biliter, donec purificetur conditio, *leg. Si quis ſub con-*
ditione, *ff. ſi quis omiſſ. cauſ. Teſtam. l. Cedere diem*,
digeſtis de verb. ſignific. Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 17.
n. 2. Rota *dec.* 373. *n.* 10. *p.* 17. *&* 222. *n.* 55. *p.* 18. *& dec.*
273. *n.* 7. *p.* 19. *rec.*

Si dominium non eſt translatum in Monialem,
nec poteſt transferri ob conditionem turpem, & de 48
jure impoſſibilem, non video ex quo capite Mona-
ſterio dici poſſit acquiſitum jus in proprietate bono-
rum translata in hæredes, ubi ſolum intrant termi-
ni quæſtionis, an Monaſterio dici valeat quæſitum
jus dandi atteſtationem, & ea data, ac ſimul effe-
ctuata per Executorem tunc reſolvendi dominium bo-
norum translatum in hæredes, in quo negative ſu-
perius concluſum eſt.

Negativa demum reſolutio quarti, & ultimi du-
bii non admittit rationem dubitandi; dum Executor
habuit legem ſibi datam de non erogando capitalia
bonorum in uſus Teſtatricis, niſi ſequatur ejus atte-
ſtatio ex relatis verbis: *Purche &c. e non altrimente*: 49
neque propterea in hoc aliquod agere poteſt ſine at-
teſtatione continente voluntatem Monialis, cujus Exe-
cutor datus fuit, quia quidquid conditionaliter, &
ſub certa forma conceſſum fuit, non poteſt exequi
ante conditionis eventum, & non ſervata forma,
lege data per Diſponentem, Altograd. *conſ. n.* 7. *lib.*
2. Riminald. Sen. *conſ.* 425. *num.* 17. Natta *conſ.* 211.
n. 19. Adden. ad Gregor. *dec.* 179. *n.* 8. Rota *dec.* 64. *n.*
14. *p.* 17. *rec.*

Si enim Executor Teſtamentarius ſervare tenetur ad
unguem Teſtatricis voluntatem, ad quam exequen-
dam datus eſt; abſque dubio nulliter agit ſine atte- 50
ſtatione, quod idem eſt, ac ſine voluntate Teſtan-
tis, Pax Jordan. *tom.* 3. *lucubr. lib.* 14. *tit.* 25. *nu.* 302.
verſ. Item, Adden. ad Gregor. ubi ſupra n. 8. quia limi-
tata facultas limitatum producit effectum, Altograd. 51
d. conſ. 73. *n.* 6. & non ſervata forma permiſſiva, im-
mediate ſuccedit forma deſtructiva, & conſequenter 52
quidquid ſine atteſtatione prædicta gereret Executor,
eſſet ipſo jure nullum, Farinell. *reſponſ.* 6. *nu.* 13. *lib.* 1.
Rota *cor. Mant. dec.* 286. *n.* 4. *&* 5. *& in rec. dec.* 158.
n. 10. *p.* 1.

Hoc votum pro veritate editum communi con-
ſenſu Partium fuit requiſitum per modum cujuſdam
amicabilis Compromiſſi in Me facti, cujus rationibus
ſatisfactæ acquieverunt abſtinendo ab introductio-
ne litis.

POR-

Digitized by Google

PORTUCALLEN. REDUCTIONIS
Congruæ.

ARGUMENTUM.

Congrua aſſignata in Decimis certorum Locorum favore Vicarii Eccleſiæ Parochialis unitæ Monaſterio, ſi exceſſive excreverit, an ſit diminuenda favore Monaſterii habentis ſibi unitos omnes reditus Eccleſiæ, excepta Congrua Vicarii.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur ſeries facti.*
2 *Unio etiam probatur per ſigna, & circumſtantias.*
3 *Probatio unionis reſultat ſi decima Parochialis unita ſpectant ad Monaſterium, cui facta eſt unio.*
4 *Item ex ſententiis condemnantibus Monaſterium ad præſtationem congruæ.*
5 *Etiam Monaſteria Monialium poſſunt habere Parochiales ſibi unitas auctoritate Apoſtolica.*
6 *Unio probatur ſi fuerunt Inſtituti Vicarii non autem Parochi.*
7 *Item ſi nonquam habitus fuit Concurſus in Parochiali.*
8 *Concurſus non habitus in Vicaria Parochialis oſtendit illam non fuiſſe diſmembratam ab ipſo Monaſterio, cui facta eſt unio.*
9 *Signum unionis eſt quando nunquam Parochialis provisa fuit tanquam de reſervato.*
10 *Unio probatur per Teſtes maxime adminiculatos.*
11 *Item quando onera manutentionis Eccleſiæ ſpectant ad Monaſterium, cui facta eſt unio.*
12 *Item quando fit mentio de Congrua.*
13 *Inſtitutiones in Titulum, an deſtruant probationem unionis.*
14 *Item, an eam deſtruant viſitationes Epiſcopi, & proviſiones per viam reſignationis.*
15 *Præſentationes fieri poſſunt etiam ratione unionis.*
16 *Congrua aſſignata Vicario per Monaſterium ſi reddita fuerit exceſſiva reddacenda eſt ad limites juſta menſura favore Monaſterii, & num. 17.*
18 *Id non procedit ſi congrua aſſignata fuerit in tot bonis diſmembratis a Monaſterio.*
19 *Congrua aſſignata Vicario in decimis non comprehendit novalia.*
20 *Excreſcentia congruæ ex novalibus cedit commodo Monaſterii, non autem vicarii.*
21 *Congrua aſſignata Vicario in bonis reducitur ob excreſcentiam ſi bona fuerint aſſignata demonſtrative, ſecus ſi abdicative per translationem dominii in aſſignatarium.*
22 *Bona in congruam præſumuntur aſſignata cauſa demonſtrationis, & citra translationem dominii.*
23 *Id probatur per aſſignationem decimarum, quæ verificantur in exactione, & commodo, non autem jure decimandi.*
24 *Verbum* recipiendi, & habendi *ſolam commoditatem important.*
25 *Perceptio decimarum nomine Monaſterii facta per Vicarium demonſtrat aſſignationem earum commoditatis, & num. 26.*
27 *Congrua ſi fuit ſubjecta ſupplemento, & augmento, & ſubjecta etiam cenſetur diminutioni, & decremento.*
28 *Teſtes licet de auditu conjunguntur ad plene probandum cum aliis demonſtrationibus.*
29 *Decima aſſignata Vicario per Monaſterium ab hujus dominio non cenſentur abdicata ſi Monaſterium eas una cum aliis locavit.*
30 *Excreſcentia congruæ cedit commodo Aſſignantis non autem Aſſignatarii.*
21 *Congrua aſſignata in bonis diſmembratis a Monaſterio cum translatione dominii in Aſſignatarium adhuc reducitur favore Aſſignantis in caſu excreſcentiæ nimium exceſſivæ ex æquitate* Text. in cap. Suggeſtum de decim. & num. 60.
32 *Hæc æquitas locum habet etiam in contractibus.*
33 *Læſio habet locum etiam inſpecto tempore futuro in contractu, qui habet tractum ſucceſſivum, & num. 68.*
34 *Et procedit in aſſignatione congruæ facta Vicario Parochiali.*
35 *In materia alimentorum contractus intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
36 *De ratione, ob quam diminuitur congrua etiam aſſignata in bonis diſmembratis ab Aſſignante cum translatione dominii.*
37 *Per unionem Parochialis factam Monaſterio Papa intelligit providere illud de redditibus ſuperfluis ultra congruam Vicarii.*
38 *Vicarius non poteſt exhaurire omnes fere redditus Parochiæ unitæ in præjudicium Monaſterii, cui facta eſt unio.*
39 *Quanta ſit congrua pro Vicario ad effectum regulandi læſionem ex parte Monaſterii illam Aſſignantis.*
40 *Congrua excreſcens multo magis reducitur favore Monaſterii Aſſignantis, ſi hoc indigeat.*
41 *Non poteſt allegari acquieſcentia ſuper exceſſivitate congruæ, niſi a die, quo exceſſivitas facta eſt intolerabilis.*
42 *Congrua reducitur contra Vicarium non obſtante acquieſcentia centenaria Monaſterii, & de ratione.*
43 *Poſſidens Vicario, & Precario nomine Domini non poteſt allegare contra ipſum centenariam etiam in linea tituli, & num. 61.*
44 *Aquieſcentia ex cauſa ignorantiæ Officialium Monaſterii illi non præjudicat.*
45 *Favor Curæ Animarum non conſideratur in exceſſu congruæ.*
46 *Ratione læſionis enormiſſimæ ſuccurritur cuicunque læſo.*
47 *Papa uniendo Parochialem Monaſterio intendit de redditibus ſuperfluis dempta congrua Vicarii magis favere voluiſſe Monaſterio quam Vicario & num. 48.*
49 *Congrua taxatur aliquando etiam in ſumma majori ſcutor. 400.*
50 *Taxatio congruæ ultra centum fit habito reſpectu ad onera Vicarii.*
51 *Ad effectum reducendi congruam non requiritur quod Monaſterium habens Eccleſiam ſibi unitam inopia laboret.*
52 *Teſtimonium Ordinarii non præjudicat veritati in contrarium probatæ.*
53 *Pro judicanda indigentia Monaſterii expectatur tempus præſens.*
54 *Quando non attendatur exceptio ſcandali.*
55 *Reſolutio Cauſæ, & num. 64.*
56 *Quid importet unio in temporalibus.*
57 *Congrua Vicarii reducitur favore Monaſterii, cui facta ſit unio etiam in temporalibus tantum.*
58 *Quomodo probetur unio in ſpiritualibus, & temporalibus.*
59 *Monaſterium Monialium non eſt incapax habendi ſibi Parochias unitas, & quomodo.*
62 *Centenaria quando non ſubſiſtat in facto.*
63 *Centenaria non ſuffragatur ad tollendam læſionem enormiſſimam, & quomodo.*
65 *Regiſtratur deciſio in Aurien. congruæ cor. Otemberga.*
66 *Ad Monaſterium, cui facta eſt unio pertinent omnes fructus Parochialis unitæ,*

67 *Mo-*

67 *Monaſterium poteſt diminuere congruam Vicario propter excreſcentiam.*

69 *In his, quæ pro tempore mutationem recipiunt receditur a qualibet diſpoſitione ex cauſa ſupervenienti.*

DISCEPTATIO LXVI.

OLIM in Diœceſi Portucallen. extabant per Villas, & Pagos ſituata quatuor Monaſteria Monialium
1 Ordinis S. Benedicti; Primum in Pago *de Riotinto* nuncupatum *S. Chriſtophori*; Secundum in Pago de *Villa Cova*; Et alia duo in aliis Pagis nominatis *de Fuyas*, *& Taroquella*, ex quibus Monaſteriis primum S. Chriſtophori habebat jure unionis annexam Parochiam, quam exercebat per Cappellanum, ſeu Vicarium perpetuum, ad præſentationem, ſeu nominationem Abbatiſſæ juxta privilegium Unionis; cui Cappellano, ſeu Vicario, ſolebat ab antiquo Monaſterium dare congruam, mediante ſimplici facultate eidem tributa exigendi nomine Monaſterii, & de ejus conſenſu decimas debitas Monaſterio per Diſtrictuales Parochiæ, ſcilicet Parochianos.

Iſta quatuor Monaſteria anno 1535. ad inſtantiam immortalis mem. Joannis Portugalliæ Regis juſtis de cauſis fuerunt ſuppreſſa & per Legatum de Latere auctoritate Apoſtolica unita, & incorporata cum omnibus ſuis juribus, & redditibus univerſis alteri Monaſterio pariter Monialium S. Benedicti noviter conſtructo intra Civitatem Portus ex pietate, & munificentia Regis Emanuelis memorati Jo: Progenitoris filii, & in Bulla unionis proviſum extitit, quod in illis Eccleſiis, ſeu Monaſteriis ſuppreſſis, quibus immineret cura animarum deſerviretur per idoneos Vicarios, quæ unio confirmata extitit de anno 1537. auctoritate Apoſtolica per viam Sacræ Pœnitentiariæ, juxta ſtylum tunc temporis, de quo Card. de Luc. *in rel. Rom. Cur. diſc.* 12. *n.* 4.

Poſt hanc unionem Monaſterium novum nuncupatum *de Ave Maria* habendo annexam Parochiam Sancti Chriſtophori ſpectantem ad antiquum Monaſterium *de Riotinto* ſuppreſſum, deputavit juxta ſolitum Vicarium perpetuum cum eadem congrua, ut ſupra, conſtituta in jure exigendi decimas Parochianorum, quæ juxta obſervantiam apparent reſtrictæ ad decimas, & primitias locorum *de Baguim*, *& Pegonegro*, una cum oblationibus Altaris, necnon domorum cum horto annexo,

Cum autem decimæ iſtorum locorum tunc temporis eſſent tenuiſſimi reditus, & adæquati ad menſuram juſtæ congruæ, quia nempe loca prædicta erant nemoroſa, montana, & inculta, tractu temporis factum eſt, quod propter concurſum, & affluentiam Incolarum, necnon induſtriam, & diligentias Parochianorum, & Colonorum, loca prædicta ad culturam redacta cœperint producere abundantiam tantarum decimarum, & primitiarum, quæ in dies excreſcendo ad immenſam quantitatem aſcenderint, dum facto calculo per decennium decimæ reddunt annuam ſummam ſcut. 650. ultra quam exceſſivam quantitatem titulo congruæ percipit Vicarius oblationes Fidelium, quæ vocantur *de pede Altaris*, quæ aſcendunt ad annuam quantitatem ſcutorum ſupra biſcentum, & ulterius percipit alia ſcuta 20. circiter in domibus ſibi aſſignatis cum horto annexo, & ſic congrua iſtius Vicarii Parochialis in ſcut. 870. fere adæquat congruam Epiſcopi.

Per contrarium vero in conſpectu affluentiæ redituum, quibus abundat iſte Vicarius, deplorat Monaſterium penurias ſuas, dum habet in ſe onus fabricæ Eccleſiæ Parochialis *de Riotinto*, & in immenſum gravatur onere ſuſtentationis ingentis numeri Monialium multo majoris quam eſſe de tempore fundationis, & propterea ad talem ſtatum indigentiæ devenit, ut plus habeat in expenſa, quam in reditu, & propterea juſtiſſime Monaſterium reclamare cœpit ad effectum reducendi, & moderandi congruam Vicarii *de Riotinto*, ad formam Sac. Concilii Tridentini, & Conſtitut. 47. S. Pii V. etiam in ſumma pinguiori, quam præſcripta in eadem Conſtitutione Piana, ſuper quo conſultis Theologis reportavit Votum favorabile ad effectum recurrendi ad Sanctam Sedem pro moderatione, & reductione hujus exorbitantiſſimæ congruæ.

Et hinc expectata ultima vacatione Vicariæ ſecuta per obitum Cipriani Borges ſub die 5. Septembris 1717. Monaſterium nominavit, ſeu præſentavit in Vicarium R. D. Jo: de Tavora Norona ſub ea lege, & conditione, quod nominatus, & inſtituendus Vicarius, pro Congrua impoſterum obtineret annua ſcut. 80. monetæ Romanæ loco decimarum *de Baguim*. & Primitiarum Territorii *de Pegonegro* ultra oblationes Altaris, Domum, Pomarium, & Terrena Domui annexa, reſervato ſuper præmiſſis beneplacito Apoſtolico, & facta fuit inſtantia, coram Ordinario, ut ſupra d. Jo: Vicario nominato præfigeretur in Bulla inſtitutionis terminus ad declarandum, quod ſtare vellet reductioni hujus congruæ.

Hanc nominationem ſic conditionatam admiſit Ordinarius præfigendo terminum nominato, ut ſe ſubiiceret ſuper præmiſſis Judicio Sedis Apoſtolicæ, & ſic inſtitueretur facta declaratione; qui Vicarius ita nominatus ſtatim paruit emittendo declarationem juxta decretum Ordinarii, ſed poſtea, mutato conſilio, & revoluto Mantello, in actu capturæ poſſeſſionis, ac etiam poſt, proprium conſenſum retractavit proteſtando ſe inſiſtere velle in retentione exorbitantis congruæ ab Anteceſſoribus ſuis perceptæ.

Coactæ igitur Moniales ſubire litem adverſus inconſtantiam Vicarii, ſupplices preces porrexerunt Summo Pontifici pro approbatione, & confirmatione reductionis congruæ, quibus remiſſis ad Sacram Congregationem Concilii, in ea diſputatum fuit dubium: *An aſſignatio Congruæ facta in bonis ſuſtineatur, vel potius ſit locus reductioni, ſeu confirmationi reductionis ejuſdem Congruæ*, ubi pro reductione Congruæ reſolvendum eſſe dicebam, ſcribendo pro Monaſterio, ut infra.

Ad hunc effectum præmittere oportet, Eccleſiam Parochialem *de Riotinto* ab immemorabili tempore reperiri *pleno jure unitam*, & incorporatam Monaſterio Monialium Sancti Benedicti cum omnibus ſuis juribus, redditibus, decimis, & proventibus, itaut hodie non agatur de Parocho, ſed ſimplici Vicario habente ſolam Congruam, omnibus de cætero proventibus Parochiæ ſpectantibus ad Monaſterium ratione unionis plenariæ, quæ quidem unio licet non oſtendatur corporeis oculis, attamen reſultat per æquipollentes, & indubitatas demonſtrationes, ſigna, & circumſtantias, quæ illam pleniſſime convincunt, & innegabilem reddunt, juxta opinionem paſſim receptam, de qua Rota *cor. Cerr. deciſ.* 886. *num.* 1. *& cor. Priol. deciſ.* 252. *n.* 10. *& cor. Emerix Jun. dec.* 1234. *n.* 2. *& in Leodien. Parochialis, ſeu Vicariæ* 1. *Julii* 1707. *Verum, cor. Reverendiſſimo Aldrovando, & in Mediolanen. Jurium Parochialium* 20. *Aprilis* 1708. §. *ex quibus, coram Eminentiſſimo Scotto, & in Compoſtellana Parochialium* 13. *Martii* 1716. §. *Ex his autem, coram bon. mem. Anſaldo, &* 5. *Maii* 1717. §. *Probata, cor. Reverendiſſ. Criſpo.*

Hæc autem unio plenaria, per quam tranſlata fuerunt ad Menſam Monaſterii omnia bona, jura, & reditus Parochialis unitæ, probatur, tam ante, quam poſt ſuppreſſionem Monaſterii S. Chriſtophori uniti novo Monaſterio *de Ave Maria* Civitatis Portus; Et *primo*, quia ante ſuppreſſionem conſtat, quod Monaſterium Monialium S. Chriſtophori nominabat, & præſentabat Cappellanum Curatum mediante congrua illi aſſignata, attenta facultate tradita per Abbatiſſam Monaſterii de exigendo Decimas contra Parochianos, veluti ſpectantes ad Monaſterium ibi: *Con poter aſtringere li Diſtrettuali della Parochia del detto Monaſtero per quello, che appartiene al detto Monaſtero, e con il conſenſo del medeſimo eſigere tutto ciò, che acquiſtorno li Cappellani paſſati*: Hic enim Status auctorizatus ab Epiſcopo, clariſſime probat unionem plenariam dum non ſolum appellatur: *Parochia del Monaſtero*: ſed etiam Decimæ debitæ ab ejus Diſtrictualibus, ſeu Parochianis exprimuntur ſpectare ac ipſum Monaſte-

ſterium, & data fuit Vicario facultas exigendi eas: *con il conſenſo del medeſimo*: nam quoties Parochia erat Monaſterii, & Decimæ ſpectabant ad Monaſterium, hæc eſt infallibilis demonſtratio unionis, qua mediante in Monaſterium, cui facta eſt unio transferuntur Decimæ, illique incorporantur ad Menſam, & ſuſtentationem ipſius Monaſterii, ut in puncto firmavit Rota *in Tarraconen. Parochialis de Vimbedino* 15. *Januarii* 1706. §. *fin. coram bona memoria Anſal-*
3 *do, & in Compoſtellana Parochialium* 13. *Martii* 1716. §. *Augebatur, coram eodem*, ibi: *Augebatur unionis evidentia animadvertendo, quod in eadem concordia determinatum, conventumque fuit, Vicarium, ejuſque in ſempiternum Succeſſores habituros pro eorum congrua medietatem, &c. Decimarum, &c. nam alius quo jure, quave ratione, & qua moti ex cauſa Abbates aſſignare voluiſſent tali Rectori medietatem Primitiarum, &c. quoties non habuiſſent, nec ad eos ſpectaſſent dominium, & proprietas ejuſdem Parochialis in eorum Monaſterium pleno jure, ſed etiam in Spiritualibus translata, & unita, &* 5. *Maii* 1717. §. *Demum, coram Reverendiſſimo Criſpo, & in Compoſtellana Parochialis* 11. *Maii* 1716. §. *Plenariam, coram Reverendo Patre Domino Cerro, & in Leodien. Vicaria de Jemeppe* 23. *Januarii* 1719. §. *Inſuper, coram Reverendiſſimo Herrera*.

Secundo, hoc ipſum probatur ex antiqua lite, & ſententiis inter Joannem Alvarez olim Vicarium, nec non Moniales Monaſterii, ex quibus conſtat, quod cum Vicarius fuiſſet interpellatus, & conſtrictus ad celebrandam Miſſam quolibet die feſto ad inſtantiam Monialium, iſte oppoſuit, & excepit, quod ſibi conſervanda eſſet perceptio Congruæ, juxta ſolum dari ſolitæ per Monaſterium, ibi: *Che provarà, che il detto Gio: Alvarez, excipiente ſoleva ricevere, & havere del detto Monaſtero de Riotinto le Decime de' Luoghi de Baguim della Parochia del detto Monaſtero con gli altri emolumenti del Monaſtero de Pegonegro, &c. e parimenti una portione di pane, vino, e di denaro, come in effetto da, & aſsegna ciaſcheduna delle Monache Profeſse del detto Monaſterio per ajoto della ſua porzione, qual porzione la detta D. Maria de Mello nonglie la vuol dare &c. ne gli vuol dare gl' altri emolumenti, ne Caſa di abitazione, ne le offerte de' Fedeli*, & ad formam hujus petitionis emanavit prima Sententia Ordinarii, ibi: *Doverſi all' Attore quello, che il medeſimo chiede, &c. atteſa la porzione, che in vigore delli preſenti atti ſi giuſtifica havere, e che le Ree hanno permeſſo, che il medeſimo percepiſſe*, & in ſecunda ſententia condemnatæ fuerunt Moniales; *à dover aſsegnare una Caſa all' Attore aſſime con un Terreno, che frutti un ſcorzo tra biada, & orzo ſeminato, e con l' Orto con queſta dichiarazione, &c. confermiamo la ſentenza del Vicario à quo*: ex quibus ſententiis ad evidentiam convincitur Unio plenaria Parochialis facta Monaſterio, eo ipſo quod ipſum condemnatum extitit ſolvere congruam Vicario pro portio-
4 ne ſibi debita ratione Curæ Animarum una cum Domo pro habitatione, ut ſunt Textus *aperti in cap. de Monachis, & in cap. Extirpanda*, §. *Qui vero de praben.* Turricell. *de Union. c.* 11. *num.* 80. Rota *dec.* 485. *num.* 14. *par.* 8. *& deciſ.* 88. *num.* 12. *par.* 9. & plene dictum fuit in *Burgi Sancti Sepulchri Parochialis* 5. *Junii* 1690. §. *Reſultabat, coram cla. me. Card. Caprara, & in Compoſtellana Parochialium* 13. *Martii* 1716. §. *De unione, &* §. *Præſertim, coram bo. mem. Anſaldo, &* 5. *Maii* 1717. §. *Demum, coram Reverendiſſimo Criſpo, & in Compoſtellana Parochialis* 11. *Maii* 1716. §. *Plenariam, coram Reverend. Patre Domino Cerro, &* 26. *Februarii* 1717. §. *Certius, coram Reverend. Patre Domino Gamaches, & in Leodien. Vicaria de Jemeppe* 23. *Januarii* 1716. §. *Juridicam, cor. Reverend. Herrera*.

Tertio, poſt ſuppreſſionem Monaſterii *de Riotinto* habemus unionem per publicum documentum clare
5 probatam, etiamſi ex parte antea probata non foret, quia nempe anno 1534. Legatus de Latere, hoc Monaſterium *de Riotinto* ſimul cum aliis, omnibus ſupra relatis, ſuppreſſit, & pleno jure incorporavit novo Monaſterio *de Ave Maria* intra Civitatem Portus conſtructo ordinando, quod Eccleſiæ Monaſteriorum ſuppreſſorum, quæ erant Parochiales, ſeu quibus Animarum Cura imminebat, deſervirentur per idoneos Vicarios cum aſſignatione Canonicæ portionis, ibi: *Proviſo tamen quod inſuper hujuſmodi Eccleſiæ ad profanos uſus non reducantur, & Animarum cura, ſi quæ illis immineat, nullatenus negligatur, ſed earum &c. per idoneos Vicarios, quibus ſi proviſum non eſt de Canonica portione per dicti Monaſterii Portucallenſis Abbatiſſam, & Conventum, provideatur, congrua ſupportentur onera conſueta*: Unde cum Monaſterium ſuppreſſum *de Riotinto* haberet curam Animarum, quam exercebat per Cappellanum, hinc per hujuſmodi ſuppreſſionem, & unionem translata fuerunt in novum Monaſterium omnia jura bona, & redditus Eccleſiæ Parochialis *de Riotinto* cum onere tantum deputandi Vicarium cum aſſignatione Congruæ, itaut fruſtra dubiterur de unione, quando hæc reſultat ex literis Legati confirmatis ſubinde per Sedem Apoſtolicam per viam Pœnitentiariæ, & per iſtam unionem novam clariſſime conſtat omnia jura, bona, & reditus Parochialis translata fuiſſe in noſtrum Monaſterium cum ſolo onere deputandi Vicarium cum aſſignatione Congruæ, cum etiam Monaſteria Monialium ſint capacia habendi Parochias ſibi unitas auctoritate Sedis Apoſtolicæ, juxta ea, quæ firmant Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 33. Tamburin. *de jur. Abbat. diſp.* 32. *quæſt.* 12. *per tot.* Rota *in Leodien. juriſdictionis* 11. *Aprilis* 1698. *cor. bo. me. Molines confirmata* 4. *Febru.* 1699. §. *Nec ad probandum, coram cla. mem. Cardin. Priolo*.

Quarto, unionem confirmat obſervantia, dum ſemper facta fuit proviſio Eccleſiæ per Inſtitutiones Vicariorum, nunquam vero titulo Parochorum, quod per Doctores conſideratur pro argumento Unionis, 6
quæ neceſſario ſecum fert Vicariam Eccleſiæ Parochialis, & inſtitutionem Vicariorum, ſicut firmavit Rebuff. *in tract. congr. part. num.* 115. ibi: *Secundo ſi in proviſione nominetur Vicarius*, Rot. *in Salisburgen. Vicariæ ſuper bono jure* 4. *Februarii* 1715. §. *His additur, cor. Reverend. Criſpo, & in Leodien. Vicariæ de Jemeppe* 23. *Januarii* 1719. §. *Clare, cor. Reverend. Herrera*.

Quinto poſt S. Concilii Tridentini publicationem continuata fuit proviſio Eccleſiæ mediante inſtitutione Vicarii ad ſolam nominationem Abbatiſſæ, abſque eo quod unquam ſervatus fuerit concurſus juxta for- 7
mam ipſius Concilii introductus in Parochialibus, quod eſt infallibile, & univocum argumentum unionis plenariæ, & ſubjectivæ, qua ſtante non intrat proviſio per Concurſum, alias ſi Eccleſia non fuiſſet pleno jure unita Monaſterio perneceſſe Concurſus ſervatus fuiſſet, prout ordinatur in Concilio cum decreto irritanti in Parochialibus liberis, ut in individuo ad effectum probandi unionem ſubjectivam ſæpe firmavit Rota *in Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini* 22. *Junii* 1705. §. *Quod autem, &* §. *Nihilominus, coram clar. mem. Card. Caprara, & in Compoſtellana Parochialis* 11. *Maii* 1716. §. *Iſtaque unio, coram R. P. D. Cerro, &* 26. *Februarii* 1717. §. *Ut etiam, coram R. P. D. Gamaches, & in Compoſtellana Parochialium* 13. *Martii* 1716. §. *Certoque certius, coram bon. mem. Anſaldo, &* 5. *Maii* 1717. §. *Ex præmiſſis, coram Reverendiſſimo Criſpo, & in Leodien. Vicariæ de Jemeppe* 23. *Januarii* 1719. §. *Negativa vero, coram Reverendiſſimo Herrera*. Imo id probat non 8
ſolum unionem, ſed etiam quod Vicaria nunquam fuerit diſmembrata ab ipſo Monaſterio circa curam, & bona, nam alias facta diſmembratione etiam Vicaria ſubjecta fuiſſet proviſioni per Concurſum, ut firmat Garz. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *numer.* 301. *&* 302.

Sexto, nec etiam ullus adducitur actus, ex quo appareat hujuſmodi Vicariam, ſeu Eccleſiam fuiſſe proviſam per Sedem Apoſtolicam tanquam de reſervata in adeo longævo ſpatio duorum, & ultra ſæculorum, in quibus præſumitur contigiſſe vacationis in menſibus reſervatis; Si enim Eccleſia non fuiſſet unita, imo ſi fuiſſet Vicaria independens, fuiſſet ſubjecta

reſer-

reſervationibus Apoſtolicis; dum itaque nunquam
collata fuit per Papam vigore Regulæ reſervatoriæ
menſium, hinc certiſſima promanat demonſtratio,
quod Eccleſia fuerit ſemper unita, ratione cujus
9 unionis non cadebat ſub reſervationibus Apoſtolicis,
ut in terminis terminantibus firmavit Rota *in dicta
Compoſtellana Parochialium* 13. *Martii* 1716. §. *In-
dubitantius, coram bonæ memoriæ Anſaldo, & 26.
Februarii* 1717. §. *Hæcque omnia, coram Reverend.
Patre Domino Gamaches, & in Compoſtellana Paro-
chialis* 11. *Maii* 1716. §. *Iſtaque unio, coram Reve-
rend. Patre Domino Cerro, &* 5. *Maii* 1717. §. *Et
prætermiſſis, cor. Reverendiſſimo Criſpo, & in Leo-
dien. Vicaria de Jemeppe* 23. *Januarii* 1719. §. *Nega-
tiva vero, cor. Reverend. Herrera.*

Septimo concurrunt teſtes de fama publica depo-
nentes, quod decimæ, omneſque fructus, ac redi-
tus Eccleſiæ Parochialis nunc Vicariæ *de Riotinto*
ſpectaverint, & ſpectent ad Monaſterium *de Ave*
10 *Maria* Civitatis Portus, ex quibus teſtibus probari
unionem plenariam, & ſubjectivam firmarunt Tur-
ricell. *de union. cap.* 11. *num.* 39. Rota *in Lucana Unio-
nis* 3. *Junii* 1707. §. *Nam quod attinet, cor. clar. mem.
Card. Priolo*; præſertim quia Teſtes concordant
cum publicis documentis, ſcilicet antiquo ſtatu an-
ni 1516. necnon ſententiis, & unione facta per
Nuntium Apoſtolicum.

Octavo accedit altera eſſentialis circumſtantia,
quod nempe onera manutentionis Eccleſiæ Parochia-
lis *de Riotinto*, & ſignanter onus Fabricæ tempo-
ſerunt omni tempore, & remanent apud Monaſte-
11 rium, ut deponunt Teſtes, quæ ſane onera Mona-
ſterio incumbentia deſignant apertiſſime unionem o-
mnium bonorum, ac jurium Parochialium eidem
Monaſterio factam, ratione cujus ipſum obligatum
erat ſubire onera Eccleſiæ Parochiali annexa, ut fir-
mant plures Sacræ Rotæ Deciſiones relatæ apud
Turricell. *de union. cap.* 11. *num.* 68. Pignatell. *conſult.*
126. *num.* 8. & 10. & apud Me *diſceptat. Eccleſ.* 50.
num. 38.

Et *nono* demum hanc veritatem confirmat ipſa
confeſſio Partis, diſputantis dubium ſuper *aſſigna-
tione Congrue*, quæ quidem Congrua non datur ni-
ſi Vicariis ratione unionis Eccleſiæ Parochialis ad
præſcriptum Sacrorum Canonum in *cap. de Mona-
12 chis, & capit. Extirpanda, §. Qui vero de præbend.*
necnon Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de reform.* ut in
præciſis terminis bene firmatum fuit *in Compoſtella-
na Parochialis* 11. *Maii* 1716. §. *Plenariam, coram
Reverend. Patre Domino Cerro, & in Compoſtellana
Parochialium* 13. *Martii* 1716. §. *Præſertim, cor. bon.
mem. Anſaldo, &* 5. *Maii* 1717. §. *Demum, coram
Reverendiſſimo Criſpo, & in dicta Leodien. Vicaria de
Jemeppe* 23. *Januarii* 1719. §. *Juridicam, coram Reve-
rendiſs. Herrera.*

Quibus omnibus Unionem plenariam demonſtran-
tibus in gradu ſuperlativo nihil adverſatur, quod
Vicaria fuerit perpetua, & proviſa cum inſtitutione
in titulum data ab Ordinario, necnon reſignata, &
per viam reſignationis etiam in Dataria proviſa;
nam reſpectu Inſtitutionum in titulum, iſtæ nihil
13 officiunt Unioni plenariæ, & ſubjectivæ, quia de
ſui natura procedunt propter perpetuitatem Vicariæ,
ubi collatio tituli cadit ſuper exercitio ſimplici Cu-
ræ actualis non autem quoad titulum principalem
Beneficii, Rota *in Novarien. Parochialis, ſeu Vica-
ria Sancti Martini* 22. *Junii* 1705. §. *His poſitis, cor.
clar. mem. Card. Caprara. & in Friſingen. juris depu-
tandi Curatos* 22. *Junii* 1716. §. *Verum, coram Reve-
rend. Patre Domino Cerro, & in Compoſtellana Pa-
rochialium* 13. *Martii* 1716. §. *Prout ſateſſere, coram
bon. mem. Anſaldo, &* 5. *Maii* 1717. §. *Prout nec et-
iam, coram Reverendiſſimo Criſpo, & in Compoſtella-
na Parochialis* 11. *Maii* 1716. §. *Nihil detrahit, co-
ram Reverend. P. D. Cerro, &* 26. *Februarii* 1717. §.
*Minuſque afficit, coram Reverend. Patre Domino Ga-
maches, & in Leodien. Vicaria de Jemeppe* 23. *Janua-
rii* 1719. §. *Inſtitutiones vero, coram Reverendiſſimo
Herrera.*

Sic etiam Viſitationes Epiſcopi, non deſtruunt
unionem cum agatur de Cura Animarum, ratione
cujus Epiſcopi viſitant etiam Parochiales unitas, ut 14
in puncto reſpondit Rota *in dicta Compoſtellana
Parochialium* 5. *Maii* 1717. §. *Nec ad evertendam,
coram Reverendiſſimo Criſpo* quemadmodum nihil fa-
ciunt proviſiones per viam reſignationis in Dataria
Apoſtolica, quia Vicariæ quando ſunt perpetuæ poſ-
ſunt permutari, & reſignari, & per viam reſignationis
provideri per Sedem Apoſtolicam citra ullam in-
compatibilitatem cum Unione, ut in ſpecie Rota
in dict. Leodien. Vicaria de Jemeppe 23. *Januar.* 1719.
§ *Ex reliquis, cor. Reverendiſſimo Herrera* ibi: *Cum
d. proviſio facta non appareat tanquam de reſervato in
vim Regulæ* 8. *itaut ex alia de cauſa, ſive aliis mo-
dis ſequi potuerit, hoc eſt per reſignationem, ſive per-
mutationem, &c. ideo ex hujuſmodi proviſionibus di-
verſa beneficii natura, ſeu qualitas argui non valet,
cum etiam Vicariæ perpetuæ, & unitæ permutari, &
reſignari poſſint in manibus Papæ, & ab eo providean-
tur abſque ullo præjudicio unionis*, & dictum fuit et-
iam *in Forolivien. Parochialis* 26. *Aprilis* 1706. §.
Prout, coram bon. mem. Omanna, & ſic demum ni-
hil faciunt præſentationes factæ per Monaſterium;
iſtæ enim fieri poſſunt etiam ratione unionis, cum 15
iſta vocabula præſentationis, & nominationis fra-
ternizent, ut optime Rot. *deciſ.* 441. *num.* 6. *& ſeqq.
part.* 5. *& deciſ.* 330. *num.* 24. *& ſeqq. part.* 9. *recent. &
coram Emerix Jun. dec.* 947. *num.* 4. *& in d. Compoſtel-
lana Parochialis* 11. *Maii* 1716. §. *Conſtabilita, coram
bon. mem. Anſaldo, & in dicta Leodien. Vicaria de Je-
meppe* 23. *Januarii* 1719. §. *Obſervantia, cor. Reveren-
diſſimo Herrera.*

Ex his probata Unione plenaria, & ſubjectiva
juxta quam omnia bona, jura, & reditus Parochia-
lis unitæ tranſitum fecerunt in Monaſterium cum
onere præſtandi ſolam Congruam Vicario, plana re-
manet reſolutio affirmativa ſuper reductione, & mo-
deratione Congruæ Vicario aſſignatæ, Conſtat enim
in facto, quod Monaſterium vigore Unionis Poſ-
ſeſſor, & Dominus omnium Decimarum totius Ter-
ritorii Parochialis cum onere præſtandi congruam
Vicario, uſque ab initio illi aſſignavit in congruam
decimas, & primitias duorum locorum in Parochia
exiſtentium nuncupatorum *de Beguia, & Peganegro*,
quæ reddebant *ſette, o otto milla Reis* æquivalentia
ad ſcuta octo monetæ Romanæ, ultra portionem
panis, & vini, quæ præſtabatur per Monaſterium,
& conſtat etiam in facto, quod tractu temporis iſta
loca, quæ olim erant nemoroſa, montana, & in-
culta, ad tantam culturam redacta fuerunt, ut De-
cimæ paulatim creſcentes tandem pervenerint juxta
ultimum ſtatum per decennium ad annuam quanti-
tatem ſcutorum 650. itaut computatis oblationibus 16
Fidelium, & aliis bonis aſſignatis, nempe domibus,
& horto, Congrua hujus Vicarii facta fuerit con-
grua quaſi Epiſcopalis in ſcutis 870. in quibus ter-
minis cum longe plus percipiat Vicarius, quam i-
pſum Monaſterium magna redituum penuria labo-
rans, juxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum dici-
tur adeſſe juſta cauſa reducendi Congruam adeo ex-
ceſſivam ad limites juſtæ menſuræ juxta originalem
Theoricam *Gloſſ. in cap. Avaritia* in verbo *reditus de
Præbend. & Dignit.* ibi: *Poſſunt etiam reditus dimi-
nuere, puta ſi Eccleſiæ facultates eſſent ampliatæ, ut ſic
de augmento, & Monaci ſentiant utilitatem cum hujuſ-
modi Eccleſia ſubſit eis quoad temporalia*, Butr. ibi-
dem num. 7. ibi: *Unde augmentum debet etiam tendere
ad commodum Monachorum, cum Eccleſia eis ſubſint
quoad temporalia*, Zabarell. *num.* 4. Rota *in Barchin.
congrua deciſ.* 81. *num.* 15. *&* 49. *verſ. Denique, & nu.*
51. *& deciſ.* 218. *num.* 7. *&* 8. *part.* 28. *rec.*

Quæ Theorica Gloſſæ loquitur præciſe in caſu Pa-
rochialis unitæ Monaſterio ad effectum ſubveniendi e-
jus neceſſitatibus, ubi Monaci aſſignarunt Congruam
Vicario in Prædiis Eccleſiæ, quorum fructus excre-
verant, firmando eſſe locum diminutioni Congruæ
propter illam rationem, quod ipſi Monaci debent uti-
litatem ſentire de augmento, ex quo Eccleſia unita
eis ſuit quoad temporalia, & conſequenter cum Mo-
naſterium habeat plenum dominium bonorum, &

redi-

redditũum Eccleſiæ unitæ, Congrua aſſignata Vicario in certa menſura congruæ ſubſtentationis, ſi tractu temporis deveniat ad exceſſivitatem ea procul dubio ſubjecta remanet reductioni ad juſtam menſuram non obſtante aſſignatione facta in bonis, ſeu jure decimandi, cum iſta ſemper intelligatur rebus ſic ſtantibus. & in eodem ſtatu permanentibus, & quatenus bona aſſignata correſpondent Congruæ, quæ cauſa
17 finalis eſt hujuſmodi aſſignationis, alias data excreſcentia fructuum, & exceſſivitate, quæ tranſcendit illam cauſam ob quam facta fuit aſſignatio, iſta reſolvitur, & reducitur ad juſtos terminos congruitatis, remanente exceſſu ad commodum Domini, qui ſuo famulo, ſeu Vicario non aliud niſi ſtipendium, ſeu Congrua aſſignare voluit Fagnan. *in conſtit.* Butr. *n.* 2. ibi: *Augmentatio ergo fructuum debet eſſe cauſa reſolutiva Statuti ex defectu cauſa, & hoc eſt, quod dicimus Statutum recipere conditionem reſolutivam Statuti, niſi fructus ſuperexcreverit*, Felin. *in capit. cum accesſiſſent n.* 8. *in fine de Conſtit.* & in præciſis terminis noſtris Rot. *dec.* 81. *n.* 17. & 39. *part.* 18. *recent.* ibi: *Etiamſi fuiſſet proceſſum ad aſſignationem congrua per viam contractus auctoritate Apoſtolica confirmati cum decreto irritanti, adhuc in hujuſmodi contractu ſubintelligeretur clauſula rebus in eodem ſtatu permanentibus, & ſic illo immutato permutabile augmentum fructuum etiam contractus immutationi eſſe locum probat* Text. *in capitul. cum M.* 9. *de Conſtitut. & late in Augurien. congrua* 14. *Martii* 1618. §. *In comprobationem, &* §. *Sic ſimiliter, coram Ottembergo*, quæ deciſio licet non impreſſa refertur apud Rot. *d. dec.* 81. *numer.* 49. *verſicul. in qua juſta cauſa, & numer.* 51. *part.* 18. *recent. & coram Emerix Jun. deciſ.* 286. *num.* 6.

Neque adverſatur, quod hujuſmodi Theorica non procedat, quando aſſignatio Congruæ facta fuit per diſmembrationem bonorum ab ipſo Monaſterio aſſignante, & translationem illorum dominii in Vica-
18 rium, ubi ſicut decrementum cedit in commodo Aſſignatarii, ita etiam ejus commodo cedere debeat augmentum juxta firmata in *dict. dec.* 81. *& dec.* 218. *part.* 18. *recent. & deciſ.* 286. *coram Emerix Junior.* Etenim hoc objectum in caſu iſto pleniſſime deſtructum remanet ex tribus ſolidiſſimis fundamentis de quibus infra; Primo ſcilicet quod talis concluſio locum non habet in Decimis, quæ poſtea ex Novalibus ſuperexcreſcunt; Secundo quia in ſubjecto caſu aſſignatio Decimarum in Congruam facta non fuit cum diſmembratione ipſius dominii, ſeu juris decimandi ab ipſo Monaſterio, & tertio demum quomodocumque facta fuiſſet etiam per diſmembrationem, adhuc concluſio contraria non applicatur, ſed locus eſt reductioni propter enormiſſimam læſionem.

Et quidem aggrediendo primum fundamentum dico aſſignationem Decimarum factam fuiſſe de tempore, quo loca *de Beguin, & Pegonegro* erant inculta, nemoroſa, & deſerta, itaut redderent miſeriam annuorum ſcutorum octo, quod adeo verum eſt, ut anno 1592. Vicarius judicialiter conqueſtus fuerit de modicitate Congruæ in his Decimis, propter quod ſententiatum fuit quod ſuppleretur congrua mediante aſſignatione Domus, & Horti, ut ea ſententia ibi: *il Vicaria, &c. dicendo, che haveva poca congrua, poiche per eſſo gl' erano aſſegnate ſolamente le Decime del luogo di Beguin, e le minutie del luogo di Pegonegro* Excreſcentia autem Decimarum orta fuit propter Novalia, quia nempe Terræ incultæ, & nemoroſæ fuerunt ruptæ, & redactæ ad culturam, ſpeciale au-
19 tem eſt, ut conceſſio Decimarum, ſive Vicario, ſive alteri facta nunquam comprehendat Novalia, ſeu Decimas ex Novalibus provenientes, ſed iſtæ pertinent ad Rectorem principalem, ut eſt Monaſterium ratione Unionis habens univerſale jus decimandi in toto Territorio, ut ſunt Textus aperti in *cap. cum contingat, & cap. Tua*, §. *Ne occaſione de Decim. & cap.* 2. §. *Statuimus eodem tit. in* 6. Rebuff. *de Decim. quæſt.* 14. *num.* 3. *& ſeqq.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 26. *&* 27. plene Rota *cor. Merlin. deciſ.* 434. *numer.* 11. *& ſequentib. & coram Emerix Junior. deciſion.* 407. *numer.* 5. ubi quod ſub conceſſione Decimarum novalia non comprehenduntur.

Dum igitur conceſſio Decimarum facta Vicario non comprehendit novalia ad quæ tamquam novos fructus, ſeu novas Decimas ſuperventas nunquam extendi poteſt voluntas Concedentis in actu reſpiciente meram aſſignationem Congruæ, quæ ad juſtam ſubventionis menſuram data cenſetur ad Textum *in cap.* 2. §. *Ubi autem de Decim. in* 6. inde ſequitur, ut tota 20
excreſcentia redditũum proveniens ex Novalibus cedat non quidem commodo Vicarii habentis conceſſionem in veteribus Decimis reſtrictam, ut ait Rebuff. *de congrua portion. num.* 111. *& de Decim. quæſt.* 14. *numer.* 30. ſed ſolummodo Monaſterii quod ratione Unionis habet jus univerſale decimandi in omnibus Terris intra limites Parochiæ exiſtentibus, ut bene Rot. *coram Molедan. deciſ.* 5. *ante num.* 1. *de Decim.* ibi: *Domini tenuerunt quod cum Rectoria, & Parochialis pertineat ad Monaſterium propter unionem, & Decima ſint patrimonium Rectoria, Monaſterium, & non Vicarius habet ſuper Decimis fundatam intentionem, & ad ipſum ſpectant, & coram Creſcent. deciſ.* 2. *n.* 3. *de Decim. & coram Verall. deciſ.* 339. *n.* 2. *& ſeqq. part.* 3. Tutticell. *de union. cap.* 4. *n.* 4. *& in Compoſtellana Parochialium* 13. *Maii* 1716. §. *Augebatur, coram bon. mem. Anſaldo, & in Leodien. Vicaria de Jomeppe* 23. *Januarii* 1719. §. *Inſuper, coram Rever. Herrera.*

Alterum fundamentum eſt, quod in hac præciſa quæſtione, an ſit locus reductioni Congruæ ob excreſcentiam redditũum, licet vera ſit diſtinctio, quod ſit locus reductioni, ubi bona fuerunt aſſignata in congruam *Cauſa demonſtrationis*, ex quibus nempe bonis illa percipienda foret, citra illorum diſmembra- 21
tionem ab ipſo Domino, ſeu Monaſterio, ſecus autem, ubi aſſignatio facta fuerit cum diſmembratione, ſeu per abdicationem, & reſpective translationem dominii in Aſſignatarium juxta allegatas *deciſ.* 81. *&* 218. *p.* 18. *recent. & dec.* 286. *coram Emerix Junior.* attamen verificatur in caſu, quod Decimæ locorum *de Beguin, & Pegonegra* fuerunt aſſignatæ *cauſa demonſtrationis*, & precario nomine Monaſterii citra ullam translationem Dominii in Vicariam, quod primo loco fundatur in aſſiſtentia, & præſumptione juris, juxta quam, aliquo in contrarium non probato, bona, quæ aſſignantur in Congruam Vicarii, aſſignata intelliguntur cauſa demonſtrationis, 22
ut in puncto Louet. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 3. *n.* 19. *& ſeqq.* ibi: *idemque prorſus accidit in aſſignatione congrue pro Vicaria perpetua, quæ debet fieri ſuper re certa, &c. & tamen illa ipſa res non abdicatur, neque transfertur etiamſi fiat ejus aſſignatio cum iſta vox, aſſigno, regulatur a ratione, &c. & ſic intelligitur facta cauſa demonſtrationis ſuper quibus bonis ſit habenda congrua, non autem, quod bona iſta ſtent pro congrua, licet remaneant affecta, & hypothecata præ tali onere, &c. ſat enim eſt congruam hanc deberi ex fundo illo aſſignato, ſeu demonſtrato.*

Hoc ipſum firmavit Rota *coram Cavin. dec.* 1340. *num* 8. *& ſeqq.* ubi agebatur in terminis fortioribus de aſſignatione facta in Congruam cum rata proprietatis, & tamen reſolutum fuit bona ipſa non fuiſſe aſſignata cum translatione dominii, ſed tantum demonſtrative ad effectum perceptionis fructuum pro Congrua ex illis bonis, ibi: *Illa verba cum rata proprietatis, intelligenda ſunt demonſtrative ſuper quibus bonis ſit habenda Congrua, & propterea nec alterant verba ſequentia:* Separavit, &c. & Vicario applicavit, & appropriavit, &c. *quia ſunt intelligenda ſecundum ſubjectam materiam ad effectum perceptionis Congrua*, & ſequitur in eiſdem terminis Rota *dicta deciſ.* 81. *n.* 32. ibi: *Quæ reſervatio non importat dominii translationem, ſed tantum indicat unde portiones deſumi debeant, & num.* 37. *&* 53. *part.* 18. *recent.* & conſequenter cum propter antiquitatem non exhibeatur actus primæ aſſignationis ad dignoſcendum quomodo factus fuerit, regula, & præſumptio juris eſt, quod aſſignatio decimarum facta fuerit demonſtrative, & citra diſmembrationem, ſeu translationem dominii in Vicarium juxta proprietatem

ſubjectæ materiæ Rota *dec.* 196. *n.* 1. *&* 2. *cor. Seraphin. & dec.* 841. *n.* 6. *&* 7. *cor. Dunoz. Jun. & dec.* 81, *n.* 36. *part.* 18. *recent.*

Secundo hanc juris præſumptionem confirmat ipſa qualitas bonorum, quæ fuerunt conceſſa in Congruam, dum aſſignata non fuerunt Prædia, aut hujuſmodi bona ſtabilia, ſed ipſæ decimæ, ut in antiqua lite anni 1592. ubi Joannes Alvares Vicarius in judicio obtulit probationem, quod ipſe: *Soleva rice-*
23 *vere, & havere dal detto Monaſterio di Riotinto le decime del luogo di Baguin, della Parochia del detto Monaſtero coll' altri emolumenti del Monaſtero di Pegonegro*, & in ſententia deſuper lata ibi: *Gl' erano coſtituite, & aſſegnate le decime, &c.* & ſic etiam in affictibus legitur Vicarium locaſſe: *La ſua rendita decimale*, ubi autem aſſignantur *decime*, hoc vocabulum importat ſolam perceptionem, & exactionem, & commoditatem Decimarum, non autem jus decimandi, quod reſpicit Dominium & proprietatem Decimarum, cum aliud ſit transferre jus decimandi, quod importat translationem dominii, aliud vero ſimpliciter concedere decimas, quod remanente jure decimandi, & ſic dominio apud Concedentem, transfert dumtaxat ipſos fructus, ſeu commoditatem decimarum conſiſtentem in earum perceptione, ſeu exactione precario nomine Concedentis, ut firmant Bald. *conſ.* 274. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 5. Rota *dec.* 424. *n.* 10. *part.* 14. *recent.* ibi: *Loquuntur de decimis quarum appellatione materiale emolumentum ſignificatur, & fructus decimales ſejunctim a jure decimandi*, & totidem verbis *in deciſ.* 354. *n.* 4. *&* 5. *part.* 10. *& dec.* 122. *n.* 6. *part.* 16. *recent.* ibi: *In conceſſione decimarum veniunt ipſi fructus tantum, non autem jus percipiendi, & in Placentina Decimarum* 16. *Maii* 1710. *§. Hiſque prænotatis, coram bon. mem. Anſaldo*, quod magis dilucidat proprietas verborum ibi; *Soleva ricevere, & havere, &c. le decime*; quæ verba recipiendi, & habendi ſonant in exactionem decimarum, non
24 autem in jus exigendi, & ſolam commoditatem important Rota *dicta deciſ.* 424. *n.* 11. *&* 12. *part.* 14. ibi: *Verba enim tenere, &c. habere, ſonant in exactionem decimarum, ut facti eſt, non in jus exigendi, quod formaliter ab ipſa perceptione diſtinguitur, & ad fructus referuntur, & eorum ſolam commoditatem important.*

Tertio hoc oſtendit ipſum factum dum concurrit antiquiſſima Proviſio hujus Vicariæ facta de anno 1516 in qua providetur Vicarius cum facultate exigendi Decimas de conſenſu Monaſterii tanquam ad ipſum Monaſterium ſpectantes ibi: *Con potere aſtringere i Diſtrettuale della Parochia del detto Monaſtero, e con il conſenſo del medeſimo eſigere tutto cio che acquiſtarono li Cappellani paſſati*, quæ ſane expreſſio facta ab Epiſcopo in literis proviſionis apertiſſime demonſtrat decimas Parochianorum eſſe proprias Monaſterii ibi: *Che appartiene detto Monaſterio:* ſolam vero illarum exactionem, & commoditatem fuiſſe conceſſam Vicario, non quidem ut jure proprio exactionem faceret, ſed nomine, & de conſenſu Monaſterii ibi: *Con il conſenſo del medeſimo eſiggere*: clarior autem facti demonſtratio dari non poteſt ad arguendum, quod jus decimandi, ſeu dominium, & proprietas decimarum remanſerint ſemper apud
25 Monaſterium, & ſola commoditas illarum conceſſa tantum fuerit Vicario, dum quando Vicarius exigere debebat decimas de conſenſu Monaſterii illarum Domini non potuit habere, niſi meram commoditatem, quæ ſola dicitur conceſſa, ubi nomine, & conſenſu Domini fit exactio, ut tradunt Valenzuel *conſ.* 56. *num.* 12. *verſ. Nam ex ea*, Card. de Luca *de ſervit. in Summ. num.* 7. *&* 135. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 10. Rota *coram Cerro deciſ.* 144. *numer.* 15. *& in Romana prælationis, & pecuniaria* 22. *Aprilis* 1709. *§. Qua tale Conſeſſum, & §. Siquidem, coram bon. mem. Molines, & in d. Placentina Decimarum* 16. *Maii* 1710. *§. Tertium, cor. bon. mem. Anſaldo.*

Quarto hanc veritatem plenius manifeſtat antiqua lis cum ſententiis deſuper emanatis de anno 1592. ubi Vicarius confeſſus eſt, quod has decimas recipiebat ab ipſo Monaſterio una cum portione panis, & vini, & pecuniæ, quam dare recuſabat Abbatiſſa Monaſterii, ibi: *Soleva ricevere, & havere da detto Monaſtero, &c. le decime, e parimente una porzione di pane, vino, e di denaro, &c. qual porzione la detta Donna Maria de Mello non glie la vuol dare, nè pagare, &c. nè gli vuol dare l' altri emolumenti*, & concordat ſententia in illis verbis: *atteſa la porzione, &c. ſignifica havere, e che le Ree* (ideſt Moniales) *hanno permeſſo, che il medeſimo percepiſſe:* ſi enim Vicarius recipiebat decimas, & alia emolumenta de manibus Abbatiſſæ, & Monaſterii, ſi Abbatiſſa dare negabat, quod dare conſueverat ipſa, & Moniales, *e che hanno permeſſo, che il medeſimo percepiſſe:* hoc evidentius convincit precariam decimarum perceptio- 26
nem, & ſimplicem aſſignationem Congruæ in ipſo tantum emolumento decimarum, remanente proprietate, & dominio apud Monaſterium, ex cujus permiſſione Vicarius exigebat ejus precario nomine ad Text. *in leg.* 1. *digeſtis de precar.* Poſthum. *de manutent. obſerv.* 42. *n.* 124. Card. de Luc. *de ſervit. diſc.* 34. *n.* 3. Rota *coram Penzinger. deciſ.* 73. *n.* 74. *& ſeqq.* & in terminis noſtris proſequitur Rota *dict. deciſ.* 81. *numer.* 41. *in fine, & num.* 46. quæ allegat punctualem deciſionem *in Aurien. Congrua* 14. *Martii* 1618. *§. Nec obſtant, & §. Confirmant, coram Ottemberghe.*

Quinto tollit rationem dubitandi ſententia antiqua prævia lite, in qua Vicarius petiit ſupplementum congruæ propter ejus tenuitatem, ibi: *Dicendo, che haveva poca congrua, poichè ſolamente per eſſa gli erano coſtituite, & aſſegnate le decime di Baguin del Monte, e le minuzie del luogo di Pegonegro;* & per ſententiam condemnatum fuit Monaſterium ad ſupplementum Congruæ, ibi: *ſi ordinò, che gli daſſe di più una Caſa, e l' Horto:* dum igitur Congrua aſſigna- 27
ta fuit talis, ut ſubjecta fuerit ejus ſupplemento, & augmento, ergo etiam ſubjecta eſt ejus reductioni, & diminutioni, dum quando Monaſterium tenetur ad ſupplementum Congruæ, hoc demonſtrat illam fuiſſe tantum aſſignatam demonſtrative, non autem cum translatione Dominii Bonorum aſſignatorum, dum alias facta translatione Dominii non poteſt Vicarius agere ad ſupplementum, ut in ſpecie Card. de Luc. *de Paroch. diſc.* 39. *num.* 7. *& diſc.* 19. *numer.* 7. unde ſi probatur, quod Vicarius alias admiſſus fuit ad ſupplementum Congruæ ita etiam juſta æqualitatis ratione admittere debet decrementum, ſeu reductionem ipſius Congruæ, quia augmenti, & diminutionis æqua, & naturalis eſt proportio, ut ſcilicet in ea Congrua in qua Vicarius obtinuit augmentum, in caſu converſo patiatur quoque diminutionem per Text. *in l.* 1. *& in leg.* 3. *Scribit Celſus, & in l.* 3. *ff. de fund. inſtruct.* advertit Peregrin. *de fideicom. art.* 10. *n.* 29. Gratian. *dec. March.* 85. *n.* 6. Barboſ. *axiom.* 34. *n.* 10. & punctualiſſime Pignatell. *conſult.* 126. *num.* 4. *tom.* 10. Card. de Luc. *de Paroch. d. diſc.* 39. *n.* 7. Rota *deciſ.* 48. *n.* 16. *&* 17. *part.* 13. *rec.*

Sexto hoc etiam comprobatur ex Teſtibus formiter examinatis, qui depoſuerunt: *Che li frutti della detta Chieſa, e quelli del luogo di Baguin del Monte erano tutti incorporati al Monaſtero delle Monache, e per non aſſegnare, nè havere la brigata ogn' anno di eſigere, e pagare alli Vicarii glie l' aſſegnorono per loro congrua:* & concordat alter Teſtis, ibi: *Hanno aſſegnati li frutti di quel luogo alli Vicarii, e le primizie di Pegonegro a conto della congrua, che gli devevano aſſegnare per non aver la briga di eſigerle*, qui Teſtes licet de auditu depo- 28
nentes, conjunguntur tamen ad plenam probationem cum omnibus aliis adminiculis, & demonſtrationibus ſupra deductis ad Text. *in cap. Licet ex quadam de Teſtib.* Burſatt. *conſ.* 49. *num.* 34. *libr.* 3. ubi quod admittitur probatio in antiquis per Teſtes de auditu, Menoch. *de arbitr. caſ.* 475. *numer.* 11. *verſic. Ego certe*, Honded. *conſ.* 17. *numer.* 44. *et ſeqq.* Farinacc. *de Teſtib. quæſt.* 69. *numer.* 125. *et ſeqq. et num.* 139. Rot. *deciſ.* 274. *numer.* 10. *coram Emerix Iun. et dec.* 1975. *n.* 17. *cor. Coccin. et cor. Cerr. dec.* 672. *numer.* 10.

Septimo

Septimo demum adducimus obſervantia, & factum Abbatiſſæ, & Monialium, quæ occaſione ultimæ vacationis omnes fructus Eccleſiæ Parochialis *de Kiotinto* propriis Monaſterio unitæ, conſiſtentes in Decimis totius Territorii Parochialis comprehenſis locis *de Baguin, & Pegonegro* nomine Monaſterii dederunt in affictum, adhuc durantem, pro penſione
29 ingentis quantitatis ex qun. publico inſtrumento affictus facti per Monaſterium comprehenſis Decimis Vicario aſſignatis in Congruam manifeſta inſurgit probatio, quod Vicario facta fuerit aſſignatio ſolius emolumenti decimarum, non abdicato illarum jure, ſeu dominio ab ipſo Monaſterio, ratione cujus dominii in eo continuantis potuit vacante Vicaria locare decimas, ex quo Vicarii nudam tantum illarum perceptionem habent, illiſque deficientibus in caſu vacationis ceſſante exactione, & commoditate illis conceſſa, Monaſterium ratione proprii dominii exercet actus locationis juxta Gloſſ. *in cap. relatum in 2. in verbo unus in fine de teſtament.* ibique Panormitan. *n.* 10. *verſ. in gloſſa, & n.* 5. *verſ. Canonica datur*, Rot. *coram Coccin. dec.* 1913. *n.* 22. *verſ. nam huic objecto*, & Ego ſcripſi *diſcept. Eccleſ.* 27. *n.* 31. *in fine*.

Verificato autem hoc ſecundo fundamento, quod aſſignatio Decimarum in Congruam Vicarii facta fuerit quoad meram perceptionem illarum emolumenti, ſeu commoditatem citra ullam diſmembrationem, & abdicationem juris decimandi, ſeu dominii Decimarum ab ipſo Monaſterio recurrit firma Theorica ſuperius adducta *in deciſ.* 81. *&* 218. *part.* 18. *recent.* quod nempe propter excreſcentiam, & augmentum ſit locus reductioni Congruæ ad favorem Monaſterii Decimarum Domini, cui cedere debet tanquam Domino ipſum augmentum non autem Vicario, qui habet intentionem limitatam ad menſuram ſuæ congruæ
30 ſuſtentationis, ultra quam omnis exceſſus ab ipſo nulla ratione prætendi valet, cum ſuper hujuſmodi exceſſu nullum habeat titulum, quia rei limitatæ nihil accreſcit, ut ait Rebuff. *de Cong. numer.* 111. *verſicul. quia rei limitata*, & in terminis terminantibus deciſum fuit *in d. Aurien. congrua* 14. *Martii* 1618. *cor. Ottemberg.* relata in toties allegata *deciſ.* 81. *num.* 49. *verſ. denique, & num.* 51. *part.* 18. *recent. & dec.* 286. *n.* 6. *coram Emerix*.

Verum, ut evidentiſſima oſtendatur juſtitia favore Monaſterii urget tertium, & inevitabile fundamentum, quod nempe in caſu iſto non agitur de ſimplici excreſcentia, & augmento Congruæ, quod ſit quidem conſiderabile ut exempli gratia quando eſſet in medietate ſupra Congruam, vel etiam duplicaret Congruam, in his enim terminis intraret diſtinctio,
31 an bona aſſignata in Congruam fuiſſent tranſlata per diſmembrationem, & abdicationem dominii ab ipſo Monaſterio, vel potius cauſa demonſtrationis, & pro ſimplici exactione emolumenti remanente dominio apud Monaſterium ad effectum decidendi, cui competat excreſcentia fructuum, & an ſit locus vel non, reductioni Congruæ juxta Deciſiones allegatas, ſed agitur de caſu diverſiſſimo, quia ſcilicet talis, & tanta eſt hujuſmodi excreſcentia, ut decimæ, quæ tempore aſſignationis reddebant ſcuta octo monetæ Romanæ, aſcendant ad monſtruoſam exorbitantiam ſc. 650. & ſic fere conſtituant centum Congruas, & majorem partem redditυum Parochiæ, immo fere omnes redditus abſorbeant, remanente apud Monaſterium valde curto reditu, propter quod maxima laborat penuria pro ſua manutentione, & ſuorum onerum ſupportatione, in his enim terminis adeo enormiſſimæ exceſſivitatis non intrat allegata diſtinctio, ſed quomodocunque facta fuerit aſſignatio Decimarum in Congruam, ſive cauſa demonſtrationis, ſive cum tranſlatione dominii, & per diſmembrationem, utroque caſu indiſtincte ſemper eſt locus reductioni, & moderationi talis exorbitantiæ per æquitatem notiſſimi Text. *in capit. ſuggeſtum de decim.* ubi ſancitur, quod ſi tractu temporis conceſſio Decimarum alteri facta fiat iniqua, & enormiſſime præjudicialis primævo Domino Decimarum, cui parum remaneat, tunc locus eſt revocationi, & moderationi Conceſſionis, quæ æquitas locum obtinet non ſolum in Privilegiis, ſed etiam in Contractibus, qui ab initio juſti, tractu temporis vergant in læſionem, & injuſtitiam exceſſivam, ut in terminis contractus tranſactionis firmavit, Rot. in *Nullius Tudela, ſeu Tiraſonen. decimarum* 3. *Julii* 1702. *§. Hæc autem, cor. clar. mem. Cardin. Tremoille, &* 1. *Junii* 1703. *§. Ac probationibus, coram clar. mem. Card. Priolo, &* 28. *Januarii* 1704. *§. Nec adverſatur, coram bon. memor. Kannitz, & in Ferrarien. decimarum* 29. *Januarii* 32
1703. *§. Quam reſtrictionem, cor. bon. mem. Molines, & in Pampilonen. decimarum* 28. *Januarii* 1704. *§. Reſponſione non attenta, cor. bon. mem. Muta, & in Burgen. decimarum de Bellorado* 12. *Junii* 1716. *§. Et in hanc ſententiam cor. bon. mem. Foſcaro*.

Nihil obſtante objecto in contrarium adduci ſolito, quod læſio conſiderari debeat de tempore Contractus, ſeu aſſignationis Congruæ, non autem tempore futuro, ex quo eventualitas, quæ potuit dare decimis incrementum, & decrementum, omnem læſionem excludat, cum hujuſmodi concluſio procedat in Contractibus, qui abſolvuntur, & terminantur tempore, quo fiunt, ſecus autem in iis, quæ habent tractum ſucceſſivum, & quorum effectus dirigitur ad futurum, hoc enim caſu pro judicanda læ- 33
ſione attenditur æque principaliter tempus futurum, ut in propoſito aſſignatio decimarum facta fuit, ut Vicarius quolibet anno haberet ſuſtentationem Congruam ex illarum reddituum mediante ratione, & cauſa habente tractum ſucceſſivum, ubi ſi tractu temporis aſſignatio fiat enormiſſime læſiva, & iniqua, ſemper eſt locus reductioni ad juſtam menſuram, ut eſt Text. *in leg. Cum quidam, digeſtis de uſur.* ubi quod contractus ſub intereſſe, ſi propter hujus exceſſivitatem fiat iniquus diſponitur eſſe locum reductioni intereſſe, ſeu uſurarum, ex quo Textu Sacri Canones deſumpſerunt rationem formandi diſpoſitionem allegati Text. *in cap. Suggeſtum de decim.* & diſtinguendo inter Contractum, qui habeat; vel non habeat tractum ſucceſſivum ad effectum læſionis, eſt Theorica Bartol. *in l. Stipulantem, §. Sacram n.* 5. *digeſtis de verbor. obligat.* Natt. *conſ.* 548. *num.* 36. Rot. *coram Martin. Andr. deciſ* 48. *n.* 14. *verſ. Ubi quod*, egregie Rot. *cor. Cerr. dec.* 593. *n.* 10. *& ſeq.* ibi: *Ubicunque enim contractus perficitur unico momento, & non habet tractum ſucceſſivum læſio conſideratur ſolum inſpecto tempore ejus celebrationis, ſed ſi habet tractum ſucceſſivum, &c. tunc pro judicanda læſione attenditur etiam æque principaliter tempus futurum*, Uttinguer. *de tradit. Bartol. &c.*

Cum itaque aſſignatio in Congruam nihil aliud ſit quam aſſignatio, & promiſſio alimentorum pro Vicario ſingulis annis percipiendorum, ſi tractu temporis alimenta hæc tranſcendant naturam alimentorum, & convertantur in opulentiam, divitias, & Theſaurizationem in præjudicium Domini, qui voluit aſſignare ſola alimenta, & menſuram alimentorum, tali caſu omnia juris principia abhorrent, Alimen- 34
tariam eſſe conſervandum in ſua exorbitantia cum læſione enormiſſima Domini, qui alimenta aſſignavit, & qui oppreſſus anguſtia ſuorum reddituum juſta ratione ſubveniendus eſt per æquitatem reductionis congruæ aſſignatæ, ut in præciſo hoc puncto bene advertit Card. de Luc. *in annotat. ad Concil. diſc.* 9. *n.* 11. *&* 12. ibi: *Tractu vero temporis bona, & emolumenta magnum recipiant incrementum unde propterea Rector habitualis* (ut eſt Monaſterium ratione unionis) *nimium modicam reputet ejus portionem, atque petat proportionatum augmentum, verum pariter illud regulariter denegandum eſt, niſi forte tales ſint facti circumſtantiæ, ut magnam injuſtitiam, ac ſpeciem iniquitatis redoleant, adeunt Judicis Officium, vel arbitrium intret*, & hoc ipſum repetit *de Paroch. diſc.* 39. *n.* 7. *verſ. Et quamvis*, Rot. *dicta dec.* 81. *ſub n.* 49. 35
verſ. Denique part. 18. *recent.* præſertim in materia alimentorum, ubi contractus ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, ut proſequitur Rot. *d. dec.* 81. *n.* 39. *part.* 18. *& in dicta Aurien. congrua* 14. *Martii* 1618. *§. Sic ſimiliter, coram Ottemburgh.*

Hujus rationabilis, & juſtæ æquitatis plures ſunt rationes convincentes, & prima eſt ad ſervandam æqualitatem; nam ſicut non obſtante aſſignatione bonorum in Congruam cum plena translatione Dominii in Vicarium, adhuc ſi reditus Congruæ ita exceſſive diminuantur, ut non ſufficiant ad ſuſtentationem Vicarii propter favorem Curæ Animarum, tenetur Monaſterium, ſeu Rector habitualis ſupplere,
36 & dare augmentum, ut in puncto Cardin. de Luc *de Paroch. diſc. 9. num. 3. & in annot. ad Concil. diſc. 9. num. 11.* Rebuff. *de Congrua portion. num. 93. in fine*, Rot. *dec. 48. num. 6. part. 13. recent.* ita in caſu converſo ſi Congrua in tantam exceſſivitatem excreſcat, ut ſuperet reditus, quos habet Rector habitualis, cui reſpective remaneat portio minor, & minus proportionata, debet Congrua moderari, & reduci, ut augmenti, & diminutionis æqua determinatio procedat, & contrariorum eadem ſit ratio, & diſciplina, *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur.* Panormit. *in cap. Prohibemus num. 4. de Cenſib.* Rebuff. *de Congrua portion. n. 92. in fin.* Pignatell. *conſult. 126. n. 4. in fine tom. 10.*

Altera ratio eſt, quod per Unionem cenſetur fuiſſe proviſum de reditibus Monaſterio, cui facta eſt
37 Unio, juxta finem hujuſmodi Unionis, de quo Text. *in Clemen. frequens, § Quidam etiam, ibique Gloſſ. in verbo ad menſam de exceſſ. Prolat.* Gonzal. *in capitul. Avaritia numer. 3. de Prabend.* ibi: *Unio fit pro augmento Religionis, & ut paupertati Monaſterii conſulatur*, Rebuff. *de Congr num. 54.* Turricell. *de Union. cap. 8. n. 4. & ſeqq.* Rot. *dec. 89. num. 17. part. 12. rec. & in Firmana juriſdictionis 24. Junii 1688. § Hinc non relevat, coram Rondinino*, impreſſa apud Bertacchin *vot. deciſ. 88. n. 65.* & propterea omne id, quod excedit congruam ſuſtentationem Vicarii totum dicitur debitum Rectori habituali, ſeu Monaſterio, cujus duntaxat commodo fuerunt uniti reditus Parochialia excepta Congrua Vicarii Gloſſ. *in dict. cap. Avaritia in verbo reditus in fine de prabend.* ibique Butr. *num. 7.* Gonzal. *in d. cap. Avaritia num. 3. eodem tit.* & jus noſtrum abhorret Vicarium exhaurire omnes
38 fere reditus Parochiæ unitæ in præjudicium Monaſterii principalis Domini, ut inquit Panormitan. *in capitul. Extirpanda n. 6. de praben.* Rebuff. *de Congrua n. 69. verſ. Non enim*, ſeu quod majorem quantitatem reditum habeat Vicarius, quam Monaſterium principalis Dominus, & Rector habitualis, cui per Unionem omnes fructus Parochiæ unitæ applicati extiterunt, quod eſſe æquitati contrarium notavit Rot. *deciſ. 81. n. 43. part. 18. rec.*

Tertia ratio eſt, quod cum Vicariis ſufficiens Congrua determinata fuerit in Conſtit. 47. S. Pii V ut non
39 debeat eſſe minor quinquaginta, neque major centum, & reſolvit Sacra Congregatio apud Monacell. *in formul. tom. 2. tit. 15. formul. 1. n. 30.* eo ipſo, quod in caſu iſto propter exuberantiſſimam excreſcentiam decimarum Vicarius percipit una cum aliis emolumentis annuam ſummam ſcut. 870. concurrit læſio enormiſſima reſpectu Alimentantis, ſeu Monaſterii, quod patitur jacturam ſupra duas ex tribus partibus, dum non patitur unam Congruam, ſed decem, & ſeptem Congruas, & ultra juxta menſuram in Conſtitutione Piana præſcriptam; Eccleſiæ autem, ſeu Monaſterio propter læſionem enormiſſimam ſemper ſuccurrendum eſt etiam per viam reſtitutionis in integrum, ad effectum corrigendi actum enormiſſime læſivum, & adeo Eccleſiæ præjudicialem ad Text. *in leg. jure ſuccurſum, § Si in dote, ff. de jur. dot.* Rot. *deciſ. 48. n. 6. part. 13. & d. deciſ. 81. num. 43. & 50. part. 18 & in toties allegata Aurien. Congrua 14. Martii 1618. § Sic ſimiliter, coram Ottemberga*; Recurrentia ſupra relato principio, quod in aſſignatione alimentorum ſemper intelligitur clauſula: *rebus in eodem ſtatu permanentibus*: ut proſequitur Rot. *d. deciſ. 81. n. 39. & 44. part. 18.*

Quarta demum ratio eſt, quod Monaſterium Rector habitualis, & principalis Dominus omnium fructuum, & Decimarum Parochiæ propter tenuitatem redituum, in ſumma penuria reperitur dum numerus Monialium valde excrevit uſque ad numerum 143. Monialium qui numerus non fuit tempore antiquo, nec habet reditus ſufficientes ad ſuam ſuſtentationem, & gravatum reperitur multo ære alieno, & quolibet anno computato introitu, & exitu, iſte ſu- 40
perat introitum in quantitate conſiderabili; quando autem principalis Dominus, ut eſt Monaſterium penuria laborat, tali caſu magis ingraveſcit cauſa læſionis enormiſſimæ ad effectum, ut Alimentarius reducatur ad juſtos terminos ſuæ congruæ ſuſtentationis, ne detur abſurdum, quod Vicarius, qui eſt famulus Monaſterii, theſaurizet, & exultet in opulentiis ſuis, per contrarium vero Monaſterium deploret miſerias ſuas, ut hanc eſſe juſtam cauſam reductionis Congruæ, quando Monaſterium habet menſam tenuem ſi mat Hoſtien. *in d. cap. Avaritia numer. 3 de prabend.* ibi: *Si cauſa ſubeſſet, puta Menſam habent tenuem, & reditus Parochia excreverunt*, Rot. *in d. Aurien. Congrua 14. Martii 1618. cor Ottemberg relata in dec. 81. n. 43. & 49 § Denique part. 18. rec. & dec. 286. n. 6. cor. Emerix Jun.*

Firmato autem ex tribus fundamentis, quod ſit locus reductioni Congruæ uſque ad læſionem enormiſſimam exceſſivæ, vanum convincitur refugium Centenariæ; quæ in contrarium allegari ſolet; quia talis Centenaria totaliter ceſſat ex facto, non enim talis, & tanta excreſcentia decimarum introducta fuit centum ab hinc annis, itaut verificari poſſit, 41
quod Vicarius per Centenariam poſſideat adeo monſtruoſam exceſſivitatem Congruæ, ſed ut docet rerum magiſtra experientia augmentum decimarum cœptum eſt paulatim, & in modica quantitate, donec tractu temporis per excreſcentiam Novalium augmentum redituum decimalium de modico, & tolerabili redactum fuit ad immenſum, exorbitantiſſimum, & intolerabile, quod non alio tempore ſucceſſit, niſi ab anno 1678. ut demonſtrant Inſtrumenta affictuum, ubi affictus decimarum legitur in annuis ſcutor. 311. pro anno 1678. & pro ſcutor. 230. pro anno 1680. & ſequentibus, pro ſcutor. 260. ab anno 1693. uſque ad 1699. de quo tempore affictus crevit ad exorbitantem ſummam ſcutorum 620. & deinde ſcutor. 655. ergo fruſtra hic allegatur Centenaria, quando habito reſpectu ad tempus exceſſivæ excreſcentiæ, quod ſpectandum eſt, vix adſunt viginti anni, immo cum ultimus affictus anni 1712. ſit ille major omnium pro ſcutorum 655. vix adeſt decennium, & minus temporis computato die motæ litis, ut in puncto, quod nulla ſit allegabilis negligentia, aut præſcriptio pro tempore, quo paulatim creverunt decimæ in quantitate tolerabili, & ſolum ſpectandum ſit tempus, quo excreſcentia facta eſt intolerabiliter, & in immenſum firmavit Card. de Luca *de decim. diſc. 15. n. 15.* ibi: *Difficultas ita ceſſare videbatur ex dicta diſtinctione reſultante a fructuum quantitate, quoniam cum circa initia nova introductionis ea modica eſſe ſoleat, &c. ideirco mirum eſſe non debet ſi per aliquod tempus, donec eadem ſpecies notabiliter creverit, Parochus ex dicta æquitate, ſeu conniventia abſtinuit, & conſequenter quod ex excretis, &c. ex ratione Text. in capit. Suggeſtum hoc titulo dicta facultativa abſtenſio eſſe non debeat in futurum obligatoria: & firmavit Rota reſpondendo ad hoc objectum in Imolen. decimarum 5. Martii 1720. § Et tamen, coram Rev P. Dom. Corio*,

Sed extra difficultatem etiamſi adeſſet, prout certe non adeſt, ſuffragari non poſſet ipſa etiam Centenaria, reflectendo, quod agitur de Vicario, qui precario nomine Domini, ſeu Monaſterii poſſedit, & poſſidet decimas aſſignatas pro ejus Congrua, ſeu 42
alimentis, qui propterea contra Dominum, ſeu Monaſterium neque Millenariam allegare poteſt, cum ſemper precario nomine Monaſterii poſſederit decimas ad ipſum Monaſterium ſpectantes, prout in terminis terminantibus judicavit, Rot. *in dict. Aurien. Congrua 14 Martii 1618. cor. Ottembergh relata in deciſ. 81. ſub n. 43 & 44 p. 18.* ibi: *Adducitur pro parte Vicarii ad effectum ſubſtinendi hanc aſſignationem centenariam, quæ tribuit titulum meliorem de hoc Mundo, cujus vigore poteſt quis allegare titulum, qui ſibi magis placuerit, verum hæc non ſubſiſtit*,

ſed

Digitized by Google

ſed præſcriptio in hoc caſu nullo modo allegari poteſt, quia agitur de alimentis, & quando ſumus in aſſignatione alimentarum ſemper intelligitur clauſula rebus in eodem ſtatu permanentibus, & excluditur omnis præſcriptio, & detecta læſione ſemper ſuccurritur læſo, & contractus ad æquitatem reducitur, & in hoc etiam valde perpendenda Aurien. Congruæ in qua agebatur de unione facta anno 1350. non obſtante, quod per tria ſæcula fuiſſet obſervata aſſignatio decimarum facta ad favorem Vicarii, & firmatum fuit non habere locum oppoſitam præſcriptionem.

Et ulterius proſequitur allegata deciſio hoc ipſum repetendo com aliis rationibus, ot num. 32. ibi: *Ex quo non ſibi poſſidet eſt incapax dominii, ac præſcriptionis, nec poteſt allegare præſumptionem alicujus tituli quidquid eſſet in Vicario independente, & n. 54. & 55.* ibi: *Non obſtat, quod hucuſque per centum annos, & ultra Vicarius fructus perceperit, quia non inde locus eſt privilegio Centenariæ, ut nempe exemplo immemorabilis conſuetudinis poſſit poſſidendo allegare meliorem titulum de Mundo, quia concluſio hæc non procedit in his poſſidentibus precaria ratione, quia & ſi per mille annos poſſiderent, dicuntur ſemper poſſidere Domino*; Si igitur Vicarius, quia poſſidet precario nomine Domini non poteſt allegare Centenariam,
43 neque meliorem titolum ex ea præſumptum, & maxime in hac materia concernente magnam injuſtitiam, & læſionem ænormiſſimam, quæ ſunt vitia nullo temporis curſu medicabilia, & pro quibus ipſa etiam Centenaria titulum non præſumit juxta doctrinam Felin. *in cap. Cum ex Officii ſub n. 13. verſ. Secundo dico de præſcript.* Rot. *in Caſtellana Aperitionis Oris 19. Novembris* 1703. §. *non relevante, & ſuper validitate Concordiæ, ſeu Bipartitæ 12. Januarii* 1705. §. *Hæc, & §. fin. cor. bon. mem. Molines* ibi: *Nec injuſtitia a tractu temporis convaleſcere, & ſanari poteſt.*

Quid ſane dicemus, ubi neque per umbram ſuſiſtit in facto allegata Centenaria, cum excreſcentia intolerabilis, & læſionem inducens ænormiſſimam orta fuerit paucis ab hinc annis, & ad ſummum ab anno 1678. ubi cœpit excreſcentia decimarum in annuis ſc. 211. quæ tempore anteriori non aderat juxta allegatam concluſionem, quod non attenditur tempus tolerantiæ circa modicum augmentum, & excreſcentiam, ſed tempus excreſcentiæ exorbitantis, in quo juxta regulam Text. *in cap. Suggeſtum de decim.* actus incipit vergere ad iniquitatem, & læſionem intolerabilem, & ſic nullà eſt allegabilis Centenaria, præſertim, quia ſi quæ negligentia allegari poſſet, quæ certe eſt modici
44 temporis, vel referri debet ad ignorantiam Monialium circa notabilem excreſcentiam, vel quia non præjudicat Monaſterio, & Eccleſiæ, ut inquit Card. de Luc. *de Decim. diſc. 14. n. 14. & in Gerunden. Eleemoſyna Panis ſuper bono jure 20. Martii* 1702. §. *Et propterea cor. clar. mem. Card. Priolo, & in Burgen. juriſdict. ſuper actibus Parochialib. 26. Junii* 1715. §. *Quo vero, cor. Reverend. Criſpo.*

Quibus omnibus nihil adverſatur objectum ſuper favore ſpeciali curæ Animarum, qui favor aſſiſtit Vicario, & conſequenter prævalet favore Monaſterii, propter quod intrare non videatur Argumentum, quod ſicut, ubi Congrua aſſignata Vicario in bonis cum abdicatione dominii reduceretur ad tenuitatem adhuc eſſet ſupplenda, ita in caſu converſo ſit diminuenda ſi notabiliter excreſcat; Etenim hoc argumentum recte procedit non obſtante favore curæ Animarum, qui ſolum conſideratur in juſta menſura Congruæ, non autem in exceſſu exorbitanti, & monſtruoſo, ut reaſſumendo ea, quæ ſcripſit de Parocho *diſcurs. 39. num. 7.* fundatiſſime di-
45 ſtinguit Card. de Luc. *ad Concil. diſc. 9. num. 11. & 12.* & probat Rota *deciſ. 82. numer. 43. part. 18. recent.*

Et quod nulla ſit differentia inter caſum, quo Vicarius petat ſuppleri Congruam ob reditus in immenſum diminutos, & Monaſterium petat illam diminui ob reditus in immenſum, & ænormiſſime ex-
46 cretos, convincit patentiſſima ratio non ſolum generalis, juxta quam læſio ænormiſſima unicuique læſo ſuccurrendum eſſe docet æquitas vero Text. *in capitul. Suggeſtum*, communis eſt unicuique ex Contrahentibus, ſed etiam ſpecialis, & ſpecialiſſima ratio, quia nempe quando Summus Pontifex facit unionem Eccleſiæ Parochialis favore Monaſterii, intendit providere Monaſterio com reditibus Parochiæ unitæ abun- 47
dantibus, & ſuperfluis dempta Congrua Vicarii, ut conſtat ita feciſſe, & voluiſſe Nuncium Apoſtolicum in literis Unionis, & communiter tradiderunt Innocent. *in cap. Paſtoralis num. 1. de donat.* ibique Butr. *num.* 10. Joan. Andr. *num.* 3. Rebuff. *de congrua n. 34.* cum aliis apud Rot. *in Saliſburgen. Vicariæ 31. Januarii* 1714. §. *Pro parte, coram Eminentiſſ. Dom. Card. Falconerio.*

Ergo decimæ, & reditus Eccleſiæ unitæ juxta voluntatem Papæ ſunt principaliter applicati, & debiti ad utilitatem, & favorem Monaſterii, cujus favor in eis prævalet, & non ille Vicarii, aut curæ Animarum, excepta Congrua, quia ſi Papa reſpexiſſet ad favorem Parochi pro ejus pinguedine, non feciſſet Unionem redituum Monaſterio, ſed Eccleſiam reliquiſſet 48
Parocho cum abundantia ſuorum redituum, unde ſi reditus ſuperflui ſunt per voluntatem Papæ addicti, & applicati, ac voliti pro utilitate, & commodo Monaſterii excepta Congrua, inde ſequitur, ut ſi illa aſſignata producat tractu temporis excreſcentiam ſuperfluam, & exorbitantem, illa indiſpenſabiliter ſit diminuenda, & reſecanda ad favorem Monaſterii non ſolum propter æquitatem, ne Unus homo ſibi uſurpet alimenta, & ſuſtentationem magis debitam centum quadraginta Monialibus, & loco Congruæ accipiat Incongruam, ſed etiam quia hoc tendit contra finem principalem Unionis, & contra expreſſam voluntatem Papæ unientis, qui voluit reditus ſuperfluos applicare Monaſterio, & non Vicario, unde ſi hæc intolerabilis abundantia contra legem datam a Papa occupatur per Vicarium, quis non videt eſſe locum reductioni, ne ſequatur finis contrarius voluntati Papæ, ut plus habeat Vicarius, quam Rector Principalis, ut eſt Monaſterium, ut conſiderat Panormitan. *in capit. Extirpandæ numer. 6. de Præbend.* Rebuff. *de Congrua num. 69. verſ. Non enim & numer. 79.* Rota *deciſ.* 81. *numer.* 43. *part. 18. rec.*

Minus obſtare valet, quod Congrua non ſit exceſſiva, etiamſi excedat ſcuta centum ſi excreverit in magnam quantitatem, ea ratione, quod taxatio Congruæ in ſcutis centum reſpicit nudam ſuſtentationem Vicarii, ſed quoties numerus Populi, Eccleſiæ qualitas, & aliæ circumſtantiæ expoſcunt majores Operarios, tunc illa taxatur in ſumma majori etiam ſcutor. 49
400. ex Card. de Luca *in annot. ad Concil. diſcurs. 9. num.* 40.

Etenim concluſiones in abſtracto, ubi factum eſt contrarium, nihil operantur; nam primo loco, ut dictum eſt, Vicarius habet Congruam exorbitantiſſimam annuorum ſcutorum 879. computatis decimis, aliiſque proventibus, nempe ſcuta 655. in decimis, oblationes de pede Altaris ſcutorum 200. nec non alia ſcuta 20. in domibus ſibi aſſignatis cum horto 50
annexo, numerus populi non indiget niſi duobus Preſbyteris, quibus Vicarius præſtat ſalarium annuum ad rationem ſcutorum octo pro quolibet, unde calculetur hoc onus, ac etiam quodcunque aliud ſi poteſt, nunquam perveniet ad expenſam ſcutorum 100. ita & taliter, quod ſcuta 150. pluſquam ſufficiant ad Congruam hujus Vicarii, tantum abeſt, quod defendi poſſit hæc exorbitantia ſibi percipiendi annuam ſummam ſcutor. 870. niſi Eccleſia Parochialis erigatur in Cathedralem, & Vicarius fiat Epiſcopus.

Hinc ſuperfluus remanet diſcurſus ſuper egeſtate Monaſterii, quæ non requiritur ad hunc effectum, quia cum ipſum ſit Dominus redituum ſuperfluorum ex lege Unionis Apoſtolicæ æquitas in Text. *in capit. Suggeſtum* mandat reductionem ad favorem 51
Domini ne Vicarius, qui eſt famulus, theſaurizet reſpective ad Dominum, qui voluit aſſignare alimenta in Congruam, non vero divitias, & opulentiam, unde ſi

læſio eſt enormiſſima, aſſignatio Congruæ reduci-
tur ad juſtos terminos æquitatis, quod in omni gene-
re contractus ſi abſolutum eſt, ſervatur abſque eo, quod
quiratur paupertas ex parte læſi; eo magis quando
lex Unionis ita diſponit, & de cætero aſſignatio Con-
gruæ intelligitur facta rebus ſic ſtantibus, non autem
mutatis, juxta punctualem deciſionem, *in Aurien.
congrua 14. Martii 1618. §. Sic ſimiliter, coram Ot-
tembergo*, relata apud Rot. *dec.* 81. *num.* 39. *part.* 18.
recent.

Sed Inopia Monaſterii probata remanet non ſo-
lum ex Teſtibus, ſed ipſa rei evidentia, dum grava-
tum reperitur multo ære alieno, ut ex documentis,
quæ non admittunt exceptionem aliquam, immo ex-
tus ſuperat introitum, ut ex recognitione computo-
rum adminiſtrationis extractorum per Notarios Apo-
ſtolicos; ideoque ſi concurrunt probationes claræ ſu-
per tenuitate redituum Monaſterii, Teſtimonium Or-
52 dinarii in ſolo ejus verbo conſiſtens non poteſt præ-
valere publicis documentis, quia Epiſcopi atteſtatio-
ni non defertur in præjudicium alterius, juxta *Text.
in Canone non omnis, qui dicit* 2. *quæſt.* 7. Rot. *in
Oſnaburgen. Canonicatus* 10. *Junii* 1718. §. *Hinc pa-
rum, coram Reverendiſſimo Criſpo in Placentina
Juriſpatronatus* 1. *Decembris* 1704. §. *finali cor. ben.
mem. Omana*, multo minus igitur deferendum venit
extrajudiciali Teſtimonio Capituli in concurſu pu-
blicorum documentorum, & Teſtium formiter exa-
minatorum. Rota *coram Emerix jun. deciſ.* 31. *nu-
mer.* 3.

Neque contrarium probat receptio majoris nume-
ri Monialium, quam fuerit ab initio fundationis; ete-
nim hæc eſt ſolita conſuetudo omnium Monaſterio-
rum, qui novas Moniales recipiunt; & de cætero ad
præſentem inſpectionem non pertinet videre, an be-
ne, vel male Monaſterium fuerit novis Monialibus
adauctum, quia judicari debet juxta præſentem rei
53 ſtatum, in quo Monaſterium reperitur, ubi verifi-
catur indigentia Monaſterii, *leg. Cum ad præſens* 37.
ff. ſi certum petat. Dec. *conſil.* 69. *numer.* 11. *libr.* 1.
Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 36. Barboſ.
axiom 90. *n.* 15. Rot. *in Neapolitana Levellorum ſu-
per bono jure* 21. *Februarii* 1715. §. *Nihil hinc, cor.
Reverendiſſ. Criſpo.*

Vanum denique eſt ſuppoſitum ſcandalum; neſci-
tur enim in quo fundetur cum ſit magis congruum,
ut adeo pius, & exemplaris locus Monaſterii Virgi-
num Deo Sacrarum poſſideat reditus pinguiores,
54 quos Summus Pontifex per Unionem ſuos eſſe vo-
luit, quam videre unum Vicarium cum exorbitantia
redituum ſcut. 870. quod potius admirationem parit
juxta *Text. in Can. Gloria* 12. *quæſt.* 2. ibi: *Ignominia
Sacerdotis eſt propriis ſtudere divitiis*: quidquid di-
cat Ordinarius, qui male ſupponit tot exorbitantes
reditus eſſe Vicario neceſſarios, & hyperbolice ad-
hibet verbum ſcandali, quod in caſu iſto eſſet Pha-
riſaicum, ſeu gratis ſuſceptum, omnino ſpernen-
dum, ut apud Divum Thomam 2. 2. *quæſt.* 43. *art.* 1.
in reſponſ. ad quartum Layman. *in Theolog. moral. lib.*
2. *tract.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. & 8. Diana *coord. oper.
moral. part.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 1. *per totam.*

Propoſita Cauſa ſub die 18. Decembris 1723. Sa-
cra Congregatio reſolvit, *eſſe locum commutationi
Congrua augenda ſummam oblatam ſcutorum* 80. *ad
55 ſcuta* 150. itaut Monaſterium in hac lite lucratum
fuit juſtitia ſic exigente annuum reditum ſcutorum
500. cumque Vicarius reſolutioni non acquieviſſet,
iterum propoſita fuit Cauſa pro receſſu, vel perſi-
ſtentia in deciſis, ubi ita reſpondebam contrariis ob-
jectis.

Et quidem cum Vicarius impugnaret exiſtentiam
Unionis ſaltem *plena jure* ſuſtinendo eam eſſe in
temporalibus tantum ita dicebam.

Male ex parte Vicarii hodie impugnatur Unio
plenaria Eccleſiæ Parochialis, *de Riotinto* facta Mo-
naſterio, dicendo illam præſumi debere factam quo-
ad temporalia, quia primo loco nihil ad rem iſtam
pertinet videre, an Unio fuerit plenaria in tempo-
ralibus, & ſpiritualibus, vel facta duntaxat in tem-
poralibus, quando etiam in hoc genere Unionis quo-
ad temporalia verificatur dominium omnium Deci-
marum, & proventuum Eccleſiæ unitæ translatum
remanere in Monaſterium, cui facta eſt Unio juxta
naturam hujuſmodi Unionis in temporalibus, quæ
operatur, ut omnes proventus, Decimæ, & emo- 56
lumenta Parochiæ tranſeant in Monaſterium cum ſo-
lo onere ex illis dandi Congruam Vicario, ut eſt
Text. in capit. de Monachis de præbend. ibique Joann.
Andr. *ſub n.* 9. *verſ. & tamen habetur* Lotter. *de re
benef. lib.* 2. *q.* 12. *n.* 15. *& ſeqq.* Tondut. *qu. benefic.
part.* 2. §. 5. *cap.* 1. *n.* 6. & probat Rot. *in Saliſburg.
Vicariæ* 31. *Januarii* 1714. §. *Pro parte, coram Emi-
nentiſſimo D. Card. Falconerio.*

Unde, ſi Unio in temporalibus importat tranſla-
tionem omnium redituum Eccleſiæ unitæ in Mona-
ſterium cum ſolo onere ſolvendi ex illis Congruam
Vicario, conſequens eſt, quod etiam virtute talis U-
nionis dominium omnium Decimarum, proventuum,
& redituum dicatur ſpectare ad Monaſterium, cui fa- 57
cta eſt Unio, & propterea ſicut Monaſterium tene-
tur aſſignare Congruam Vicario ex reditibus ad ſui
utilitatem unitis, ita ſi Congrua aſſignata tractu tem-
poris adeo enormiter augeatur, ut rapiat exorbitan-
tiam, tali caſu Monaſterium habet jus clarum dimi-
nuendi Congruam in parte exceſſiva, & immodera-
ta propter illam rationem, quod vigore Unionis o-
mnes fructus ſuperflui, & excreſcentes ſunt applica-
ti per Papam Monaſterio, & ad ejus inopiam ſub-
levandam, cum in ſuperfluis non militet favor curæ
Animarum, ſed favor Monaſterii, cui ſoli Papa vo-
luit per Unionem hujuſmodi providere, & applicare
fructus ſuperfluos, dempta Congrua Vicarii, ut in
his terminis punctualiſſimis Congruæ aſſignatæ per
Monaſterium, cui unita fuerat Parochialis *in tempora-
libus tantum* pro reductione Congruæ firmavit Gloſſ.
in cap. cum avaritia in verbo reditus de præbend. ibi:
*Poſſunt etiam reditus diminuere, puta ſi Eccleſiæ
facultates eſſent ampliata, ut ſit de augmento, &
Monaci ſentiant utilitatem, cum hujuſmodi Eccleſia
ſubſint eis quoad temporalia*: & totidem verbis firmat
etiam Butr. *ibidem, n.* 7. ibi: *Augmentum debet etiam
tendere ad commodum Monachorum, cum Eccleſia eis
ſubſint quoad temporalia*: & ſequuntur cæteri Cano-
niſtæ cum aliis apud Rot. *in deciſ.* 81. *n.* 15. & 49.
verſ. denique, & n. 61. *part.* 18. *rec.*

Secundo loco verum non eſt Unionem non fuiſſe
plenariam in ſpiritualibus, & temporalibus, quia le-
ctura literarum Nuncii Apoſtolici ſuper Unione de
anno 1534. clariſſime importat hoc genus Unionis
plenariæ dicendo ibi: *Supprimimus illorumque fructus,
reditus, & proventus, & Bona omnia, &c. Mona-
ſterio Sact. Benedicti Portucallen. &c. perpetuo applica-* 58
*mus, & appropriamus, &c. proviſo tamen, quod in-
ſuper hujuſmodi Eccleſia ad profanos uſus non reducan-
tur, & Animarum cura in eis, ſi quæ immineat,
nullatenus negligatur, ſed illorum Congrua per idoneos
Vicarios, quibus ſi proviſum non eſt de canonica por-
tione per dictam Monaſterii Portucallen. Abbatiſſam,
& Conventum provideatur, congrue ſupportentur one-
ra conſueta*: ubi non ictat reſponſio, quod iſtæ li-
teræ non reſpiciant Eccleſiam Parochialem *de Riotin-
to*, de qua agitur, quia contrarium convincunt Apo-
ſtolicæ literæ Nuncii, in quibus continetur Unio Mo-
naſteriorum, eorumque Eccleſiarum, ibi: *Ad Mona-
ſteriorum ipſorum, eorumque Eccleſiarum* & in ſpecie
exprimuntur deinde iſta Monaſteria cum ſpecificatione:
*De Torronquala, Vella Cova, ac de Riotinto, & de Tu-
yas*: & poſtea dicitur, quod in hujuſmodi Eccleſiis
cura Animarum non negligatur, ſed ſupportentur one-
ra conſueta per aſſignationem Congruæ portionis fa-
ciendam idoneis Vicariis ex verbis ſupra tranſcriptis,
& conſequenter verificatur expreſſio Eccleſiæ *de Rio-
tinto*, & verificatur Unio plenaria importata ex il-
lis verbis *ſupprimimus, &c. applicamus, & appro-
priamus*, quæ ſunt verba ex ſui indole importantia
Unionem plenariam, & ſubjectivam in temporali-
bus, & ſpiritualibus, ut firmat Rot. *coram Zarat.
deciſ.* 23. *n.* 23. *& cor. Emerix Jun. dec.* 786. *n.* 2. *& in
rec. dec.* 49. *n.* 1. *& ſeqq. p.* 15. *& dec.* 321. *num.* 1.
part. 19. *& in Aurien. Parochialis de Rozamonde* 29.

Apri-

Aprilis 1720. §. *Præter*, *&* 16. *Junii* 1721. §. *Tranſitum*, *coram Rev. P. Dom. Gamaches*, & verificatur etiam Unio ex tot circumſtantiis ſupra relatis *num.* 3. *& ſeqq.*

Corruente ſubjecto ſignatæ incapacitatis Monaſterii Monialium, quia per auctoritatem Apoſtolicam non eſt incapax Monaſterium Monialium habendi ſibi 59 Parochias annexas, dummodo earum habitualis exerceatur per Vicarium perpetuum juxta punctualiter firmata apud Rot. *dec.* 21. *per tot. ſignanter num.* 3. *&* 4. *de præben. in antiquior. Biſignetti* ibi: *Sed quid ſi dicta Abbatiſſa eſſet Eccleſia illa ſubjecta plena jure*, *&c. facit quod notat Innocentius*, *nam talia videlicet Cura commiſſio*, *licet non bene poſſunt cadere in Mulieribus quoad exercitium actuale*, *tamen jus poteſt competere Monaſterio*, *ut exercitium faciat per Vicarium capacem illius poteſtatis*, & in puncto etiam Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 12. *n.* 32. *&* 33. ibi: *quæ etiam procedunt reſpectu Monaſterii Monialium*, *modo reſpectu exercitii ipſius curæ accedat auctorizabilis inſtitutio Epiſcopi*, Felin. *in cap. cum venerabilis n.* 36. *de except.* ibi: *& nota quod poteſt Monialibus competere cura Animarum*, *ita tamen*, *ut exercitium alteri committatur*, Auctoritas autem Apoſtolica non deficit quando habemus literas Nuncii, & Sac. Pœnitentiariæ, ubi injungitur Abbatiſſæ onus præſtandi Congruam Vicariis, & ſtante Centenaria poſſeſſione non ſolum ante, ſed etiam poſt literas Nuncii, quæ Centenaria præſumit Privilegium Apoſtolicum, & omnem titulum meliorem de Mundo, ut late in *Lucana unionis* 1. *Aprilis* 1718. *&* 11. *Decembris* 1719. *per totas*, *cor. Eminen. D. Card. Falconerio*, *& d. Compoſtella Parochialium ubi ſupra* §. *Inſubſiſtentiam*, *cor. bo. me. Anſaldo*.

Firmata Unione, inevitabilis deſcendit conſequentia, quod ſit locus reductioni Congruæ aſſignatæ in 60 decimis Locorum *de Beguim*, *& Pegomegro*, quæ tempore aſſignationis reddebant minutiam annuorum ſcutorum octo, & hodie excreverunt ad monſtruoſam exorbitantiam annuorum ſcut. 655. ex tribus ſolidiſſimis fundamentis ſuperius jam late comprobatis; Primo nempe, quod excreſcentia orta fuit ex Novalibus ſuperventis poſt aſſignationem, quæ ſpectant ad Rectorem principalem, ut eſt Monaſterium, non autem ad Vicarium, cui ſub conceſſione Decimarum aſſignata non dicuntur, juxta Text. *in cap. cum contingat*, *& cap. Tua*, §. *Ne occaſione de Decim.* & Rota *coram Emerix Jun. deciſ.* 307. *num.* 5. Secundo quia Decimæ fuerunt aſſignatæ Vicario in illis duobus Locis jure precario Monaſterii, & cauſa demonſtrationis, ſuper quibus Bonis conſequi poſſet alimenta, ſeu Congruam, & ſic quidquid excrevit ſupra menſuram Congruæ reducitur ad ſuos juſtos terminos, & ſuperfluum cedit commodo Domini, ſeu Monaſterii, juxta Gloſſ. *in capit. Avaritiæ in verbo reditus de præben.* & punctualem *Sac. Rota Deciſionem in Aurien. congrua* 14. *Martii* 1608. §. *In comprobationem*, *cor. Ottembergo*, nuper repertam in archivio Archigymnaſii Romani quæ infra regiſtratur n. 65. eamque refert Rota *in deciſ.* 81. *n.* 15. 49. *&* 51. *& deciſ.* 218 *n.* 7. *&* 8. *part.* 18. *recent.* Ac tertio denique, quia quomodocunque facta fuiſſet aſſignatio Decimarum Vicario, neutpe etiam per diſmembrationem dominii ab ipſo Monaſterio, ejuſque translationem in Vicarium, adhuc cum excreſcentia non ſit enormis, ſed enormiſſimam læſionem contineat, ſemper eſt locus reductioni, juxta æquitatem Textus *in c. Suggeſtum de Decim.* & firmata in puncto apud Card. de Luc. *in annot. ad Concil. diſc.* 9. *numer.* 11. *&* 18. *& in d. Aurien. Congrua ubi ſup.* §. *Conferunt*, *&* §. *Unde*, *cor. Ottembergo*.

Nulli ex his tribus fundamentis reſponderi poteſt non obſtante vi Centenaria, quæ præſumere poſſit aſſignationem Decimarum per viam diſmembrationis, vel conventionem, & pactum ab initio ſic factum, ut commodum, & incommodum ſpectaret ad Vicarium; Etenim hoc ratiocinium fundatum ſuper aſſerta Centenaria corruit in jure, & in facto, & quidem cum Joannes ſit merus Vicarius ſicut tales fuerunt ejus Anteceſſores, hinc oritur incapacitas allegandi Centenariam in linea, aut præſcriptionis, aut melioris tituli, dum ſemper obſtat titulus precarii, nam poſſeſſor precarius ſemper poſſidet pro Domino, nec juvaret Centenaria ad mutandum titulum, ſeu acquirendum domi- 61 nium, ut in *dicta Aurien. Congrua* ubi ſupra, §. *Nec obſtat*, quam refert Rota *dicta deciſ.* 81. *n.* 38. *& numer.* 54. *&* 55. ibi: *Non obſtat quod hucuſque per centum annos*, *& ultra Vicarius fructus perceperit*, *quia non exinde locus eſt privilegio centenariæ*, *ut nempe exemplo immemorabilis conſuetudinis poſſit poſſidendo allegare meliorem titulum de Mundo*, *quia concluſio hæc non procedit in his Poſſidentibus precaria ratione*, *quia etſi per mille annos poſſiderent*, *dicuntur ſemper poſſidere Domino*, & dictum quoque fuit *in Calagurritana Decimarum de Aguilar.* 16. *Januarii* 1697. §. *Nec Beneficiatis*, *& in alia Calagurritana Decimarum de Ineſtrillas* 12. *Martii* 1697. §. *Tum demum*, *coram bon. mem. Molines*, *& in Calagurritana Decimarum de Ocon* 5. *Maii* 1683. §. *Nec Capitulo*, *coram Gavazardo*.

Sed ulterius non ſubſiſtit in facto ſuppoſitum Centenariæ, dum probandum eſſet, quod excreſcentia Decimarum ſecuta fuiſſet centum ab hinc annis, & adhuc poſſeſſa, & retenta per omnes Vicarios ſciente, & 62 patiente Monaſterio; unde cum hoc deficiat in facto, dum excreſcentia ſucceſſit de anno 1678. in ſcut. 200. circiter, deinde ſequentibus annis aſcendit ad immenſam quantitatem ſc. 655. inde corruit in facto obſervantia Centenaria poſſidendi hujuſmodi Congruam prorſus incongruam, inauditam, & intolerabilem, ut tradunt Turricell. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 20. *n.* 18. Rot. *dec.* 165. *n.* 16. *&* 17. *p.* 10. *& dec.* 264. *n.* 19. *& ſeqq. cor. Coccin.*

Et demum non eſt allegabilis aliqua Centenaria in puncto læſionis enormiſſimæ juxta tertium fundamen- 63 tum fundatum in æquitate Text. *in capit. ſuggeſtum de Decim.* In hoc enim caſu etiamſi aſſignatio Decimarum facta fuiſſet in Vicarium cum translatione dominii, ſemper intraret reductio ob læſionem enormiſſimam ſuperventam, abſque eo quod obſtare poſſit, aut quod læſio conſideretur de tempore contractus, aut longæva obſervantia, quia in his, quæ habent tractum ſucceſſivum, ut eſt aſſignatio alimentorum pro Congrua, quæ ſingulis annis debentur, tunc conſideratur læſio ſuperveniens, nec attenditur lapſus temporis, quia ſingulis annis verificatur læſio, & ſic quotannis Pars gravatur, ut bene in terminis advertit, Rota *in d. Aurien. Congrua* 14. *Martii* 1608. §. *Conferunt*, *cor. Ottembergo*, & comprobat Cerr. *deciſ.* 913. *num.* 15. *cum ſeqq.* neque ſpectatur principium excreſcentiæ, ſed attenditur tempus, quo illa effecta eſt immenſa, intolerabilis, & enormiſſime læſiva, quod in caſu iſto ſucceſſit paucis ab hinc annis, ut punctualiter notat Card. de Luc. *de Decim. diſc.* 14. *n.* 15. Rota *in Imolen. Decimarum* 4. *Martii* 1720. §. *Et tamen*, *cor. R. P. D. Cerio*.

Sacra Congregatio iterum examinata Cauſa ſub 64 die 12. Februarii 1724. reſpondit in deciſis, & amplius.

R. P. D. OTTEMBERGO.

Aurien. Congruæ.

14. *Martii* 1608.

PRopoſui dubium, an Monaſterium de Melen Ordinis Ciſtercienſis habeat intentionem fundatam ſuper decimis Parochialis Eccleſiæ S. Salvatoris de Villa Majoe, itaut Licentiatus Barrera debeat eſſe con- 65 tentus Congrua, quod *affirmative* reſolutum fuit, quia Monaſterium oſtendit titulum, nempe inſtrumentum Unionis antiquiſſimum datum anno 1350. cum facultate deputandi Vicarium aſſignata illi congrua 66 portione, quo caſu Monaſterium eſt verus Rector, ad quem de jure omnes fructus pertinent, *Capit. de Monac. & cap. Extirpanda*, §. *Qui vero de Præbendis*, *& capit.* 1. *eodem tit. in* 6. *cap. Cum & plantare in Benefic. de privil.* Rebuff. *in prax. tit. de Vicar. perpet. n.* 82. *& ſeq.* Mohed. *deciſ.* 5. *de Decim.* Verall. *deciſ.* 339. *part.* 3.

Nec obſtat, quod dicitur Vicarium percepiſſe duas
ex tribus partibus decimarum ultra ſpatium *40.* anno-
rum, quod tempus ſufficie Eccleſiæ ad præſcribendas
67 decimas contra aliam Eccleſiam non habentem funda-
tam intentionem de jure communi, quia conſtat aſ-
ſignationem duarum partium fuiſſe factam ex cauſa ſte-
rilitatis, ut dicunt Teſtes, & datur Inſtrumentum Aſ-
ſignationis; unde remanet in facultate ejuſdem Mo-
naſterii auctis facultatibus redigere portionem ad aliam
quantitatem, dummodo ſit congrua Abb. *in cap. Pro-
hibemus in fin. de Cenſibus*, Rebuff. *de Congr. n.* 89. nec
potuerunt Vicarij præſcribere contra veros Rectores,
& Dominos harum decimarum per ea, quæ fuerunt
ponderata in cauſa *Vicen. Augmenti, & Gerunden. Vi-
ni*, in quibus reſolutum fuit augmentum ſpectare ad
Canonicos tanquam Dominos, etiamſi Præpoſituræ
effectæ collativæ, & Præpoſiti longiſſimo tempore
poſſiderent, ſic in propoſito dominium fructuum
nunquam fuit tranſlatum in Vicarium.

In comprobatione prædictorum, quæ a *D. meo Ar-
mindo Riccio* ſuccincte, ad rem maxime allegantur, videtur optime conducere Gloſſ. *in d. cap. Avaritia de Præb. verb. Portiones in fin.* ubi in noſtris terminis, quando Vicario deducta certa portione, erant omnes reliqui fructus pro congrua aſſignati, ſi illi aucti, & ampliati fuerunt, tunc adeſt juſta cauſa, ut ſuperior poſſit dd. fructus diminuere, & ſic congruam reducere.

Conferunt etiam ad ſupradicta, quia in jure, licet
læſio regaletur, & attendatur ſecundum tempus con-
68 tractus, & non ſecundum tempus ſuperveniens *leg. Si
voluntate, C. de reſcindenda vendit.* notant DD. *in l.* 2.
eod. illo titulo; Id tamen venit intelligendum, ubi
Contractus perficitur unico momento, & non habet
tractum ſucceſſivum: Nam ſi in eo eſt aliquid expli-
candum de futuro, tunc ex æquitate læſio poſtea tra-
ctu temporis ſuperveniens conſideratur, & curſu tem-
poris læſo, & gravato ſuccurritur, cum tunc læſio
ſingulis annis verificetur, & ſic quotannis adveniente
tempore ſolvendi Pars gravetur, ut ait Pinell. *in repe-
tit. l.* 2. *C. de reſcind. vendit. p.* 2. *c.* 1. *n.* 27. late Roland,
a Valle *conſ.* 1. *n.* 59. *cum multis ſeqq. volum.* 2. Natt,
conſil. 548. *numer.* 36. *cum duobus ſeqq.* Blaſc. *conſil.* 47.
n. 16. Anton. Theſaur. *deciſ.* 226. ubi ait Judicem poſ-
ſe Contractum ad æquitatem reducere quando res
tractu temporis efficeretur iniqua, & in immenſum
creſceret.

Unde Vincent. Anna *alleg.* 16. *n.* 4. & Dec. *conſil.*
335. *n.* 3. dicunt, quod in his, quæ tempore muta-
69 tionem recipiunt, licet ex cauſa nova ſupervenientia
qualibet diſpoſitione recedere, & propterea quamvis
Penſiones Cenſualium in Frumento, vel Oleo ſoli-
tum eſſet ſolvere, ſi poſtea res iſtæ multo pluris va-
lerent, quam tempore Contractus, in pecunia nume-
rata ad rationem ſolidi pro libra; deinde ſolvendas eſ-
ſe dixit Gaſpar. Roder. *de ann. redd. lib.* 1. *quæſt.* 12.
n. 17. Theſaur. *deciſ.* 154. Rota *Avenion.* aut Hieron.
a Laurent. *deciſ.* 66. *&c.*

Sic ſimiliter ex prædictis concludendum eſt (quia fructus a die, quo Vicariis Parochialium, de quibus agitur fuerunt pro Congrua ſua ſubſtentatione aſſignati, in poſterum ſupra modum excreverunt, nec Congrua nunc remaneat penes Dignitates ex portione, quam percipiunt, qui ſunt vere Rectores ratione Unionis, ad quot propterea omnes fructus dd. Parochialium pertinent, ut in deciſione habetur) quod annui fructus prædicti ad debitam Congruam pro ſubſtentatione dd. Vicariorum ſint reducendi, ne monſtruoſum illud ſequatur, quod Dignitates, ob quarum tenuitatem prædictæ Eccleſiæ fuerunt unitæ, & penes quos Rectoria, & habitualis Cura reſidet, quæque tanto præſtantiores ipſis Vicariis exiſtunt, tanto minus illis ex dictis fructibus percipiant, & qui congrua tantum portione juxta Unionem gaudere debeant, nunc ingentes fructus cum dedecore Dignitatum, quæ tenues remanent, jam exceſſive recipiant.

Extracta ex Tomo Poſitionum Rotalium, coram R. P. D. Taja ab anno 1670. ad annum 1674. exiſt. in Archivio Archigymnaſii Sapientiæ Urbis.

TRANEN. NIVIS.

ARGUMENTUM.

Ædictum Principis Laici, quo prohibentur Subditi operam præſtare Eccleſiaſticis, non ſuſtinetur, & an licite Eccleſiaſtici exercere valeant negotium Nivariæ propriæ.

SUMMARIUM.

1 *Refertur facti ſpecies.*
2 *Ædictum Baronis contra Subditos, ne operam præſtent Eccleſiaſticis, eſt nullum.*
3 *Ampliâ etiam ſi in illo generaliter concepta non fiat mentio ſpecialis Eccleſiaſticorum.*
4 *Baro auctoritate propria non habet jus prohibendi Eccleſiaſticis exercitium Nivariæ.*
5 *Baro non habet jus privativum recolligendi Nives in ſuo feudo.*
6 *Nix omnibus patet tanquam fructus de Cælo deſcendens, & poteſt ab omnibus recolligi.*
7 *Recollectio Nivis fieri poteſt ad uſum proprium tantum quoad Eccleſiaſticos, non autem ad negotiationem.*
8 *Quomodo intelligatur iſta concluſio.*
9 *Eccleſiaſtici non prohibentur vendere Nivem ex propria Niveria.*
10 *Nec vendere piſces ratione Cymbæ piſcatoriæ quam habent.*
11 *Quando dicatur negotiatio prohibita Eccleſiaſticis, & quando licita, & n.* 12.
13 *Explicatur deciſ.* 134. *cor. Celſo, & alia auctoritates.*
14 *Quando Nivaria eſt propria Capituli Eccleſiaſtici, ex cujus fructibus conſtantur diſtributiones permiſſum eſt Capitulo ejus exercitium, & numer.* 23. *&* 24.
15 *Gabella non debetur pro parte, quam Eccleſiaſtici præſtant propriis laboratoribus, & numer.* 27.
16 *Doctor allegans reſolutionem Sacræ Congregationis ſine die menſe, & anno fidem non meretur.*
17 *Aliud eſt Præbenda, & aliud diſtributiones quotidianæ.*
18 *Capitulum pauperrimum Eccleſiæ non præſumitur habere fructus ſuperfluos.*
19 *Fides Peritorum quando non attendatur.*
20 *Canonici abſque diſtributionibus non tenentur officiare Chorum.*
21 *Oblationes factæ ad eludendum judicatum non ſunt attendendæ.*
22 *Paria ſunt lucrum perdere, & damnum pati.*
25 *Clerici habentes Cymbam piſcatoriam poſſunt vendere piſces, & quid reſpectu Aromataria.*
26 *Reditus Eccleſiaſtici poſſunt conſiſtere in negotiatione Cymbæ piſcatoriæ, & Nivariæ tanquam induſtriali, & œconomica, declara, ut ibi.*

DISCEPTATIO LXVII.

CApitulum Eccleſiæ Collegiatæ Terræ Corrati Tranen. Diœceſis cum haberet plures pecunia-
rum ſummas ex diverſis Legatis piis ſibi relictis cum 1
onere Miſſarum in quantitate ducatorum quatuor
millium, illas erogavit, ſeu inveſtivit de licentia Ordinarii in una Niveria, ſeu Cella Nivaria, quod fuit melius capitale quam haberet applicatum pro maſſa diſtributionum quotidianarum, propriis ſumptibus repleri faciendo Niveriam, & Nivem vendendo per Miniſtros propriis ſumptibus ſalariatos, abſque eo quod Excellentiſſimus Dux Andriæ Baro Terræ unquam reclamaverit, immo ab anno 1661. uſque ad 1709. locavit Niveriam ipſi etiam Baroni, ejuſque Miniſtris,

Anno

Anno autem 1709. cum Capitulum omiſſa con-
ſuetudine locandi rediiſſet ad antiquum morem exer-
cendi propriis ſumptibus Niveriam, res pacifice pro-
ceſſit uſque ad annum 1711. Verum ſucceſſive me-
moratus Baro ad impediendum Capitulo exercitium
Niveriæ publicare fecit Edictum in eadem Terra
prohibitivum, ne Perſonæ aptæ ad recolligendam Ni-
vem operas ſuas alteri præſtarent, præterquam ipſi
Baroni pro exercenda propria Niveria ſub certa pœ-
na pecuniaria, & aliis arbitrio ſuo imponendis,
quod Ædictum fuit reclamatum ex parte Capituli
tanquam læſivum Eccleſiaſticæ immunitatis habito
recurſu ad Sacr. Congregationem Immunitatis, in
qua diſputata fuerunt tria dubia.

Primo, *an præfatum Edictum a Barone publica-
tum ſuſtineatur.*

Secundo, *an liceat Capitulo reponere Nivem in
ſua Niveria, illamque vendere.*

Et Tertiò, *an poſſit Capitulum ſubminiſtrare Ope-
rariis recolligentibus Nivem panem fabricatum ex
frumento triturato in proprio Molendino, vel potius
de eo ſolvere gabellam teneatur.*

In qua cauſa aſſumptus Ego ad defenſam Capi-
tuli, & ſcribendo in S. Congregatione Immunita-
tis; dicebam quoad primum dubium eſſe *negative*
reſpondendum, cum enim Baro ad effectum indi-
recte impediendi, ne Capitulum reponeret Nives in
ſuo Reconditorio, publicaverit Ædictum, quod
2 omnes Perſonæ habiles ad recolligendam Nivem
nemini alteri operam præſtarent, quam ſibi, tale
Ædictum eſt omnino nullum, & per Sacros Ca-
nones damnatum in præjudicium Immunitatis Ec-
cleſiaſticæ, quia per tale Ædictum prohibentur Sub-
diti operam præſtare Eccleſiaſticis, ut declaravit hæc
Sacra Congregatio in *Theatina* 14. *Novembris* 1693.
impreſſo apud Ricc. *in Synopſ. Decret. Sacr. Congrega-
tionis*, §. *Laborem*, *num.* 6. ibi: *Domini Temporales,
qui impediunt, aut prohibent ſuis Subditis ne labo-
rent, ſeu excolant Terras Eccleſiaſticorum excom-
municantur.*

Super hoc puncto, ubi nulla eſt defenſio, friget-
cunt duæ Reſponſiones, quæ dantur in contrarium;
vana ſiquidem eſt prima, quod in Ædicto Baronis
ſufficiat non eſſe comprehenſos Eccleſiaſticos, quia
materialiter quidem non ſunt comprehenſi in ver-
bis, ſed adeſt comprehenſio in virtute, & ſubſtan-
tia Ædicti, quod dum prohibet Subditis alteri quam
ſibi operam dare in re colligendis Nivibus, iſte al-
3 ter non verificatur, niſi in noſtro Capitulo, quod
ſolum habet in loco Reconditorium Nivis ex re-
cepta regula, quod generalitas, quæ non poteſt ve-
rificari niſi in uno, redigitur ad ſpeciem, & idem
eſt, ac ſi ſpecialiter fuiſſet expreſſum Capitulum,
ut firmant communiter, Barboſ. *Axiom.* 107. *n.* 34.
Menoch. *conſ.* 71. *num* 23. Rota *coram Gregor. dec.* 90.
num. 3. *& in recent. deciſ.* 71. *numer.* 10 *part.* 7. *&
dec.* 501. *num.* 17. *part.* 18. *& in Novarien. interven
tus in Pontificalibus* 27. *Junii* 1704. § *His autem,
coram Omanna.*

Et ſic corruit ſecunda, quod punctus Ædicti non
cadat ſub inſpectione, & judicio Sacræ Congrega-
tionis tanquam in iis, quæ ſunt extranea ab Ec-
cleſiaſtica Immunitate, quia ex prædictis patet Æ-
dictum eſſe non poſſe magis læſivum Immunitatis,
& conſequenter Reſponſio iſta non ſubſiſtit in Fa-
cto, idque procedit, ſive Capitulo liceat recollige-
re Nivem ad uſum proprium, ſive ad effectum ven-
dendi: utroque enim caſu læditur Immunitas Ec-
cleſiaſticorum, dum ſemper iſti habent jus recolli-
4 gendi Nivem, & in propria Niveria recondendi,
nec Baro auctoritate propria habet jus hoc prohi-
bendi, ſive ad unum, ſive ad alterum effectum,
cum ſit reſervatum cognitioni Judicis Eccleſiaſtici,
juxta *Text. in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſti-
tution. & Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de reformat.*
& declaravit hæc Sacra Congregatio *in Spoletana*
13. *Maii* 1698. *apud* Ricc. *in Synopſ. ubi ſupra* §. *Edi-
ctum num.* 40. ubi damnatur Ædictum tam directe,
quam indirecte læſivum Eccleſiaſticorum Rot. *coram
Celſ. deciſ.* 114. *n.* 2.

Ad ſecundum Dubium, in quo quæritur, an li-
ceat Capitulo reponere Nivem in ſua Niveria, il-
lamque vendere *affirmative* reſpondendum venit; E- 5
tenim Baro non habet jus privativum recolligendi
Nives in ſuo Feudo, prout habent Imperator, &
Reges, & alii jura Imperii habentes, & concurrit
etiam obſervantia, juxta quam Capitulum non ſo-
lum ædificavit Niveriam expenſis ſcutorum ter mil-
le ſciente, & patiente Barone, ſed etiam Capitu-
lum recollegit Nivem uſque ad Annum 1660. &
ſucceſſive ipſemet Baro ſuſcepit in conductionem ab
eodem Capitulo Niveriam, & ultimo tempore Capi-
tulum per ſe ipſum Nives recollegit juxta ſolitum
introductum longe ante annum 1660. in quibus ter-
minis Baro nec habet, nec habere poteſt jus prohibi-
tivum, ut faciunt Principes Supremi, qui inter Ve-
ctigalia habent uſum Nivis, & maxime contra Ec-
cleſiaſticos, quos non ligat jus prohibitivum cujuſ-
cunque Regis, & Principis, & ſic intrat nota con-
cluſio, quod Nix omnibus patet tanquam fructus
de Cœlo deſcendens, & unicuique illam reponere 6
licet quemadmodum tradit Guttier. *de Gabell. q.* 35.
numer. 34. *& ſeqq.* Laſſart. *de decim. capit.* 2 *num.* 30.
Barbat. *de diviſ. fruct. capitol.* 17. *numer.* 124. Rocc.
diſput. jur. capit. 129. *num.* 10. Rot. *cor. Celſ. dec.* 114.
num. 1.

Non obſtat, quod licet non ſit prohibita recol-
lectio Nivis, hoc tamen intelligatur ad uſum pro-
prium tantum Eccleſiaſticorum, non autem ad fa-
ciendum mercimonium, ſeu negotiationem, quæ 7
eſt prohibita Clericis, & Eccleſiaſticis, ut Me ſcri-
bente firmavit Rot. *in Toletana Nivis* 27. *Junii*
1697. §. *Altera pars coram cl. me. Card. Priolo* cum
aliis in contrarium allegatis.

Quoniam in caſu prædictæ Deciſionis, & alte-
rius, *cor. Celſo deciſ.* 114 aliarumque Auctoritatum,
aderat Appaltus, ſeu Vectigal Regis habentis jus
privativum, in cujus præjudicium non fuit permiſ-
ſa facultas vendendi, & inſuper concurrebat Ædi-
ctum Regium prohibitivum recolligendi Nives, 8
quæ circumſtantiæ cum deficiant in caſu noſtro, re-
currit concluſio ſuper naturali libertate recolligen-
di Nivem tam ad uſum proprium, quam ad effe-
ctum vendendi ſtante præſertim obſervantia, juxta
quam Baro permiſit conſtructionem Niveriæ, & re-
collectionem Nivis etiam ad effectum vendendi ab
antiquo tempore, & uſque ad annum 1660. quo
caſu hæc conſuetudo præſumere facit fuiſſe permiſ-
ſam Niveriam Capitulo ex conventione, & con-
ſenſu Baronis, neque propterea ab hac conſuetudi-
ne recedendum venit tanquam non improbata per
Sacros Canones, ut ex D. Thoma *par.* 2. *quæſt.* 96.
articul. 4. *capit. final.* probat Rota *deciſ.* 28. *numer.* 1.
part. 3. *& deciſ.* 560. *num.* 10. *part.* 19. *tom.* 2. *recen-
tior.*

Neque adverſatur, quod vendere Nivem ſit mer-
catura, & negotiatio Eccleſiaſticis prohibita *juxta
doctrinas exadverſo allegatas*, quia Nix dicitur eſſe 9
in fructu ad omnes effectus, ut probat Rocc. *diſ-
put. jur. capit.* 119. *num.* 11. Fontanell. *deciſ.* 520. *nu-
mer.* 2. Barbat. *de diviſ. fructuum capit.* 17. *num.* 124.
Card. de Luc. *de dot. diſc.* 160. *num.* 30. unde quemad-
modum non prohibentur Eccleſiaſticis vinum, &
frumentum ex propriis fundis recollectum eſitare,
& vendere, ut probat Pignatell. *conſult.* 34. *num.* 19.
tom. 2. ita prohiberi non poſſunt vendere Nivem velu-
ti fructum, ut in terminis Clerici habentis Cym-
bam piſcatoriam, vel Aromatariam firmarunt Lez-
zan. *oper. moral. tom.* 4. *conſult.* 54. *numer.* 20. *& ſeqq.*
Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 2. *q.* 187. *artic.* 2. *n.* 179.
Barboſ. *de jur. Eccl lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 124. *&* 127.
Diana *Coordin. tom* 6. *tract* 3. *reſol.* 187. *num.* 5. Rot.
in Barchinonen. Aromataria 2. *Junii* 1690. *coram bon.
mem. Manuel. &* 4. *Januarii* 1692. *cor. cl. mem. Card.
Caccia*, & prout infra *n.* 25.

In caſu præſenti habetur, quod Capitulum ex-
pendit ſcuta ter mille pro conſtructione Niveriæ,
& recollegit Nivem tanquam fructum Niveriæ,
& tanquam unum ex redditibus propriis, cum quo
ſuſtentatur Capitulum, & ſunt præbendati Cano-
nici,

oici, alias probibendo hunc fructum eſſet perdera Capitale ſcut. 3000. in præjudicium Eccleſiæ, cujus Canonici, ſeu Presbyteri ſuſtentationem non haberent, neque in bis terminis vocatur negotiatio, ſed licita venditio fructuum, qui ex bonis Eccleſiæ retrahuntur, ut habemus exempla quotidiana de piſcibus, qui venduntur ratione Cymbæ piſca-
10 toriæ, quæ eſt unus ex reditibus Eccleſiæ, de mercibus Aromatariæ, de venatione, & ſimilibus fructibus, qui ſunt aſſignati in ſuſtentationem Eccleſiarum, & Sacerdotum ea ratione, quod non dicitur negotiatio, niſi quando aliquid vili pretio emitur, ut carius vendatur, non autem quando fructus
11 etiam induſtriales de propriis bonis recollecti venduntur ad ſuſtentationem propriam; nam prima ſpecies dicitur negotiatio lucrativa, quæ eſt prohibita, altera vero induſtrioſa, & œconomica, quæ eſt licita Clericis, ut diſtinguit, Pignatell. *dict. conſult.* 34. *numer.* 19. *tom.* 2. ibi: *Quia duplex eſt negotiatio, altera mere lucrativa, qua nimirum res emitur, ut integra, & immutata manens carius vendatur, quæ Clericis interdicitur, & prohibetur, &c. altera eſt non lucrativa, ſed induſtrioſa, & œconomica, qua ſcilicet, quis ſibi, ſive familiæ, & ſuo ſtatui neceſſaria, aut convenientia procurat, quæque improprie ſolum negotiatio eſt, ac omnibus etiam Clericis licita, nam ut ait* Card. de Lugo *&c. eſt utilis, & neceſſaria Reipublica, poteſt enim honeſto fine exerceri ad neceſſariam familiæ ſuſtentationem, etenim cum hæc non ſit negotiatio Eccleſiaſticis vetita, ſalva manet eam exercentibus ſua Immunitas, &c.* Lezzan. *ubi ſupra, n.* 21. *& ſeqq.*

Et ratio palmaris eſt, quia ut dicebam, ſi non poſſet Capitulum vendere Nives, quæ ſuperſunt deducto proprio uſu, Eccleſia pateretur damnum notabile in Capituli infructifero ſcutorum ter mille, & deficeret Miniſtris Eccleſiæ congrua ſuſtentatio, nam perderent totam Nivem, quæ ſupereſt ultra proprium uſum, ut bene proſequitur Pignatell. *d. conſult.* 34. *num.* 19. *verſ. tum etiam quia*, Cotell. *de Immunitat. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 47. *n.* 12. *Del Bene eodem tract. cap.* 3. *dub.* 3. *ſect.* 5. *n.* 15.

Et optime materiam reaſſumendo explicat, Panimoll. *deciſ.* 6. *annot.* 5. *numer.* 4. ubi dicit triplicem
12 eſſe ſpeciem negotiationis, *œconomicam*, *politicam*, *& lucrativam*, ex quibus dicit permiſſam eſſe Clericis œconomicam, & lucrativam in prima ſpecie, illoſque eſſe exemptos a ſolutione Gabellæ, & concordat, Scacc. de Camb. §. 1. *quæſt.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 11. *n.* 7. *verſ. tamen diſtinguenda*, ubi late diſtinguit, & probat omnibus Eccleſiaſticis eſſe permiſſam hanc negotiationem œconomicam, & in fortioribus terminis, quod poſſit Clericus vendere vinum, & alias res in Apotheca, ſeu Taberna ad ſuam ſuſtentationem docet Gloſſ. *in Can. Negotiatorem*, *ibique Præpoſit. numer.* 1. *diſt.* 88. Panimoll. *dicta dec.* 6. *ann.* 5. *num.* 6. Scacc. *ubi ſupra num.* 7. *verſicul. & quod Clericus poſſit habere Tabernam*, *Genuen. in prax. Archiepiſ. cap.* 77. *n.* 7.

Quibus ſtantibus doctrinis individualibus, quæ ita diſtinguunt unam negotiationem ab altera; nihil
13 obſtat Celſ. *deciſ.* 114. *numer.* 3. quia eſt deciſio contumacialis non faciens ſtatum: alia vero deciſio in *Toletana Nivis*, *& Cortiada* cum generaliter loquantur, ſicut etiam generaliter loquitur reſolutio Sacræ Congregationis *in Cajetana* 27. *Maii* 1642. debent proinde intelligi de negotiatione mere lucrativa, non autem de œconomica, quam omnes Doctores aſſerunt eſſe Clericis permiſſam, ut bene advertit, Rot. *in Giennen. juris votandi* 9. *Februarii* 1705. §. *Quo vero, coram Eminentiſſimo Scotto*, ibi: *Regolare enim eſt, quod auctoritates, & reſolutiones generaliter loquentes ſemper intelligi, & declarari debent, juxta tenorem illarum, quæ diſtinguunt.*

Et maxime, quia nulla ex prædictis doctrinis tangit caſum quo reditus Eccleſiæ conſiſtunt in recollectione Nivis mediante expenſa ſcutorum ter mille pro Niveria conflatorum ex legatis Piis cum onere Miſſarum, ſi enim Canonici, & Clerici habent onus celebrationis Miſſarum debent etiam habere ſtipendium ex Capitali erogato in conſtructionem Nivariæ, alias haberent onus ſine ſtipendio, & Capitale Eccleſiæ adeo inſigne deperditum foret; 14
addita circumſtantia, quod Capitulum eſt pauperrimum, quia ſinguli Canonici non percipiunt, niſi quatuor ducatos annuos pro quolibet ratione diſtributionum, unde hoc Capitale Nivis eſt melior ſuſtentatio, quam habeat: ultra quod prædictæ auctoritates in contrarium habent reſpectum ad damnum Regis habentis jus privativum, & vectigalia, quibus caret Baro in præſenti, & ideo unus caſus cum altero non habet conformitatem.

Deſcendendo ad tertium dubium, an liceat Capitulo ſubminiſtrare Operariis recolligentibus nivem, panem fabricatum ex frumento triturato in proprio Molendino, vel potius de eo teneatur ſolvere Gabellam *affirmative*, quoad primam partem, *& negative*, quoad ſecundam reſpondendum omnino videtur; Etenim habemus claras reſolutiones hujus Sacræ Congregationis, quæ prohibent ſolvere Gabellam pro pane, quem Eccleſiaſtici præſtant propriis 15
laborantibus, ut *in Tricaricen.* 11. *Januarii* 1613. *& Sypontina* 22. *Junii* 1621. ibi: *Nè eſiger la Gabella del Pane, che da' medeſimi Eccleſiaſtici ſi ſuol dare alli lavoratori mentre coltivano i loro Terreni: ut apud* Pignatell. *conſult.* 54. *n.* 8. *in fine tom.* 2. & ita etiam reſolutum fuit *in Melphien.* 13. *Maii* 1692. *apud* Ricc. *in ſynopſi decretorum Panis n.* 2.

Et propterea nihil obſtant tradita per Card. de Luc. *diſcurs.* 61. *in fine de regal.* qui teſtatur de reſolutione contraria Sacræ Congregationis, nam non indicat reſolutionem cum die, menſe, & anno, ſed dicit ſcire, ita reſponſum, ibi: *Ut ſcio præſertim fuiſſe, ita reſponſum in una Nucerina, & aliis:* & ſic nullam fidem meretur in hoc ſuo præſuppoſito 16
non juſtificato, ut advertit Lezzan. *in Summ. in verb. Sacra Congregatio*, *num.* 10. & ſatis eſt adeſſe in contrarium reſolutiones magis recentes, de quibus *ſupra*, quibus ſtandum eſt, non curatis ratiociniis exadverſo deſumptis ex eodem Card. de Luca.

Et ſi quærimus rationem, illa eſt in promptu, quia nempe quidquid ſit ad alios effectus, utique ad effectum evitandi ſolutionem Gabellæ Coloni, & laboratores Eccleſiaſticorum gaudent pari privilegio exemptionis, quod habent Eccleſiaſtici, nam alias gabellando ea, quæ dantur Colonis, & laboratoribus eſſet indirecte gravare Eccleſiaſticos, ut notant Panimoll. *dec.* 6. *annot.* 7. *num.* 9. *cum reſolutionibus adductis apud* Ricc. *in Synopſ. decret.* §. *Coloni*, *numer.* 30. *cum duob. ſeqq.* & in hoc articulo, tanquam claro non eſt ulterius divagandum propter reſolutiones claras hujus Sacræ Congregationis.

Propoſita Cauſa ſub die 22. Auguſti 1713. Sacra Congregatio ad primum reſpondit *negative*, ſcilicet Ædictum non ſuſtineri; ad ſecundum reſpondit *affirmative*, in caſu de quo agitur circa venditionem Nivis; quo vero ad tertium *negative* quoad primam partem, & quoad ſecundam teneri ſolvere gabellam, contra quam reſolutionem reclamante Excellentiſſimo Barone iterum repropoſita fuit Cauſa ſub die 19. Decembris 1713. & in hac nova propoſitione ita ſcribebam.

Standum in Deciſis quoad primum dubium propter claram inſubſiſtentiam Edicti Baronis tanquam præjudicialis, & læſivi immunitatis Eccleſiaſticæ ad *Text. in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitut.* & pariter confirmanda eſt reſolutio quoad ſecundum; ſubſiſtit enim in facto, quod Capitulum Corrati eſt pauperrimum, ex quo ſinguli Canonici non percipiunt niſi quatuor ducatos annuos pro quolibet ratione diſtributionum, & pariter ſubſiſtit in facto, quod melior fundus, ſeu capitale, quod habeat, conſiſtit in hac Niveria; licet enim poſſideat aliquod aliud ſtabile, hoc tamen eſt nullius fere momenti, & inſuper reſpicit Præbendas Canonicales, non autem maſſam diſtributionum pro officiatura Chori, quæ diſtributiones ſunt neceſſariæ, ut Canonici aſ- 17
ſiſtant Divinis, & frequentent Chorum, cùm aliud

ſint

Digitized by Google

ſint Præbendæ, & aliud diſtributiones quotidianæ,
quæ ſunt introductæ pro ſervitio Eccleſiæ, & in
favorem cultus divini, juxta diſpoſitionem *S. Conc.
Triden. ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *de reformat. ubi* Barboſ. *num.* 2.
Monet. *de diſtribut. quotid. part.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 35. Pa-
nimoll. *deciſ.* 20. *annot.* 3. *n.* 2. Buratt. *dec.* 193. *n.* 18.
Rot. *dec.* 309. *n.* 16. *part.* 7. *rec.*

Subſiſtit denique in facto quod majus Capitale
Eccleſiæ, & Capituli immo unicum pro maſſa di-
ſtributionum quotidianarum conſiſtat in hujuſmodi
Niveria, quodque Capitulum pro ejus conſtructio-
ne expenderit ſcuta ter mille, ſeu ducatos quatuor
mille, quodque etiam hoc fuerit inveſtimentum plu-
rium legatorum piorum Eccleſiæ relictorum cum
onere Miſſarum, & licet inveſtimentum non appa-
reat niſi de tribus legatis piis ducatorum 650. At-
tamen reſiduum pretii præſumitur factum ex aliis
18 pariter legatis piis, dum agitur de Capitulo Eccle-
ſiæ paupertimo, quod non potuit habere fructus
ſuperfluos, Ciriac. *contr.* 338. *n.* 15. Rot. *dec.* 71. *n.* 10.
part. 13. *& dec.* 422. *n.* 5. *part.* 14. *rec.*

Neque idcirco attendi meretur fides Petitorum
pendente lite extorta ad eludendam reſolutionem
Sac. Congregationis, quia nec judicare potuerunt
19 Petiti valorem fabricæ antiquiſſimæ, neque tan-
quam extrajudiciales, & pendente lite inducti at-
tendi merentur, Rota, *coram Bich. dec.* 580. *numer.*
14. *& cor. Emerix jun. dec.* 31. *ſub num.* 3. *& coram
Priol. dec.* 272. *n.* 11. *& in rec. deciſ.* 306. *numer.* 12.
part. 17. ultra quod plus, & minus expenſæ non
variant ſubſtantiam, quia ſemper verum eſt, quod
eſt capitale Eccleſiæ conflatum ex legatis piis cum
onere Miſſarum, cujus fructus inſervire debent pro
Miſſis, & diſtributionibus quotidianis.

His in facto præſuppoſitis, quemadmodum inve-
ſtimentum legatorum piorum in hac Niveria fieri
non potuit niſi auctoritate Archiepiſcopi, ita pa-
neceſſe dicendum eſt, quod hoc capitale debeat eſ-
ſe fructiferum, ut habeatur ſtipendium pro celebra-
tione Miſſarum, & inſuper ne alias eat in præceps
unicus reditus deſtinatus pro diſtributionibus quo-
tidianis; & pro lucro Baronis, ſervitium Dei de-
ſtituatur in Eccleſia, dum Canonici abſque diſtri-
20 butionibus non tenentur officiare Chorum etiamſi
habeant, Præbendam Panimoll. *dec.* 20. *annotat.* 3.
n. 2. *& ſeqq.* & ſtatuit *Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *cap.* 3.
de reform. Rot. *dec.* 145. *n.* 28. *poſt* Zacch. de Salar.
& dec. 4. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. & cor. Dunoz.
jun. dec.* 336. *n.* 2. *cum ſeqq.*

Cum igitur agatur de Capitulo adeo miſerabili,
ubi adſunt ſexaginta Sacerdotes participantes, &
duæ Dignitates, ſi quantumcumque exerceatur Ni-
veria, adhuc diſtributiones non excedunt annuos
ducatos quattuor pro quolibet; quid ſane dicemus
quando prohibeatur Niveria, ſeu recollectio, &
venditio Nivis? erit ſane diſſipare capitale Eccleſiæ,
illudque tenere mortuum, ut teſtatur Ordinarius Tra-
nen. in ſua relatione, & per conſequens bene re-
ſolvit Sacr. Congregatio in caſu de quo agitur lici-
tum eſſe Capitulo recolligere Nivem ad effectum
vendendi.

Neque ſuum malum jus agnoſcens Baro audiri
meretur in partito, quod hodie facit ſuſcipiendi in
affictum Niveriam controverſam pro ducatis 20. an-
nuis, vel altera ſumma ab Eminentiſſimis Patribus
arbitranda, cum quo partito creditur evitari poſſe
damnum Capituli. Etenim ad effectum reſarciendi
damnum duo requiruntur, alterum quod D. Baro
ſolvat pro affictu tantum, quantum Capitulum poſ-
ſet retrahere exercendo Niveriam, ſeu vendendo
Nivem, & alterum, quod illam ſuſcipiat in affictum
perpetuum; nam alias poſſet pro certo tempore hic,
& nunc ſuſcipere in affictum, & deinde incipere a
capite reſuſcitando hodiernam litem, quæ oblatio
cum facta non fuerit, idcirco latet Anguis in her-
21 ba, nec præbendæ ſunt aures hujuſmodi partitis,
quæ miſterioſe fiunt ad effectum eludendi judicium,
& reſolutionem jam captam, nam damni appella-
tione venit totum, id quod Dominus ex re ſua per-
cipere poſſet, Rot. *coram Coccin. dec.* 422. *numer.* 3. *&
in rec. deciſ.* 207. *n.* 4. *&* 5. *part.* 19. Barboſ. *axiom.*
63. *num.* 4. ubi quod paria ſunt lucrum perdere, & 22
damnum pati; ultra quod non eſt locus hujuſmodi
partitis, & oblationibus, quando Domus vult uti
re ſua, nec ullam habet prohibitionem, cum iſta non
ſit negotiatio illicita ex jam probatis.

Non obſtant repetitæ exceptiones circa prohibi-
tam Clericis negotiationem; iterum namque dici-
mus, quod alia eſt negotiatio lucrativa, alia vero
induſtrioſa, & œconomica, prima tantum ſpecies eſt
prohibita Clericis, non autem altera ſpecies nego-
tiationis induſtrioſæ, & œconomicæ, qualis dicitur
illa, qua mediante quis ſibi, ſive familiæ, & ſuo
ſtatui neceſſaria, aut convenientia procurat, quæ-
que improprie tamen negotiatio appellatur, ut di- 23
ſtinguunt Pignatell. *conſult.* 34. *num.* 19. *tom.* 2. Pa-
nimoll. *dec.* 6. *annot.* 5. *num.* 4. Scacc. *de camb.* §. 1.
q. 7. *part.* 2. *ampliat.* 11. *n.* 7. *verſ. tamen diſtinguen-
da*, ubi plures allegantur Concordantes, & eſt com-
munis opinio.

Ad bonæ ſenſum reducuntur Deciſiones, *in To-
letana Nivis, coram Celſo, & cl. mem. Card. Prio-
lo*, & reſolutio S. Congregationis *in Cajetana* 27.
Maii 1642. quia nempe in illis caſibus Eccleſiaſti-
ci volebant vendere Nivem ad effectum lucrandi,
& merito ad uſum tantum fuit reſtricta facultas re-
colligendi Nivem; ſecus autem in præſenti, ubi Ca-
pitulum non vult vendere Nivem ad effectum lu-
crandi, ſed ad effectum reſarciendi damnum, quod
pateretur ſi fructum non haberet ex Niveria, quia 24
nempe non poſſet adimplere onus celebrationis Miſ-
ſarum pro legatis piis, quorum Capitale fuit con-
verſum in conſtructionem Niveriæ, nec minus ſu-
pereſſet aliquid pro maſſa diſtributionum, itaut Ser-
vitium divinum ſentiret damnum, & ſic propter
lucrum Baronis temporale, ejuſque intereſſe priva-
tum, oporteret claudere Eccleſiam, quia ſine emo-
lumentis nemo tenetur Miſſas celebrare, & frequen-
tare Chorum, & per conſequens iſta venditio Ni-
vis reductive dicitur inſervire ad uſum proprium
Capituli, ſeu, quod idem eſt ad uſum propriæ ſu-
ſtentationis neceſſariæ, & ad reſarciendum dam-
num, quod ſervitio Eccleſiæ, & Divinis reſultaret,
ideoque applicantur auctoritates, Pignatell. Panim,
& Scacciæ ſuperius adductæ.

In Deciſionibus autem Toletanis, Religio Fra-
trum habebat ſuam Congruam ſuſtentationem, &
ſic volebat vendere Nivem ad effectum lucrandi, &
impinguandi crumenam Monaſterii, & ideo nego-
tiatio erat mere lucrativa, & ſic prohibita, quæ
prohibitio non cadit, quando, ut in præſenti, Ca-
pitulum intendit tantum œconomice ſibi, & ſuæ
neceſſitati providere, vendendo Nivem, ut habeat
diſtributiones pro ſervitio Eccleſiæ, & pro cele-
bratione Miſſarum neceſſarias, ne alias habeat da-
mnum in onere Miſſarum ſine ſtipendio, & ſer-
vitium Chori, & Eccleſiæ deſtituatur; cum in tali 25
caſu permittatur hujuſmodi venditio, ſicuti permit-
titur, ut Clerici habentes Aromatariam, vel Cym-
bam piſcatoriam vendant piſces, & merces Aroma-
toriæ, ut dicunt Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 2. *qu.*
187. *artic.* 2. *num.* 179. Barboſ. *de jur. Eccleſ. libr.* 1.
cap. 40. *numer.* 124. *&* 127. Diana *part.* 12. *tract.* 3.
reſolut. 10. Rot. *in Barchinonen. Aromataria* 2. *Ju-
nii* 1690. *coram bon. mem. Manuel, &* 4. *Januarii*
1692. *coram bon. mem. Card. Caccia*, quarum pri-
ma eſt impreſſa apud Bertacchin. *vot.* 124. *num.* 11.
quod tamen in ordine ad Aromatariam non vide-
tur procedere niſi ad uſum proprium, juxta Card.
de Luca *de regul. diſc.* 60. *num.* 3. Pignatell. *conſult.*
84. *per totam tom.* 5. *Sacr. Congreg. Viſitationis apud*
Lezzan. *in Summ. quæſt. Regul. tom.* 2. *in verb. negotia-
tio quoad Regulares numer.* 6. vel juxta modum, cum
quo judicavit Rot. *in dict. Barchinonen. & in Reatina
ſucceſſionis* 29. *Januarii* 1725. §. *Nec*, *cor. R. P. Dom.
Caria.*

Unde corruit reſponſio, quod iſti ſint fructus
naturales, quando ſunt fructus negotiationis œco-
nomicæ, & induſtrialis, ut ſunt illi Cymbæ piſca-
toriæ, & plures ſunt Epiſcopi in Italia, qui eorum

Menſæ

Menſæ reditus habent in Cymbis piſcatoriis, immo ipſa etiam Menſa Archiepiſcopalis Tranen. habet Niveriam, quæ eſt communis cum hoc Capitulo Corrati, quæ eſt alia Niveria, ut refert Ordinarius Tranen. in ſua Relatione ſignum evidens, quod reditus Eccleſiaſtici poſſunt conſiſtere in hac negotiatione induſtriali, & œconomica, quæ conſiſtit in
26 Cymba piſcatoria, & Niveria *Gloſſ. in Can. negotiatorem, ibique Præpoſit. n. 1. diſt. 88. Genuen. in prax. Archiepiſc. capit. 77. num. 7.* Scacc. *de camb. §. 1. qu. 7. part. 2. ampliat. 11. ſub num. 7.* Panimoll. *dec. 6. ann. 5. num. 6. & 8.* Redhoan. *de ſpol. Eccleſ. quæſt. 2. numer. 8. & 9.* ubi præciſe hoc licitum eſſe dicit pro neceſſaria ſubſtentatione Clericorum, non ut inde plus lucrentur, ſed ut vivere poſſint juxta *Text. in cap. 1. de celebrat. Miſſ. & in cap. dilecti de Decim.*

Ex quo patet, quod prætenſio Baronis in hac Cauſa tendit in ſumma ad ſubtrahendum victum neceſſarium Eccleſiaſticis, & ſervitio Eccleſiæ, ut ſibi lucrum quærat, neque ideo ad rem facit reſponſio, quod Nix ſit de regalibus Principis, hæc etiam eſt exceptio, quæ nihil commone habet cum articulo, an hæc negotiatio ſit licita, vel illicita Clericis, quod pendet ex prohibitione Sacrorum Canonum, non autem ex regalibus Principis, cui non ſubjacent Eccleſiaſtici, qui non debent mendicare, aut perdere victum propter lucrum Principis Sæcularis, & hac de Cauſa edictum Baronis non ſubſtineri reſpondit hæc S. Congregatio.

Cæterum ex abundanti dicitur nec etiam Baronem habere hæc Regalia, cum neque ſit Princeps ſupremus, ut Imperator, vel Rex, neque jura Imperii, ſeu Regalia ſe habere oſtendat, & quoad ad Eccleſiaſticos ſatis eſt, quod permiſerit publice, & palam vendi Nivem in Niveria propria Capituli, & in altera, quam habet communem cum Menſa Archiepiſcopali Tranen.

Quoad tertium dubium dicebam eſſe recedendum a deciſis, quia gabella non debetur pro pane fabricato ex frumento triturato in proprio Molendino Capituli, qui ſubminiſtrari ſolet Operariis recolligentibus nivem, quia merces Operariorum non conſiſtit tantum in pecunia, ſed computatur etiam panis, & vinum, & propterea ſi deberetur gabella, hæc tenderet in præjudicium ipſius Capituli contra
27 legem Immunitatis Eccleſiaſticæ, & conſequenter ea non debetur juxta reſolutiones Sacræ Congregationis apud Pignatell. *conſultat. 64. numer. 8. in fine tom. 2.*

Sacra Congregatio ſub die 19. Decembris 1713. confirmavit in omnibus reſolutionem captam ſub die 22. Auguſti ejuſdem anni reſcribendo, *in Deciſis.*

SENEN. RENUNCIATIONIS.

A R G U M E N T U M.

Renunciatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem pro Agnatis certæ familiæ, & pro conſervandis bonis renunciatis in Agnatione, an ſit abdicativa, & realis, itaut extinctis Agnatis bona tranſeant ad Extraneos, vel ſit reſtricta ad certas Perſonas, quibus deficientibus illa revertantur ad Renunciantem, ejuſque Monaſterium.

S U M M A R I U M.

1 *Perpetua realitas renunciationis excluditur per contemplationem certarum Perſonarum.*

2 *Expreſſio benevolentia contemplativa certa Perſona arguit perſonalitatem renunciationis.*

3 *Deſiderium conſervandi bona in agnatione oſtendit renunciationem factam fuiſſe intuitu illorum tantum de familia, ſeu agnatione.*

4 *Renunciatio poteſt eſſe realis ſimul, & appellatur mixta; explica, ut num. 5.*

6 *Renunciatio reſtricta ad certas Perſonas iis extinctis non comprehendit extraneos, nec attenduntur cauſa ingreſſus in Religionem, titulus, & verba effrenata ſonantia in renunciationem realem, & abdicativam, ut n. 7.*

8 *Renunciatio poteſt eſſe abdicativa quoad aliqua bona, & non quoad omnia.*

9 *Monaſterium ex Perſona Monialis in ſuccedendo cenſetur prædilectum cæteris Extraneis.*

10 *Moniales renunciantes intuitu agnationis non intelligunt extinctis agnatis velle bona tranſire ad Extraneos excluſive ad proprium Monaſterium.*

11 *Onere non gravati, non ſunt in honore, & emolumento contemplati.*

12 *Abſurdum eſt, quod Perſona ſuperſtes de ſanguine ſpoliata remaneat bonis ſpectantibus ad agnationem propter extraneos.*

13 *Exponitur Authoris opinio in propoſito caſu.*

14 *Renunciatio facta Cauſa ingreſſus in Religionem præſumitur realis, & abdicativa.*

15 *Realitas volita, & expreſſa in ventre renunciationis ceſſare facit omnes interpretationes.*

16 *Pactum de nunquam petendo regreſſum ad bona renunciata declarat renunciationem fuiſſe realem, & perpetuam.*

17 *Cauſa finalis ingreſſus in Religionem eſt perpetua, & perpetuum parit effectum renunciationis realis, & abdicativæ.*

19 *Contemplatio Agnatorum habita in renunciatione facta occaſione ingreſſus in Religionem reſolvitur in Cauſam impulſivam, vel ſaltem dicitur Cauſa finalis coæqualiter cum illa ingreſſus in Religionem, ut n. 19.*

20 *Donatio propria non cadit in Juribus, & bonis devolvendis ad Donantem.*

21 *De natura donationis eſt, ut bona tranſeant ad hæredes Donatarii ſaltem Jure tranſmiſſionis.*

22 *Amplia etiam facta donatione certis Perſonis, ſeu agnatis.*

23 *Perpetua, & realis dicitur renunciatio, ſicut onus illi annexum eſt perpetuum.*

24 *Emolumentum ſemper defertur cum onere ei annexo, ſeu correſpectivo.*

25 *Promiſſio non revocandi donationem, illique non contraveniendi ullo tempore eam denotat realem, & perpetuam.*

26 *Una, & eadem donatio non poteſt diverſo Jure cenſeri.*

27 *Renunciatio cum pacto contemplativo certorum Agnatorum non excludit ejus realitatem.*

28 *Realitas renunciationis, dari poteſt etiamſi deficiat Clauſula,* ad habendum, *vel expreſſio hæredum.*

29 *Renunciatio realis fingit Renunciantem de medio ſublatum, ac ſi eſſet mortuus, & incapax ſuccedendi.*

30 *Donatio etiam facta certis Perſonis cum taxativa* tantum *tranſit ad eorum hæredes, niſi deductus fuerit in pactum regreſſus.*

31 *Dictio* mai *importat perpetuitatem omni caſu, & tempore.*

32 *Fideicommiſſum in ultimo vocato remanet liberum & tranſit ad Extraneos licet durantibus vocatis ad iſtos non tranſeat.*

33 *In renunciatione reali non eſt abſurdum, ut ſuccedant Extranei excepto Fiſco.*

34 *Renunciatio facta per Nubentes in Sæculo ſtricte interpretatur, ſecus facta ex cauſa ingreſſus in Religionem, & explicantur Deciſiones 253. & 330. part. 14. rec.*

35 *Judicium Privatorum in Conſultis pro veritate eſt minus tantum, quam illud Judicum, & Tribunalium juxta dictum, bon. mem. Anſaldi.*

DISCE-

DISCEPTATIO LXVIII.

CRedebam in hac Cauſa tuta fronte pronunciari poſſe, quod extinctis Agnatis familiæ de Calderinis in ipſa Renunciatione contemplatis, Prædium *del Pino* reverti deberet ad Sororem Roſam Renunciantem nunc ſuperſtitem, ſeu Monaſterium ex ejus Perſona,

Movebat ex verbis renunciationis; quæ primo loco facta legitur Jacobo Vincentio fratri DD. Euphraſiæ, & Liviæ Renunciantium, & ſecundo loco, in caſu ejus obitus abſque filiis, favore Galgani Calderini Patrui, ejuſque filiorum, & deſcendentium ibi: *In caſo, che detto Signor Giacomo Vincenzo moriſſe ſenza figli, che à Dio non piaccia il d. Podere del Pino pervenga, e deva pervenire &c. al molto Eccellente Signor Dottor Galgano Calderini ſe foſſe vivo, ſe nò alli ſuoi figli, e deſcendenti*; ex
1 quibus excluſa videtur perpetua realitas renunciationis, ad quam neceſſario inferendam requiritur, ut habita non fuerit conſideratio certarum Perſonarum, ut habetur apud Garb. *conſil.* 109. *numer.* 12. & 13. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. articul.* 52. *num.* 74. *verſic. Secundus eſt* Rot. *deciſ.* 186. *num.* 5. *part* 3. *recent.*

Hanc contemplationem certarum Perſonarum ad excluſionem renunciationis perpetuo abdicativæ augebat expreſſio benevolentiæ, & amoris erga Jacobum Vincentium fratrem ibi: *Il Signor Giacomo Vincenzo, &c. loro Fratello carnale, al quale profeſſano ſommamente amore, e volendo ciò dimonſtrare mediante l'infraſcritta donatione*: expreſſio autem hu-
2 juſmodi amoris tanquam contemplativa Perſonæ eo magis demonſtrat perſonalitatem renunciationis, bon. mem. Anſald. *in annot. ad deciſ.* 15. *ſub num.* 20. & 22. *verſ. Quodque Scipio* Teodor. *alleg.* 36. *num.* 9. 35. & *per tot.* Altograd. *conſil.* 37. *num.* 1. & *ſeqq.* & *ſignanter num.* 7. *lib.* 1.

Clarius id præſeferebat eorum deſiderium conſervandi bona in Agnatione expreſſum in parte prohœmiali ibi: *Acciò li beni ſi mantenghino nell' agnatione*: ac etiam in parte diſpoſitiva ibi: *Deſiderando che il medeſimo ſi mantenga nell' agnatione in ogni miglior modo, & in ogn' altro*, quod ſane deſiderium uti demonſtrativum cauſæ finalis importatæ
3 ex illa dictione: *acciò*: illoque gerundio; *deſiderando*: ad evidentiam perſuadere videtur renunciationem emanaſſe intuitu tantum Conſanguineorum de familia, ſeu Agnatione de Calderinis juxta magiſtrales *Deciſiones* 253. & 330. *part.* 14. & *deciſ.* 23. *part.* 15. *recent.*

Neque urgere viſa eſt expreſſio illa adeo effrenata ibi: *Quale donatione dette Signore Donatrici volſero, che ſia perpetua, reale, & abdicativa ſenza ſperanza di poter mai tornare alli beni donati*: Ideoque in elatis non patet locus argumentis: Etenim poſſunt hæc verba conciliari cum perſonalitate Renunciationis; dum dari poteſt Renunciatio, quæ ſit
4 realis ſimul, & perſonalis, quam Doctores noſtri appellant mixtam, quia nempe Renunciatio poteſt eſſe realis, & abdicativa durantibus tamen Perſonis contemplatis, quibus poſtea deficientibus revertitur ad perſonalitatem, ut in puncto hujuſmodi verborum, quod Renunciatio ſit perpetua, realis, & rea-
5 liſſima, & omni tempore valitura, quodque adhuc extinctis Perſonis contemplatis extinguatur, & redeat ad perſonalitatem firmavit in puncto Rot. *dec.* 253. *ſub num.* 16. *verſic. Hoc denique*, & *num.* 17. & *deciſ.* 930. *num.* 7. *part.* 14. *recent* & advertit Eminentiſs. Petra *ad Conſtit. Apoſt. tom.* 3. *ad Conſt.* 1. *Clementis IV. ſect.* 2. *n* 77. *in fin.* & *num.* 78. & *in Romana hæreditatis* 23. *Martii* 1685. §. *Recognita, coram Reverendiſſimo impreſſ. apud* Palm. Nep. *alleg.* 294. *ſub num.* 9.

Eo magis mihi præadducta impreſſionem faciebant reflectendo, quod nullum verbum in Renunciatione adjectum legitur, quod includat hæredes, & Succeſſores Renunciatariorum quamvis enim reſpectu Renunciationis generalis omnium bonorum primo loco factæ Jacobo Vincentio adjecta fuerit Clauſula ceterata *per ſe*, &c. attamen reſpectu Prædii *del Pino*, eo ſine filiis decedente ſubſtitutus fuit Galganus cum ſuis filiis, & Deſcendentibus prius maſculis, & poſtea fœminis immediate ſubjungendo ibi: *Deſiderando, che il medeſimo ſi mantenga nell' agnatione*; unde reſpectu Prædii, de quo agitur mihi videbatur facta reſtrictio omnino perſonalis pro 6
certis Perſonis Agnationis ſine expreſſione hæredum, quæ propterea operantur, ut aliæ Perſonæ præſertim extraneæ comprehendi non valeant per extinctionem Agnatorum Spad. *conſil.* 316. *num.* 8. *lib.* 3. Rot. *coram Duran. deciſ.* 268. *numer.* 7. & 10. & *in rec. deciſ.* 23. *num* 22. & 23. *part.* 15. & *in Ariminen. fideicommiſſi Baldi*, & *Enea de Bandis* 20. *Junii* 1697. §. *Perpenſo*; *coram bon. mem. Molines*, & optime *in Firmana ſucceſſionis* 1. *Junii* 1697. §. *Nec renunciationis*, *coram bon. mem. Urſino impreſ. ad ornat.* Card. de Luc. *de legat. deciſ.* 35. *numer.* 5. & 6.
ubi quod cauſa ingreſſus in Religionem, necnon 7
titulus, & verba effrenata ſonantia in Renunciationem realem, & abdicativam non attenduntur, quoties adeſt reſtrictio ad certas Perſonas, & deficit ſaltem tacita ſtipulatio pro hæredibus, bon. memor. Anſaldus *in annot. ad deciſ.* 15. *num.* 26. *in fine*, & *num.* 27.

Cumque hæc verba appoſita fuerint in Diſpoſitiva, nihil operari valet expreſſio proœmialis ſuper cauſa finali ingreſſus in Religionem, tum quia prævalent verba diſpoſitiva, tum etiam quia Proœmium conciliabile eſt cum Diſpoſitiva intelligendo, quod cauſa finalis renunciandi ſit abdicativa reſpectu aliorum bonorum, non tamen reſpectu Prædii 8
del Pino, omnino reſtricta ad Agnatos, vel ſaltem quod abdicativa intelligatur durantibus tantum Agnatis ut apud Eminentiſſimum Petram *ubi ſupra dict. ſect.* 2. *num.* 79. *verſ. ubi quod renunciatio* Rota *in Peruſina ammiſſionis* 15. *Januarii* 1706. §. *Minuſque urgere*, *coram Eminentiſs. Scotto*, & *deciſ.* 6. & 77. 12
poſt Tambur. *de jure abbat.*

Quam intelligentiam confirmat circunſtantia, quod hujuſmodi Prædium uſque de anno 1649. ſuppoſitum reperiebatur fideicommiſſo ordinato per Hieronymam Barletti favore Vincentii Paſqui, ejuſque filiorum maſculorum, & fœminarum, a quibus deſcendunt DD. de Calderinis, ut in facto ſupponitur, unde cum ageretur de re nullatenus tranſitoria ad Extraneos, immo ſpectante ex fideicommiſſo ad illos de ſanguine, eo magis comprobata remanet mens Renunciantium ſeſe reſtringendi ad Perſonas de ſanguine, ejuſque deficientibus non tranſmittendi ad Extraneos hoc Prædium durante adhuc Livia, quæ tanquam de ſanguine ſuccedere valet, & ex ejus perſona Monaſterium, quod cenſetur prædilectum exteris Extraneis, tum ex conjectura 9
pietatis, tum etiam ut illud ſibi facilius, & abundantius neceſſaria ſuppeditet Rot. *deciſ.* 48. *num.* 15. & 16 *poſt* Merlin. *de legit. cum aliis in d. Peruſina ammiſſionis* 15. *Januarii* 1706. §. *Non relevante coram Eminentiſſimo Scotto.*

Hæc omnia majorem vim faciebant reflectendo ad inveriſimilitudinem, quod Moniales in eo actu, quo profitebantur velle bona conſervari in Agnatione, voluerint ita transferre Bona collata in ſuos 10
Agnatos, ut eis totaliter extinctis, cogitaverint illorum tranſitum ad Perſonas incognitas, & extraneas, excludendo ſe ipſas de Agnatione exiſtentes, ſuumque Monaſterium ſine dubio prædilectum, quod nunquam cadere poſſe videtur in ſenſuum maturo conſiderantis animum, & mentem Renunciantium, ut bene advertit bon. mem. Anſaldus *in annot. ad dec.* 15. *n.* 24. *verſ. Et quidem*, & *n.* 25. Rot. *deciſ.* 118. *n.* 1. *dec.* 151. *n.* 1. *part.* 3. *cum aliis in dec.* 23. *n.* 31. *part.* 15. *rec.*

Præterea animadverſione dignum eſt, quod decedente Jacobo Vincentio, abſque filiis, Renunciantes vocarunt Galganum, ejuſque filios, & deſcendentes cum onere ſolvendi annua ſcuta 10. quod onus non tranſiret ad Extraneos ſi renunciatio eſſet ita realis, ut Prædium ad illos tranſiret, quia

onus

onus ad certas Perſonas reſtrictum non extenditur ad alias, & proinde licet arguere ab onere ad emolumentum, quod nempe, ſicut tali onere gravati 11 non fuerunt Extranei, ita nec etiam in emolumento contemplati ex. *Text. in l. ab eo Cod. de fideicom. l. ſed. & ſi ff. de legat. 3. gloſſ in l. Codicillis 91. §. Inſtituto verb filius, ff. de legat. 2.* Alex. de Nev. *conſ. 17. n. 3* Cephal, *conſ. 529. n. 35. & ſeqq.* Rot. *dec. 104. n. 19. part. 16. rec.*

Ex his videbatur pro certo affirmandum, quod Renunciatio iſta, quicquid ſit reſpectu aliorum bonorum, ſaltem reſpectu Prædii *del Peno* extinctis Agnatis, quorum favore facta fuit, extincta remaneret, & prædium reverteretur ad Renunciantes tanquam in Renunciatione mixta, quæ extinctis Perſonis contemplatis reſolvitur in Perſonalem, & maxime ne ſequatur abſurdum, quod Perſona de ſan-12 guine adhuc ſuperſtes ſpoliata remaneat bonis ad Agnationem ſpectantibus propter Extraneos, & incognitos, ut concludunt Menoch. *conſil. 706. num. 41. verſic. Reſpondet, &c.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 169. n. 2. de* Marin. *reſolut. 190. num. 3. & ſeqq. lib. 2.* Altogr. *conſ. 49. n. 59. lib. 3.* Ciriac. *controverſ. 275. per tot.* Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. libr. 2. cap. 10. num. 42. & ſeqq.* Paſſerin. *in cap. quamvis pactum num. 52. & ſeqq. & num. 60 & 64. de pactis in 6.* Spad. *in Theatr. vidual. diſquiſ. 67. num. 95.* Rot. *apud* Tondut. *quæſt. civil. dec. 121. num. 22. lib. 2. & apud* Merlin. *de legit. dec. 48. num. 18. & apud* Galerat. *de renunc. deciſ. 33. num. 35. & ſeqq. & n. 39. & coram Emerix jun. deciſ. 99. num. 17. & 18. & d. dec. 239. & deciſ. 330. per tot. p. 14. & in Firmana ſucceſſionis 4 Julii 1696. & 1. Julii 1697. coram bon. mem Urſino, & in Fan. pecuniaria 9. Januarii 1699. §. Ex his igitur, coram bon mem. Pio.*

Verum reflectendo ad veritatem, Renunciationis tenore melius, ac diligentius revoluto, in contrariam Sententiam mihi deſcendere placuit, quod nem-13 pe etiam deficientibus Perſonis contemplatis Prædium controverſum reverti non poſſit ad Sororem Roſam, unam ex Renunciantibus, quæ hodie Superſtes reperitur, ut ex pluribus, de quibus intra, unitim ac ſimul conſiderandis, quæ hujuſmodi quæſtionem pro hac parte reſolvunt.

Primo enim regula eſt, quod Renunciatio facta occaſione ingreſſus in Religionem ad differentiam alterius factæ occaſione Nuptiarum in ſæculo, cenſeatur realia, & abdicativa, quia nempe volentes ſe Deo offerre, & Monaſticam vitam eligere regulariter cenſetur ſe tollere de medio tanquam mortuos Mundo, abdicando a ſe omnia temporalia juxta illud Evangelii; *Ecce nos relinquimus omnia:* Unde ſic Renunciantes in nullo caſu præſumuntur ſibi reſervaſſe ſpem regreſſus ad bona renunciata, niſi aliter expreſſe, vel tacite manifeſtaverint, & 14 Renunciatio habet legalem præſumptionem, quod fuerit mere, ac ſimpliciter Realis, & abdicativa, non autem Perſonalis, aut mixta, ut communiter affirmat Gargiar. *conſil. 100. num. 60. libr. 1.* Rovit. *conſil. 42. n 9. libr. 1.* Gratian. *diſcept. 568. num. 51.* Conciol. *alleg civil. 31. num 24. & 25.* Rot. *dec 207. num 6. part. 16.* Palma *Nepos alleg. 293. num. 9. & in Romana hereditatis 23. Martii 1685. coram Rondinino impreſſ. apud* Palm. *alleg. 294. n. 24. & in Romana ſucceſſionis 10. Februarii 1710. cor. cl. me. Card. Priole, & in Romana renunciationis 10. Martii 1710. §. Attenta, cor. Rever Criſpo.*

Secundo hanc realitatem Renunciationis non eſt opus mendicare per argumenta, & conjecturas, eo ipſo quod Renunciantes literis elatis eam expreſſerunt dicendo ibi: *quale donatione dd. Signore volſero che ſia perpetua, reale, & abdicativa:* quando enim habemus realitatem fuiſſe ab ipſis Renunciantibus volitam, & ſpecificatam in ventre Renunciationis, & quod magis eſt, in ipſa parte diſpoſitiva, tunc ſilere debent interpretationes, & au-15 thoritates in contrarium, neque Judex habet amplius arbitrium diverſo intellectu ſubvertendi quicquid Contrahentes expreſſerunt, ut in puncto totidem fere verbis ait, Rota *in d. Romana hæreditatis, coram Rondinino apud* Palm. Nep. *d. allegat. 294. num. 10.*

Tertio, ne inſtaret difficultas ſuper hac realitate, & perpetuitate, an ſcilicet hæc interpretanda foret durantibus Perſonis in Renunciatione contemplatis, & ne iſta accipi valeret pro mixta, Contrahentes hoc quoque dubium tollere voluerunt ſuperaddendo immediate ibi: *Senza ſperanza di poter mai tornare alli beni donati:* quæ verba cadunt præciſe ad ſignificandum, quod nullo caſu, etiam extinctis Perſonis contemplatis, Renunciantes habere vellent regreſſum ad bona renunciata, ut oſtendit ea notabilis dictio: *Mai;* quæ tollit ſpem renunciationis in omni futuro caſu ad inſtar Perſonæ mortuæ, ſeu in rerum natura non exiſtentis, ita & taliter, quod apud Me iſta verba fecerunt magnam, 16 & quaſi totam impreſſionem, ut judicarem pro excluſione Regreſſus etiam extinctis Agnatis, & delata ſucceſſione ad hæredem extraneum, ut in individuo pacti de nunquam prætendendo Regreſſum in his renunciationibus firmarunt, Rot. *deciſ. 434. n. 4. part. 13. recent. & coram Ottobon. dec. 10. n. 39. & 40.* & late dictum fuit in celebri, *Romana hereditatis de Lanuviis in rec. 356. n. 12. part. 13. & deciſ. 113. n. 12. in fine, & n. 13. part. 18.* & in aliis impreſſis apud Palm. Nep. *alleg. 195. num. 14. in fine, & Deciſione Romana hæreditatis, coram Rondinino* apud eumdem Palm. *alleg 294. n. 21. & 22. & Idem in allegat. 293. n. 15. &* Rocca *diſputat. jur. cap. 194. n. 14. & 15.*

Quarto in proœmio Renunciationis voluerunt etiam exprimere qualis eſſet cauſa finalis dicendo ibi: *Quale intendendo di fare per cauſa finale dell' ingreſſo nella Religione:* quæ cauſa, ſicut eſt perpetua, & quæ adhuc durat, etiam perpetuum opera- 17 tur effectum realis, & abdicativæ renunciationis, ut omiſſis authoritatibus aliorum ita ſemper judicavit S. Rota *in Romana hereditatis 20. Martii 1684. §. In primis, coram bon. mem Hervavult, & 23. Martii 1685. §. Cauſa finalis, coram Rondinino apud* Palm. *dicta allegat. 294. num. 11. & 12. & in dicta Romana hereditatis de Lanuvii 10. Junii 1685. apud eumdem allegat. 295. numero 5. & ſequent. cum aliis in Romana legitima 17. Maii 1701. §. Quibus tamen, coram clar. memor. Eminentiſſimo Caprara.*

Nihil obſtante, quod ſucceſſive poſt verba præaddicta Contrahentes adjecerint: *Et accio i beni ſi mantenghino nell' agnatione:* quia vel talis contem- 18 platio Agnatorum reſolvitur in Cauſam impulſivam, ea ratione quod niſi fuiſſet ingreſſus in Religionem, fœminæ ſe non ſpoliaſſent bonis propter ſuos Conſanguineos, & Agnatos, ut advertit Concil. *dict. alleg. 31. num. 39. & alleg. 32. num. 10.* Rot. *in Romana heredit. coram Rondinino apud* Palm. *alleg. 294. numer. 12. verſ. Non enim veriſimile, & in præcedenti dec. 20. Martii 1684. §. Hocque, coram bon. mem. Hervavult. & in dicta Romana hereditatis de Lanuviis apud* Palm. *d. alleg. 295. ſub n. 8. & ſeqq. & in d. Romana legitima ubi ſupra, §. Non eliditur, cor. bon. mem. Caprar.*

Vel in omni caſu dicenda erit duplex cauſa finalis, & coæqualis, quarum una ceſſante, ſcilicet 19 Agnatione, non ceſſat alia adhuc vigens, & perpetua ſcilicet ingreſſus in Religionem, ut apud Conciol. *d. alleg. 3. num. 37. & ſeqq. & allegat. 32. numer. 11.* & ſepiſſime reſolutum fuit in his præciſis terminis, *coram Cerr. deciſ. 556. numer. 1. & cor. Ottobon. deciſ. 10. numer. 45. & 46.* & in prællegatis deciſionibus impreſſis apud Palm. *Nep. allegat. 294. numer. 14. & allegat. 295. numer. 11. verſ. Sicut in fin. & allegat. 299. numer. 9. & in dicta Romana hereditatis 20. Martii 1689. §. final coram Hervavult, & in dicta Romana legitima, ubi ſupra, §. Nec eliditur verſic. Et in eumdem caſum, coram eodem Caprara.*

Quinto quia ad magis ſignificandam realitatem, & perpetuitatem Renunciationis proceſſum fuit per viam, & titulum veræ donationis irrevocabilis inter vivos ibi: *Liberamente per lo &c. per titolo, e cauſa di donatione irrevocabile, e tra vivi di manie-*

ra,

to, che non poſſa revocarſi per qualſivoglia cauſa, &c. licet enim titulus donationis vere, ac proprie
20 non cadat in Juribus de futuro, ſeu bonis poſtea devolvendis ad Donantem, ut *in deciſ.* 330. *n.* 8. *& ſeqq. part.* 14. *& dec.* 23. *num.* 1. *part.* 15. *recent.* hoc tamen non tollit quo minus ex hoc procedendi modo, & titulo oriatur voluntas Donantis de renunciando realiter, & penitus abdicative, abſque ſpe alicujus reverſionis bonorum ad Renunciantem juxta naturam donationis, juxta quam ad hæredes
21 Donatarii, ſeu Perſonas contemplatas bona tranſire dicuntur, ſi non Jure comprehenſionis, ſaltem Jure tranſmiſſionis, ut in puncto Rot. *coram Ottobon. deciſ.* 10. *num.* 35. *& ſeqq.* Rocca *diſput. Jur. cap.* 194. *num.* 17. *& coram Emerix jun. dec.* 1181. *numer.* 24. *& dec.* 1256. *n.* 10. *& in d. Romana hæreditatis* 20. *Martii* 1684. §. *Deinde coram bon. memor. Hervavals*, & in aliis deciſionibus impreſſis apud Palm. *d. alleg.* 294. *n.* 15. *& alleg.* 295. *n.* 21. *&* 22. *& in d. Romana legitimæ* 17. *Junii* 1701. §. *Præterea, cor. cl. mem. Emin. Caprara.*

Per hunc namque titulum donationis aſſequimur, quod Renunciantes nullo caſu voluerint poſſe rever-
22 ti ad ſe ipſas bona donata, etiam ſi non adeſſet ſpecialis comprehenſio hæredum, ſed fuiſſet facta donatio certis Perſonis, ſeu Agnatis etiam cum taxativa *tantum* quia deficientibus Perſonis contemplatis, adhuc bona non revertuntur ad Donantes, ſed remanent in libera diſpoſitione Donatarii ad effectum tranſmittendi in ſuos hæredes etiam extraneos, niſi in donatione appoſitum fuerit pactum reverſivum, ut optime Rot. *coram Emerix jun. deciſ.* 1325. *num.* 31. *& deciſ.* 970. *per tot. et deciſ.* 1037. *n.* 9. *et ſequentibus* Otthobon. *dict. dec.* 10. *num.* 35. *et ſequentibus*,

Sexto aſſumptum hoc comprobat pactum reſervativum annuæ præſtationis ſcutorum decem in caſu, quo decedente Jacobo Vincentio abſque filiis Prædium *del Pino* tranſiret ad Galganum, ejuſque filios, & deſcendentes, addita reſervatione etiam aliarum præſtationum, de quibus in Inſtrumento Re-
23 nunciationis, quo caſu, ſicut annua præſtatio eſt perpetua, ſeu ad vitam Renunciantium, ita perpetua, & realis dicitur iſta Renunciatio, itaut Renunciantes donec vivant nunquam redire valeant ad Prædium renunciatum, ut tradunt Conciol. *alleg.* 31. *ſub n.* 37. *verſic. Secunda ob promiſſionem* Palma Nepos *allegat.* 293. *numer.* 12. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 52. *ſub n.* 34. *circa finem*, Torre *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 25. *et* 26. Rot. *coram Emerix jun. deciſ.* 1181. *num.* 25. *et in dict. Romana hæreditatis de Lanuvis deciſ.* 356. *n.* 14. *et* 15. *part.* 13. *rec.* & apud Palm. *d. alleg.* 295. *n.* 3. *et cor. Bich deciſ.* 586. *n.* 12.

Nihil obſtante, quod onus annuæ præſtationis ſcutorum 10. non legatur injunctum niſi Galgano, ejuſque filiis, & deſcendentibus, quia cum fuerit reſervatum vita durante Renunciantium, ſi vivente adhuc aliqua ex Renunciantibus, Renunciatarii deceſſerint, tranſit ad eorum hæredes ſimul cum emolumento Prædii, cujus ratione legitur appoſitum,
24 quia ſemper emolumentum defertur cum onere ei annexo, ſeu correſpectivo ad *Text. in l. Unica* §. *Pro ſecundo vero C. de caduc. tollen. et in l. fin. in fine C. de fideic.* Bertachin. *vot. dec.* 34. *n.* 8. Rot. *coram Emerix jun. dec.* 970. *n.* 15. & apud Palm. Nep. *d. alleg.* 293. *num.* 12.

Septimo demum accedit promiſſa irrevocabilitas donationis: *Di maniera che non poſſa revocarſi per qualunque cauſa:* cum promiſſione eam attendendi,
25 & non contraveniendi ullo unquam tempore, ut important verba, illa cæterata: *prometteva attendere etc. e non contravenire etc.* quæ etiam denotant realem, & perpetuam Renunciantium abdicationem Rota, *coram Emerix jun. dict. deciſ.* 1181. *ſub numer.* 25.

Non obſtant modo objecta ſuperius in contrarium ponderata, & ſignanter, quod, quidquid ſit quoad reliqua bona donata Jacobo Vincentio Fratri irrevocabiliter cum clauſula: *ad habendum:* & altera clauſula: *per ſe etc.* ſublata ſpe cujuſcumque regreſſus, adhuc ſaltem reſpectu Prædii *del Pino* realitas donationis non videatur perpetua, quia poſt obitum Jacobi Vincentii ſubſtitutus fuit Galganus cum ejus filiis, & Deſcendentibus, in quorum ſubſtitutione nulla legitur clauſula perpetuam realitatem inducens, nec ulla ſtipulatio pro hæredibus, ſed immo concurrunt verba reſtricta ad Agnationem ibi: *Deſiderando che il medemo ſi mantenga nell' agnatione in ogni miglior modo:* ita & taliter, quod videantur quaſi duæ donationes diſtinctæ, altera reſpectu Prædii, & altera reſpectu aliorum bonorum, quodque realitas reſpectu unius, non inſluat reſpectu alterius.

Etenim reſpondeo, quod donatio eſt unica, & ab initio comprehendit omnia bona: *particolarmente ogni ſperanza di ſuccedere nel Podere detto il Pino;* ſubſtitutio autem Galgani, ejuſque Deſcendentium facta fuit per modum pacti iſtius unicæ donationis ibi: *E la d. donatione fecero con li patti e conditioni infraſcritte:* Ex quo ſequitur, ut quamvis in ſubſtentatione Galgani ejuſque Deſcendentium expreſſa non fuerit realitas, & perpetuitas Renunciationis, hæc tamen expreſſio non fuit neceſſaria tamquam ſatis facta ſuperius in Diſpoſitiva, in qua continentur verba illa: *quale donatione dd. Signore Donatrici volſero che ſia perpetua, reale, et abdicativa ſenza ſperanza di poter mai tornare alli beni donati:* quæ informant totam donationem comprehenſivam omnium bonorum, & influunt in donationem Prædii, in qua ſubſtitutus fuit Galganus cum ſuis Deſcendentibus, cum non poſſit una, eademque donatio facta abdicative, & realiter ſine 26
ſpe regreſſus quoad omnia bona diverſo jure cenſeri reſpectu Donantium, cum jus omne metiri debeamus ex Perſona Renunciantium, quæ quoad omnia renunciata ex ſupradictis verbis ſe fecit mortuam, & ſic perpetuo incapacem regrediendi ad aliquid ex donatis juxta rationem, de qua Conciol. *alleg.* 32. *n.* 12. Rot. *in d. Romana hæreditatis de Lanuvis apud* Palm. Nep. *alleg.* 295. *n.* 2. Rot. *d. deciſ.* 356. *n.* 18.

Stat enim ſimul, quod Renunciantes perpetuo a ſe abdicaverint Regreſſum, & ſe habuerint pro mortuis quoad bona renunciata, & donata, & tamen 27
adjecerint pactum, quod bona ad certos Agnatos tranſirent, cum tale pactum operetur quidem, ut quandiu extent Agnati, bona nequeant transferri ad extraneos, ſecus autem eis extinctis ad inſtar fideicommiſſi, cujus bona in ultimo Vocato remanent libera, & ad liberam ejus diſpoſitionem juxta firmata in *dec.* 40. *et dec.* 143. ſignanter, *num.* 17. *et ſeqq. part.* 12. *rec.*

Abſque eo quod neceſſarium fuerit exprimere hæredes, aut clauſulam: *ad habendum:* in ſubſtitutione Galgani, ejuſque Deſcendentium, iſta enim eſt una ex conjecturis per Doctores adduci ſolita ſimul 28
cum aliis ad probandam realitatem Renunciationis, quæ ſi deficiat, non tamen eſt abbreviata manus Judicum realitatem deſumendi ex aliis demonſtrationibus, quæ in caſu iſto ad evidentiam concurrere mihi videntur, ex quo Donatrices declararunt expreſſe donationem eſſe perpetuam, realem, & abdicativam: *ſenza ſperanza di poter mai tornare alli beni donati:* junctis aliis demonſtrationibus ſuperius relatis, *ex num.* 13. *cum ſeqq.* realitas enim Renunciationis eſt illa, quæ totum facit, dum re- 29
putat Renunciantem de medio ſublatum, ac ſi eſſet mortuus, & ſic incapax ſuccedendi in quocumque caſu Rot. *deciſ.* 356. *num.* 3. *part.* 13. *et in d. Romana hæreditatis de Lanuvis apud* Palm. *nep. alleg.* 295. *num.* 1.

Maxime quando proceſſum fuit per viam donationis irrevocabilis inter vivos, de cujus natura eſt, ut quamvis contemplati fuerint Agnati, & non hæ- 30
redes extranei, attamen extinctis Agnatis bona tranſeant ad hæredem ultimi juxta punctualem *dec.* 10. *num.* 35. *et* 36. *coram Otthobon.* non obſtante etiam vocatione Agnatorum vita durante limitata cum taxativa *tantum*, cum tali caſu ſemper hæredes ve-

niant,

niani, ſi non jure comprehenſionis, ſaltem jure tranſmiſſionis, & nullo caſu bona revertuntur ad Donantem, niſi expreſſe in pactum deductus fuerit Regreſſus juxta Emeria *dict. deciſ.* 1325. *numer.* 4. *uſque ad numer.* 7. & 31. Gratian. *diſcept.* 386. *numer.* 16. *& ſeqq.* Conciol. *alleg.* 31. *num.* 42. Peregr. *de fideic. art.* 51. *num.* 21. *verſic. Verum* Rot. *dec.* 98. *num.* 10. *& ſeqq. part.* 12. *& deciſ.* 434. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 13. cum aliis ſupra allegatis *num.* 20. Eoque magis, quia poſt obitum Jacobi Vincentii fratris, jus ſuccedendi in Prædio vigore fideicommiſſi delatum fuerat Monialibus, itaut proprie locum haberet donatio favore Galgani, ejuſque Deſcendentium ex perſona Donatorium, tamquam in jure tunc ipſis Donantibus quæſito, & exeatum Perſona tranſitario in Donatarios Agnatos.

Ad contemplationem Agnatis, ejuſque Perſonarum jam ſuperius reſponſum eſt, quod illa non fuit cauſa finalis, vel ſaltem non fuit unica, ſed coæqualis cum illa ingreſſus in Religionem, nec proinde ceſſante una, quæ fuit temporalis, ceſſavit altera, quæ eſt perpetua ex firmatis *in d. Romana legitima ubi ſupra coram clar. mem. Eminentiſs. Capraræ*, renunciatio autem Regreſſus cum illis verbis: *ſenza ſperanza di poter mai tornare alli beni donati:* Non poteſt conciliari cum Renunciatione abdicativa mixta, tum quia reſiſtit cauſa finalis, & perpetua ingreſſus in Religionem, quæ ſemper durat, & viget, tum etiam quia illa dictio: *Mai*:
31 importans perpetuitatem in omni caſu, & tempore, eſt omnino incompatibilis cum abdicativa temporali, ſeu mixta reſtricta ad vitam Perſonarum contemplatarum, ut apud Barboſ. *diction.* 231. *num.* 1. & in terminis noſtris ad excludendam abdicativam mixtam firmatum fuit *in d. Romana hæreditatis* 23. *Martii* 1686. *coram Rondinino apud* Palm. *nep. alleg.* 234. *num.* 21. *&* 22. *& in dicta Romana hæreditatis de Lanuviis* de qua *ſupra n.* 16.

Quod Prædium vigore fideicommiſſi non eſſet tranſitorium ad extraneos, nihil concludit, ſed potius retorquetur, cum hoc procedat durantibus Vocatis ad fideicommiſſum, ſecus autem eis deficientibus, cujus bona in Ultimo remanent libera, & ad
32 hæredes ejus tranſitoria, unde quando omnes Agnati, ſeu Perſonæ vocatæ deceſſerunt computatis etiam Perſonis Monialium, quæ per abdicativam, & realem Renunciationem reputantur mortuæ, cum fideicommiſſum ulterius non progrediatur, nihil prohibet, quod ejus bona tranſeant ad Extraneos.

Minus obſtat inveriſimilitudo, quod Moniales Agnatæ ſpoliare ſe voluerint bonis propter extraneos, quia, ubi Renunciatio eſt realis, & abdicativa, per quam Renuncians ſe tollit de medio tam-
33 quam mortuum, tunc curandum non eſt ad quorum manus bona perveniant; nam quando aliquis ſe de medio tollit ad inſtar mortui, abſurdum non reputatur, ut aditum ad ſucceſſionem aperiat Aliis quamvis extraneis, qui ipſo Renunciante vere mortuo ſucceſſiſſent, excepto tantum caſu ſucceſſionis Fiſci, ut in individuo reſpondit Rot. *in dict. Romana hæreditatis de Lanuviis apud* Palm. *nep. alleg.* 295. *n.* 1. *cum duob. ſeqq. &* Conciol. *alleg.* 32. *numer.* 12. ubi allegat rationem, quod jus omne metiri debemus ex Perſona Renunciantis, quæ per fictam non ſuperexiſtentiam, inhabilis, omniſque penitus ſucceſſionis incapax effecta eſt.

Denique non applicantur, *deciſ.* 253. *&* 330. *p.* 14. *& dec.* 13. *part.* 15. *rec.* illæ enim loquuntur de Renunciatione facta per Nubentes in ſæculo, quæ
34 ſtrictiſſimam recipiunt interpretationem, ſecus autem ubi agitur de Renunciationibus ex cauſa ingreſſus in Religionem, quæ largius interpretantur, & de ſui natura præſumuntur reales, & abdicativæ, ut in puncto reſpondit, Rot. *in d. Romana legitima* 17. *Junii* 1701. §. *Deciſiones enim, coram clar. mem. Card. Caprara*, & ſe declarat eadem Rot *dicta dec.* 253. *num.* 18. *&* 19. *part.* 14. *rec.* Bich. *dec.* 632. *numer.* 15. ubi ait ſic concordari Deciſiones in contrarium; & *in dicta Romana hæreditatis de Lanuviis apud* Palm. *nep. alleg.* 295. *n.* 25. & noviſſime *in Romana ſucceſſionis* 10. *Februarii* 1710. *coram cl. me. Card. Priolo, & in Romana Renunciationis* 10. *Martii* 1710. §. *Attento, coram Reverend. Criſpo.*

Fortius quia contrarium opinionem ſucceſſive tenuit Sac. Rot. *in d. Romana hæreditatis, cor. Herovvalt, & Rondinino, & in dicta Romana hæreditatis de Lanuviis apud* Palm. *nep. alleg.* 294. *&* 295. *& in dicta Romana legitima, cor. cl. mem. Card. Caprara*, ac etiam quia in ſupradictis Deciſionibus impreſſis in *part.* 14. *rec.* non continebatur expreſſio renunciandi ex Cauſa finali ingreſſus in Religionem ſimul cum Renunciatione ſpei de unquam regrediendo ad bona donata, ut animadvertit Rot. *in d. Romana hæreditatis apud* Palm. *nep. alleg.* 294. *num.* 24. *& deciſ.* 296. *n.* 12. *verſ. Deciſiones autem.*

Hæc autem ſunt motiva, ex quibus inducitur ad ita ſentiendum pro veritate; Cæterum quia non deſunt auctoritates, & Deciſiones, quæ materiam hanc reddere videntur quodammodo confuſam, idcirco verificari poſſe deſiderare, quidquid de ſe ipſo dixit in hoc præciſo articulo, bon. mem. Anſald. *in annot. ad dec.* 15. *num.* 10. *in fine*, quod nempe nimium fallax dignoſcatur privatorum Judicium, ex quo ipſe dicit, *quod potentiora Lumina Divini Spiritus aſſiſtunt Judicibus, & Tribunalibus, quibus proinde tamquam a Deo conſtitutis proprium ingenium captivare neceſſarium, & rationabile eſt.*

ROMANA COMMUTATIONIS ULTIMÆ VOLUNTATIS.

A R G U M E N T U M.

Legatum pro ſubſidiis dotalibus pauperum Puellarum, an poſſit commutari in dotes Canonicatuum Eccleſiæ Collegiatæ noviter erigendæ, & an facta commutatione reſervandum ſit Juſpatronatus hæredi, cui ſpectabat jus nominandi Puellas ad ſubſidia dotalia.

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Minor Cauſa requiritur pro commutatione ultimæ voluntatis in aliqua parte, quam in totum.*
3 *Modica alteratio ultimæ voluntatis etiam aliqualiter præjudicialis Tertio non ſolet retrahere Papam a commutatione.*
4 *Teſtatoris voluntas dicitur aſſiſtere, non autem reſiſtere commutationi in melius.*
5 *Commutatio voluntatis in melius reſpicit Cauſam publicæ utilitatis, & ſic habetur pro juſta Cauſa.*
6 *Legatum relictum pro Dotandis Puellis reſpicit bonum Animæ Teſtatoris tamquam Cauſam finalem.*
7 *Nullum majus reperitur in Eccleſia Dei ſuffragium pro Animabus, quam illud Miſſæ.*
8 *Legatum pro Miſſis non poteſt commutari in Dotes Puellarum.*
9 *Suffragia Miſſarum proſunt per modum ſolutionis debiti.*
10 *Defuncti minus habent ſuffragii ex Eleemoſynis, quam ex celebratione Miſſarum.*
11 *Boni, ac Religioſi Principis eſt, tam Eccleſias contritas reſtaurare, quam novas ædificare.*
12 *Fundatoribus Eccleſiarum eſt indulgendum, ut cæteri alliciantur.*
13 *Papa ſolet concedere Uniones, & ſuppreſſiones Beneficiorum pro dotandis Canonicatibus in Erectione Eccleſiæ in Collegiatam.*
14 *Dos Eccleſiæ eſt majoris Privilegii, quam ſit illa Puellarum.*
15 *Commutatio in melius eſt juxta præſumptam Teſtatoris voluntatem.*
16 *Afferuntur exempla commutationum Legatorum Dotium pro nubendis Puellis in alia pia Opera, & n.* 17. *&* 18.

19 *Nul.*

19 *Nullum Jus habet, cujus non intereſt agere, vel excipere.*

20 *Verba indefinita non debent reſtringi ad certum genus Perſonarum.*

21 *Executor Teſtamentarius poteſt interpretari Teſtatoris voluntatem.*

22 *Legatum relictum incertis Perſonis de incerto loco nullam arguit affectionem Teſtatoris erga illas.*

23 *Legatum relictum incertis Perſonis non dat illis Jus quaeſitum, ſed quaerendum ad nominationem haeredis.*

24 *Jus quaerendum tanquam eventuale in nulla conſideratione habetur.*

25 *In Gratiis de ſui natura praejudicialibus non attenditur praejudicium Tertii, maximo accedente juſta Cauſa, ut n. 26.*

27 *Dotes relictae incertis Puellis reſpiciunt intereſſe, & Jus Puellarum Loci, in quo Teſtator fecit teſtamentum.*

28 *Modicum praejudicium Tertii non attenditur per Summum Pontificem in Gratiis de ſui natura praejudicialibus.*

29 *Jus quaerendum ſolam tribuit ſpem nominationis ab alieno arbitrio dependentem, & dicitur mere contingibile, ut n. 30.*

31 *Deſideria morientium ex arbitrio viventium intelligimus.*

32 *Judicio Viri Docti, & in Dignitate conſtituti in rebus proprium munus reſpicientibus eſt inhaerendum.*

33 *Conſtructione, & Dotatione Eccleſiae acquiritur Juſpatronatus.*

34 *Juſpraeſentandi ad Canonicatus erectos ex redditibus relictis pro Dotibus Puellarum, ſpectat ad eum, qui habebat jus nominandi Puellas, num. 35.*

36 *Regiſtratur Votum Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Corſini in hac cauſa editum.*

37 *Gratia conceſſa per Sanctiſſimum D. Noſtrum Benedictum XIII.*

DISCEPTATIO LXIX.

OLim Marchio Alexander Ruſpulus anno 1608. in ſuo; cum quo deceſſit, Teſtamento haeredem ſibi univerſalem inſtituit Bartholomaeum Ruſpulum ejus ex fratre nepotem, quem voluit non poſſe diſponere de bonis haereditariis uſque ad aetatem 25. annorum, per cujus obitum ſine ullis filiis, ordinavit fideicommiſſum pro cauſa pias dotationis Puellarum eligendarum per Confraternitatem, cujus nomen in albo reliquit his verbis: *Morendo detto Bartolomeo ſenza figli, &c. reſti fideicommiſſo in perpetuo, & non ſi poſſa alienare detta heredità, ma che ſi debba inveſtire in Cenſi, o Monti non vacabili, e che de' frutti ogn'anno ſi maritino, o monachino tante Zitelle di buona fama, quali ſiano approvate, & elette dalli Confrati pro tempore dalla Venerabile Compagnia ..... di Roma, li Fratelli della quale debbano oſſervare il medeſimo ordine, e modo, che ſono ſoliti tenere nel fare il maritaggio ogn' anno dell'altre Zitelle.*

Defoncto Bartholomaeo ſine filiis haerede ſibi ſcripto bon. mem. Marchione Franciſco Ruſpulo, iſte acerrimam litem ſubire coactus fuit cum tribus Praetenſoribus haereditatis Marchionis Alexandri, ſcilicet Rever. Fabrica Sancti Petri, & duabus Archiconfraternitatibus Urbis, altera Sancti Joannis Decollati, & altera Sanctiſſimae Annunciatae in Eccleſia ſupra Minervam, in qua lite principalis difficultas erat, *an conſtaret de fideicommiſſo*, quod impugnabatur ob prohibitionem diſponendi adiectam Bartholomaeo uſque ad aetatem viginti quinque annorum, quae elapſo hoc tempore reſolvebatur in permiſſionem diſponendi de haereditate, altera vero difficultas erat, an propter nomen Confraternitatis in albo relictum, ſuccederet Rever. Fabrica, vel altera ex duabus Societatibus, & in Sac. Rotae Auditorio judicatum fuit *an conſtare de fideicommiſſo favore Puellarum dotandarum, & dandam immiſſionem Archiconfraternitatis Sanctiſſimae Annunciatae*, ut ex Deciſionibus impreſſis apud Balduce. ad Ramon. *tom. 4. deciſ. 2. cum ſeptem ſeqq.* & in Mantiſſ. ad Cardin. de Luc. *de fideicommiſſ. dec. 36.*

Poſt obitum Marchionis Franciſci alia inſurrexit controverſia inter bon. mem. Marchioniſſam Hieronymam ejus Uxorem, & haeredem, necnon eandem Archiconfraternitatem; victricem tam ſuper reſtitutione fructuum haereditatis praedictae a die obitus Bartholomaei gravati, quam circa Jus nominandi Puellas dotandas, ſed tandem anno 1692. deventum fuit ad tranſactionem, in qua Marchioniſſa conſignavit Archiconfraternitati integram haereditatem una cum fructibus valoris in totum ſcut. 18000. reſervato tamen favore ſucceſſoris pro tempore in haereditate Ruſpula Jure nominandi quolibet anno decem Puellas pro ſubſidio dotali ſcut. 50. novem ſcilicet Romanas, & unam Exteram, ſed Familiae Ruſpulae ſubditam, ut ex Inſtrumento tranſactionis ibi: *All'incontro detta Vener. Compagnia della Santiſſima Annunziata concede à detta March. Girolama, e Succeſſori nell' heredità Ruſpoli la nomina di dieci Zitelle ogn'anno per la dote di Scudi cinquanta l'una colla ſolita veſte, giulii cinque nel giorno ſi fà il maritaggio Ruſpoli il dì 15. Agoſto, purche le Zitelle da nominarſi habbino tutti li requiſiti dello Statuto di detta Archiconfraternità, e le Foraſtiere almeno la ſeconda ſignatura. In oltre detti Offizioli ſi contentino, che detta March. Girolama, e Succeſſori poſſino nominare ogni anno per una di detti dieci doti una Zitella ſuddita, &c.*

Ad cujus tranſactionis tenorem tam Marchioniſſa, donec vixit, quam deinde Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D. Princeps Franciſcus Maria Ruſpulus in haereditate ſucceſſor ſemper nominarunt quolibet anno hujuſmodi decem Puellas remanente apud Ven. Archiconfraternitatem Jure nominandi ingentem numerum aliarum 60. Puellarum, cum ex fructibus haereditariis modo 70. dotes annuae in totum diſtribuantur.

Noviſſime autem nunquam ſatis laudata pietas memorati Excellentiſſimi Principis habentem Eccleſiam Parochialem propriae Terrae, ſeu Oppidi Julianelli, reaedificavit ex integro in magnifico, & eleganti ſtructura mediante ſumptu generoſo ſcutorum 50000. & ultra ad Religionis, & Dei Cultum pertinente juxta ea, quae reſcripſit Marcellus Papa *in Can. Boni Principis 16. diſtinct. 96.* quam deinde exoptans in Collegiatam erigere, porrexit Summo Pontifici glorioſe Regnanti ſupplices preces pro gratia commutationis voluntatis Marchionis Alexandri ad effectum applicandi in dotem Canonicorum, ſeu Cappellanorum Collegiatae erigendae novem ex decem ſubſidiis dotalibus, quorum nominatio ſibi ſpectat juxta tranſactionem, reſervato ſibi loco priſtini Juris nominandi ad dotes Jure patronatus, ſeu praeſentandi ad Canonicatus, ſeu Cappellanias, & reſervato etiam Jure nominandi unam, vel duas Puellas ſubditas pro decimo ſubſidio dotali, quod ſuis ſubditis ex tranſactione debetur.

Remiſſis precibus Sac. Congregationi Concilii pro Voto, huic audire placuit Sententiam, ſeu Votum Eminentiſſimi Dom. Cardinalis Protectoris praedictarum Confraternitatum, qui cenſuit ex hac commutatione voluntatis eidem detrimentum aliquod non inferri, nullum Jus quaeſitum dici poſſe Puellis Romanis, vel ſaltem illi de facili derogari poſſe, cum agatur de Perſonis incertis ex incerto genere cum aliis rationibus in ejus doctiſſimo Voto animadverſis, & propoſita Cauſa per memoriale in Sacra Congregatione ſub die 24. Aprilis 1723. prodiit reſcriptum: *Dilata, & exquirantur exempla, & proponatur in folio.*

In hoc ſtatu, antequam Cauſa reproponeretur, Ego de mea ſententia requiſitus in puncto, in ſenſu veritatis cenſeo expoſtulatam gratiam in ſuis circumſtantiis eſſe conceſſibilem, & ſperari poſſe, ut obtineatur.

Ad ſic reſpondendum movet Me primo loco circumſtantia, quod non agitur de commutanda in to-

tum voluntate Teſtatoris circa fructus hæreditatis ſuę
in diſtributionem dotium relictos, quia cum numerus
70. dotium annuatim diſtribuantur, commutatio,
quæ petitur quoad novem dotes, non tangit ſeptimam
partem totius Operis pii, in quibus terminis, cum
minima pars ſit illa, quæ in aliud Opus pium commu-
tari petitur, majori parte intacta remanente juxta vo-
luntatem Teſtatoris, inde Mihi videtur minorem gra-
tiæ duritiem conſiderari poſſe, ac minorem quoque
2 Cauſa requiri in hac partiali commutatione, ut ad-
vertunt Suarez *de Relig. tom.2. lib.6. cap.17. n.15.* San-
chez *de præcept. Decalog. lib.4. cap.45. num.22 & 23.*
Monet. *de commut. ultim. volunt. cap 6. num.76. & 77.*
ſicut enim in omni materia major pars conſideratur,
minima autem parum attenditur, ita commutatio
Operis pii quoad minimam partem, reſolvitur in mo-
dicam alterationem voluntatis, quæ etiam in aliquali-
3 ter præjudicialibus tertio Summum Pontificem retrahe-
re non ſolet Cravet. *conſ 701. n.16.* Monet. *de com-
mut. ultim. volont. cap.5. n.391.* Rot. *dec 806. n.10.
coram Emerix Junior. & in Romana, ſeu Januen.
aperitionis Oris 9. Maii 1695. §. Ulterius, coram
bon. mem. Molines,*

Secundo faciliorem gratiæ conceſſionem apud Me
ſuadere videtur ipſa juſtitia, honeſtas, & rationabili-
tas Cauſæ ex parte rei; quia nempe fieri debet com-
mutatio non in æquale, ſed in melius; nam quando
voluntas Teſtatoris commutatur in melius, tunc duæ
ſunt Doctorum aſſertiones, quæ in ſubſtantia concor-
dant, altera quod nulla requiritur cauſa per illam ra-
tionem, quod vere, & proprie non agitur de com-
mutanda, ſeu potius interpretanda voluntate Teſtato-
ris, qui interrogatus præſumitur ita reſpondiſſe, quaſi
4 aſſiſtat pro commutatione in melius, non autem reſi-
ſtat ejus voluntas juxta doctrinam Imol. *in Clement.
quia contingit num. 9. de Relig. domib.* Amoſtaz. *de
cauſ. piis lib.1. cap.14. n.12.* Card. de Luc. *de Te-
ſtam. diſc.72. n.16.* Emerix Jun. *dec.806. n.6.* & Me
ſcribente admiſit Rot. *in Gennen. erectionis 1. Junii*
1704. §. *Minuſque, coram Kaonitz* impreſſ. apud Me
de controv. Patron. alleg.50. n.16. ibique Ego ſcripſi
n.5. verſ. Mutatio enim,

Altera vero eſt, quod ipſa commutatio in melius
habetur pro juſta cauſa commutandi voluntatem, quia
5 reſpicit cauſam utilitatis publicæ pro commutatione
ſufficientem ex adductis apud Monet. *de commut. ultim.
volunt. cap.6. n.81.* & quidem hæc dicitur cauſa, cui
aſſiſtit præſumpta voluntas Teſtatoris tanquam ver-
gens in majus bonum, & ſuffragium Animę ſuę, ut
dicunt Gratian. *diſcept.458. n.29.* Diana *coordinat.
tom.6 tract.9. reſol.64. n.6. verſ. ſed ad intelligen-
tiam* ibi: *notandum eſt duplicem reperiri poſſe cau-
ſam juſtam permutandi legatum pium, unam quæ ſe
tenet ex parte rei, hoc eſt cum in æquale aliud, vel
melius fit permutatio, alteram, quæ ſe tenet ex par-
te Commutantis, hoc eſt ut fiat bono fine.*

Quod iſta ſit commutatio in melius mihi vide-
tur ſatis manifeſtum reſpectu Teſtatoris, cum iſte
mediante relicto ad Puellas dotandas ibi, *che da'
frutti ogn' anno ſi maritino, o Monachino cante
Zitelle*, non aliam cauſam finalem in ſe habuerit
6 niſi ipſam pietatem, & ſic ſuffragium, & bonum
Animæ ſuæ per hujuſmodi Eleemoſynas pauperibus
Puellis diſpenſandas Cardin. de Luc. *de Teſtament.
diſc. 72. numer. 15.* Amoſtaz. *de cauſ. piis libr.1.
cap. 14. numer. 12.* erit propterea commutatio in
majus, & melius ſuffragium, & bonum Animæ
Teſtatoris, ſi loco novem ſubſidiorum, ſeu Elee-
moſynarum dotalium applicentur redditus ad dotes
Canonicorum, ex quibus celebrari debebunt Miſſę
Conventuales pro Anima Teſtatoris, necnon quo-
tidie in Choro divina officia recitari ad ejus utili-
tatem, & ſuffragium, quia nullum majus in Eccleſia
7 Dei ſuffragium reperitur pro Animabus, niſi illud
Miſſæ, cujus Sacrificium ad differentiam aliorum
Operum piorum, eſt propitiatorium, impetratorium,
& ſatiſfactorium Concil Trident. *ſeſſ.22. cap.2. de Sa-
crific. Miſſa,* Ceceoper. *lucubr. Canonic. lib.3. n.177.
& ſeqq.* Borbon. *de legat. cap.8. num.3.* Amoſtaz. *de cauſ.
piis lib.2. cap.1. num.19.* Caſtropal. *Oper. moral. tom.4.
tract.22. diſp. unic. punct.6. n.1. & ſeqq.* a Spiritu Sanct.
*in direct. Confeſſ. tit. de Miſſa Sacrific. tract.7. diſp.2.
ſect.3. n.32.*

Ex quo habemus, quod legatum pro Miſſis non
poteſt commutari in dotes Puellarum, dum Anima 8
Teſtatoris hoc magnum ſuffragium amitteret, quod
ex Eleemoſynis dotalibus erga Pauperes Puellas non
conſequitur Bordon. *de legat. cap.14. n.45.* & opti-
me Fagnan. *in cap. ex parte de Conſtit. n.34.* ubi
quod plus ſuffragii capit Anima defuncti ex Miſſis,
quam alio Opere pio, ſeu Eleemoſyna erga Paupe-
res, quia ſatisfactionis conditio, quæ ex virtute
Sacrificii proficiſcitur, Debitori in Purgatorio exi-
ſtenti eſt magis utilis, cum ſuffragia Miſſarum pro- 9
ſint per modum ſolutionis debiti, juxta D. Thomam
in 4. diſtinct.45. q.2. art.4. ex quæſt.1. ad 2. ita &
taliter, quod ſi propter tenuitatem redituum age-
retur de facienda reductione oneris impoſiti ex funda-
tione, quod conſiſteret in Eleemoſynis, in Pauperes,
& celebratione Miſſarum, potius facienda eſt redu-
ctio Eleemoſynarum, quam Miſſarum, quia Defun-
cti, ſeu Fundatoris Anima minus habet ſuffragii ex
Eleemoſynis, quam ex celebratione Miſſarum, ut 10
reſolutum a Sacra Congregatione Concilii reſtatur
Fagnan. *ubi ſupra n.34. in fin.* Paſſerin. *de ſtat. ho-
min. tom 2. q.183. n.1095. & ſeqq.* Monacell. *in
formul. for. Eccl. part.1. tit.10. formul.19. n.25. &*
26. comprobant Garz. *de benef. part.7. cap.1. n.126.*
Monet. *de commut. ult. volunt. cap.11. n.117.* Ro-
maguer. *ad Conſtitut. Synodal.* Gerunden. *lib.3. ti-
tul.17. num.19. & 20.* Paſqualig. *de Sacrific. Miſſ.
quæſt.1006. n.2.* Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.1. c.12.
num.39;*

Verum hic non ſiſtit rationabilitas gratiæ, ſed
ulterius obſervo pro ejus conceſſione ſatis urgere
cauſam publicam, ſeu publicæ utilitatis, quę con-
ſiſtit in augendo Cultu Divino, non ſolum per con-
ſtructionem novarum Eccleſiarum, ſed etiam per
earum dotationem; Etenim, quod Excellentiſſimus
Princeps erga Divinum Cultum largius abundan-
dus, a fundamentis extruxerit nobilem, ac peram-
plam Eccleſiam in feudo propriæ Familiæ Ruſpu-
læ ingenti ſumptu ſcut. 50. mil. & ultra, nedum
humanæ laudis encomiis extollendus eſt, nam: 11
*Boni Principis eſt, ac Religioſi Eccleſias contritas,
atque conſciſſas reſtaurare, novaſque ædificare*, ut
in Canon. cum diſtinct 96. & Rot. *in Leodien. re-
ſtaurationis Turris Navis Eccleſiæ 18. Februarii*
1709. §.1. *coram Reverendiſſimo Criſpo*, & apud
Me *de controverſ. Patron. allegat.12. ſub num.28.*
ſed etiam dignus Apoſtolicæ gratiæ prærogativa in
his, quæ pertinent ad ejus Eccleſiæ, quam ædi- 12
ficavit, utilitatem & decorem, cum Fundatoribus
Eccleſiarum ſit indulgendum, ut cæteri alliciantur,
& non retrahantur ab holocauſto, Gloſſ. *in capite
cum dilectus in verb. præſentari in fine de Jurepatr.*
Lambertin. *de Jurepatr. lib.2. part.1. quæſt.9. art.1.
n.83. & part 2 quæſt.2 art.11. no.4. verſ. quinto,*
Rot *cor. Carill. dec. 79. n.18.* Corrad. *in prax.
benef. lib.2. cap.14. n.21.* & apud Me *Diſcept. Ec-
cleſ 25. n.9.*

Hinc ſi erectio Eccleſiæ Collegiatæ, ejuſque Cano-
nicatuum dotatio, ultra pinguius ſuffragium Animę
Teſtatoris reſpicit augmentum Cultus Divini, & pu-
blicam utilitatem, novum non eſt propter hujuſmodi
Cauſam fieri commutationes ultimarum voluntatum,
dum paſſim videmus concedi Uniones, & ſuppreſ-
ſiones beneficiorum tam liberæ collationis, quam de 13
jurepatronatus, immo etiam Parochialium pro appli-
candis redditibus ad dotationes Canonicorum, ſeu
Præbendas, & diſtributiones pro Eccleſia erigenda in
Collegiatam juxta notoriam praxim, ut apud Corrad.
*in prax. benefic. lib.2. cap.15. num.15. in fine, &
num.16.* & noviſſime judicatum fuit in Sac. Con-
gregatione Concilii in Cremonen. erectionis Colle-
giatæ de Anno 1721. & in Giennen. erectionis
Collegiatæ de Anno 1705. apud Me *de controv. Patro-
nat. alleg.50. n.12.* & in Lihegien. erectionis Col-
legiatę de Anno 1704. Ea ratione, quod in erectio-
ne Eccleſię Collegiatę urget cauſa publicę utilitatis,
& aug-

& augmenti Cultus Divini præter aliam majoris utilitatis, quæ reſpicit Animam Fundatoris, neque dos Eccleſiæ eſt minoris, ſed majoris privilegii, quam dos Puellarum Paulus de Citradin. *de Jurepatron. part. 3. conſ. 2. n. 37.* Lambertin. *eodem tract. part. 1. lib. 1. q. 5. art. 8. num. 1.* ob quam publicam cauſam concedi ſolet commutatio ultimarum voluntatum per Unionem, & ſuppreſſionem legatorum piorum, Cappellaniarum, Beneficiorum, & Parochialium non obſtante lege eorum fundationis.

Et ſane quamvis dotes pro pauperibus Puellis habeant magnum favorem; non tamen iſte prævalet publicæ cauſæ augmenti Cultus Divini, & majori ſuffragio, quod Anima Teſtatoris conſequitur ex celebratione Miſſarum Conventualium, & quotidiana recitatione Divini Officii in Choro, quidquid enim pius Teſtator voluit in una ſpecie ad proſpiciendum bono Animæ ſuæ, præſumitur voluiſſe, ac velle, ut in aliam piam ſpeciem convertatur, ſeu commutetur quotieſcunque fiat commutatio in melius, ut bene Amoſtaz. *de cauſ. piis lib. 4. cap. 7. n. 24. in fin.* ibi: *nam quando intentio Teſtatoris pia fuit, & proſpexit bonum ſuæ Animæ dummodo expreſſe non excluſerit præſumitur velle, ut legatum in majorem cauſam pietatis convertatur.*

His omnibus accedunt punctualia exempla Commutationum factarum de his dotibus in alias pias cauſas, dum legatum dotium pro maritandis, vel monachandis Puellis commutatum fuit in alimoniam Pauperum in-
16 firmorum ut reſolvit S. Congregatio in Hiſpalen. 7. Septembris 1680. & in terminis magis proximis legatum dotium commutatum fuit, & applicatum pro fundatione Monaſterii noviſſime in Magdalunen. 22.
17 Aprilis 1719. & in terminis noſtris medietas omnium fructuum, ſeu redditoum, qui fuerunt per Teſtatorem relictis pro dotandis Puellis, applicata fuit pro
18 dote Canonicarum Collegiatæ noviter erigendæ in Siracuſana Collegiatæ 18. Februarii 1713. unde ſi medietas fuit commutata juxta hoc exemplum, facilius in caſu iſto mihi videtur commutanda ſeptima pars remanente majori in ſuo primævo ſtatu erogationis in dotes Puellarum.

Neque huic gratiæ in ſua rationabili cauſa ſatis fundatæ obſtaculum præbere poteſt, aut intereſſe Venet. Archiconfraternitatis, aut jus quæſitum Puellis Romanis; Etenim in Ordine ad Ven. Archiconfraternitatem non video, quod nullum jus habeat niſi mere paſſivum ſive executorium, nempe reſtrictum ad meram ſolutionem dotium novem Puellis nominandis ab Excellentiſſimo Principe, cui ſolum jus competit eas nominandi vigore Tranſactionis initæ cum eadem Archiconfraternitate de anno 1692. in qua extincta fuit diſpendioſiſſima lis, & facta conſignatio Capitalis hereditarii valoris ſc. 180. mill. ex cujus fructibus Venet. Archiconfraternitas conſecuta fuit reſtitutionem dotium ad ejus nominationem in ſex partibus ex ſeptem,
19 ideoque nullum jus proprium allegare poteſt, cum ſua non interſit, an ſolutionem faciat pro dote Puellarum, vel Canonicorum, *l. 1. digeſtis de appellat. recipien.* vel non Cæphal. *conſil. 233. numer. 39.* Rota *coram Gregor. deciſ. 396. num. 3. & coram Cerr. dec. 783. num. 15.*

Quo vero ad jus quæſitum Puellis Romanis Ego in ordine ad voluntatem Teſtatoris non invenio fuiſſe ab eo conſideratas Puellas Romanas, vel alterius Natio-
20 nis, quia verba illa: *Si maritino, o monachino tante Zitelle di buona fama:* nullum habent intuitum ad certum genus Puellarum ſive Urbis, ſive alterius loci, nihil obſtantibus verbis: *che li fratelli debbano oſſervare il medeſimo Ordine, e modo che ſono ſoliti tenere nel fare il maritaggio ogn' anno dell' altre Zitelle:* dum iſta ſolum important formam, & modum admittendi Puellas ad ſubſidia dotalia cum requiſitis, & formalitatibus ſervari ſolitis per Ven. Archiconfraternitatem in diſtributionem aliarum dotium, non autem reſpiciunt ſubſtantiam, nempe nationalitatem Puellarum unius, vel alterius Regionis, Rot. *coram Buratt. dec. 792. n. 12. & in rec. dec. 199. n. 10. part. 10. & dec. 230. n. 16. part. 17. & dec. 692. n. 17. part. 18.* & in ſpecie dictum fuit Me ſcribente *in Romana dotis 28. Januarii 1709. §. Relatio vero, cor. R. Aldrovando Decano.*

Quod ipſa Ven. Archiconfraternitas declaravit in tranſactione anni 1692. in qua præſtitit aſſenſum, ut ad unam ex decem dotibus nominari poſſet Puella extera Familiæ Ruſpolæ ſubdita, hæc enim declaratio emiſſa ex facto V. Archiconfraternitatis, quæ eſt Executrix voluntatis Teſtatoris, etiam ſine dubio interpre- 21
tari potuit in hunc ſenſum, ut Teſtatoris voluntas reſtricta non fuerit ad Puellas Romanas Mantic. *de conject. lib. 1. tit. 1. n. 20.* Rot. *dec. 327. n. 6. & 7. & dec. 299. n. 9. & 10. part. 15. rec. & in Valentina Beneficii 17. Februarii 1696. §. Hinc cum, coram bon. mem. dell'Olmo,* & apud Me *de controv. Patron. alleg. 31. n. 26.* quo ſtante nullum jus quæſitum dicit valet Puellis Romanis, ſed diſtributio dotium veluti debita Puellis in genere, nulli jus quæſitum dare poteſt Perſonis incertis de incerto loco,
in quibus nulla affectio Teſtatoris conſiderari pot- 22
eſt, Amoſtaz. *de cauſ. piis lib. 4. cap. 4. n. 45. & c. 6. n. 7. & cap. 7. n. 21. in fine.*

Sed procedendo cum ſenſu, quod diſtributio dotium ex mente Teſtatoris debita foret Puellis Romanis, adhuc cum iſtæ ſemper ſint Perſonæ incertæ de genere, & familiis incertis, nullum in eis conſiderari valet jus quæſitum, ſed duntaxat quærendum ex libera nomi-
natione ejus, cui ſpectat jus nominandi, & qui habet 23
facultatem pro libito nominandi Puellas ſibi beneviſas juxta firmata *in dec. 46. per tot.* ad ornatum Card. de Luc. *de fideicom.* ubi autem agitur de jure quærendo, hoc minus conſiderabile eſt, cum non præſtet jus certum, & de præſenti radicatum in certo genere Perſonarum, ſed ſolam ſpem fundatam in
alieno arbitrio, quod eſt eventuale, & in nulla 24
conſideratione habetur in gratiis Apoſtolicis, ut tradunt Felin. *in cap. in noſtra ſub numer. 25. verſic. ſeptimum,* Moner. *de commut. ultim. volunt. cap. 6. n. 144.* Lotter. *lib. 2. quæſt. 54. num. 32.* Rot. *coram Seraphin. dec. 351. num. 29. & coram Celſ. dec. 352. n. 3. & in rec. dec. 24. n. 15. part. 5. & dec. 273. n. 26. part. 6. & dec. 122. n. 13. part. 11. & in Romana prætenſa reintegrationis 6. Junii 1712. §. præmiſſa enim, cor. bo. me. Anſaldo.*

Quidquid tamen ſit de hujuſmodi reſponſionibus, mihi videtur inanem eſſe hanc objectionem etiam in terminis juris quæſiti, ſeu quærendi, & maxime quoad Puellas incertas de certo genere unius Civitatis, ubi enim agitur de commutatione ultimæ voluntatis regulariter præſupponi debet præjudicium illatum, favore quarum relictum fuit illud Opus pium, quod commutari prætenditur, & tamen præjudicium
hoc non attenditur in his gratiis de ſui natura præ- 25
judicialibus, ut ſunt Commutationes ultimæ voluntatis, Uniones, Suppreſſiones, Diſmembrationes cum ſimilibus, quæ ſemper alieni præjudicium inferunt, & tamen conceduntur ſi juſta ſubeſt cauſa concedendi, alias nunquam daretur caſus faciendi Commutationes, & Uniones, aliaſque conſimiles gratias de ſui natura præjudiciales, ſi eas retardaret præjudicium alicujus, Card. de Luc. *de proœm. diſc. 9. n. 4. & 5.* Rot. *coram Buratt. dec. 193. n. 24. & cor. Seraph. dec. 1445. n. 4. & 5. & cor. Cerr. dec. 685. n. 12.*

Hæc proinde concluſio circa præjudicium, & jus quæſitum intelligitur quando obtineri prætenditur
Commutatio abſque ulla cauſa, non autem ubi ra- 26
tionabilis cauſa concluditur, ut concludit Amoſtaz. *de cauſ. piis lib. 1. cap. 14. n. 8.* Peregrin. *de fideic. art. 52. n. 125.* Capon. *diſcept. 103. n. 21.* Oliva *de for. Eccleſ. part. 3. q. 41. n. 1.* qualis profecto eſt illa ſuperius demonſtrata, dum agitur de Commutatione in melius reſpectu Animæ Fundatoris, necnon reſpectu Animæ Teſtatoris, necnon Commutatione habente cauſam publicæ utilitatis in conſtitutione dotis novæ Eccleſiæ Collegiatæ ad incrementum Cultus divini, & ſpiritualis ſolatium Populi, quod ſolum præſtat cauſam pluſquam ſufficientem, ut in exemplis ſupra relatis, ex quibus aſſequimur dotes pro maritandis, vel monachandis Puellis fuiſſe commutatas in alimoniam Infirmorum, in fundationem Monaſterii, & præciſe in erectionem Collegiatæ

pro dote Canonicorum, ut in allegata Siracuſana
Collegiatæ 18. Februarii 1713. Ergo publica cauſa in-
crementi Cultus divini in Monaſteriis, & Eccleſiis
Collegiatis de novo erigendis ſemper admiſſa fuit ad
commutandas ultimas voluntates, & ſiguanter opus
pium pro Dotibus Puellarum non obſtante præjudicio
eiſdem Puellis per hanc commutationem illato, quod
præſupponi debet in omnibus tribus exemplis ſupra
27 relatis, in quorum caſibus dotes relictæ Puellis reſpi-
ciebant intereſſe, & jus Puellarum Loci, in quo Te-
ſtatorea Teſtamentum fecerant ad Text. *in l. ſi quis
ad declinandum, Cod. de Epiſcopis, & Cleric.* Co-
varr. *in cap. cum ſibi n. 21. de Teſtament.* Caſtill.
controv. jur. cap.67. n. 39. Gonzal. *ad reg. 8. gl. 2.
num. 58. & 59.* Amoſtaz. *de cauſ. piis lib. 4. cap. 4.
numer. 3.*

Quod ſi locum haberet ubi omnes dotes Puellarum
applicarentur ad meliorem cauſam erectionis Mo-
naſterii, & Eccleſiæ Collegiatæ, ubi ſuffragia Miſ-
ſarum, & divinorum Officiorum utiliora ſunt Animę
Teſtatoris, & univerſo Populo ſpirituale commo-
dum afferunt, & ipſi Sommo Deo cultum adaugent,
facilius procedere debet in propoſito, ubi Romanæ
Puellæ non fraudantur ſubſidiis dotalibus, ſed rema-
nente illis numero ſexagenario, novem duntaxat
ſubtrahuntur, & commutantur in meliorem cauſam,
in his enim terminis dicitur modicum præjudicium,
quod ſeptimam partem de toto non attingit, modico
autem præjudicio paſſim, & de facili derogatur per
28 Summum Pontificem in bis gratiis de ſui natura præ-
judicialibus, ut firmat Monet. *de commut. ult. volunt,
cap.8. n. 521. & cap.5. n. 391.* & Rot. *dec. 306. n. 10,
coram Emerix Junior. & in Romana, ſeu Januen.
aperitionis Oris 9. Maii 1695. §. Ulterius, coram
bon. mem. Moliner.* Addita etiam circumſtantia præ-
judicii in Jure quærendo quoad Puellas incertas de
29 genere incerto, quæ habent ſolam ſpem nomina-
tionis dependentem ab arbitrio Nominatis, ut tra-
dunt Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 9. §. 1. n. 93. verſic.
Quandiu electio*, Garz. *de benef. part. 4. cap. 3. n. 71.*
Lotter. *de re beneſ. lib. 2. qu. 51. n. 43. cum duobus
ſeqq.* ubi quod non concurrit in iſtis niſi quædam ſpes,
quæ habet Jus pendens a futuro eventu penitus incer-
30 tum, cum habeat ſe ad eſſe, & non eſſe, diciturque
mere contingibile, ut legere eſt *n. 45. & 46.* Mandoſ.
conſ. 51. n. ultimo in fin. Rot. *coram Mohedan. dec.
1. n. 1, & 2. de prebend.* & apud Me *Diſcept. Ec-
cleſ. 4. n. 117. & 119. & de controv. Patron. alle-
gat. 85. n. 3.*

In his ergo circumſtantiis non obſtare puto hujuſmo-
di præjudicium in Romanis Puellis figuratum, præ-
ſertim in iſta Commutatione tendente in beneficium
Eccleſiæ Collegiatæ erectæ in Oppido ſeu Terra Julia-
nelli Feudo Excellentiſſimæ Familiæ Ruſpulæ, ubi cer-
tam habemus voluntatem Teſtatoris circa hujuſmodi
commutationem partialem in modica parte facien-
dam, dum ſi vivens ipſe babuiſſet in ſuo Feudo hujuſ-
modi Eccleſiam ita magnifice conſtructam, & dote
indigentem pro erectione in Collegiatam, proculdu-
bio omnes hæreditatis ſuæ proventus in dotem aſſi-
gnaſſet, potius quam in ſubſidia dotalia Puellarum,
vel ſaltem hanc modicam partem, de qua quæritur,
erogaſſet, veluti ceſſuram nedum in ejus Animæ pin-
guius ſuffragium, ſed etiam in publicam Populi ſibi
ſubiecti utilitatem, incrementum Cultus divini, &
in perpetuum decus, & ſplendorem propriæ Familiæ,
cum receptum ſit, Supremum Principem faciliorem
eſſe ad commutandum, ubi aſſiſtit præſumpta, &
31 veriſimilis Teſtatoris voluntas; nam deſideria Morien-
tium ex arbitrio Viventium intelligimus Text. *in leg.
Quoniam 4. Cod. de natural. lib.* & in propoſito ar-
guunt Cæphal. *conſ. 701. n. 2. & 9.* Caſtill. *controv.
jur. tom. 6. lib. 5. cap. 113. n. 17.* Pignatell. *conſult. 81.
n. 5. tom. 9.* Gratian. *diſcept. 485. n. 23. & ſeq.* Card.
de Luc. *ad Concil. diſc. 21. n. 7.* Rot. *coram Duran.
dec. 171. num. 14. & in rec. dec. 628. num. 10. part. 4.
tom. 1.*

In qua ſententia Me confirmat Votum Eminentiſſi-
mi Domi Cardinalis Corſini Protectoris Vener. Archi-
confraternitatis, qui prædictis rationibus breviter in-
nixus cenſuit gratiæ commutationis locum eſſe poſſe,
inhærendum enim abſque difficultate crederem Emi- 32
nentiſſimi Protectoris Judicio in hoc puncto, qui con-
cernit munus Officii proprii, in quo præſumitur om-
nem maturitatem adhibuiſſe, ut decet tanti Viri Di-
gnitatem, & doctrinam, ac ſummam in rebus agen-
dis experientiam Bertacc. *vot. dec. 100. n. 16.* Rot. *dec.
185. n. 9. cor. Cerr. & in recent. dec. 234. n. 16. & 17.
par. 16. & in Pampilonen. exemptionis 4. Junii 1707. §.
fin. cor. bo. me. Anſaldo.*

Quoad alteram partem gratiæ, quæ petitur, conſi-
ſtentem in Jurepatronatus, quod ſibi reſervari ſupplicat
Excellentiſſ. Princeps, nulla intrat ratio dubitandi,
cum illi aſſiſtat utraque cauſa, ſcilicet conſtructionis
Eccleſiæ, & dotationis; conſtructio enim Eccleſiæ 33
quando eſt dotalis, & a fundamentis producit cau-
ſam acquirendi Juſpatronatus, ut ex Concil. Trid.
ſeſſ. 4. cap. 12 de reform. ibique Barboſ. *num. 8.* Gonzal.
ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 18. n. 13. Gratian. *diſcep. 177.
n. 26.* Rot. *cor. Buratt. dec. 946. n. 7. & cor. Seraph. de-
ciſ. 518. & dec. 907. ſignanter num. 1.*

Sic etiam concurrit titulus dotationis reſpectu novo-
rum Canonicatuum, in cujus dotem aſſignari debent
annua ſcut. 450. ex novem ſubſidiis dotalibus, quorum
nominatio ſpectat ad Excellentiſſimum Principem,
cum paria ſint dotare de proprio ad effectum con-
ſequendi Juſpatronatus, ac applicare redditus annuos
alicujus beneficii ſpectantis ad præſentationem, ſeu
nominationem propriam, cum iſta ſit quædam ſub-
rogatio, juxta quam ſicut Excellentiſſimo Principi
ſpectat Jus nominandi Puellas, ita etiam tranſlatis
eiſdem redditibus ad Canonicatus, ſpectare ei debet
Jus præſentandi ad Canonicatus, juxta doctrinam
Specular. *in tit. de Jurep. in fin.* quam refert, & ſequi-
tur Paul. de Citradin. *de Jurep. par. 3. cauſ. 4. n. 5. verſ.
Ubi vult*, Lambert. *de Jurepatr. lib. 1. par. 1. queſt. 6.
art. 5. n. 2. verſ. Si fiat iſta unio*, & Ego ſcripſi *de con-* 34
trov. Patron. alleg. 47. n. 26. & judicavit Sac. Congre-
gatio Conſiſtorialis in Nullius S. Deodati erectionis
in Epiſcopatum, quæ admiſit pro erectione Epiſco-
patus dotem pro rata aſſignatam in ducatis mille ex
fructibus Abbatiæ Bouſonville de Jurepatronat. Sereniſſ.
Ducis Lotaringiæ, una cum aliis redditibus aſſignatis in
Fundis ad effectum obtinendi Juſpatronatus, ut in re-
ſolutione 4. Julii 1720. ejuſdem S. Congreg.

Et in præciſis terminis eſt reſolutio ſuperius ad-
duct. in dicta Siracuſana Collegiatæ 18. Februarii
1713. in qua reſervatum fuit Juſpatronatus, & no-
minandi ad Canonicatus favore Societatis, cui reli- 35
ctum fuerat Jus nominandi Puellas ad ſubſidia dota-
lia propter commutationem; juxta quam prædicta
ſubſidia dotalia pro medietate aſſignata fuerant pro
dote Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ.

*Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. Domini mei Obſer-
vandiſſimi.*

MArchio Aleaauder Ruſpulus, inſtituto univer-
ſali hærede Bartholomæo Ruſpulo ejus Nepo-
te in ultimo ejus Teſtamento anno 1668. condito, 36
voluit quod in eventu obitus dicti hæredis, ſine le-
gitima Prole, fructus ejus hæreditatis diſtribuerentur
pro dotandis Puellis pauperibus eligendis per Con-
fratres Societatis, cujus nomen in Albo reliquit,
præcipiendo inſuper, quod: *Li Fratelli della qua-
le debbono oſſervare il medeſimo ordine, e modo,
che ſono ſoliti tenere nel fare il maritaggio ogn'anno
dell'altre Zitelle*, ſactoque ſubinde caſu obitus ejuſ-
dem Bartholomæi ſine filiis inſurrexit in Rotæ Audi-
torio acerrima diſputatio inter Marchionem Franci-
ſcum Ruſpulum hæredem dicti Bartholomæi, Rev. Fa-
bricam S. Petri, Societatem S. Jo: Decollati, & alte-
ram Sanctiſſimæ Annunciatæ Urbis ſuper exiſtentia
fideicommiſſi, ejuſque purificatione, quæ favore So-
cietatis Sanctiſſ. Annunciatæ per tres conformes de-
clarata extitit cum reſcripto Signaturæ Juſtitiæ exe-
cutionem demandante.

Suborta poſtmodum nova Controverſia in eadem
Rota inter Marchioniſſam Ruſpulam hæredem dicti
Marchionis Franciſci, & eandem Societatem San-
ctiſſi-

ctiſſimæ Annunciatæ quoad reſtitutionem fructuum a die obitus primi hæredis gravati, & Jus nominandi Puellas dotandas, finem habuit anno 1692. per amicabilem Concordiam, quæ conventa fuit integra reſtitutio hæreditatis cum fructibus valoris ſcut. 180000. circiter reſervato favore Succeſſoris hæreditatis Ruſpulæ Jure quolibet anno nominandi decem Puellas pro ſubſidio dotali ſcut. 50. præter veſtem, & eleemoſynam juliorum quinque, ex quibus datæ fuit facultas nominandi Puellam exteram Familiæ Ruſpulæ ſubditam, cæteræ vero, quod Romanæ eſſe deberent, conventum fuit.

Quia vero Princeps Franciſcus Maria Ruſpulus optat Parochialem Eccleſiam Terræ Vignanelli in Collegiatam erigere, humillimas Sanctiſſimo Domino preces porrexit, quibus petiit commutari voluntatem dicti Marchionis Alexandri, ſibique largiri facultatem novem ex dd. ſubſidiis dotalibus Romanis Puellis diſtribuendis juxta conventionem Concordiæ aſſignandi pro Fundo, & dote Canonicorum, & Cappellanorum dictæ Collegiatæ, reſervato ſibi jure dd. Canonicos, & Cappellanos præſentandi, & nominandi unam, vel duas Subditas pro decimo ſubſidio, quod ſuis Subditis ex Concordia prædicta debetur. Dictiſque precibus pro Voto EE.VV. a Sanctitate ſua remiſſis, ſuper iiſdem meam audiri dignitati fuerunt ſententiam, proptereaque mandatis prædictis parendo, Mihi dumtaxat dicere ſufficit, quod Archiconfraternitas Sanctiſſimæ Annunciatæ ex hujuſmodi voluntatis commutatione nullum patitur detrimentum, cum ejus partes reſtringantur ad puram ſolutionem, pari modo, & facilitate peragendam ad commodum Puellarum eligendarum, & Canonicorum erigendorum, relinquendo Sapientiſſimo EE. VV. Judicio Jus Puellarum Urbis perpendere, conſideratis verbis originariæ diſpoſitionis Marchionis Alexandri: *Che li Fratelli debbano oſſervare il medeſimo ordine, e modo, &c.* quæ potius ad formam, & methodum electionis, quam ad qualitatem perſonarum referenda videntur juxta intelligentiam eiſdem verbis ab eadem Archiconfraternitate datam in concordia anni 1692. permittendo nominare poſſe Puellam exteram, & Familiæ Ruſpulæ ſubditam. Ex quo concludi valet nullum Jus Puellis Romanis fuiſſe acquiſitum, & quatenus adeſſet facile illi derogari poſſe, cum agatur de perſonis incertis ex incerto genere, maxime quia ex hac commutatione Teſtator immediatum Animæ ſuffragium acquireret celebrationis Miſſarum per novos Canonicos celebrandarum juxta Vota dicti Principis Franciſci Mariæ, & EE. VV. manus reverenter exoſculor,

EE. VV.

Ex ædibus meis die 16. Febr. 1723.

Humillimus, & Addictiſſimus Servus
L. Cardinalis Corſinus.

Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIII. Cauſam hanc ad ſe avocavit, & viſis rationibus per Me ſupra deductis in ſenſu veritatis con-
37 ceſſit gratiam petitæ Commutationis cum reſervatione Juriſpatronatus, ſeu præſentandi ad Canonicatus juxta Breve Apoſtolicum deſuper expeditum 4. Septembris 1724. conceſſa Bulla Erectionis Collegiatæ 1. Septembris 1725.

ROMANA PENSIONIS.

ARGUMENTUM.

Tranſlatio Penſionis ſuſtinetur licet prima nulliter facta fuerit, & an fieri poſſit in Urbe coram Prothonotario honorario, & exhibitio Indulti de transferendo an ſufficiat facta per relationem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Regula militat pro ſuſtinendo actu niſi nullitas ſit clara.*
3 *Translatio nulliter facta non conſumit facultatem transferendi.*
4 *Secus ubi nullitas ſit culpoſa, & quomodo hoc intelligatur, n. 5. & 6.*
7 *Translatio abſque conſenſu Titularis quoad penſionem alias translatam dicitur nulla nullitas malitioſa; ſic etiam reſignatio ſpreto Patrono.*
8 *Nullitas potius ex ſimplici inadvertentia, & errore, quam ex malitia, & dolo commiſſa præſumitur.*
9 *Quod maxime procedit reſpectu Conſtituti in articulo mortis.*
10 *Translatio penſionis fieri poteſt in Urbe coram Prothonotario honorario.*
11 *Beneficia Prothonotariorum extra numerum participantium ſunt reſervata Papæ.*
12 *Translatio eſt nulla ſi coram Executore non fuerit exhibitum Indultum.*
13 *Coram illo requiritur realis productio, vel exhibitio Indulti.*
14 *Nec ſufficit quod Executor, vel Notarius aſſerat fuiſſe exhibitum Indultum, n. 23.*
15 *Pro exhibitione Indulti ſatis eſt relatio ad illud regiſtratum in aliquo Inſtrumento, n. 22. & 25.*
16 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
17 *Eſt repetitio, & indicatio ſcripturæ, & quid aliud operetur.*
18 *Votum Actoris approbatum, coram A.C. Cerro, & in Rota.*
19 *Deciſio Sacræ Rotæ in hac Cauſa.*
20 *Translatio penſionis eſt valida ſi facta fuerit juxta formam Indulti.*
21 *Exhibitio Indulti de transferendo coram Executore quare requiratur.*
24 *Pro exhibitione Indulti ſufficit productio, & exiſtentia in proceſſu fulminato.*
27 *Privilegium de transferendo Dapiferis conceſſo eſt notorium in Urbe.*
28 *Pro firmanda juriſdictione Delegati non requiritur exhibitio commiſſionis ſub ejus oculis, ſed ſufficit ejus productio in actis.*
29 *Indultum non continens facultatem transferendi cum expreſſione in una, vel pluribus vicibus non conſumitur per unicam vicem quouſque integra ſumma ad transferendum conceſſa translata fuerit, n. 30. & 31.*

DISCEPTATIO LXX.

Vigore indulti, quod Abbas Cæſar Manilius obtinuit tanquam Conclaviſta ſan. mem. Innocentii XI. anno 1700. tranſtulit pro medietate in D. Philippum Reſtignanum duas Penſiones, alteram impoſitam ſuper Præpoſitura Eccleſiæ Novarien. & alteram ſuper Archipresbyteratu Eccleſiæ Capuanæ, & in Inſtrumento rogato per acta Cimarroni Notarii Capitolini inſeruit Breve facultatis transferendi. Deinde cum reſignaſſet favore Jo: Jacobi de Longhis quinque Beneficia exiſtentia in Terra Fumonis Alatrinæ Diœceſis, & ex cauſa hujus reſignationis ſibi reſervari obtinuiſſet unam, ſeu plures Penſiones in totum aſcendentes ad viginti 1
ducatos auri cum duobus tertiis, has etiam Penſiones die 4. Decembris 1709. tranſtulit favore ſupradicti Reſtignani per duo ſeparata Inſtrumenta, quorum primum continet translationem abſque interventu Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ, & ſine aliis neceſſariis ſolemnitatibus in Indulto præſcriptis, alterum vero continet novam tranſlationem ex integro cum interventu D. Sebaſtiani Spagnæ Prothonotarii Apoſtolici, & Canonici S. Anaſtaſiæ Urbis.

Ex parte D. de Longhis prætenditur translationem non ſuſtineri ex pluribus fundamentis; Primo ſcilicet, quia cum vigore primi Inſtrumenti tranſlatio nulliter facta fuerit, & quidem ſcienter intercedente culpa tam Transferentis, quam Tranſlatarii, hoc caſu Transferens remanſerit privatus omni Jure, quod habebat, ſeu in ejus præjudicium conſumpta fuerit facultas transferendi. Secundo, quia Tranſlatio dici non poſſit facta cum interventu perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ, ex quo Canonicus Spagna non eſſet talis ratione Prothonotariatus, aut Canonicatus, & Tertio demum, quia coram Executore non fuit exhibitum Indultum, ſeu Breve facultate transferendi.

Hinc placuit utrique parti extrajudicialiter in Me compromittere, ut in ſenſu veritatis meum votum aperiam, an tranſlatio Penſionum de qua agitur ſuſtineantur, vel corruat ex capite nullitatum proxime adductarum, & diligenter omnibus hinc inde examinatis pro validitate tranſlationis cenſeo verius de Jure pronunciandum.

Militat enim regula generalis aſſiſtens pro validitate actus, qui ſemper quantum fieri poteſt debet
2 ſuſtineri niſi in contrarium exceptio nullitatis ſit concludenter probata, ut per *Text. in l. Quoties, ff. de reb. dubiis* Rot. *dec.* 348. *n.* 11. *part.* 16. *rec.* Coccin. *dec.* 2142. *n.* 8. *& in Romana Juriſpatronatus* 1. *Junii* 1708. §. *Nec reſtrictionem*, *cor. Rev. Aldrovando Decano*.

Ex propoſitis autem nullitatis nullam ſubſiſtere puto, non quidem fundamentum aliquod habere viſa Mihi eſt prima, quæ deſumitur ex primo Inſtrumento tranſlationis nulliter factæ, quaſi quod actus
3 geſtus cum nullitate ſcienter commiſſa operetur, ut conſumpta dicatur facultas transferendi, juxta celeberrimum *Conſilium* 329. *Roman.* quod eſt communiter receptum, ut apud Puteum *dec.* 357. *lib.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 34. *n.* 36. *& gloſſ.* 45. §. 3. *nu.* 53. *&* 54. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 118. Rot. *cor. Cerro dec.* 106. *num.* 27. & Matt. *de cauſ. Conſiſtorial. ſect.* 19. §. 4. *n.* 30.

Sive etiam, quod tranſlatio ita nulliter facta ex culpa Transferentis eum ſpoliaverit omni Jure, quod habebat ex deductis per Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 36. Card. de Luc. *de benefic. diſc.* 34. *n.* 6. *& de penſion. diſc.* 51. *n.* 21. & ſcripſi Ego *diſcept. Eccl.* 29. *n.* 11. *in fin. & n.* 16. *&* 17. & in terminis noſtris Rota *in Ferrarien. Penſionis* 18. *Junii* 1660. §. *Nec refert*, *cor. Bevilaqua impreſſ. poſt* Torr. *de pactis futura ſucceſſ. dec.* 36. *& relat.* per Rot. *cor. Emerix jun. dec.* 516. *n.* 10. *& dec.* 543. *n.* 5.

4 Etenim placuit reſponſio, quod facultas transferendi nunquam conſumitur per tranſlationem nulliter factam, quia regula *Text. in l. Boves*, §. *Hoc ſermone*, *ff. de verbor. ſignific.* juxta quam facultas alicui conceſſa de aliquid faciendo conſumitur in primo actu, intelligitur per Doctores in primo actu valido, ſecus autem in eo, qui ſit invalidus, & inſubſiſtens, ut militat regula, quod nullum eſt, nullum producit effectum, ut per Tiraquell. *in d. l. Boves limit.* 1, *n.* 1. *& ſeqq.* & in terminis tranſlationis nullæ, quod non conſumat facultatem transferendi firmavit Rot. *in Placentina Penſionis* 17. *Junii* 1602. *cor. Corduba*, quam refert, & ſequitur Garzias *de benef part.* 1. *cap.* 5. *n.* 249. Tondut. *de Penſion. cap.* 32. *n.* 17. *verſ. Niſi prima tranſlatio* Fattinell. *de tranſlat. Penſion. cap.* 7. *n.* 8.

Nec applicari viſa eſt limitatio, quod facultas transferendi conſumatur in primo actu nullo, & ſimul Transferens amittat omne Jus, quod habet, ubi nullitas Tranſlationis proveniat ex ejus culpa, quoniam id procedit in Tranſlatione, cujus nullitas reſpiciat aliquod illicitum, & criminoſum, ut ſi quis transferat in Laicum ſcienter, vel per labem ſimoniacam, vel alium defectum, qui ſonet in crimen, ut declarando ſuperius adductam deciſionem Rotæ in *Ferrarien. Penſionis* 18. *Junii* 1660. *cor. Bevilaqua* explicat, & declarat Fattinell. *de tranſlat. penſion. dicta cap.* 7. *num* 9. & de illo qui elegit ſcienter indignum, vel ſcienter contrahit nuptias illicitas exemplificat Tiraquell. *in d. l. Boves limit.* 1. *num.* 29. *&* 31. & de Reſignante in fraudem Patroni neglecto ejus conſenſu plene firmavi Ego *Diſcept. Eccleſ.* 29. *n.* 16. & de illo qui habebat Indultum transferendi ſibi conceſſum uti Clerico, qui poſtea ſcienter, & culpoſe tranſlationem fecerat in ſtatu Conjugali cenſuit, Rot. *cor. Emerix jun. dec.* 516. *n.* 10. *& dec.* 543. *num.* 5.

Secus autem eſt, quando Tranſlatio nulliter facta fuit ex defectu ſolemnitatum, vel quocunque alio non involvente crimen, ut eſt quando fit Tranſlatio ſine interventu Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, aut ſine alia Solemnitate neceſſaria, quæ ſunt formalitates ſervandæ in vim Indulti de 5
transferendo, hoc enim caſu omiſſio formæ producit quidem nullitatem actus, ſed non conſumit Indultum transferendi, neque privat Transferentem jure ſuo ut proſequitur Fattinell. *de tranſlat. penſion. d. cap* 7. *n.* 7. *verſ. Cum de tranſlatione*, *& num.* 8. comprobat Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 5. *& ſeqq.*

Caſus autem deciſionis *in dicta Ferrarien. Penſionis* impreſſa apud Torre *de pactis futur. ſucceſſ. dec.* 36. *n.* 10. *&* 11. eſt omnino diverſus, ibi enim agebatur de penſione, quam Camillus tranſtulerat in Ho- 6
ratium, iſte autem poſtea vigore ſimplicis Indulti de transferendo illam tranſtulerat in Curtium, & tranſlatio non ſolum fuit habita pro illicita ſed etiam pro nulla, dum ad effectum transferendi Penſionem alias tranſlatam requiritur Indultum ſpeciale, etiam quoad Penſiones tranſlatas, alias Tranſlatio dicitur fieri illicite ſine Indulto, vel ſaltem requiritur con- 7
ſenſus Titularis juxta Conſtitutionem 146. Urbani VIII. Bullar. *nov. tom.* 4. quem conſenſum malitioſe, & culpoſe non impetraverat Transferens, omiſſio enim conſenſus intereſſe habentis reſpicit ſubſtantiam actus, non autem ſolemnitatem, & ſine eo actus dicitur fraudolentus, & illicitus, exemplo Reſignantis beneficium de jurepatronatus ſpreto conſenſu Patroni, juxta Doctrinas allegatas per Rot. *in d. Ferrarien.* ſignanter Garz. *de benef. part.* 11. *c.* 3. *n.* 35. ubi de reſignatione facta coram Papa, ſcienter abſque conſenſu Patroni, & *n.* 37. ubi de Reſignante in favorem Inhabilis, ſeu non idonei.

Et ratio eſt evidens, quia ad effectum privandi aliquem jure ſuo requiritur malitia, & dolus, quæ vitia non poſſunt conſiderari in eo, qui facit actum nullum ob non ſervatam ſolemnitatem, & formam debitam, quæ de cætero non reſpicit alicujus fraudem, ſed præjudicium ipſius actum gerentis, qui non poteſt conſequi intentum, & finem volitum, in quibus terminis nec etiam præſumi valet culpa ſcienter commiſſa. Quis enim eſt ita ſtultus, ut volens Penſionem transferre, velit facere Tranſlationem nullam ſcienter, eſſet enim fraudare ſe ipſum, & velle, quod ſibi nocet, & alteri non prodeſt, unde propterea ſi Tranſlatio ex defectu ſolemnitatum eſt nulla, nullitas eſt præſumitur commiſſa ex ſimplici inadvertentia, & er- 8
rore, non autem ex dolo, & malitia, ſine quibus nunquam incurritur pœna, ut eſt *Text. in l. penultima in fine, ff. de his qui ſibi adſcribunt in Teſtam.* ibi: *Credo eo magis errore, quam malitia incidiſſe*: & dixit Rot *in Comen. Parochialis* 16. *Januarii* 1690. §. *Et ſane*, *cor. cl. me. Card. Caprara*.

Sed indubitanter quia agitur de Tranſlatione facta in articulo mortis, ubi remoti ſunt termini culpæ 9
ſcienter commiſſæ, dum in illo ſtatu miſeri Teſtatores mortis cogitatione turbati, nec habent memoriam, nec ſubtilem advertentiam ad ea, quæ gerunt, & ſe ponunt in manibus Aliorum, ut dicit *Text. in l. hac conſultiſſima C. qui teſtament facere poſſunt*, ibi: *at cum humana fragilitas, mortis præcipue cogitatione perturbata, minus memoria poſſit res plures conſequi*: & ridiculum eſt præſumere, quod dum illi animam Deo reddunt volentes bona ſua in alios transferre, eo inſtanti ſcienter committere velint fraudem, & culpam, & ſcienter facere tranſlationem nullam penſionum, quas habent, ut hoc modo, tam iſti, quam Tranſlatarii nihil obtineant contra *Text. expreſſum in l.* 3. *ff. de militar. teſtam.* ibi: *nec credendus eſt, quiſquam genus*

nus teſtamenti eligere ad impugnanda ſua judicia: & proinde in hoc fundamento tanquam nimis debili ulterius inſiſtendum non puto.

Tranſeo ad ſecundum conſiſtens in ſuppoſito; quod
10 Tranſlatio facta fuerit abſque interventu Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ, & hæc etiam exceptio mihi viſa fuit inſubſiſtens; Etenim cum Tranſlatio facta fuerit cum interventu Canonici Spagnæ Prothonotarii Apoſtolici, utique Prothonotarius Apoſtolicus dicitur Perſona in Eccleſiaſtica Dignitate conſtituta ad effectum faciendi tranſlationes Penſionum, ut in puncto firmant bon. mem. Fattinell. *de tranſlat. penſion. cap.*3. *n.*4. & Corrad. *in prax. beneſic. lib.* 5. *cap.* 5. *n.*36. ubi refert ita ſe pluries vidiſſe ſervatum in praxi cum Prothonotariis etiam extra Urbem, & allegat exemplum adductum per Rot. *in dec.*153. *n.*14. *part.*5. *rec.*

Non relevante quod D.Spagna eſſet unus ex Prothonotariis honorariis, quibus competit exercere jus quod habent extra Urbem tantum, quoniam hujuſmodi Prothonotarii etiam hic in Urbe Dignitatem ſuam conſervant, ut apud bon. mem. Fattinell. *reſponſ.*1. *n.*24. & etiam in Urbe poſſunt eſſe Executores Apoſtolici ad transferendas Penſiones, ut ſupponit Cutrad. *ubi ſupra n.*36. & beneficia hujuſmodi Prothonotariorum etiam extra numerum Participantium
11 ſunt reſervata, ſive iſti exiſtant intra, ſive extra Urbem, juxta Regulam primam Cancell. *ubi* Mandoſ. *q.*7. & 8. Rot. *cor. Emer. jun. dec.*1202. *n.*1. & *ſeqq.* ubi ampliat, etiamſi deficiat exhibitio in Secretaria, præſtatio Juramenti, & profeſſio fidei ut in *dec.*350. *n.*24. *part.*9. & *dec.*14. *n.*2. *part.*16. & *dec.*131. *n.*11. *cor. Card. Caprara.*

Major difficultas apparuit ſuper tertio fundamento, ex quo Executori non fuit exhibitum Indultum tranſ-
12 ferendi, quod indiſpenſabiliter erat exhibendum, & ante exhibitionem Executor non dicitur certus de ſua juriſdictione, & Tranſlationem ex defectu exhibitionis Indulti remanere nullam, tradunt Torre *de futur. ſucceſſ. lib.*3. *cap.*8. *n.*14. Lotter. *de re beneſ. lib.*1. *q.*37. *n.* 33. & 34. & *q.*40. *n.*24. *in fine*, & *n.*25. & *ſeqq.* bon. mem. Fattinell. *de tranſlat. penſ. c.*3. *n.*5.

Nihil ſuffragante quod in Inſtrumento tranſlationis habita fuerit mentio, & relatio ad Indultum transferendi inſertum in alio Inſtrumento tranſlatio-
13 nis alterius Penſionis factæ de anno 1700. hæc enim relatio poteſt quidem inducere notitiam in Executore, quod Indultum præexiſtat, non tamen firmare poſſe videtur ejus juriſdictionem, ad quem effectum requiritur realis productio, vel exhibitio Indulti coram Executore ex firmatis per Lotter. *de re beneſic. lib.*1. *q.*40. *n.*27. ibi: *Quapropter vis non ſtat in ſcientia, vel ignorantia delegationis, ſed in illa reali productione reſcripti*, Gratian. *diſcept.*551. *n.* 11. *ibique* Carol. Anton. de Luc. *in obſerv. num.*4. ubi quod non ſufficit, quod Executor enunciaret ſibi
14 exhibitas, & a ſe viſas facultates, nec quod Notarius atteſtaretur fuiſſe exhibitas eaſdem facultates cum enunciatione Datæ illarum, & tradunt Ferret. *conſ.* 85. *n.*3. Rot. *dec.*143. *ſub n.*2. *verſ. nec ſtandum erit part.*2 *rec.* Lotter. *ubi proxime n.*37.

Quibus tamen non obſtantibus exiſtimo Tranſlationem ex hoc capite invalidari non poſſe; Etenim in Inſtrumento tranſlationis expreſſus fuit tenor Indulti transferendi per ipſum Abbatem Manilium, & poſt narratum ejus tenorem ſe habuit relative ad ejus literas Apoſtolicas in alio Inſtrumento tranſ-
15 lationis rogato die 8. Maii 1700. ibi: *Et cum aliis facultatibus*, &c. *expreſſis in aliis literis Apoſtolicis deſuper expeditis originaliter inſertis in alio Inſtrumento tranſlationis penſionum per acta mei*, &c. *rogat. die* 8. *Maii* 1700. *ad quæ*, &c.

Nec ſolum Abbas Manilius transferens, ſed ipſe etiam Canonicus Spagna Executor tranſlationem fecit dicendo ibi: *habita relatione ad prædictam licentiam eidem D. Abbati Manilio tanquam Dapifero conceſſam*, & *ut aſſeruit inſertam in præcitato Inſtrumento tranſlationis Penſionum per eadem Acta mei ſub die* 8. *Maii* 1700. *ſeu*, &c. *rogato.*

Cum igitur, tam Abbas Manilius, quam Executor ſe habuerint relative ad Indultum transferendi regiſtratum in alio Inſtrumento tranſlationis per acta ejuſdem Cimarroni, qui utrunque Inſtrumentum rogavit; iſta relatio habet vim productionis, & exhibitionis Indulti, cum ſit effectiva Indicatio, & repetitio Indulti in actis ejuſdem Notarii, quæ indicatio, ſeu repetitio nihil aliud eſt quam realis productio Indulti, Rota *coram Bich. dec.*529. *n.*14. & *coram Emerix jun. dec.*790. *n.*4. & in terminis, quod relatio importet repetitionem, Rot. *dec.* 243. *n.*7. *part.*2. *diverſ.*

Unde cum Doctores requirant, quod Indultum transferendi fuerit regiſtratum in actis, juxta Ferret. *d. conſ.*85. *n.*3. Rot. *dec.*143. *n.* 2. *in fine p.* 2. *rec.* Lotter. *de re beneſ. lib.*1. *q.*40. *num.*29. & 30. Gratian. *diſcept* 551. *n.* 1. *ibique* Carol. Anton. de Luc. *n.* 2. Verificatur in propoſito, hæc regiſtratio in actis eo ipſo, quod facta fuit relatio ad Indultum regiſtratum in actis ejuſdem Notarii, cum re- 16
latum ſit in referente cum omnibus ſuis qualitatibus vere, & proprie, ut probat Rid lphin. *in praxi part.*1. *cap.*6. *n.*44. & *ſeqq.* Gratian. *diſcept.*877. *n.* 11. Rot. *dec.*350. *n.* 10. *part.* 16.

Ideoque hæc non vocatur ſimplex notitia Indulti in ordine ad Executorem, nec ſimplex Enunciativa facta per Notarium, ſed eſt realis productio coram Executore, dum in Inſtrumento tranſlationis repetitum fuit per relationem Indultum transferendi regiſtratum in actis ejuſdem Notarii, quæ relatio eſt repetitio, & indicatio ſcripturæ in actis 17
productæ, eundem operatur effectum, ac ſi in Inſtrumento referente regiſtratum fuiſſet idem Indultum, alias per eadem acta regiſtratum, ob quam regiſtrationem, & repetitionem regiſtrationis in Inſtrumento relato, Indultum præſumitur Judici viſum, & cognitum, ut ait Lotter. *de re beneſ lib.*1. *q.*40. *n.*30. & 32. ubi etiam quod in Indulto notorio, ut hic exhibitio non requiritur Caſtr. *tract.*13. *de beneſ. diſp.*1. *punct.* 11. *n.*5. Gratian. *diſcept.* 551. *n.*1. *ibique* de Luc. *n.*2. & in terminis præciſis, quod relatio operetur, ut Indultum cenſeatur regiſtratum in Inſtrumento tranſlationis, docet Gratian. *dicta diſcept.*551 *n.*6 & 8.

Cum autem Longhus non acquievetit huic meo Voto, ſeu Laudo voluit jura ſua experiri in judicio coram R.P.D. tunc A.C. Cerro, coram quo etiam ſuccubuit reportando contrariam ſententiam ſuper 18
validitate Tranſlationis ad formam mei Voti, una cum Mandato relaxato pro terminis Penſionis decurſis, & delata cauſa bon. mem. Lancetta S.Rotæ Auditori tanquam Prælato, Sacrum Tribunal cenſuit exequendum eſſe Mandatum, ut ex Deciſione, quæ inferius regiſtratur.

R. P. D. LANCETTA.

Romana Tranſlationis Penſionis.

Lunæ 26. *Junii* 1713.

IN vim indulti, quo fruebatur Cæſar Manilius tanquam Dapifer cl. me. Cardinalis Gondi de tempore Conclavis, in quo ad Pontificatum aſſumptus 1
fuit ſa. me. Innocentius XI. tranſtulit anno 1700. duas Penſiones pro medietate in Philippum Reſignatarium; & in Inſtrumento tranſlationis rogato per acta Cimarronii Notarii Capitolini inſertum fuit Breve facultatis transferendi uſque ad ſummam ducatorum 100. Cunque deinde ex cauſa reſignationis quinque ſimplicium Beneficiorum facta favore Jo: Jacobi de Longhis ſibi reſervari obtinuiſſet nonnullas Penſiones aſcendentes in totum ad viginti ducatos auri cum duobus tertiis; harum quoque medietatem anno 1709. tranſtulit in præfatum Reſignatarium, & hujuſmodi tranſlationis inſtrumentum adhibitis omnibus ſolemnitatibus celebratum fuit coram Canonico Spagna Prothonotario Apoſtolico.

Cum autem poſtremam hanc tranſlationem nullitatis vitio laborare contenderet Longhus, minime acquieſcens contrario ſenſui *amicabilis Arbitri* com-

muniter electi, adhuc judicialiter ſategit propria jura experiri, ſed fruſtra, nam R. P. D. meus tunc A.C. Cerrus ſententiam protulit ſuper validitate dictæ tranſlationis, mandarunque pro terminis decurſis relaxavit, quod in gradu appellationis mihi tanquam Prælato commiſſæ hodie *exequendum eſſe* reſponſum fuit.

Juſtitia ſiquidem mandati, quæ nunc in diſcrimen revocabatur ſatis clare emergere viſa eſt ex quo tranſlatio controverſæ penſionis facta dignoſcitur coram
20 Notario, Teſtibus, ac Executore in Eccleſiaſtica dignitate conſtituto juxta formam in ſupradicto Indulto præſcriptam, proindeque de ejus validitate nullo modo ambigui poteſt, Rot. *dec.* 651. *cor. Cerr. dec.* 366. *cor. Cavaler. & cor. Milin. dec.*277. *ubique n.*1. *& in rec. dec.*650. *n.*4. *&* 5. *part.*4. *tom.*3. *& dec.*83. *n.*5. *part.*17.

Quin relevet exceptio acriter promota a Scribentibus pro Titulari, in qua potiſſimum reſidebat hujus cauſæ momentum; quod nempe a nullitate ſalvari nequeat dicta tranſlatio, quia coram Executore
21 exhibitæ non fuerint literæ originales facultatis tranſferendi. Quamvis enim Domini non hæſitaverint, quod pro validitate tranſlationis omnino requiratur exhibitio Indulti, illiuſque productio coram Executore, adhoc, ut iſte certius evadat de ſua juriſdictione, ad late tradita per Ferretti. *vulgato conſ.*85. Spad. *conſ.*77. *a n.*1. *& ſeqq. lib.*3. Garz. *de benef. part.*6. *cap.*2. *n.*11. Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*37. *a num.*33. *cum ſeqq.* Rota *dec.*143. *n.* 2. *& ſeqq. part.* 2. *& dec.* 485. *n.*1. *& ſeqq part* 4. *tom.*1. *rec.*

Nihilominus cum in hypotheſi literæ originales hujuſmodi facultatis reperirentur jam realiter productæ in actis ejuſdem Notarii, & tam Manilius transferens quam & ſorrius ipſe Executor ad eaſdem literas præciſe ſeſe retulerint cum expreſſa deſignatione diei,
22 menſis, & anni; utique qualificata, & ſpecifica hæc relatio æquipollet exhibitioni ejuſdem Indulti, ſive quia relatum ineſſe dicitur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, perinde ac ſi dicta facultas inſerta eſſet in eodem tranſlationis inſtrumento, ut generalibus omiſſis tradunt in puncto Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 551. *n.*6. *&* 8. Rot. *cor. ſa. me. Innoc. X. dec.*496. *n.*5. ſive quia quidquid in actis productum fuit præſumitur a Judice ſe ad illud referente viſum, atque recognitum, quemadmodum in terminis proſequitur Gratian. *d. cap.*551. *n.*1. *& ſub n.*11. Carol. Anton. de Luc. *ad eundem n.*2. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.*40. *n.* 29.

Atque hinc attendi non meretur replicatio, quod
23 in hac materia ſufficiens nequaquam reputetur ſcientia Executoris quoad præexiſtentiam Indulti de tranſferendo, juxta deducta per Roman. *conſ.*336. *n.*4. *&* 5. Spad. *d. conſ.*77. *n.*3. *l.*3. Lotter. *de re benef. lib.*1. *& q.* 37. *ſub n.* 28. *verſ. Quia* Rot. *d. dec.* 143. *n.* 2. *part.*2. *rec.* Minuſque aſſertio Partium, & ipſius Notarii atteſtantia ſe vidiſſe, ac perlegiſſe literas facultatis tranſferendi ſub enunciatione illarum Datæ, Ferrett. *d. conſ.*85. *n.* 3. Spad. *d. conſ.* 77. *ſub n.* 3. *in fine*, Rot. *d. dec.* 143. *n.*2. *pariter in fine*.

Nam pro eliminatione objecti in utraque ſui parte animadverſum fuit, quod in præſenti caſu vis non conſtituitur in ſimplici ſcientia Executoris, nec in aſſertione Partium, & Notarii, ſed in reali productione Indulti, & facultatis, ad quam Executor relative ſe habuit, quod ad effectum, de quo agitur ſupera-
24 bundare dicendum eſt, eo ipſo quod omnes authoritates etiam in contrarium adductæ non exigunt pro forma materialem privilegii inſertionem in inſtrumento tranſlationis. Sed contentantur illius productione, & exiſtentia in proceſſu fulminato, quemadmodum videre eſt *in dec.*2. *cor. Achil de Graſſ. de Offic. deleg. dec.*245. *lib.*3. *cor. Putec dec.* 277. *cor. Millin. & dec.*496. *in fine, cor. ſa. me. Innoc. X. & in rec. dec.*153. *n.*4. *part.*5. *& dec.*265. *n.*8. *part.*7.

Tantoque magis præmiſſa procedunt, quia in ſæpedicto tranſlationis inſtrumento inſertus apparet in ſubſtantialibus tenor Indulti jam præcedenter produ-
25 cti, & propterea quodammodo ſatisfactum etiam videtur prædictæ materiali exhibitioni, & inſertioni, Tondut. *de penſion. cap.*28. *num.*24. Præſertim cum ad validitatem hujus actus ſufficiat etiam copia impreſſa dicti Indulti, Gratian. *diſcept. forenſ. d. cap.*551. *n.*15. Rot. *dec.*265. *n.*3. *&* 10. *part.*7. Adden. ad Pamphil. *d. dec.*496. *n.*13.

Sine difficultate ponderando, quod res eſt de tranſ-
latione Penſionis facta hic in Urbe, in qua notorium eſt privilegium Dapiferis conceſſum, adeout 26
juncta præcedenti ejuſdem productione facta in actis ejuſdem Notarii, & quidem occaſione tranſlationis alterius Penſionis favore præfati Reſignanti, in quem etiam Penſio de qua agitur tranſlata exitit, ulterius dubitandum non eſt de actus validitate, Corcad. *in prax. benef. lib.*5. *cap.*6. *n.*48. *& ſeqq.* Lotter. 27
de re benef. q. 30. *n.* 32. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. ſæpe citato cap.*551. *n* 12. *&* 13.

Exemplum quod petebatur a Judice delegato, ſeu Commiſſario ad hominem retorquetur, nam ad fundandam ejus juriſdictionem nullibi cautum reperitur,
quod neceſſaria ſit exhibitio Commiſſionis ſub ejus 28
oculis corporeis, ſed ſufficit illius productio in actis, ut quotidiana docet praxis, & teſtatur Marcheſan. *de commiſſ. part.*1. *cap.*3. *n.*34.

Vindicatio ea hic ab oppoſito primæ nullitatis vitio Tranſlationis actu, facilius inefficax, & inſubſiſtens detegitur altera prætenſa nullitas ducta ex Tranſlatione Penſionis facta per Manilium anno 1700. eo ſub obtentu, quod Indultum expreſſe non præſeferat facultatem tranſferendi in una, vel pluribus vicibus, per primum ipſius uſum conſumptum
diei debeat, ut argumento *Text. in l. Boves* §. *Hoc* 29
ſermone ff. de verb ſignif. tradunt Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*40. *n.*18. Tondut. *de penſ. cap.*32. *n.*26. Gonzal. *ad reg. Cancell. Gloſſ.*11. *n.*82. Rot. *dec.*485. *n.*3. *part.*4. *tom.* 1. *rec.*

Etenim licet Indultum non contineat expreſſam facultatem tranſferendi in una, vel pluribus vicibus, adhuc tamen reſtrictum, & limitatum non eſt ad unam tantum vicem; Immo dum tribuit jus tranſferendi, *unam, ſeu plures Penſiones, uſque ad ſummam duca-*
torum centum in toto, vel in parte favore unius, vel plu- 30
rium perſonarum: quouſque integra hæc ſumma tranſlata non fuit, intacta remanet facultas. Et de facto authoritates in objecto allegatæ locum ſibi vindicant quoties Indultarius in primo actu transfert totam ſummam in Indulto comprehenſam, non autem ubi agitur de reiteratione actus ſuper diverſis Penſionibus pro remanenti quantitate, ut ſignanter patet *ex d. dec.*485. *n* 3. *part.* 4. *rec.*

Quodque res ita ſe habeat evidenter convincitur, ex quo Doctores in dubium non revocant, quod præ-
tendent conſumptam fuiſſe facultatem tranſferendi in 31
primo actu; concludenter probare teneatur tranſlatam fuiſſe totam ſummam, de qua loquitur Indultum, Lotter. *de re benef. d. q.* 40. *n.* 64. *&* 65. quæ ſane inſpectio ſuperflua eſſet, ſi facultas transferendi in primo Tranſlationis actu expiraret, ut patet ad ſenſum.

Et ita utraque, &c.

ROMANA TRANSLATIONIS PENSIONIS.

ARGUMENTUM.

Tranſlatio Penſionis facta vigore Indulti Conclaviſtarum ſuſtinetur etiamſi illud non fuerit exhibitum coram executore, aut Conclaviſtatus unius Pontificis erronee expreſſus fuerit ſub nomine alterius, & erronee expreſſus Canonicatus Penſione gravatus.

S U M M A R I U M.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Tranſlatio penſionis dicitur valida ſervatis omnibus in Indulto præſcriptis.*
3 *Nullitas tranſlationis ex defectu exhibitionis Indulti naſcitur ab opinione Doctorum olim controverſa.*

4 *Actus*

4 *Actus in dubio ſuſtinendus eſt.*

5 *Maxime ubi nullitas provenit a ſubtilitatibus Juris.*

6 *Indultum Conclaviſtarum de transferendo tanquam notorium non eſt exhibendum Executori, & num. 7.*

8 *In notoriis neque etiam requiritur exhibitio copiæ, ſed ſufficit allegatio, & num. 15.*

9 *Reſpondetur ad Doctores dicentes ſufficere copiam impreſſam pro exhibitione Indulti Conclaviſtarum coram Executore.*

10 *Deciſiones attenduntur in omnibus motivis non autem in uno tantum conſiſtente in facto.*

11 *Ut Indultum Conclaviſtarum ſit notorium non requiritur, ut ſit inſertum in Bullario illud particulare, vigore cujus fit translatio.*

12 *Indultum Conclaviſtarum cujoſcunque Pontificis ſucceſſoris non eſt novum, ſed renovatio illius inſerti in Bullario.*

13 *In Indulto notorio Conclaviſtarum requiritur, ut Executor habeat ſcientiam, quod transferens fuerit Conclaviſta, & quomodo præbetur hæc ſcientia.*

14 *Statur aſſertioni Executoris in iis, pro quibus neceſſaria non eſt exhibitio.*

16 *Quomodo ſint notoria privilegia Conclaviſtarum.*

17 *Nimia ſubtilitas ſpernitur in judicando ad ſuſtinendum actum.*

18 *Delegatus habet juriſdictionem abſque præſentatione Reſcripti, ſi hoc emanaverit motu proprio.*

19 *Satis eſt, quod ſit certus de ſua juriſdictione per conjecturas.*

20 *Error in exprimendo unum Pontificem pro alio in allegatione Indulti Conclaviſtæ non attenditur.*

21 *Si quis habeat plura Indulta de transferendo, error Notarii, vel alterius, qui enunciavit potius unum, quam alterum Indultum, non præjudicat.*

22 *Omnis præſumptio aſſiſtit facto Judicis.*

23 *Non officit erronea expreſſio Canonicatus Penſione gravati, & quando.*

24 *Circumſtantiæ, quæ reſpiciunt Penſionem translatam non pertinent ad cognitionem Executoris.*

DISCEPTATIO LXXI.

ABbas Hieronymus de Fabiis poſſeſſor annuæ penſionis ſcut. 80. vigore Translationis ſibi reſervatæ ſuper Canonicatu Baſilicæ Lateranenſis poſſeſſo per Reverendiſſimum Dominum Canonicum Teſtam in vim Indulti de transferendo ſibi conceſſi tanquam Conclaviſtæ ſan. mem. Clementis XI. eandem Penſionem in ultimo mortis articulo, tranſtulit in perſo-
1 nam Dom. Abbatis Petri Pauli de Silveſtris per medium Executoris in Eccleſiaſtica Dignitate conſtituti, qui fuit Eminentiſſimus Dom. Cardinalis de Comitibus.

Dom. Canonicus Teſta pulſatus ad ſolutionem Penſionis translatæ excepit de nullitate ſub exceptione, quod coram Eminentiſſimo Domino Cardin. de Comitibus Executore exhibitum non fuiſſet Privilegium Conclaviſtarum omnibus Curiæ, & Populo notorium, in qua prætenſione exauditus extitit per ſententiam A. C. Gentilis ipſius Dom. Canonici abſolutoriam, ſed in gradu appellationis in Rota Ego contrarium ſuſtinui ſcribens pro Translatario.

Dicebam enim, quod validitas Translationis eo ipſo clara convincitur, quoties eo facta extitit, coram Notario, Teſtibus, & Executore in Eccleſiaſtica Dignitate conſtituto, quæ ſola eſt forma in Indulto, transferendi præſcripta, qua proinde ſervata, Translatio dicitur valida veluti perfecta adimpletis omnibus ſolemnitatibus neceſſariis, quæ ex lege Indulti ſervari debebant, ut ſæpe reſpondit S. Auditorium, *coram* 2
Cavaler. deciſ. 366. num. 1. & coram Cerr. deciſ. 651. num. 1. & in recent. deciſ. 650. num. 4 & 5. par. 4. tom. 3. & deciſ. 83. num. 5. par. 17. & in Romana Translationis Penſionis 26. Junii 1713. §. Juſtitia. coram bon. memor. Lancetta, & in Lauretana Penſionis 11. Januarii 1717. §. Ratio decidendi, coram Reverendiſſ. Criſpo.

Non obſtat exceptio nullitatis, quæ fundatur in defectu exhibitionis Indulti de transferendo, coram Executore, ut eſſet certus de ſua juriſdictione, juxta 3
conſ. 85. Ferretti aliaſque auctoritates, hæc enim exceptio cum ſit extrinſeca, & reſultans ob opinione Doctorum olim controverſo, de qua apud Fottinell. *de transl. penſ. cap. 3. num. 5.* non aliter admitti poteſt in hujuſmodi judicio poſſeſſorio, niſi ſit undique clara, & nihil dubietatis habens, alias clamat vulgata regula Juris, quod ſemper actus in dubio judicandus eſt validus, & Judex quantum poteſt ſemper inclinare, 4
& interpretari debet pro validitate actus, ut per notum Text. *in l. Quoties, ff. de reb. dub.* paſſim dixerunt Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 31. n. 88.* Rot. *deciſ. 288. n. 7. par. 10. & dec. 348. n. 11. par. 16. & rec. & cor. Merlin. dec. 397. n. 3.* Card. de Luc. *de donat. diſc. 38. num. 7.*

Ea ratione, quod contraria Exceptio non reſpicit defectum naturalem, qui concernit veritatem, & ſinceritatem actus, ubi rigide procedi ſolet, ſed re- 5
ſpicit quendam defectum excogitatum ab opinione Doctorum, & ſic provenientem a ſubtilitatibus Juris, ubi quantum fieri poteſt actus ſemper ſuſtineri debet, neglecto rigore hujuſmodi formalitatis, & ſubtilitatis Juris, ut diſtinguendo egregie probat Cardin. de Luc. *in opuſc. de Penſion. impreſſo poſt tract. de offic. vacab. cap. 5. num. 8. in fine & n. 9. cum ſeqq* ibi: *Ubi non agitur de defectibus naturalibus concernentibus veritatem, & ſinceritatem actus, ſed potius de defectibus provenientibus a ſubtilitatibus, vel ſuperſtitionibus Juris, ut præſertim eſt illa infectio, quæ deduci ſolet ab incertitudine, ſeu non bene facta ſpecificatione Perſonarum, & ſummarum, & Eccleſiarum reſpective, &c. ſive ubi ſervata non fuerit quædam formalitas Exhibitionis facultatum, per quas Executor certus reddatur de ejus poteſtate cum aliis formalitatibus in conſueta ſede recenſitis, quæ non placent, atque nimiam quandam Juris metaphyſicam redolere videntur.*

Præmiſſa autem hac regula, de facili corruit defectus hujuſmodi formalitatis non factæ exhibitionis Indulti de transferendo, coram Executore; Opinio enim Doctorum, quæ hanc formalitatem deſideravit, procedit in Indultis particularibus, & incognitis, non autem in Indultis de transferendo notoriis, 6
quale eſt Indultum Conclaviſtis concedi ſolitum; nam quando agitur de privilegio, ſeu Indulto notorio Judex Delegatus dicitur certus de ſua juriſdictione, neque eſt neceſſarium illi exhibere Indultum notorium, juxta doctrinam Innocent. *in cap. Tua nos n. 10. de cohabit. Cleric. & Mulier.* ibi: *Etiamſi Judici non ſit factum verum notorium, dummodo vere ſit notorium, &c. ejus ſententia irrevocabiliter tenet*, Bald. *in l. Edicto ſub num. 60. in fine, Cod. de edict. Div.* Adrian. *tollen.* ibi: *Et ideo de Ordinaria juriſdictione non eſt neceſſaria fides ſingularis, quia eſt notorium*, Gabriel. *de execut. rei judic. lib. 2. concluſ. 3. num. 12.* ibi: *Si Judex procedat tanquam ſuper notorio, cum de notorio ſibi non conſtet, valeat proceſſus, ſi in veritate factum erat notorium*, idem Bald. *in l. Ea quidem num. 14. in fine, Cod. de accuſat.* ibi: *Hinc eſt, quod de Ordinaria juriſdictione non oportet fidem facere, quia cenſetur notorium*, Felin. *in cap. Cum in Jure numer. 10. de Offic. deleg.* ibi: *Juriſdictio Ordinarii cenſetur notoria, ideo non eſt opus de iſta facere fidem*, ibique Fagnan. *num. 28.* Scacc. *de judic. lib. 2. cap 9. num. 51.*

Eſto igitur, quod Executor in actu Translationis Penſionis eſſe debeat certus de juriſdictione ſua, attamen iſta certitudo dicitur habita ex Indulto notorio, quale eſt illud Conclaviſtarum, abſque neceſſitate illud ſibi exhibendi, ut procedere valeat ad Translationem

Pen-

Penſionis, quia Notorium eximit ac omni probatione per exhibitionem, vel alios modos, & omiſſis generalibus habemus in puncto doctrinam ſpecialem Lotteri *de re benef. lib.* 1, *quaeſt.* 40. *num* 31. *& ſeqq.* ubi deſcendendo ad hanc formalitatem exhibendi Indultum transferendi coram Executore firmat hanc exhibitionem non requiri reſpectu Indulti Conclaviſtarum tanquam notorii ex lege, ibi: *Ut enim Judex ſuppleat ex notorio, exigitur notorium aut natura, aut lege, &c. ut pulchre explicat Baldus, &c. ſecundum cujus doctrina terminos bene admitteretur iſta excuſatio; veluti cum agitur de facultatibus Ordinis alicui conceſſis. & nedum publicis typis excuſſis, ſed etiam cum aliis Conſtitutionibus inſertis in Bullario quales ſunt facultates Conclaviſtarum. & aliquarum Militiarum:* Gratian *diſcept.* 551. *numer.* 12. ibi: *Quia ſumus in privilegiis, &c notoriis in Curia, & typis impreſſis, quorum notitia habebatur per Executores cum omnibus facultatibus in eis contentis, ita ut ex hoc dicamur certi de eorum juriſdictione*, Tondut. *de penſ. c.* 28. *n.* 29. ibi: *Si tamen facultas transferendi eſſet notoria in Curia, veluti ſi ageretur de translatione facta per Conclaviſtas, quibus privilegium transferendi conceſſum eſt notorium, tunc non eſſet opus productione hujuſmodi facultatis transferendi coram Executore.*

In quibus ergo terminis ſtante notorietate Indulti
8 opus non fuit exhibere Executoris aut privilegium originale, aut copiam impreſſam, ad quam exhibendam ſupponitur obligatum fuiſſe Transferentem, quia in notoriis non requiritur copia, ſed ſufficit ſola, ac ſimplex allegatio, quando agitur in acto extrajudiciali, ut eſt Translatio Penſionis, ut in caſu iſto Eminentiſſimus Cardinalis de Comitibus Executor aſſeruerit ſe informatum de hoc Indulto transferendi ſibi allegato, ibi: *Qui Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus Dom. Cardinalis Judex, & Executor informatus, &c. de facultate transferendi*, hoc enim caſu non fuit neceſſaria copia, ſed ſatis extitit allegatio, quodque Executor aſſeruit ſe de hoc Indulto notorio informatum, ut in terminis terminantibus firmavit Rot. *coram Cavaler. deciſ.* 644. *num.* 1. *cum trib. ſeqq* ibi: *Dicebatur enim ipſi non fuiſſe exhibitas literas facultatum Conclaviſtis conceſſarum transferendi Penſiones, & conſequenter fuiſſe incertum de ſua juriſdictione, & translationem non ſuſtineri, cum pro illius validitate requiratur, quod Executor debeat eſſe certus de juriſdictione, &c. Verum his non obſtantibus Domini reſolverunt pro validitate translationis; In primis enim conſiderabatur actum hunc translationis fuiſſe extrajudicialem, & conſequenter non fuiſſe requiſitam ſcientiam, qua reſultet ex actis, immo potuiſſe Executorem extrajudicialiter reddi certum, & ſe informare, &c. quod autem Reverendiſſ. D. Acquaviva ſe informaverit ſtatur illius aſſertioni cum verſemur in extrajudicialibus.*

Et propterea nihil obſtat Garzias, Corrad Tondut, & alii in contrarium allegati, dicentes ſufficere Copiam impreſſam in privilegio Conclaviſtarum; Etenim
9 hanc formalitatem non requirunt Doctores, addendo id eſſe neceſſarium ſub pœna nullitatis, ſed ſolum loquuntur affirmative, ut ſufficiat exhibitio copiæ, ſed ex hujuſmodi dicto affirmativo in Doctoribus non valet argumentum a contrario ſenſu, quod ſi deficiat exhibitio Copiæ impreſſæ, ergo Translatio ſit nulla; cum non valeat argumentum a contrario ſenſu in dictis Doctorum, ut oſtendunt Gratian. *diſcept* 689. *num.* 2. Barboſ *loc. commun. loc.* 27. *n.* 22. Sperell. *deciſ.* 185. *n.* 78. Rota *coram Seraphin. deciſ.* 822. *num.* 6. *& coram Emerix Jun. dec.* 796. *num.* 30. præſertim, quia tantum eſt ſimplex Copia ad effectum probationis quantum nihil, quia ſimplex Copia nihil probat licet impreſſa, ut firmat Rot. *deciſ.* 277. *num.* 2. *coram Mellin.* ideoque quidquid dixerunt præallegati Doctores de Copia, intelligendum eſt ex abundanti, & pro majori cautela, non autem ad evitandam nullitatem, cum nihil certum reddat Judicem in linea probatoria iſta Copia ſimplex: Ultra quod talis Copia requiritur in Translatione facienda extra Urbem, ubi res ita notoria non eſt, nullatenus autem de Translatione facienda in Urbe, ubi omnibus notorium eſt Indultum Conclaviſtarum, ut explicat, & diſtinguit Corrad. *in prax. benefic. libr.* 5. *capit.* 6. *numer.* 50.

Fortius quia habemus doctrinam individualem Lotter. *dict. lib* 1. *quaeſt.* 40. *n* 32. ubi non requirit exhibitionem Copiæ in Indulto Conclaviſtarum, ſed abſolute, & indiſtincte firmat excuſandum eſſe a formalitate exhibitionis Indulti ipſum Transferentem ratione Privilegii notorii, dicendo, quod Judex ſuppleat ex notorio, & habemus etiam doctrinam Gratian. *diſceptat.* 551. qui ponit concluſionem abſolutam num. 12. & 13 quod ſufficiat Executorem habere notitiam ex privilegiis notoriis in Curia Typis impreſſis, & publicatis ad effectum, ut Executor dicatur certus de juriſdictione, & habemus denique punctualem Sac. Rotæ *dec.* 644. *n.* 1. *& ſeqq. coram Cavaler.* quæ non requiſivit Copiam in privilegio Conclaviſtarum, ſed ſufficere firmavit aſſertionem Executoris, quod habuerit ſcientiam de Indulto Conclaviſtæ, quæ doctrinæ punctuales ſilere faciunt hoc objectum ſuper neceſſitate exhibendi copiam impreſſam.

Neque Deciſio Cavalerii declinari valet cum reſponſione, quod in ejus caſu conſtaret de exhibitione Indulti per atteſtationem Notarii, & Teſtium, quodque Executor litteras facultatum viderat, ſubſcripſerat, & ſuo ſigillo muniverat, ut legitur in antecedenti *dec.* 634. *num.* 2. *coram Cavaler.* Etenim Deciſiones attenduntur in omnibus motivis, & concluſionibus, non autem in uno tantum, quod reſpicit circumſtantias fa- 10
cti, cum igitur in illa Cauſa Sacrum Auditorium in ſubſequenti, & poſteriori *dec* 644. adduxerit duo ſeparata motiva, quorum primum ſuit ſufficere in privilegio Conclaviſtæ ſcientiam Executoris deductam ab ejus aſſertione, ibi: *In primis enim conſiderabatur*, quod fuit primum motivum, nihil refert, quod poſtea deſcenderit ad ſecundum conſiſtens in facto circa probationem exhibitionis per Teſtes, ſicut pro ſecundo motivo illud; adduxit Rota ſub num. 4. ibi: *Præterea de exhibitione dictarum facultatum conſtare ſatis dicebatur, &c.* ut in ſpecie, quod ſufficiat Deciſiones adaptari in concluſionibus, & rationibus, licet circumſtantiæ facti ſint diverſæ, dixit Rot. *coram Priolo deciſ.* 101. *num.* 6. ibi: *Sufficit quod ratio, & concluſiones ibi firmatæ caſui noſtro conveniant, & in Segobien. Canonicatus* 11. *Aprilis* 1704. §. *Quæ quidem, coram Eminentiſſ. Scotto*, Congregatio particularis in Voto extenſo ab *Eminentiſſimo Domino Cardinal. Petra in Romana Beneficiatus Sancti Petri* 21. *Aprilis* 1716. § *Ex his neque*, & apud Me *diſcept. Eccleſ* 24. *numer.* 10. *& de Controv. Patron. alleg.* 9. *ſub num*, 108.

Hinc omitti poterat, quod allegatio Indulti facta fuerit Executori per verba dubitativa, quia ſi Transferens narravit Executori ſe habere Indultum, debebat Notarius dicere, *ut aſſerunt*, dum iſta erat aſſertiva Transferentis, quod vero non ſtetur aſſertioni Transferentis, ſed requiratur productio Indulti, eſt petitio principii, quia dixi id non procedere in Indultis notoriis, ut eſt illud Conclaviſtarum, ut limitat Lotter. *d. lib.* 1. *quaeſt* 40. *num.* 32. & Rot. *coram Cavaler. dec* 644. *num* 2. *&* 3.

Minus adverſatur, quod Lotterius loquatur de Privilegio Conclaviſtarum Typis impreſſo, & inſerto in Bullario, & ideo locum non habeat in privilegio Conclaviſtarum Summi Pontificis Clementis XI. nondum inſerto in Bullario, quia concluſio iſta ſic intellecta remaneret inutilis, & fruſtratoria, quia locum non haberet niſi in Conclaviſtis illorum Pontificum, quorum Bullæ ſunt redactæ in Bullarium, quia tandiu vivere non poſſent Conclaviſtæ, ut quando decedunt viderent Bullarium illius Pontificis, cujus extiterunt Conclaviſtæ, immo non omnium Pontificum Conſtitutiones redigi ſolent in Bullario, ut de illis ſanctæ memoriæ Innocentii XI. Alexandri VIII. & prædicti Pontificis viventis, & propterea non intelligitur hoc modo iſta concluſio notorii, ut quodlibet privilegium conceſſum ſolum per quemlibet Pontificem ſuis Conclaviſtis debeat eſſe inſertum in Bullario, ſed ſatis eſt, quod iſta privilegia jam ſeparatim inſer- 11
ta in Bullario, ut exinde dicantur notoria, quia Suc-

ceſſo-

ceſſores Pontifices ſolum innovant Privilegia inſerta
in Bullario, & ita intellexit Lotterius, qui non lo-
quitur de privilegio particulari cujuslibet Conclavi-
ſtæ, ſed de illo generali dato illorum Ordini, ibi:
*Cum agitur de facultatibus Ordini alicui conceſſis,
& nedum publicis Typis excuſis, ſed etiam cum a-
liis Conſtitutionibus inſertis in Bullario, quales ſunt
facultates Conclaviſtarum, & aliquarum Militia-
rum, &c.*

Dum itaque clarum eſt, quod Lotterius notorie-
tatem intelligit reſpectu Indulti generalis inſerti in
Bullario, hoc ſufficit ad excludendum ab exhibitio-
12 ne Indulti, quia licet quilibet Summus Pontifex de-
inde illud concedat ſuis Conclaviſtis, hoc tamen,
ut dicit Card. de Luc. *in opuſcul. de penſ. cap.* 15. *n.* 24.
verſ. altero, non eſt privilegium novum, ſeu parti-
culare, & perſonale, ſed eſt renovatio privilegii ge-
neralis ab initio dati univerſo Ordini, nec ullo ju-
re cavetur, quod ſit exhibenda Executori renova-
tio Indulti jam notorii ex lege, & quæ eſt execu-
tio ipſius legis.

Prout nihil facit, quod debuiſſet Executor habe-
re notitiam, quod Abbas Fabius fuerit Conclaviſta
Summi Pontificis Clement. XI. quia ſatis fuit, quod
13 Executor informatus extiterit, prout ſe informatum
aſſeruit, ut inquit Cavaler. *d. deciſ.* 644. *n.* 3 ut patet
ex verbis Eminentiſſ. Card. de Comitibus Executoris,
ibi: *Informatus per d. D. Abbatem Hieronymum, &c.
de facultate transferendi*: quæ informatio non intel-
ligitur oretenus, ſed per inſpectionem literarum, ſeu
Indulti, præſertim quia hoc Indultum aſſervabatur
in Scrinio exiſtente ante Lectum defuncti Abbatis
Penſionarii, & conſequenter informatio dicitur ha-
bita per viſuram Indulti, in quo ſenſu informatio-
nem intellexit, Rot. *cor. Cavaler. ubi ſupra n.* 2. *&* 3.
& quod Informatio dicatur haberi per probationes
docet Text. *in cap. In noſtras de Teſtib. & in cap. Cu-
pientes, § Ad hæc de elect. in* 6. Jov. *de ſolemn. in con-
tract. min. gloſſ.* 20. §. 2. *num.* 4. *&* 5. de Angel. *de con-
feſſ. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 20.

Fruſtra recurrente objecto, quod non ſtetur aſſer-
tioni Judicis, quod viderit Indultum, niſi probetur
ex actis facta ejus exhibitio, quia recurrit ſemper
jam data reſponſio, quod Doctores in contrarium
relati loquuntur de iis Indultis, quæ veluti non no-
toria, ſed incognita, realiter in actis ſunt exhiben-
da, ſecus autem in notoriis, ut eſt Indultum Con-
14 claviſtarum, ubi neceſſaria non eſt exibitio, juxta
auctoritates jam ſupra laudatas, in his enim termi-
nis ſtatur aſſertioni Executoris ſuper Informatione ha-
bita, ut in ſpecie Cavaler. *d. dec.* 644. *n.* 3. & genera-
liter Roſa *de Executor. litt. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. Rot. *dec.*
623. *n.* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *& cor Otthob. dec.* 8. *n.* 26. *&*
27. *& cor. Cerr. dec.* 759. *n.* 3. *&* 4.

Præterea cum in notoriis Judex dicatur certus de
ſua juriſdictione, nihil aliud idcirco requiritur, niſi
allegatio Indulti notorii, quæ facta fuit per Tranſ-
ferentem, coram Executore, & multo magis quan-
do iſte in actu Tranſlationis aſſeruit ſe informatum,
unde neceſſaria non eſt viſura Indulti, nec aliquid
aliud, ſi vera eſt regula, quod in notoriis ſola al-
15 legatio ſufficit Gloſſ. *in Clement. Appellanti in verbo
alias de appell.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1004. *n.* 1.
Pax Jordan. *tom.* 3 *lucubr. lib.* 14. *tit.* 17. *n* 88 Surd.
deciſ. 259. *n.* 14. Afflict. *deciſ.* 5. *num.* 5. Rot. *cor. Bich.
deciſ.* 149. *num.* 14.

Signanter reflectendo, quod non ſolum notoria
16 ſunt privilegia Conclaviſtarum, ſed etiam notoria eſt
renovatio illorum, quæ fieri ſolet per ſingulos Pon-
tifices erga Conclaviſtas ſuos, dum expleto Conclavi
privilegia hæc cum nominibus, & cognominibus om-
nium Conclaviſtarum ſtatim publicis Typis imprimun-
tur, & publicantur etiam cum affixione per publica
loca Urbis, unde omnia erant notoria hic in Urbe
maxime de Conclaviſtis Summi Pontificis viventis,
& maxime reſpectu Eminentiſſimi Cardinalis de Co-
mitibus Executoris pleniſſime informati de eo, quod
omnibus notum eſt, & ipſi magis innoteſcere debuit,
itaut cum habeamus doctrinas adeo ſpeciales in termi-
nis privilegii notorii Conclaviſtarum doctrinæ genera-
les loquentes extra terminos Notorii attendi non me-
rentur, & præſertim in hac materia reſpiciente meram
formalitatem, & ſubtilitatem juris introductam ex
opinione Doctorum, ubi nimia ſubtilitas ſpernitur in
judicando ad effectum ſuſtinendi actum, & evitandi 17
nullitatem, ad quam inducendam non ſufficit dubie-
tas, & nimius rigor, ſed æquitas amplectitur, omniſ-
que favorabilis interpretatio ad notum Text. *in leg.
quoties ff. de reb. dub.* Geminian. *conſ.* 49. *ſub num.* 4.
verſ. nam ſubtilitas Roman. *conſ* 301. *n.* 15. *verſ. ſe-
cundo demonſtro*, Rot. *dec.* 73. *n.* 22. *&* 52. apud Bal-
ducc. ad Ramon. *tom.* 4. *& in recent. dec.* 340. *num.* 8.
part. 15.

Non omittendo inſuper, quod ad effectum, ut
Judex quicunque etiam delegatus habeat facultatem,
ſeu juriſdictionem ſine præſentatione Reſcripti ei ju- 18
riſdictionem dantis, ſatis eſt, quod privilegium ema-
naverit Motu proprio, ut emanavit privilegium Con-
claviſtarum, juxta aliam limitationem, quam ex Bu-
trio *in cap. ex conqueſtione n.* 13. *in fine de reſtitut. ſpo-
liat.* poſuit Gabriel. *lib.* 2. *de execut. rei judic. concluſ.* 3.
n. 9. ubi addit *n.* 26. ſufficere Judicem ad effectum, ut
ſit certus de ſua juriſdictione, habere probabiles con- 19
jecturas, quod ſibi juriſdictio competat, ut in caſu
iſto habebat pluſquam certam notitiam ex notorieta-
te, ex aſſertione Transferentis, & ex confeſſione pro-
pria ipſius, qui ſe aſſeruit informatum.

Sublata hac prima exceptione, nullius momenti
ſunt cæteræ, nihil enim obſtat, quod Abbas de Fabiis
Transferens, ſeu Penſionarius dixerit Executori, ſe
habere Indultum transferendi uti Conclaviſtam Cle-
mentis X. quando erat Conclaviſta ſan. me. Clementis
XI. ex quo infertur, quod Eminentiſſ. Card. de Comi-
tibus ex hac aſſertiva ignoraverit exiſtentiam Indulti,
quodque, dum profeſſus fuit procedere vigore Indulti
Clementis X. Tranſlatio remaneat nulla ex falſo præ-
ſuppoſito facultatis transferendi ex uno Capite licet ve-
ro ex alio, cujus vigore non fuit proceſſum.

Etenim de facili tollitur hujuſmodi objecto refle-
ctendo, quod verba prædicta ſunt Notarii attendentis
inſtrumentum Tranſlationis, & quod iſte fuerit merus
error Notarii in expreſſione nominis unius Pontificis,
ſeu unius Clementis loco alterius, dubitari nullatenus 20
poteſt, ſed remanet evidentiſſimum. Cum enim Indul-
tum eſſet Clementis XI. non autem Clementis X. &
Eminentiſſimus Executor expreſſerit ſe fuiſſe informa-
tum de dicto Indulto ibi: *Informatus per d. D. Abba-
tem, &c. de facultate transferendi*, tali caſo, ne redar-
guamus Eminentiſſ. S. R. E. Cardinalem de apertiſſimo
mendacio, quod informatus fuerit de facultate tranſ-
ferendi ex Indulto non vero, nec in rerum natura exi-
ſtente contra Text. *Can. Nobiliſſimus diſt.* 97. Socein.
Jun. *conſ.* 46. *num.* 16. *lib* 1 Maſcard. *de probat. concluſ.*
1041 *n.* 4. Card. de Luc. *de benef. diſc.* 15. *n.* 13. *in fin.
verſ. & quinto* Rot. *cor. Bich. dec.* 316. *n.* 4.

Fateri oportet, quod fuerit Notarius ille, qui erra-
verit in audiendo, & ſcribendo nomen Clementis X.
loco Clementis XI. quod eſt faciliſſimum ex identitate
Nominis, ac etiam quia in illa confuſione Mortis, in
cujus articulo conſtituti Penſionarii transferre ſolent,
& exprimere facultates, quas habent de transferendo,
poteſt errari in audiendo per Notarium ſcribentem, &
conſequenter error Notarii præjudicare non valet Par-
tibus, & validitati actus, ut in terminis terminanti-
bus immo fortioribus dixit Card. de Luca *de penſ. diſc.*
83. *n.* 8. ubi refert caſum magis dubitabilem de quodam
Transferente, qui habebat plura Indulta Prædeceſſo-
rum Pontificum, & unum erat ſufficiens, & alterum 21
inſufficiens, & tamen Notarius enunciaverat Indultum
inſufficiens, quo non obſtante firmat fuiſſe judicatum
per Congregationem deputatam, quod: *non videba-
tur rationabile, ut error Notarii, vel alterius, qui
potius unum, quam alterum Indultum enunciavit, dum
Transferens erat infirmus, deberet præjudicare verita-
ti, illiuſque ſubſtantiam tollere*, & concordat Rota
dec. 281. *num.* 2. *par.* 1. *rec.*

Unde ex defectu applicationis frigeſcit concluſio,
quod habens juriſdictionem procedendi ex capite vali-
do, nulliter agat procedendo ex invalido, quia non ſub-
ſiſtit in facto, quod Eminentiſſ. Executor proceſſerit

vigore

vigore Indulti Clementis X. non exiſtentis in rerum natura, & ſic vigore non Entis dum ipſe profeſſus fuit procedere vigore Indulti, de quo aſſeruit ſe fuiſſe informatum per Abbatem Penſionarium, unde hæc informatio præſumitur facta ex Indulto vero, non autem ex Indulto, quod non aderat, alias eſſet ſupponere ineptiam, & falſitatem in tanto Executore, qui dixerit ſe informatum de Indulto, quod non aderat in rerum natura; aliud enim eſt, quando adſunt re vera duo Indulta, licet unum validum, & alterum invalidum, & dubitatur cujus vigore Executor proceſſerit, aliud vero eſt, quod non adſit in rerum natura niſi unicum Indultum, hoc enim caſo licet male illud expreſſerit Notarius per errorem, ſatis tamen eſt, quod
22 Executor dixerit ſe informatum de Indulto transferendi, ut dicatur habuiſſe informationem de illo tantum unico Indulto; cum nemo præſumatur mentiri aſſerendo ſe informatum de Indulto, quod in rerum natura non exiſtit contra præſumptionem aſſiſtentem facto Judicis, *cap. in præſentia de renunc.* Menoch. *conſ.* 100. *num.* 1. *& ſeqq.* Rot. *coram Bich. dec.* 38. *num.* 10. *& in rec. dec.* 285. *n.* 4. *par.* 17. *& dec.* 81. *num.* 1. *&* 2. *par.* 18.

Hinc vanus remanet totus diſcurſus fabricatus ſuper hac erronea expreſſione Notarii, aliud nanque eſt, quod enunciavit Notarius, & aliud eſt, quod aſſeruit Eminentiſs. Card. Executor, qui non dixit ſe informatum ex verbis Notarii, ſed præciſive ab expreſſione Notarii, & ſine ulla relatione ad illam ſimpliciter ſe dixit informatum per Abbatem Hieronym. *de inſtrumento translationis ejus favore per dict. bo. me. Petrum Paulum de Fabiis facta cum inſertione literarum Apoſtolicarum, ac de facultate transferendi quaſcunque Penſiones*, & ſic corruit motivum, quod crediderit transferre ex Indulto non exiſtente in rerum natura, contra Text. *in l. error C. de Jur. & facti ignorant.*

Poſtremo nihil valet alterum objectum ſuper erronea expreſſione Præbendæ, ſeu Canonicatus, ſuper quo Penſio fuerat reſervata; cum enim conſtet de ſubſtan-
23 tia, dum individuatus fuit Canonicatus poſſeſſus per Dom. Canonicum Teſtam ibi: *Canonicatus Pænitentiarii erecti in Sacroſancta Baſilica Lateranenſi per Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Canonicum Teſtam poſſeſſi*: una cum relatione ad litteras Apoſtolicas reſervationis Penſionis, & Inſtrumenti alterius translationis ibi: *Apoſtolica auctoritate reſervat ex inſtrumento hujuſmodi translationis cum Bullis in eo inſertis rogat. ſub die, &c. per acta, &c. ad quod, &c.* erronea expreſſio Canonicatus nihil officit, quia vitiatur, & non vitiat ob certitudinem de corpore beneficii ex duplici capite reſultantem; Primo ex illius poſſeſſione apud D. Canonicum Teſta, qui non poſſidet niſi hunc Canonicatum penſione gravatum; & Secundo ex relatione ad Inſtrumentum, & literas reſervationis, & translationis, quæ relatio non ſolum operatur individuam expreſſionem in Referente omnium eorum, quæ continentur in Relato, ut in puncto Gratian. *diſcept.* 551. *num.* 6. *verſ. maxime quia*, Rot. *deciſ.* 153. *ſub num.* 18. *verſ. quas ſufficit part.* 5. *rec.*
24 ſed etiam corrigit errorem in Referente expreſſum, ut bene Rot. *deciſ.* 73. *num.* 8. *& deciſ.* 354. *numer.* 1. *&* 2. *part.* 17. *rec.*

Eo magis autem, quia qualitas Canonicatus eſt quid extraneum ab articulo, de quo agitur, cum hoc nihil commune habeat cum Indulto transferendi ad effectum, ut Executor ſit certus de ſua juriſdictione, cum ignorantia Præbendæ, ſuper qua Penſio eſt impoſita, necnon aliæ circumſtantiæ ſimiles, quæ reſpiciunt Penſionem, non inducant defectum juriſdictionis in Executore, qui dicitur merus Executor, nec debet interponere aliquam Cauſæ cognitionem, ut in terminis præciſis probant verba ſuperius regiſtrata, Card. de Luc. *in d. opuſc. de penſ. cap.* 15. *num.* 9. Gratian. *diſcept.* 511. *num.* 9. Rot. *cor. Pamphil. deciſ.* 496. *num.* 9. *& in rec. dec.* 153. *ſub num.* 18. *verſ. non obſtat. part.* 5.

Juxta per Me deducta S. Rotæ Tribunal judicavit decidendo *conſtare de valida translatione Penſionis* per duas Deciſiones editas ſub *die* 2. *Maii* 1718. *&* 26. *Januarii* 1719. *cor. bon. mem. Peſcare*,

PARISIEN. DISPENSATIONIS.

PRO

Sereniſſimo Principe Philippo de Vandomo.

ARGUMENTUM.

De poteſtate Summi Pontificis diſpenſandi ſuper Voto ſolemni perpetuæ Caſtitatis ad effectum contrahendi Matrimonium Sacerdotes, Monachos, & Religioſos, nec non Æquites Hieroſolymitanos, & de cauſis legitimis, ex quibus Sedes Apoſtolica diſpenſare ſolet, & de altera gratia diſpenſandi Æquitem Hieroſolymitanum pro tranſitu ad alium Ordinem militarem, in quo ſervatur caſtitas conjugalis.

SUMMARIUM.

1 *Concurrente rationabili Cauſa Sedes Apoſtolica pluries diſpenſavit ſuper Voto ſolemni perpetuæ Caſtitatis.*
2 *Eſt indubitata Summi Pontificis Poteſtas diſpenſandi ſuper hoc Voto, etiam ad effectum Matrimonii cum Æquitibus Hieroſolymitanis, & aliis Religioſis n.* 3. 4. *&* 5.
6 *Solemnitas Voti non eſt de Jure Divino, & illi Papa poteſt derogare n.* 7.
8 *Conſuetudo, & praxis diſpenſandi demonſtrant voluntatem Papæ.*
9 *Adducuntur plura exempla Diſpenſationum ſuper hoc Voto ſolemni cum Diaconis, & etiam cum Archidiacono n.* 10.
11 *Eadem eſt ſolemnitas Voti Caſtitatis Clericorum, ac Religioſorum, & valet illatio a diſpenſatione Diaconi ad diſpenſationem Religioſi num.* 12.
13 *Sedes Apoſtolica diſpenſavit ſuper hujuſmodi Voto etiam cum Monachis.*
14 *Facilior cenſetur Papæ voluntas in diſpenſando cum Æquitibus Hieroſolymitanis, quam cum aliis Religioſis ſtrictioris obſervantiæ, & de ratione n.* 15.
16 *Adducuntur alia exempla diſpenſationum cum Religioſis diverſorum Ordinum Militarium, ac etiam cum Æquitibus Hieroſolymitanis n.* 17. 18. 19. 20. *&* 21.
22 *Plura Diſpenſationum exempla conſuetudinem Sanctæ Sedis concludunt.*
23 *Summi Pontifices Diſpenſationum gratias conceſſerunt nedum Regibus, & Magnis Principibus, ſed etiam Viris Nobilibus.*
24 *Utilitas etiam indirecte publica eſt juſta Cauſa concedendi iſtas Diſpenſationes.*
25 *Conſervatio Nobilium Familiarum reſpicit ſaltem ſecundario publicam utilitatem, & eſt Cauſa ſufficiens ad diſpenſationem, numer.* 26.
27 *Hanc Cauſam eſſe ſufficientem Summi Pontifices declararunt n.* 28. *&* 29.
30 *Et maxime quando concurrit utilitas Sedis Apoſtolicæ.*
31 *Gratia diſpenſationis cenſetur directa ad publicam Cauſam.*
32 *Meritorum prærogativa eſt ſufficiens Cauſa ad Diſpenſationem.*
33 *Devolutio Bonorum ad Familias extraneas maxime conſideratur ad effectum diſpenſandi.*
34 *Supplicatio, & interceſſio Regum pro diſpenſatione impetranda enumeratur inter Cauſas ſufficientes.*
35 *Pluribus Cauſis inſimul conjunctis inducitur rationabilitas Gratiæ Diſpenſationis.*
36 Sotus *Expedientem judicavit diſpenſationem cum* Equi-

Equitibus Hieroſolymitanis ad effectum contrahendi Matrimonium.

37 *Cauſa ſuprarelata eo magis admittuntur pro concedenda Gratia tranſitus de Ordine Religionis Hieroſolymitanæ ad alium Ordinem militarem, in quo Caſtitas Conjugalis ſervatur.*

38 *Gratia hujuſmodi tranſitus eſt ſimplex Commutatio Voti Caſtitatis.*

39 *Citra mutationem eſſentialem Status Religioſi poteſt Votum Caſtitatis ſuam latitudinem recipere per viam commutationis de una ſpecie in aliam.*

40 *Cœlibatus, & Status Conjugalis ſub una Caſtitatis virtute comprehenduntur.*

41 *Concurrente rationabili Cauſa ſolet Papa concedere Religioſis tranſitum de ſtrictiori ad laxiorem Ordinem, & ſufficit etiam Cauſa privata n. 42. & 43.*

44 *Immo nulla requiritur Cauſa, quamvis ſemper Summus Pontifex præſumatur motus ex aliqua Cauſa rationabili num 45.*

46 *Status Equitum Hieroſolymitanorum exceptis votis non valde diſtat a Statu Sæcularium. ſupra num. 36.*

47 *Regiſtratur allegatio D. Advocati Urſayæ facta in hac Cauſa.*

DISCEPTATIO LXXII.

REgia, ſeu Regiæ proxima Familia Sereniſſimorum Principum de Vandomo, quam invictiſſimi Duces pietate, & armorum gloria illuſtrarunt, extinctioni proxima reperitur, veluti redacta ad unicum, ſed clariſſimum Germen, Principem nempe Philippum, ſtrenuum ætatis noſtræ Heroem, inſignium geſtorum fama commendatum, nec non Patruo, ac Fratri magnanimus, & celeberrimis Regiorum Exercituum Imperatoribus pari virtute Æmulum; Qui propterea tanquam Eques Votis Hieroſolymitanæ Religionis alligatus, ad effectum nubendi pro reſtauratione nobiliſſimæ, & cadentis Familiæ preces ſuas expoſuit Sacræ Congregationi per Summum Pontificem delegatæ, humiliter petendo ex Theſauro Eccleſiæ alteram ex duabus gratiis in hac materia concedi ſolitis, Diſpenſationem ſcilicet ſuper relaxatione, & diſſolutione Votorum, & Voti ſolemnis perpetuæ Caſtitatis, ſin minus, & ſubſidiarie tranſitum de Ordine militari, in quo reperitur, ad alium Ordinem æque militarem, in quo ſervetur Caſtitas conjugalis, & concurrentibus omnibus extremis neceſſariis omnino pro gratia reſolvendum eſſe dicebam.

Et accedendo ad examen prioris Gratiæ principaliter expoſtulatæ quoad diſpenſationem voti perpetuæ Caſtitatis, conſtat de omnibus illis requiſitis, quæ ſuper hoc articulo in rigida cenſura deſiderari poſſunt, quia ſcilicet concurrit primo indubitata poteſtas Summi Pontificis; Secundo ejus voluntas patefacta ab Exemplis, & Solito concedendi hujuſmodi Diſpenſationes, & tertio demum æqua, & rationabilis cauſa ob quam Sedes Apoſtolica alias, & pluries diſpenſavit, & diſpenſare conſuevit, juxta Theoricam Innocentii, quem ſequuntur omnes Canoniſtæ in *cap.*
1 *Cum ad Monaſterium ſub num. 4. de ſtat. Monach.* & in propoſito communiter dixerunt Menoch. *de arbitr. caſ. 421. n. 10. & de præſumpt lib. 2. præſumpt. 10. n.* 35. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 18. cap. 22. num.* 329. Garz. *de beneſ part. 7. cap. 10. num.* 43. Layman. *in Theol. Moral. lib. 4. tract. 4. cap. 1. num. 8. verſic. Quamvis*, Leſſ. *de juſt. & jur. lib. 2. cap. 40. dub. 19. n.* 141. de Juſtis *de diſpenſat. lib. 2. cap. 13. n. 17.* Diana *coord. tom. 3. tract 1. de poteſt Pontif. reſol. 78. & 79. per totas* R. P. D. Dandin. *de ſuſpect. de hæreſ. cap. 3. ſect. 1. ſubſect. 1. §. 2. n. 18.*

Poteſtatem Summi Pontificis certam, & infallibilem altioribus principiis probare non eſt opus, tanquam ſatis olim diſcuſſam, communi Canoniſtarum, & Theologorum ſuffragio affirmatam, & extra dubitandi confinia deinde ſepoſitam, addito Sedis Apoſtolicæ judicio tot Summorum Pontificum exemplis comprobato, qui plurium Sæculorum ſpatio, ut infra, diſpenſarunt; Etenim hanc quæſtionem tractant, illamque affirmative reſolvunt pro indubitata Summi Pontificis poteſtate faciendi de Monacho non Mona- 2 chum, & diſpenſandi ſuper voto ſolemni perpetuæ Caſtitatis omnes communiter Canoniſtæ in allegato *Cap. cum ad Monaſterium de Stat. Monach. ſignanter Gloſſ. ibidem in verbo abdicatio proprietatis verſ. Sed de Monacho*, Innocent *num* 4. Panormitan. *num.* 21. Butr. *num.* 28. Joan. Andr. *num.* 29. & inter modernos Fagnan. *num. 57. & ſeqq.* Barboſ. *n.* 13. Gonzal. *n.* 12. Garz. *de beneſic. par. 7. cap. 10. num.* 43. ubi aſſerit hanc eſſe communem Sententiam inter Theologos, & juris Peritos, & allegat Columnam auctoritatum Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 8. per tot.* Pont. *eod. tract. tit. de imped. matrim. lib. 7. cap. 10. per tot.* latiſſime Donat. *in prax. quæſt. regul tom. 4. tract. 1. de Stat. Religioſ. quæſt. 13. n. 10. tum plur. ſeqq.* Pellizar. *in manual. tom. 1. tract. 3. cap. 5. ſect. 1. n. 8. & ſeqq.* Leſſ. *de juſt. & jur. lib. 2. cap. 40. dubit. 19. n.* 141. Layman. *in Theolog. Moral. lib. 4. tract. 4. cap. 1. numer.* 8. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 18. cap. 22. num.* 329. Azzor. *Inſtit. Moral. tom. 1. lib. 12. cap. 7. quæſt. 1.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 5 caſ. 421. num. 10. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 10. num.* 35. Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 11. n. 54.*

Et in ſpecie loquendo de poteſtate Summi Pontificis diſpenſandi ſuper voto ſolemni perpetuæ Caſtitatis ad effectum Matrimonii cum Equitibus Hie- 3 roſolymitanis firmat de Juſtis *de diſpenſat. Matrim. lib. 2. cap. 15. n. 14.* ibi: *Clare conſtat, poſſe Summum Pontificem, ſi juſta cauſa adſit, diſpenſare ad Matrimonium cum Equitibus Hieroſolymitanis, & aliis Religioſis, & Monachis profeſſis*: Et in eiſdem terminis proſequuntur de Mendo *de Ordin. militar. diſquiſ. 3. n. 135. & ſeqq. & diſquiſ. 5. ſub n. 17.* Pont. *de Matr. lib. 9. cap 7. n. 3.* Eſcan. *in propugn. Relig. Hieroſol. diſcept. 8. cap. 2. per tot.* Azor. *inſtit. moral. tom. 1. lib. 13. cap. 6. quæſt. 4. verſ. nec obſtat*, Clericat. *de Matrim. deciſ. 21. n. 30. in fine, & deciſ. 28. n. 19.* Lezzan. *oper. moral. tom. 4. conſult. 11. num. 1. & ſeqq.* Diana *coord. tom. 3. tract. 1. reſol. 79. n. 1. & ſeqq* & loquendo de aliis Religioſis, & Monachis proſequuntur Bellet *diſ-* 4 *quiſit. Cleric. par. 1. tit. de diſcipl. Cleric. §. 9. num. 12. & ſeqq.* Bartholom. a S. Fauſt. *in Theſaur. Religioſ. lib. 3. quæſt. 36. num.* 5. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 15. num.* 23. Sperell. *deciſ. 2. num.* 86. Traſmiera *de poligam. lib. 2. q. 17. num. 31. & ſeqq.* R. P. D. Dandin. *de ſuſpect. de hæreſ. lib. 1. ſect. 1. ſubſect. 1. §. 2. num.* 18. ita, & taliter, quod abſonum videatur amplius in dubium revocare Summi Pontificis poteſtatem ab univerſali Canoniſtarum, & Theologorum Judicio ita formiter canonizatam, & tot Diſpenſationum Apoſtolicarum exemplis in Praxi receptam.

Quæ quidem poteſtas non eſt extraordinaria, aut de plenitudine, ſed Ordinaria, & ſolita juxta rationes, quibus eam firmarunt omnes Scribentes, ſive ratio ſit illa, quod Chriſtus Dominus hanc poteſtatem univerſaliter dedit Summo Pontifici in iis verbis: *Quodcunque ſolverit ſuper Terram erit ſolutum, & in Cœlis,* 5 *ut legitur Matthæi cap.* 16. ſive ſit alia, quod ſicut Pontifex in Votis ſimplicibus perpetuæ Caſtitatis diſpenſare valet, ſic etiam in votis ſolemnibus, cum ſolemnitas voti non ſit aliquid Juris divini edicto diſpoſitum, 6 ſed ex Conſtitutione Eccleſiæ introductum de Jure poſitivo, ut legitur in *cap. unico de vot. & vot. redempt. in* 6. Unde nil magis obvium, & naturale eſt, quam quod Sedes Apoſtolica vinculo, & impedimento, quod ipſa induxit, derogare valeat diſpenſando citra ullam extraordinariam exorbitantiam, ut his rationibus inter alias moventur Pellizzar. *in manuel. tom. 1. tract. 3. cap. 5. ſect. 1. n. 18. verſ. Idque*, Leſſ. *de juſt. & jur. lib. 2. cap. 40. dub. 19. n.* 141. Lezzan. *tom. 4. conſult. 11. n.* 3. Donat. *in prax. quæſt. regul. tom. 4. tract. 1. ſect. 13. n.* 12. Diana *Coord. tom. 3. tract. 1. reſol. 78. num. 4. & reſol. 79. num.* 6. Garz. *de beneſ. par. 7. cap. 10. num. 46. & ſeqq uſque ad num.* 54. Omiſſis cæteris concordantibus ſuper hoc puncto indubitabili ſuperfluit, ut oſten- 7 dit Card. Capiſucch. *in controv. 1. tit. de voto ſolemn. q. unic. per tot.* & in ſpecie, quod Papa in hoc utatur poteſtate ordinaria, non autem de plenitudine, advertit

Cor-

Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 8. *cap.* 10. *n.* 28. *verſ. Et non modo videtur*,

Ex poteſtate Summi Pontificis deſcendo ad ejus voluntatem, quæ ab Exemplis, & Solito reſultare dicitur ad evidentiam: Quoties enim tractamus materiam, in qua Papa non ſolum poteſt, ſed etiam ſolet gratias concedere, & diſpenſare, iſta diſpen-8 ſandi conſuetudo, & praxis Summi Pontificis voluntatem demonſtrat, & faciliorem viam ſternit conceſſioni ejus, quod alias concedi ſolitum fuit, cum Sedis Apoſtolicæ benignitas, & nunquam ſatis laudata Clementia non dedignetur calcare, & ſequi veſtigia Prædeceſſorum, *ut in Canon. ſi ea deſtruerem cum ſeqq.* 25. *q.* 2. Quidquid enim in aliis caſibus ſervatum eſt, convenit rationabile judicari, & tanquam a conſuetudine Eccleſiæ petita juſtiſſime gratia imploratur, ut in ſubjecta materia tradunt Donat. *q. regul. tom.* 4. *tract.* 1. *quæſt.* 13. *n.* 18 Leſſ. *de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 40. *n.* 141. *in fine* Lezzan. *tom.* 3. *conſult.* 11. *num.* 10. Dian. *coordin. tom.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 78. *num.* 4. & 5. Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *q.* 1. *verſ. Accedit*, Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.* 28. *cap.* 22. *num.* 329.

Exempla vero, quæ praxim, & conſuetudinem Sedis Apoſtolicæ præſeferunt ex omni parte abundant, & quidem in omni genere illatum Perſonarum, quæ ſolemni Voto perpetuæ Caſtitatis ſunt adſtrictæ, ſive fuerint Perſonæ Sæculares in Ordine Sacro conſtitutæ, ſive Regulares, & Monachi Profeſſi, ſive demum Equites Religionum Militarium, & ſignanter Hieroſolymitanæ.

Primo igitur loco frequentiora ſunt exempla, quibus Sedes Apoſtolica diſpenſavit ſuper Voto perpetuæ Caſtitatis quoad nobiles Sæculares in Ordine Subdiaconali, & Diaconali conſtitutos, licet non eſſent Reges, aut Magnates Supremi; nam Alexander VI. 9 diſpenſavit cum Cæſare Diacono Cardinali, ut nuberet filiæ Ducis Valentini, & teſtantur Gonzal. *in dicto cap. Cum ad Monaſterium n.* 12. *in fin.* Barboſ. *n.* 13. *in fine* Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 8. *cap.* 10. *n.* 28. Lezzan. *tom.* 4. *conſult.* 11. *n.* 10. *in fin.* Gregorius VIII. diſpenſavit de anno 1574. cum Barone a Chicſos Tranſilvano, & Philippo Schutz Leodienſi in Ordine Diaconatus conſtitutis, ut teſtantur Navarr. *conſ.* 37. *num.* 12. *de Voto*, Clemens Octavo diſpenſavit anno 1597. cum Henrico Trevirenſi, & Roderico Henriquez Diaconis, Franciſcus de Arauzo *de Eccleſ. Stat. tract.* 2. *q.* 19. *n.* 29. ubi etiam refert diſpenſationem Pauli V. cum Franciſco Chacun Ar-10 chidiacono Toleti, & omiſſis exemplis Conſtitutorum in Ordine Subdiaconali tanquam facilioribus, quoad Diaconos paſſim diſpenſatos in Hiſpania, & Italia ad effectum contrahendi Matrimonium teſtatur de frequentia exemplorum Navar. *dicto conſ.* 37. *num.* 12. *de Voto*, ibi: *Frequentiſſime Summi Pontifices diſpenſaverunt ſuper Voto ſolemnizzato per ſuſceptionem Subdiaconatus, & Diaconatus in Hiſpania, &c. & in Italia, ut frequenter audivimus*, Medina *lib.* 5. *cap.* 100. relatus apud eundem Navarr. *conſ.* 38. *n.* 11. *eodem titul.* ibi: *Sacroſancta Sedes Apoſtolica frequenter diſpenſavit cum Subdiaconis, & aliquando cum Diaconis, ut contraherent Matrimonium, ut multi teſtantur, præſertim præfatus Medina, qui ait ſe vidiſſe multas Subdiaconorum diſpenſationes, & paucas Diaconorum*, Maurus *in Theolog. tom.* 3. *lib.* 13. *n.* 16. *pag.* 289. ibi. *Pontifex ſæpe diſpenſavit, ut Sacerdotes, & Diaconi ducerent Uxorem.*

Hæc autem Exempla non ſunt extranea, ſed mirabiliter influunt, & fraternizzant ex identitate rationis cum diſpenſatione ſuper Voto perpetuæ Caſtitatis Equitum Hieroſolymitanorum; Non enim majus obſtaculum reperitur in Voto ſolemni iſtorum, quam in Voto Caſtitatis Ordinibus Sacris annexo, cum utrumque ſit Votum ſolemne perpetuæ Caſtitatis, & conſequenter Conſuetudo Sedis Apoſtolicæ circa diſpenſandos ſuper Voto Diaconos, & Subdiaconos facit exemplum etiam pro Æquitibus Hieroſolymitanis æquali Voto adſtrictis, ut inquit Diana *coord. tom.* 3. *tract.* 11 1. *reſol.* 79. *n.* 6. ibi: *Pontifex poteſt relaxare Votum ſolemne Caſtitatis Clericorum, &c. ergo etiam poterit relaxare Votum ſolemne Religioſorum, quia, cum utrumque ſit ſolemne æque debebit eſſe utriuſque ratio*, Leſſ. *de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 19. *n.* 141. *verſ. Secundo probatur*, R. P. D. Dandin. *de ſuſpect. de hæreſ. cap.* 3. *ſect.* 1. *ſubſect.* 1. *n.* 17. & 18. cum valeat illatio a diſpenſatione Subdiaconi, & Diaconi ſuper Voto Caſtitatis ad diſpenſationem Equitis Hieroſolymitani, 12 quia de ſimilibus idem eſt judicium, *leg. Non poſſunt, & leg. ſeq. ff. de legib.* Peregrin. *conſ.* 9. *n.* 29. *lib.* 2. Farinac. *in fragmen. par.* 1. *lit. E. n.* 188. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 10. Barboſ. *in loc. commun. loc.* 161. *n.* 1. Rota *deciſ.* 223. *n.* 6. *par.* 15. *recent.* & in puncto diſpenſationis Equitis Hieroſolymitani tradit Mendo *de Ordin. milit. diſquiſ.* 3. *n.* 139.

Secundo loco ſe ſe offerunt Exempla diſpenſationum in terminis longe fortioribus Monachorum; Ex Hiſtoricis enim, & traditionibus Doctorum habemus, non ſolum fuiſſe diſpenſatum cum Caſimiro Poloniæ Rege, & Monacho ſimul, & Diacono, necnon Ramiro Sacerdote, & Monacho Benedictino, & Conſtantia Roggerii Regis Siciliæ filia Moniali in Monaſterio Panormitano, ſed etiam omiſſis hujuſmodi exemplis, veluti reſpicientibus Reges, aut Regna, punctualiſſimum eſt illud de Nicolao Familiæ Juſtinianæ Sacerdote, & Monacho profeſſo, quem Alexander III. diſpenſavit, ut Matrimonium contraheret, motus non ex Cauſa graviſſima, & directe utilitatem publicam reſpiciente, ſed ex eo tantum motivo, & Cauſa finali, 13 ne memorati Nicolai Illuſtriſſima Familia extingueretur, ut teſtantur Diana *coordin. tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 78. *n.* 3. ibi: *Unus tantum ſupereſt Adoleſcens Nicolaus nomine apud Monachos Sancti Nicolai tunc Vitalis Dux Venetiis impetravit ab Alexandro III. Pontifice Romano, ut liceret Adoleſcenti Monacho ſolvere vinculum Religionis ad ſuſcitandam ſobolem gentis, & reſolut.* 79. *n.* 7. ibi: *Et hoc, &c. ne Familia tam Illuſtris extingueretur*, Donat. *in prax. tom.* 4. *tract.* 1. *q.* 13. *n.* 21. ibi: *Alexander Tertius cum Nicolao Juſtiniano Monacho profeſſo diſpenſavit, ut poſſit Matrimonium contrahere, ad hoc ne ſua tam Illuſtris Familia periret*, Leſſ. *de Juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 40. *n.* 141. *circa finem verſ. Tertio probatur* ibi: *Cum Nicolao Juſtiniano Monacho profeſſo diſpenſavit Alexander Tertius, ut poſſet Uxorem ducere, ne Familia tam Illuſtris extingueretur*, Fragoſ. *de regim. Reipub. tom.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 1. §... *n.* 173. ibi: *Ne tam Excellens Familia deleretur*, Clericat. *de Matrim. deciſ.* 15. *num.* 19. ibi: *Ut Familiam extinctam repararet*, Fagnan. *in cap. Cum ad Monaſterium num.* 66. *de ſtatu Monach.* ibique Barboſ. *n.* 13. *verſ. Et ſimiliter* Barthol. a Sanct. Fauſt. *in Theſaur. Religioſ. lib.* 3. *quæſt.* 36. *num.* 5. Pineda *de Monarchia Eccleſiaſt. par.* 4. *lib.* 25. *cap.* 7. §. 1. *pag.* 84. Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *q.* 1. *verſ. Legimus in vita*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 421. *n.* 13. Lezzan. *tom.* 4. *conſult.* 11. *num.* 10. & legitur apud Pietralata *in Vita Sancti Laurentii Juſtiniani lib.* 1. §. *Il Sereniſſimo*.

Dum igitur Sancta Sedes Apoſtolica diſpenſare conſuevit etiam cum Monachis, qui ſimul erant Sacerdotes, & ſic Religioſi Clauſtrales, hæc praxis procul dubio reputanda eſt in fortioribus, & durioribus terminis, itaut facilius adeſſe cenſeatur voluntas Summi 14 Pontificis ad diſpenſandum cum Equitibus Hieroſolymitanis; nam ſicut denegata non fuit diſpenſatio Monachis ſtrictioris regulæ obſervantia ligatis, quis dubitare poterit hoc eſſe exemplum primo facilius, & cum minori exorbitantia in diſpenſando Equites Hieroſolymitanos, qui licet eſſentiam veræ Religionis profiteantur; attamen more Sæcularium in privatis eorum domibus vivunt, & a ſtatu Sæculari, exceptis Votis, quoad reliqua non valde diſtant, ut in puncto conſiderat Lezan. *dicta conſult.* 11. *num.* 4. & 9. *in fine* ibi: *Hæc autem multo magis procedunt in diſpenſatione Voti ſolemnis Caſtitatis, quod in Religione Sancti Joannis Hieroſolymitani emittitur, talis namque Religio, etſi eſſentiam veræ Religionis participet, nihilominus inter eas, quæ laxiores vocantur, jure recenſetur. Cum conſtet Religioſos illius Equites videlicet, &c. nihilominus ferme, ut Sæculares Equites ſe gerere, in privatis domibus degere, Sæcularium veſtibus uti, Principibus*

in bel-

in bello deſervire, lautis conviviis paſci, amplis redditibus perfrui, & vix ullis auſteritatis obſervantiis vacare, quam illis, quæ neceſſaria ſunt pro bello contra Infideles gerendo, quod eſt proprium ipſorum inſtitutum, &c. quæ omnia, & alia, quæ afferri poſſent manifeſte concludunt Religionem Militum Sancti Joannis, &c. inter laxiorem connumerandam, ſicque facilius in voto ſolemni Caſtitatis diſpenſari poſſe cum ipſius Alumnis.

Ubi enim minor concurrit repugnantia ſtatus votivi, minor adeſſe dicitur diſpenſandi duritia, & quidquid ſervatum fuit cum Monachis in adeo ſtricta,
15 & Regulari vita conſtitutis, eos diſpenſando ad contrahendum Matrimonium, eo magis ſervare fas eſt, quoad Equites Religionis Militaris, qui tanquam more Sæcularium viventes, ſi diſpenſentur ad Matrimonium, non generant apud Populum illam externam apparentiam mutationis Status, quæ naſcitur, & producitur ex diſpenſatione Monachi ad nubendum, qui de Clauſtro, & Cuculla, ad Sæculum cum Uxore revertuntur, ad quam rationem reſpexit Sixtus V. in ſuo Brevi diſpenſatorio unius Equitis Hieroſolymitani, de quo infra ſermo erit ibi: *Cum præſertim Religioſorum hominum conſuetudo a Statu Sæculari, exceptis votis, in reliquis non valde diſtet*: Et in terminis noſtris hac ratione ducti ad effectum facilioris diſpenſationis Equitis Hieroſolymitani proſequuntur Lezzan. *dict. conſultat.* 11. *numer.* 4. & 9. Diana *Coordin. tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 79. *num.* 3. *in fine*, Eſcann. *in propugnac. Relig. Hieroſol. diſc.* 8. *cap.* 2. *n.* 6. & *ſeqq.*

Tertio demum loco exhibentur exempla in ſpecialibus terminis diſpenſationum conceſſarum Religioſis Ordinis Militaris; Etenim in tribus Ordinibus Monteſiæ in Regno Valentiæ, necnon Calatravæ, & Alcantaræ in Hiſpania tempore, quo emittebant tria vota ſubſtantialia, ſicut emittuntur in Religione Hieroſolymitana, Summi Pontifices eorum Equites paſſim diſpenſarunt, ut ducerent Uxorem, ut de diſpenſatione Petri Ludovici Galzeran de Borgia Magni Ma-
16 giſtri Ordinis Monteſiæ teſtatur Carolus de Tapia *in Auth. ingreſſi in verbo Monaſteria cap.* 51. *num.* 3. & de frequentia diſpenſationum, quas conceſſit Clemens VII. multis Religioſis Equitibus Calatravæ, & Alcantaræ ad effectum nubendi datur Teſtimonium, Azor. *Inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *q.* 1. ibi: *Autoritate itidem Clementis VII. multis Religioſis Equitibus Profeſſis in Ordinibus Militaribus Calatravæ, & Alcantaræ conceſſum eſt, ut ſi vellent Uxores acciperent*, Lezan. *d. conſult.* 11. *num.* 20. Eſcann. *in propugnac. Relig. Hieroſolym. diſc.* 8. *cap.* 2. *num.* 14. Et quod ſupradicti Equites tunc temporis emitterent votum perpetuæ Caſtitatis, ſicut Hieroſolymitani probant Boſſ. *in ejus Hiſtoria par.* 1. *lib.* 8. *circa annum* 1177. relat. apud Lezzan. *d. conſult.* 11. *n.* 20. Diana *Coordin. tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 78. *n.* 6. *in fine*, Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *verſ. Legimus quoque in fine*, ubi quod erant quales ſunt Milites Sancti Joannis Hieroſolymitani ibi: *Quales ſunt Sacri Milites Sancti Joannis Hieroſolymitani, & tales erant tunc temporis Calatravæ, & Alcantaræ, licet nunc Caſtitatem conjugalem promittant.*

Præter exempla diſpenſationum in Equitibus hujuſmodi Ordinum Militarium Monteſiæ, Calatravæ, & Alcantaræ extat etiam exemplum in alio Ordine Mili-
17 tari Theuthonicorum, dum ſan. me. Urbanus VIII. de anno 1627. diſpenſavit cum Henrico Scell. Equite profeſſo Milites S. Mariæ Teutbunicorum ad effectum contrahendi Matrimonium cum Agnete Harbegh Muliere Colonien. ut refert Dom. Urſaya *tom.* 2. *par.* 1. *diſc. Eccleſ.* 13. *n.* 53. quæ diſpenſatio perinde eſt, ac ſi conceſſa fuiſſet Equiti Ordinis Hieroſolymitani, cum quo fraternizzat ille Teuthonicorum in tribus votis ſubſtantialibus, & præcipue illo perpetuæ, & abſolutæ caſtitatis, ut tradit Hermes *in faſcicul. jur. public. cap.* 29. *n.* 23. *verſ. Sunt autem*, & dixit Rot. *in Olmucen. Juriſdictionis* 5. *Junii* 1693. §. *Nam non videtur, coram bona mem. Muto*, & 5. *Maii* 1694. § *Rurſus, cor. bo. mem. Molines*, & *in Brixinen. Juriſdict.* 27. *Junii* 1710. §. *Hucuſque, cor. bo. me. Kaunitz.*

Agendo demum de exemplis, quæ emanarunt in Ordine Hieroſolymitano, juxta ſeriem temporum, Primum ex illis adducimus Breve Apoſtolicum Joannis XXIII. de anno 1413. in quo diſpenſavit cum Nobili Viro Jacobo de Vitiacu Præceptore Caſtellanu nuncupato Domus Caſtellaniæ S. Joannis Hie- 18 roſolymitani de Scalis, quem a vinculo Religionis abſolvit, & ad Sæcularem Statum reduxit, quod exemplum licet antiquum, eſt ſatis notabile, quia nulla ex cauſa directe publica emanaſſe conſtat, ſed ſolo intuitu nobilitatis, ut in propoſito advertit Lezzan. *d. conſult.* 11. *n.* 23. Diana *coordin. tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 79. *n.* 13. Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 14. *diſput.* 26. *n.* 6. Reginald. *in prax. for. pœnit. libr.* 18. *cap.* 22 *num.* 321.

Alterum exemplum eſt illud Clementis VII. de anno 1530. qui diſpenſationem conceſſit Antonio Ludovico Domino Loci Racoviſii in Sabaudia Equiti Hieroſolymitano, ut colligitur ex Rubeo Aleſandrin. *conſ.* 147. *in princip.* & *n.* 7. *cum ſeqq.* cui licet unico Relatori, adhuc plena fides circa hoc factum deferri debet tanquam conſultus ſuper lite, quæ cauſata fuerat ex 19 diſpenſatione ſuper eo ſcilicet, an annua præſtatio promiſſa eidem Antonio ſub conditione perſeverandi in Religione Hieroſolymitana amplius prætendi poſſet poſt mutationem ſtatus; in quo memoratus Auctor negativum dedit reſponſum: Eoque magis fidem meretur, dum agitur de diſpenſatione facta per Clementem VII. qui alias diſpenſationes paſſim conceſſerat, cum Equitibus Calatravæ, & Alcantaræ, ut ſuperius relatum eſt, & quod adminiculat, & auget fidem huic Doctori referenti allegatam diſpenſationem Equitis Hieroſolymitani, ut traduot Bonden. *collect.* 14. *num.* 148. *lib.* 1. Rot. *cor. Coccin. deciſ.* 676. *num.* 4. *bon. me. Anſald. in addit. ad deciſ.* 100. *num.* 81. & *in Neapolitana Primiceriatus* 9. *Junii* 1719. §. *In idem collimat, cor. Reverendiſſ. Criſpo.*

Tertium exemplum ſubminiſtrat diſpenſatio facta de anno 1588. per ſan. mem. Sixtum V. cum Antonio Scipione de Loyoſa Equite Hieroſolymitano, ſeu Priore Prioratus Toloſani Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymi- 20 tani, quæ diſpenſatio eſt valde conſiderabilis; nam emanavit prævia diſcuſſione negotii in Congregatione particulari Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſpecialiter deputata, emanavit ad preces Chriſtianiſſimi Regis ex cauſa conſervandi Familiam nobilem, & ob ipſius Familiæ merita, & demum inhærendo, juxta teſtimonium Papæ exemplo, & veſtigiis Pontificum Prædeceſſorum ibi: *Tum intuitu Chriſtianiſſimi Regis, tum ex ipſo Paſtoralis officii munere, tum exemplo noſtrorum Prædeceſſorum, tum etiam ex præclaris ejuſdem familiæ meritis*, addita expreſſione, quod hujuſmodi Militum vivendi conſuetudo: *A ſtatu ſæculari, exceptis Votis, in reliquis non valde diſtet*: Quod notabiliſſimum exemplum ponit ante oculos cauſam diſpenſandi, & quod magis eſt declaravit conſuetudinem Sedis Apoſtolicæ in diſpenſandis Equitibus Hieroſolymitanis ibi: *Exemplo noſtrorum Prædeceſſorum*, cui Summi Pontificis expreſſioni pleniſſimam fidem adhibendam eſſe docet Text. *in Clement. litteris de probat.* & *in cap. Si Papa de privil. in* 6. Maſcard. *de probat. concluſ* 139. *n.* 1. & *ſeqq* Rot. *in Caputaquen. juriſdictionis* 4. *Maii* 1708. §. *Concurrunt, coram bon. mem. Caffarello*, & *in Valven. & Sulmonen. juriſdict.* 10. *Decembris* 1714. §. *Fortius autem, coram Eminentiſſ. Falconerio*, & *in Neapolitana Primiceriatus* 9. *Junii* 1719. §. *Accedit, coram Reverendiſſimo Criſpo.*

Cui exemplo obſtare non valet æquivocum, & manifeſtus error Bartholomæi a S. Fauſto, ejuſque ſequacium, qui ſcripſerunt Gregorium XIII. diſpenſaſſe Henricum de Loyoſa Sacerdotem, & Provincialem Cappuccinorum, non autem memoratum Antonium Scipionem; hic enim eſt error facti clare probatus ex combinatione temporis, dum Henricus Religionem Cappuccinorum ingreſſus fuit poſt obitum Gregorii XIII. qui propterea non potuit cum diſpenſare nondum effectum Cappuccinum, & ſine neceſſitate ulterioris diſcurſus ſatis eſt, quod æquivocum convincatur ex Brevi authentico diſpenſationis ſupradicti Antonii Sci-

pionis

ptionis Equitis Hieroſolymitani, ut inde attendi non
mereantur enunciativæ Doctorum in contrarium,
quæ tali caſu dicuntur erroneæ juxta ſolitum hujuſ-
modi Scriptorum, de quo teſtatur bon. mem. Anſald.
in annot. ad deciſ 100. *n.* 93. *& ſeqq.* præſertim, quia
ultra teſtimonium Brevis cum eo concordant alii me-
lioris fidei Scriptores, nempe Leo *in Theſaur. for. Ec-
cleſ. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 61. *& ſeqq.* Mart. *de ſucceſſ. tom.*
1. *part.* 3. *quæſt.* 13. *art.* 6. *& de juriſdict. part.* 4. *cent.*
1. *cap.* 64. *numer.* 16. *in fine*, *bona mem.* Buttin. *in
ejus voto* impreſſo apud Juſt. *de diſpenſ. libr.* 3. *ſub
numer.* 27. Clericat. *de Matrimon. deciſion.* 28. *nu-
mer.* 19.

Quartum exemplum præſtat diſpenſatio ſan. mem.
Pauli V. cum Brunone ex Comitibus a Maysfeldt E-
21 quite profeſſo S. Joannis Hieroſolymitani, cui acce-
dit quintum exemplum diſpenſationis modernæ ſan.
mem. Alexandri VIII. cum Hieronymo Lubomiski E-
quite Hieroſolymitano de menſe Auguſti 1690. Addeo-
do aliud æque modernum, & ſextum exemplum ore-
tenus auditum, ſcilicet diſpenſationis obtentæ ab Il-
luſtriſſimo Marchione Caravaggio Magno Priore Re-
ligionis Hieroſolymitanæ, qui prævia diſpenſatione A-
poſtolica tranſitum fecit ad ſtatum conjugalem cum
Illuſtriſſima D. Imperiali, ultra alios Equites ejuſdem
Religionis, qui ſupponuntur diſpenſati ad nuben-
dum, quæ ſane antiqua, recentia, & numeroſa exem-
22 pla conſuetudinem Sanctæ Sedis indubitanter conclu-
dunt, illique tanquam receptiſſimæ omnino inhæren-
dum eſſe neglectis omnibus aliis docuit D. Thomas
ſecunda ſecundæ q. 10. *art.* 12. *verſ. Reſpondeo dicen-
dum*, quem in propoſito adducit Donat. *in prax. q.
regul. tom.* 4. *tract.* 1. *quæſt.* 13. *numer.* 18. Barboſ. *in
dict. cap. cum ad Monaſterium numer.* 13. ibique Fa-
gnan. *num.* 66. Reginald. *in prax. fer. pœnit. lib.* 18.
cap. 21. *num.* 329. Cortrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 8. *cap.*
10. *num.* 28.

Ex quibus convincitur hujuſmodi inveteratam pra-
xim, & conſuetudinem Sedis Apoſtolicæ nedum aſ-
ſiſtere pro gratia diſpenſationum conceſſa Regibus,
& Magnis Principibus, ſed etiam Nobilibus, & pri-
vatis juxta caſus ſuperius enumeratos in Equitibus
23 quatuor Ordinum Militarium Monteſiæ, Calatravæ,
Alcantaræ, & Teuthonicorum, ac etiam in Militi-
bus Ordinis Hieroſolymitani, quibus addendum eſt
exemplum notabile Nicolai Juſtiniani Monachi ab
Alexandro III. ut ſupra diſpenſati, quod in ſpecie
conſiderat Diana *coordin. tom.* 3 *tract.* 1. *reſol.* 79. *n.*
7. ibi: *Et ego obſervo non ſolum cum Regibus, & Prin-
cipibus Magnis Pontifices diſpenſaſſe, ſed etiam cum
viris nobilibus, & ideo Alexander III. &c. diſpenſavit
cum Nicolao Juſtiniano Veneto Religioſo in Monaſterio
Sancti Nicolai, qui ſolus tunc ex familia Juſtiniana
ſupererat, ut Uxorem acciperet, &c. ne familia tam
Illuſtris extingueretur, quod exemplum valde notan-
dum eſt.*

Probandum ſupereſt tertium requiſitum juſtæ, &
rationabilis Cauſæ in his diſpenſationum gratiis ne-
ceſſariæ, ubi opportune præmittimus, quod licet in
diſpenſationibus Monachorum ſimul, & Sacerdo-
24 tum, quæ ad effectum contrahendi matrimonium
antiquioribus ſæculis concedebantur Regibus, & Su-
premis Principibus, Sedes Apoſtolica Cauſam directe,
& primario publicam reſpexerit, veluti ne ſucceſſio
Regni devolveretur ad Hæreticos, vel ad evitandam
Bellorum imminentium ſtragem cum ſimilibus, ut
apud Canoniſtas *in cap. cum ad Monaſterium de ſtat.
Monachor.* attamen recentioribus ſæculis, poſtquam
diſpenſare cœpit cum Privatis Nobilibus ſaltem re-
ſpectu Equitum Religionum Militarium, requiſita
nunquam fuit in his diſpenſandis Cauſa *primario
publica*, ſed Summi Pontifices contenti fuerunt de
cauſa *ſecundario publica*, itaut indirecte, & in con-
ſequentiam tenderet ad publicam utilitatem, ut li-
quet ab exemplis ſupra relatis, & in individuo di-
ſcurrunt Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 14. *q.* 26.
n. 6. Diana *coordin. tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 79. *numer.* 13.
14. *&* 15. Lezzan. *oper. moral. tom.* 4. *conſult.* 11. *num.*
23. *&* 24. bonæ memor. Bottin. in ejus voto im-
preſſo apud de Juſtis *de diſpenſat. poſt. cap.* 15. *num.*
20. Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. part. ſecunda cap.* 11.
numer. 65.

Quo præmiſſo plures oſtendimus rationabiles Cau-
ſas, ſaltem ſecundario publicas, & publicam utilita-
tem reſpicientes, quarum prima eſt, quod Sereniſſi-
mus Princeps Orator expoſtulatæ gratiæ ſubſidio indi-
get ad impediendam extinctionem ſuæ nobiliſſimæ, &
Regiæ, ſeu Regali proximæ Familiæ, quæ de cætero
in totum peritura erit, niſi per matrimonium Oratoris
ejuſdem conſervationi, & propagationi conſulatur,
in qua cauſa, ipſa etiam publica utilitas apertiſſime
verſatur, quia nempe Reipublicæ intereſt Familias 25
Nobiles, & clariſſimas conſervare, & debitis reme-
diis occurrere, ne extinguantur ad Text. *in l.* 1. §. *De-
nunciare verſ publice, ff. de ventr. inſpicien.* & in ſub-
jecta materia diſpenſationis dixerunt Coninck. *de Sa-
cram. diſput.* 33. *dub.* 5. *num.* 49. Caſtropal. *oper. moral.
tom.* 5. *tract.* 28. *diſput.* 4. *punct. ultim.* §. 2. *num.* 2. *verſ.
quinta cauſa*, Hurtado *diſput.* 26. *difficult.* 3. *num* 12.
Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſput.* 19. *num.* 30. *&* 31.
ubi allegat Henriquez referentem ex hac Cauſa ſan.
mem. Gregorium XIII. diſpenſaſſe cum Comitiſſa Lui-
ſa voto continentiæ adſtricta, ibi: *quod ad pietatem,
& publicum bonum pertineat conſervare. Illuſtres Fa-
milias; ſic Henriquez, &c. & refert in comment. litt.
D. ob hujuſmodi cauſam diſpenſaſſe Gregorium XIII.
anno* 1575. *cum D. Luiſa Comitiſſa S. Gadea, ut na-
beret Patruo, cui prius Soror ejus nupſerat, & inſu-
per illa Voto continentiæ adſtricta erat*, & ſequitur
Cortad. *in prax. diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 2. *numer.* 108. ubi
refert hoc ipſum exemplum addendo hoc reſpicere
Intereſſe publicum, ibi: *Et favet conſervationi
familiarum, quod in illis verſatur intereſſe publi-
cum.*

Et in propoſito confert etiam locus Ciceronis *in
oratione pro Sextio*, ubi inquit *utile eſt Reipublicæ no-
biles eſſe homines dignos majoribus ſuis*, & plene apud
Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 31. *num.* 93. *& cap.* 47. *n.*
80. unde legimus Auguſtum publica pecunia adjuvaſſe
Hortalum unicum ſuperſtitem Nobiliſſimæ Familiæ
Hortenſiæ, ut Uxorem duceret: *ne clariſſima fami-
lia extingueretur*, ut refert Tacit. *lib.* 2. *annal.* & pro-
bat Ammirat. *ad Tacit.* lib. 2. *diſc.* 8. *in princ.* & citra
neceſſitatem ulterioris diſcurſus in his generalibus,
ita in terminis terminantibus, quod ad effectum di- 26
ſpenſandi ad matrimonium Equites Hieroſolymitanos
ſufficiat hæc cauſa, veluti publicum bonum reſpici-
ens, nempe reſtaurandi Familiam Nobilem, ne defi-
ciat, & extinguatur firmarunt Diana *coord tom.* 3.
tract. 1. *reſol.* 79. *n.* 13. ibi: *Verum his omnibus cauſis
omiſſis, &c. non dubito præcipuam eſſe illam, quæ per-
tinet ad bonum publicum, ne pereat, videlicet, & ex-
tincta remaneat una ex Nobiliſſimis Familiis Regni
Majoricarum; nam hanc cauſam pertinere ad commu-
ne, & publicum bonum firmarunt uno ore Doctores
magni nominis, & infra n.* 15. ibi: *Pro conſervanda
Illuſtri Familia, quod pertinere ad bonum publicum
ſatis ſupra probatum eſt*, Lezzan. *dicta conſultat.* 11.
num. 26. *&* 27. Eſcann. *in propugnat. Relig. Hieroſol.
diſc.* 8. *cap.* 22. *num* 17. Bellett. *diſquiſit. Cleric. tit. de
diſcipl. Cler.* §. 9. ibi: *Aut, ne ſtirps nobilis deficiat
ſine herede.*

Neque hanc cauſam eſſe ſufficientem, & publicam
probant ſolæ auctoritates Doctorum, ſed declararunt
Summi Pontifices in exemplis ſuperius relatis, in
quibus diſpenſarunt nedum Equites, ſed etiam Mo-
nachos, ne illorum Illuſtris Familia periret, hanc
enim fuiſſe Cauſam diſpenſandi Nicolaum Juſtinia-
num Monachum, & Sacerdotem, Virum de cætero
privatum Nobilis Familiæ Juſtinianæ, uno ore teſtan-
tur Omnes, qui hoc exemplum referunt ſignanter, 27
Donat. *in prax. tom.* 4. *tract.* 1. *q.* 13. *n.* 21. ibi: *Ad hoc
ne ſua tam Illuſtris Familia periret*, Leſſ. *de juſt. &
jur. dicto cap.* 40. *n.* 141. ibi: *Ne Familia tam illuſtris
extingueretur*, Fragoſ. *ubi ſupra tom.* 2. *lib.* 1. *diſp.* 21.
§. 9. *numer.* 173. ibi: *Ne tam excellens Familia de-
leretur* Lezzan. *dict. conſult.* 11. *numer.* 27. Clericat.
de matrimon. deciſ. 15. *numer.* 9. ibi: *Ut Familiam
extinctam repararet*, Diana *tract.* 1. *reſol.* 78. *numer.*
3. ibi: *Ad ſuſcitandam ſobolem Gentis, & reſol.* 79.
num. 7.

num. 7. ibi: *Ne Familia tam Illuſtris extingueretur*, Azzor. *dict. lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.* 1. ibi: *Ad reparandam ſobolem Gentis*, cum aliis ſuperius laudatis §. *Secundo loco*; Sic etiam ex hac Cauſa reſtitutionis Familiæ ſan. memor. Gregorium Decimumtertium diſpenſaſſe cum memorata Comitiſſa Hiſpana ſuper voto continentiæ teſtantium Henriquez *lib.* 12. *cap.* 13. *n.* 9. *in gloſſ. litt. D.* Sanchez. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 19. *n.* 31. Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 2. *nu.* 108. Lezzan. *dict. conſult.* 11. *n.* 27. *tom.* 4. Diana *d. reſ.* 79. *num.* 13. *verſ. quod quidem* ubi exorbitantiam diſpenſationis conſiderat, ibi: *Nam Pontifex primo diſpenſavit in Voto Caſtitatis, coram Epiſcopo emiſſo, ſecundo diſpenſavit, ut Comitiſſa contraheret cum Marito olim ſua Sororis, tertio diſpenſavit, ut contraheret cum Patruo: Et hoc ſolum, ut dictum eſt, ne extincta remaneret Familia illa Nobilis, quia ad publicum, & commune bonum ſpectabat*, Villalob. *in Summ. tom.* 1. *tract.* 14. *diſc.* 26. *n.* 6.

Pariter ex hac cauſa non extinguendi Nobilem Familiam ſan. mem. Sixtus Quintus diſpenſavit cum Antonio Scipione de Joyoſa Equite Hieroſolimitano, ibi:
28 *Non modo utile, ſed plane neceſſarium ſit Nobiles hujuſmodi, & potentes Familias veræ Religioni, & pietati intemeratæ devotione addictas conſervari*, prout etiam exponunt hanc fuiſſe cauſam diſpenſandi omnes Doctores, comprehenſis etiam illis, qui æquivocarunt inter Equitem Hieroſolymitanum, & Cappucinum Familiæ de Joyoſa, ut apud Lezzana *tom.* 4. *dicta conſult.* 11. *n.* 23. Bartholom. a Sanct. Fauſt. *in Theſaur. Religion. lib.* 3. *q.* 36. *n.* 8. *& ſeqq.* Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 6. *& ſeqq.* Mezat. *in Compend. Chronologic. tom.* 6. *fol. mihi* 199. *& ſeqq.* & Moret. *in Dictionar. Hiſtoricam. litter. I. verbo Joyeuſe il* 6.

Ex hac demum cauſa conſervandi Nobiles Familias Clementem Septimum diſpenſaſſe cum multis Equitibus Calatravæ, & Alcantaræ in puncto quæſtionis proſequitur Lezzan. *dicto tom.* 4. *conſultat.* 11. *num.* 23. Diana *coord. tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 79. *num.* 13. *&* 14. *in*
29 *fine verſ. Utpote in praxi poſitam a Clemente VII.* & de diſpenſatione conceſſa ex hac Cauſa conſervationis Familiæ Salazar obſervat bon. mem. Bottin. apud de Juſt. *de diſpenſat. lib.* 3. *n.* 14. *poſt cap.* 26. *fol. mihi* 288. ubi regiſtravit per extenſum ſimilem gratiam obtentam a ſan. mem. Alexand. VIII. idemque legitur in Diſpenſatione ſan. mem. Urbani Octavi Equiti Theutonici, & proinde amplius dubitandum non videtur, quod iſta Cauſa dicenda ſit publica ſecundario, & ſufficiens ad diſpenſandum Equitem Hieroſolymitanum ſuper ſolemni Voto Caſtitatis ad effectum nubendi, dum hujuſmodi Cauſa ſufficienti ratione probatur, auctoritate Doctorum individualiter firmatur, & denique exemplis, & facto tot Summorum Pontificum, qui ex hac Cauſa diſpenſarunt, pleniſſime canonizatur.

Cæterum hæc Cauſa conſervandi Nobilem Familiam eo magis publica, & pluſquam ſufficiens exiſtimatur, quando non continet illam publicam utilitatem in genere conſideratam in re publica, ſed in ſpecie reſpicit Apoſtolicæ Sedis, & Catbolicæ Fidei utilitatem, quales ſunt termini caſus noſtri; Agitur enim de ſtrenua Familia de Vandomo, quæ Armis, & Sanguine propugnando in Apoſtolicæ Sedis auxilium ſe ipſa conſervavit in Bello; Adhuc enim fama reſonant extincti Cineres magnanimi Ducis Franciſci de Beauſort Principis Oratoris Patrui, qui ad propulſandam Turcarum obſidionem ab Inſula, & Regno Cretenſi tunc poſſeſſo per Sereniſſimam Rempublicam Venetam, fortiſſimum Exercitum admovit, ibique acerrimo marte pugnando ſtrenua morte interemptus eſt, ſolutis in Urbe ſolemnibus Exequiis cum altiſſimo Caſtro doloris ſub Pontificatu ſan. memor. Clementis IX. indolente in univerſum Populo Chriſtiano jacturam invictiſſimi Ducis, cujus geſta, pericula, & neces propriis oculis vidit Princeps Orator ad ejus latus in illo Prælio exiſtens; quando enim agitur non ſolum de Familia Nobili, ſed de ſtrenua, & forti, quæ alias Catholicæ Fidei Sanguine, & Armis defenſionem præſtitit, tunc publica Cauſa eſt, hoc Familiarum genus conſervare,
cum tali medio Sedes Apoſtolica non amittant Defen- 30
ſores ſuos ex progenie ſibi auxilium continuatura juxta illud Horatii: *Fortes creantur Fortibus*, quemadmodum hanc Cauſam approbavit Sixtus Quintus in diſpenſatione Equitis Hieroſolymitani de Joyoſa ibi: *Neceſſarium ſit Nobiles hujuſmodi, & potentes Familias conſervari, & magnopere intereſſit ex hac ipſa Domo, quæ præcipuum, & ſingulare, quantum in ea erat Catholicæ Fidei defendendæ, &c. ſtudium uſque ad Sanguinis effuſionem conſtanter oſtendit, quæque ut plurimum inter Primarias dictæ Provinciæ numeratur, progeniem, & prolem a ſuis Majoribus, ut veriſimile eſt, non denegarent procreari, ac non immerito ſperandum ſit, ſi hujus ſtirpis poſteritas propagetur ſemper apud illam firmiſſimum Piis, & Catholicis Viris præſidium, & adjumentum, & refugium, &c. prout hactenus fuit, & in poſterum paratum fore.*

Sine dubio enim diſpenſatio in his terminis fundari dicitur in Cauſa publica, quia nempe tali modo, non tam Sedes Apoſtolica recompenſam dare dicitur Sanguini benemerito, quam ſibi providere, ne deficiant eidem S. Sedi Defenſores magnanimi, ut inquit Sixtus Pontifex, omnino ſperandi, quod ſequantur veſtigia Majorum in effundendo Sanguine adverſus Turcas, alioſque Hoſtes Romanæ, & Catholicæ Eccleſiæ, ideoque hujuſmodi Gratia diſpenſationis, per quam eodem tempore Familiæ geſta remunerantur, & ſibi futurum Præſidium paratur, cenſetur directa ad publicam cauſam, & publicum bonum, unde etiam alia producitur conſequentia, quod
cæteræ Familiæ Nobiles acrioribus ſtimulis exemplo 31
ducantur ad heroica geſta pro Sedis Apoſtolicæ munimento, & præſidio, Menoch. *de arbitr. centur.* 5. *lib.* 2. *caſ.* 421. *n.* 10. *& ſeqq.* Traſmiera *de Poligam. lib.* 2. *q.* 17. *n.* 3. *& ſeqq.* R. P. D. Dandin. *de ſuſpect. de hereſ. cap.* 3. *ſect.* 1. *ſubſect.* 2. §. 1. *n.* 19. Lezzana *d. conſultat.* 1. *n.* 30. Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 2. *nu.* 109. Sanchez *d. diſp.* 19. *n.* 32. *lib.* 8.

Altera Cauſa, quæ licet ſeparata, affinis eſt primæ, conſiſtit in remunerandis meritis hujus Nobiliſſimæ Familiæ erga Sanctam Sedem, tum reſpectu Cæſaris Avi, tum Aloyſii Patris Oratoris, poſtea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, tum memorati invictiſſimi Ducis de Beauſort ejus Patrui, tum Ducis Aloyſii fratris celeberrimi, & ſtrenui Exercitum Imperatoris, cujus gloria, & fama martialis omnibus notiſſima eſt; Tum Demum ipſius Principis Oratoris, qui in Cretenſi Bello contra Turcarum barbaras copias ad latus Patrui depreliatus fuit, & noviſſime cum fama eſſet Turcarum Tyrannum Armis invaſurum Inſulam Melitenſem propria, & privata pecunia publicam adauxit, ut opportuna propugnacula contra communem Hoſtem pararentur, & extruerentur in Catholicæ Fidei, & Religionis Hieroſolymitanæ defenſionem, ut omnibus notiſſimum eſt, & probatione non indigent; Hec autem Cauſa meritorum Familiæ Nobilis in hoc puncto Diſpenſationis eſſe ſufficientem
veluti ſecundario publicam docet Text. *in Canon. tali* 32
conjugio 1. *quæſt.* 7. ibi: *Niſi forte eos, aut maxima Eccleſiæ utilitas, vel neceſſitas poſtulet, vel evidens meritorum prærogativam commendet*, quia mediante hac recompenſa conſulitur bono publico, ut ſic alii ad ſimilia geſta moveantur, & declaravit memoratus Sixtus Pontifex in diſpenſatione Equitis Hieroſolymitani de Joyoſa ibi: *Tum etiam ex præclaris ejuſdem Familiæ meritis*, & ſan. mem. Alexander VIII. in diſpenſatione alterius Equitis Hieroſolymitani ibi: *Tum ſuis, tum majorum ſuorum rebus alias pro re Chriſtiana pie, ac fortiter geſtis, &c. ejuſmodi gratiam cujuſmodi plures Romani Pontifices etiam Prædeceſſores noſtri aliis quot Cauſarum, & meritorum ad id inducentium non validiora adjuvabant ſuffragia, non denegaſſe reperiebantur*, & ſan. memor. Urbanus Octavus in diſpenſatione Equitis Sanctæ Mariæ Theutonicorum ibi: *qui de vere nobili genere, & Familia de Fide Catholica benemerita procreati exiſtunt*, & in puncto quod cauſa hæc meritorum Familiæ attenditur in ſubjecta materia diſpenſationis

firmarunt Peres *de matrim. diſp.* 25. *ſect.* 5. *num.* 11.
Sanchez *eodem tract. lib.* 8. *diſp.* 19. *nu.* 32. Corrad. *in
prax. diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 109. & in præciſis termi-
nis noſtris Lezzan. *tom.* 4 *conſulc.* 11. *num.* 30. bon. me-
mor. Bottin. in allegato Voto impreſſo apud Juſt. *lib.*
3 *cap.* 12. *num.* 23. *& ſeqq.* Caſtropal. *oper. moral. tom.* 5.
tract. 28. *diſp.* 4. *punct. ultim.* §. 2. *n.* 2. *verſ. ſeptima* ibi;
*pertinet enim ad bonum commune, Pontificem illis ſe
gratum exhibere, ut ſit aliis ad ſimilia exercenda mo-
veantur.*

Tertiam cauſam ſubminiſtrat conſideratio illa, quod
per extinctionem hujus nobiliſſimæ Familiæ omnia ejus
bona conſpicuæ qualitatis, & quantitatis devolveren-
tur ad familias extraneas, quæ cauſa, licet tanti non
33 ſit, unita tamen cum aliis in maxima conſideratione
habetur ad effectum diſpenſandi, quia ad Pietatem
pertinet favore patienti jacturam in propriis bonis, ut
ſunt verba Caſtropal *dicto tract.* 28. *diſput.* 4. *punct. ul-
tim.* §. 2. *num.* 3. *verſ. Quarta*, a Spirit. Sanct. *tract.* 11.
diſp 8. *ſect.* 4. *num.* 553. *verſ. Quarta eſt*, Bellet. *diſquiſ.
Cleric. part.* 1. *tit. de diſc. Cleric.* §. 9. *num.* 13. *in fine*,
Et in individuo caſus noſtri proſequitur Lezzan *dict.
conſultat.* 11. *n.* 28. ubi allegat illud Hieremiæ geme-
bundi ad Dominum dicentis; *recordare Domine,
quid acciderit nobis, intuere, & reſpice opprobrium
noſtrum, &c. Hereditas noſtra verſa eſt ad alienos,
Domos noſtra ad extraneos*, quod etiam ſignificavit
ad Senatum Tiberius Imperator apud Tacit. *lib.* 3. *An-
nal.* in illis verbis: *pecunia noſtra ad externas, aut
hoſtiles Gentes transferuntur*; quæ proinde Cauſa una
cum aliis conjungenda adjumentum præbet petitæ diſ-
penſationi.

Quartam denique cauſam producunt efficaciſſimæ
preces ipſium Supremorum Regum Orbis Chriſtiani in-
tercedentium, & ſupplicantium pro gratia apud Se-
dem Apoſtolicam, ejuſque Summum Pontificem, &
proinde ſupplicationem benigne exaudire ſolet Cle-
34 mentia Sanctæ Sedis, cum illi dicantur Catholicæ
Eccleſiæ Protectores, & præſidia Fidei contra Hoſtes
de Sede Apoſtolica optime meritiſſimi, quos expedit
remunerari, ut ferventiores reddantur in Sedis Apo-
ſtolicæ utilitatem, ut concludunt Pont. *de Matrimon.
tit. de Sponſal. diſp.* 4. *punct. ultim.* §. 2. *num.* 2. Sanchez
eodem tract. lib. 8. *diſput.* 19. *numer.* 32. a Spirit. Sanct.
tract. 11. *diſput.* 8. *ſect.* 4. *numer.* 353. *verſ. Septima eſt*,
Coninch. *de Sacrament. diſputat.* 23. *dub.* 5. *numer.* 59.
Reginald. *in prax. for. pœnit. tom.* 2. *lib.* 31. *capit.* 26.
num. 16. & in puncto diſpenſationis Equitis Hieru-
ſolymitani nihil intactum relinquens probat Diana
Coordin tom. 3. *dict. diſp.* 79 *n.* 12. ubi loquitur de in-
terceſſione Catholici Regis Hiſpaniarum ibi: *Adeſt
etiam pro juſta cauſa auctoritas, & merita interceden-
tis pro Oratore qui eſt Auguſtiſſimus Rex Hiſpania-
rum, &c. ratio eſt, qui multum expedit Eccleſia ha-
bere Reges ſpecialiter devinctos*, & in eiſdem terminis
proſequitur etiam Lezzan. *dicta conſult.* 11. *num.* 30.
in fine.

Ex quibus ſatis conſtare fatendum eſt de juſta, &
rationabili cauſa diſpenſandi, dum plures adducuntur,
& ſignanter illæ approbatæ ab exemplis Summorum
Pontificum in præciſis caſibus diſpenſationum Equi-
tum Militarium, & tamen ad iſtum effectum cauſæ non
conſiderantur uti ſingulæ, ſed tanquam ſimul aggre-
gatæ, ut omnibus ſimul conſideratis in unica maſſa
35 circumſtantiarum, & cauſarum rationabilitas Gratiæ
inducatur, & conſtituatur juxta regulam ſatis vulga-
tam: *ſingula quæ non proſunt, juncta juvant*, ut in
ſubjecta materia communiter advertunt a Spirit. Sanct.
tractat. 11. *diſput.* 8. *ſect.* 4. *nu.* 353. *in fine*, Caſtropal.
Oper. Moral. dicto tract. 28. *diſput.* 4 *punct. ultim.* §. 2.
num. 2. *in fine*, Sanchez *de Matrimon. lib.* 8 *diſp.* 19.
numer. 34. Coninch. *de Sacrament. diſputat.* 33. *dub.* 5.
num. 49. & in puncto Equitis Hieroſolymitani con-
tinuant ſuperius allegati Lezzan. *conſult.* 11. *num.* 33.
Diana *dicto tom.* 3. *reſolut.* 79. *numer.* 12. *verſic. plures
cauſa aggregatæ ſufficerent, quarum ſingula non ſuf
ficerent*, Eſcann. *in propugn. diſcurſ.* 2. *capit.* 5. *nu-
mer.* 20.

Addendo in faciliorem conceſſionem gratiæ notabi-
le dictum Siſti V. Summi Pontificis ſuperius relatum,
quod nempe iſti Equites a ſtatu Sæculari non valde
diſtant, exceptis Votis, cui addere exiſtimamus inſi-
gne, & conſiderabile Judicium Domini Soto celeber-
rimi Theologi *in tract. de juſt. & jur. lib.* 7. *q.* 5. *art.*
3. *in fine*, ubi cenſuit expedire, ut Equites Hiero- 36
ſolymitani eſſent diſpenſandi ad effectum contrahendi
Matrimonium, & ducendi Uxores, verba ejus ſunt
hæc; *Per hæc alia diluitur quæſtio, de qua ante quin-
decim hinc annos decertantes in Hiſpania fuit diſpu-
tatum, quæ quidem bimembris erat: Primum, utrum
expediens eſſet diſpenſatio, ut hujuſmodi Equites
Uxores ſibi poſſunt copulare. Secundo, utrum etiam
cum illis, qui Vota ſolemniter ediderant, diſpenſare
liceret, quæ quidem fuit malen moleſtior de priori,
Ego pro meo captu ſemper ejuſmodi diſpenſationem
expedientem arbitratus ſum, &c. commoditas autem
diſpenſationis hæc eſt, quod ly Caſtitas in ejuſmodi
vita inſtituto, ſi humano loquimur more, non eſt
ſervatum poſſibilis; vivunt enim laute, & ſplendide
Domi Servitrices habentes, foriſque cum nobilis Mu-
lieribus juge habentes commercium, torneamenta,
aliaque militaria exercitia mediantes. Qua ergo ra-
tione iſti Voto Caſtitatis adſtringendi eſſent: eadem
forme de cauſa quæſtio ſecunda affirmative ſolu-
ta eſt.*

Hæc omnia reſpiciunt gratiam diſpenſationis prin-
cipaliter expoſtulatam mediante ejus reductione ad
ſtatum Sæcularem ad effectum contrahendi Matri-
monium, pro cujus conceſſione, ſi omnia concur-
runt extrema ſuperius examinata, inutile eſt diſſerere
de altera gratia ſubſidiaria petita circa tranſitum ad
alium Ordinem militarem, in quo ſervetur Caſtitas
conjugalis; Verum, ut omni ex parte conſulatur Se-
reniſſimo Oratorio, deſcendo etiam ad examen hujus
gratiæ ſubſidiariæ, quæ de cætero nullam admittit
imaginabilem rationem dubitandi; Si enim Cauſæ
omnes ſupra deductæ exuberant ad effectum diſpen-
ſandi ſuper Votis Religionis militaris reducendo
Equitem ad ſtatum Sæcularem eo magis, & facilius
ſunt admittendæ ad effectum hujus gratiæ circa tran- 37
ſitum ad alium Ordinem militarem, in quo Caſtitas
conjugalis ſervatur, juxta notiſſima argumenta, de
quo Text. *in Authent. multo magis, Cod. de Sacroſanct.
Eccleſ. & in cap. ex parte* 3. *de Decim.* cum concor-
dantibus apud Rot. *deciſ.* 10. *n.* 6. *part.* 2. *recem.* & in
præciſis terminis noſtris abſolute concludunt Diana
Coordinat. tom. 3. *dict. reſol.* 79 *n.* 13. *& ſeqq.* Eſcaon.
in propugnac. dicta diſcept. 8. *cap.* 2. *n.* 23.

Verum examinando ſubſtantiam hujus gratiæ, di-
cimus eam eſſe ſimplicem commutationem Voti, & 38
ſic partialem, ſeu diminutam diſpenſationem, ut in-
quit Caſtropal. *Oper. Moral. p.* 3. *tract.* 15. *diſput.* 2.
punct. 14. *n.* 4. ibi: *quia commutatio eſt quædam par-
tialis, ſeu diminuta diſpenſatio*: quæ ſane commu-
tatio Voti de Caſtitate abſoluta in conjugalem non
immutat, aut in aliquo tollit ſubſtantiam regulæ,
ducto exemplo ab aliis Votis, & ſignanter illo pau-
pertatis, quod ſicut poteſt eſſe ſtrictum, & latum
in una, vel altera Religione, ita etiam Caſtitas ſuam
recipere valet latitudinem per viam commutationis
de una ſpecie Caſtitatis ad aliam, citra mutationem
eſſentialem ſtatus Religioſi, ut in puncto advertit 39
Diana *d. tom.* 3. *reſ.* 79. *n.* 7. *verſ. Ejus opinio, & n* 8.
Lezzan. *d. conſult.* 11. *n.* 14. *& ſeqq. juncto n.* 18. *&* 19.
Sperell. *dec.* 2 *n.* 62. *& ſeqq.* ubi quod Cælibatus, &
ſtatus conjugalis ſub una caſtitatis virtute compre- 40
henduntur, Rota *dec.* 266 *num.* 6. *p.* 2. *diverſ.* ibi: *&
commutatio Voti continentia in Caſtitatem conjuga-
lem non mutat regula ſubſtantiam.*

Hinc propterea paſſim Sedes Apoſtolica concedere 41
ſolet quibuſcunque Religionis hujuſmodi tranſitum
de ſtrictiori Ordine ad laxiorem, & indubitanter,
quando aliqua concurrat juſta, aut rationabilis cau-
ſa deveniendi ad hanc tranſlationem, ſicut per Text.
in cap. licet de Regul. communis eſt traditio Docto-
rum, de quibus apud Sanchez *ad præcept. Decalog.
lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 67. Donat. *in prax. quæſt. regul. tom.* 1.
tract. 5. *q.* 25. *n.* 14. Pellizzar. *in manual. tom.* 1. *tract.*
3. *cap.* 5. *ſect.* 3. *numer.* 65. Peyrin. *de Offic. Subdit. re-
gul. quæſt.* 1. *cap.* 24. *verſ. Dico ſexto, & verſic. Dixi*,

Leſſ.

Leſſ. *de juſtit. & Jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 13. *num.* 102. Caſtropal. *Oper. Moral. part.* 3. *tract.* 16. *diſput.* 4. *punct.* 16. §. 5. *num.* 2. *& ſeqq.* & in terminis noſtris Lezzan. *dict. conſult.* 11. *num.* 18.

Ad hunc autem effectum eſto, quod requiratur aliqua cauſa juſta, & rationabilis, ſemper tamen verum eſt, quod pro iſto tranſitu de ſtrictiori ad laxiorem Ordinem non requiritur cauſa, nec primario, nec ſecundario publica, ſed ſufficit cauſa
42 privata, ſeu privatum commodum ipſius Religioſi reſpiciens, ut fatentur omnes in hoc puncto Scribentes ſuperius relati, nempe Sanchez *ad præcept. Decal. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 72. Donat. *in prax. quæſt. regul. tom.* 1. *tract.* 5. *quæſt.* 21. *num.* 2. *& ſeqq.* Pellizzar. *in Manual tom.* 1. *tractat.* 3. *cap.* 5. *ſect.* 3. *num.* 67. Caſtropal. *part.* 3. *tract.* 16. *diſput.* 4. *punct.* 26. §. 5. *numer.* 6. & in terminis tranſitus Equitis Hieroſolymitani ad alium Ordinem militarem, in quo ſervatur Caſtitatis conjugalis, late probat Lezzan. *dicta conſultat.* 11. *per totam*, Dian. *Coordinat. tom.* 3. *tract.* 1. *dicta reſol.* 70. *per tot. ſignanter num.* 11. unde cum in caſu iſto concurrant adeo inſignes cauſæ nedum privatæ, ſed etiam publicum bonum reſpicientes, & aptæ ad liberandum ab omnibus Votis, & reducendum Religioſum ad ſtatum Sæcularem, nulla proinde cadit imaginabilis umbra dubitandi, quo minus concurrat juſta cauſa, quam ſatis eſt concurrere in linea privatæ, & non publicæ.

In quo quidem genere Gratiæ leviores ſtratam habemus ſemitam etiam in cumulo exemplorum, in quibus Summi Pontifices Equitibus Hieroſolymitanis tranſitum conceſſerunt ad alium Ordinem Militarem, ubi ſervatur Caſtitas Conjugalis ex cauſa mere privata ipſius Tranſlati, ut in exemplo ſan. mem. Pauli III. qui tranſtulit Joannem de Borgia Equitem Hieroſolymitanum ad Ordinem Militarem Sancti Jacobi de Spatha ex ſola cauſa privata, ſcilicet pro quiete animi ipſius Equitis, & in alio exemplo Antonii Luſitani Prioris de Orlato apud Franciſcum de Arauxo *de Eccleſ. Stat. tractat.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 29. quæ exempla comprobant communem opinionem ſupra relatam, quod pro gratia
43 Tranſlationis de ſtrictiori ad laxiorem Ordinem nulla requiratur gravis, & publica cauſa, ſed quævis minor ſufficiat etiamſi privatam utilitatem Tranſlati reſpiciat, ut præter ſuperius relatos docet Panormitan. *in cap. Non eſt num.* 6. *in fin. de Regul.* Geminian. *in cap. Cum ſingula*, §. *Prohibemus numero* 6. *de prabend. in* 6. Azor. *Inſtitut. Moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *quæſt* 8. *verſic. Quæ res*, Bordon. *reſol* 29. *quæſt.* 14. *num.* 55. & in terminis noſtris Lezzan. *dicta conſultat.* 11. *num.* 22. *verſ Cauſam iſtam*, Dian. *Coordin. dicta reſol* 79. *num.* 11.

Immo etiam nullam requiri cauſam in concedenda gratia hujus tranſitus præter ſolam Papæ auctoritatem probant exempla, & Doctores, adeo gratia hæc de levioribus reputatur; Etenim tempore quo Ordines Militares de Calatrava, & Alcantara una cum aliis Votis emittebant, illud Caſtitatis abſolutæ, ſicut Equites Hieroſolymitani, ut ſuperius dictum eſt ſan. mem. Paulus Tertius, Antonio de Turre Equiti de Calatrava, ſine ulla cauſa conceſſit tranſitum ad alium Ordinem Militarem Sancti Jacobi de Spatha, hoc ipſum deinde conceſſit aliis ſeptem Equitibus de Alcantara, & Calatrava, & ſimiliter Petro de la Cueva Præceptori majori Ordinis de Alcantara, eundemque tranſitum ſine ulla cauſa, & pro ſolo libito voluntatis, tam Paulus Tertius, quam Julius Tertius conceſſerunt viginti aliis Equitibus de Alcantara, & Calatrava, unde patet non ſolum in hoc genere ſatis eſſe cauſam quancunque privatam, ſed etiam nec minus ullam cauſam fuiſſe requiſitam per Summos Pontifices reſpectu hujuſmodi Equitum pro tranſitu de uno in alium Ordinem laxiorem, & æque Militarem, quod etiam probant Doctores nullam Cauſam re-
44 quirentes in Summo Pontifice relati apud Lezzan. *dict. conſult.* 11. *num.* 22. *verſ. Omittentes Hoſtienſem*, & loquentes quoad ſuum externum, concordam Pellizzar. *in Manual. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 5. *ſect.* 3. *num.* 65. Sanchez *de præcept. Decalog. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 67. Peyrin. *de offic. ſubdit. regul. quæſt.* 1. *cap.* 24. *verſic. Dico quinto* Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 8. *cap.* 10. *num.* 28. *verſ. Immo etiam ſine cauſa*; quod tamen dicitur ad exuberantiam, quia ſemper Summus Pontifex motus præſumitur ex aliqua rationabili cauſa: cum hujuſmodi aſſumptum in propoſito aliud non ſit, niſi quod hoc genus gratiæ ſit obvium, & minoris difficultatis, & mi-
noris cauſæ, ſcilicet privatæ, ex quo illa ſtatum 45
ſubſtantialem Religioſi non immutat, ut optime concludit, Diana *dicta reſol.* 79. *num.* 7. *in fine, & num.* 8. ibi: *Pontifex non facit de Religioſo non Religioſum, ſed transfert Religioſum de una ad aliam Religionem, in qua vere exiſtente Religioſo non tenetur tamen ad Votum Caſtitatis abſolutæ, ſed conjugalis, itaque in caſu, de quo loquimur Pontifex non diſpenſat abſolute in Voto Caſtitatis ſolemni, ſed illud commutat in Votis Caſtitatis Conjugalis, &c. unde commutatio Voti continentiæ in Caſtitatem Conjugalem non mutat ſubſtantiam Regulæ*, & concordat Diana *dicta conſultat.* 11. *num.* 18. 19. & 25.

Concludendo magnam congruentiam, & omnimodam rationabilitatem utriuſque gratiæ cum ſæ-
pius memorata ratione expreſſa in Brevi Apoſtolico 46
Summi Pontificis Sixti V. quod nempe hujuſmodi Equitibus congrua eſt diſpenſatio, & Caſtitatis conjugalis propter ſtatum *non valde diſtantem a Sæculari*, exceptis votis, & juxta opinionem doctiſſimi Soto, qui ſemper expedire cenſuit, ut diſpenſentur Equites Hieroſolymitani ad effectum contrahendi matrimonium ex verbis ſuperius allegatis, & hic neceſſario in parte repetendis ibi: *Caſtitas in hujuſmodi vita Inſtituto, ſi humano loquamur more, non eſt ſervata poſſibilis, vivunt enim laute, & ſplendide domi ſervitrices habentes, foriſque cum amicis mulieribus jugo habentes commercium, torneamenta, aliaque militaria exercitia meditantes*, in quo concordat Lezzan. *dict. conſultat.* 11. *num.* 5. *&* 9. ibi: *Ferme, ut Sæculares Equites ſe gerere, in privatis domibus degere, Sæcularium Veſtibus uti, Principibus in Bello deſervire, lautis conviviis paſci, amplis redditibus perfrui, & vix illis auſteritatis obſervantiis vacare, quam illis, quæ neceſſaria ſunt pro Bello contra Infideles gerendo, quod eſt proprium ipſorum Inſtitutum, &c. ſicque facilius in Voto ſolemni Caſtitas diſpenſari poſſe.*

Hæc Ego ſcripſi in Sacra Congregatione Sancti Officii ſub Pontificatu ſan. mem. Clementis Undecimi qui ſupplices preces Sereniſſimi Principis de Vendomo eidem Congregationi remiſerat, & cauſa plene examinata ſub acerrima cenſura Votantium inclinatum fuit pro Gratia *tranſitus ad alium Ordinem Militarem in quo ſervatur Caſtitas Conjugalis*, quæ tamen obtineri tunc non potuit ſecuta morte ſupradicti Pontificis, ſed aſſumpto ad Pontificatum ſan. mem. Innocentii XIII. iſte in primordio Pontificatus ſui Gratiam prædictam Sereniſſimo Principi conceſſit mediante Brevi Apoſtolico deſuper expedito.

Hanc meam Diſceptationem ſtylo ſuo ſatis manifeſtam ex mera benignitate inter ſuas impreſſit D. meus Advocatus Urſaya *Diſcept. Eccleſ. tom.* 4. *part.* 2. *diſceptat.* 5. ex quo ipſe etiam in cauſa ſcripſit, ſed ejus allegatio mihi tradita, ut facerem Reſtrictum, ſeu Diſceptationem, de qua ſupra, eſt illa, quæ ſequitur.

PARISIEN. DISPENSATIONIS.

Eminentiſſime, & Reverendiſſime
Domine.

PRo ſaciliori Gratiæ conceſſione præmittimus, nul-
lam adeſſe in hac parte difficultatem, quin Sum-
47 mus Pontifex diſpenſare poſſit in Solemni Voto Ca-
ſtitatis, emiſſo occaſione ingreſſus in Religionem ab
Apoſtolica Sede approbatam, ea ratione, quia Ca-
ſtitas anneaa eſt Regulæ Monachali de Jure poſiti-
vo, quod ex juſta cauſa Papa tollere poteſt, quam
adducit Canoniſtarum Pater Innoc. *in cap Cum ad
Monaſterium a num. 1. uſque ad finem de ſtat. Mo-
nach.* quem ſequuntur innumeri illi Theologi, &
Canoniſtæ relqui a Fagnan. *in dicto cap. Cum ad Mo-
naſterium a n. 43. uſque ad finem, ubi n. 65.* quod ho-
die hæc opinio commuois eſt inter Theologos, & ab
omnibus Canoniſtis recepta eſt, quodque pro eadem
inclinare videtur etiam D. Thom. *in 4. Sentent. diſt.
38. qu. 1. art. 4.* ad tertium dicens: *Si communis uti-
litas totius Ecleſiæ, aut unius Regni, vel Provinciæ
expoſceret, poſſe convenienter, & in Voto continentia,
& in Voto Religionis diſpenſari, quantumcunque eſſet
ſolemnizatum, non enim per Votum poſſet ſe Homo de-
obligare ab eo, in quo tenetur alteri,* Garz. *de beneſic.
part. 7. cap. 10. num. 43. & ſeq.* ubi quod hæc Sen-
tentia communis eſt inter Theologos, & Juris pe-
ritos, Sanchez *de Matrimon. lib. 8. diſp. 8. per to-
tam,* Pont. *eodem tract. tit. de impedim. Matrim.
lib. 7. cap. 10. per tot.* Conat. *rerum Regul. tom. 4. tr.
1. qu. 13. per tot.* Spetell. *deciſ. 2. n. 86.* de Juſtis *de
Diſpenſat. Matrimon. lib. 2. cap. 13. n. 14. & ſeqq.*
& R. P. D. Dandin. *de Suſpect. de hereſ. cap. 3. ſect. 1.
ſubject. 1. §. 2. num. 17.* ubi quod hodie opioio hæc
commuois eſt inter Theologos, & Canoniſtas.

Qui Auctores, aliique ab iiſdem allegati, & ſe-
cuti, multas alias ad id probandom adducuot ſtrin-
48 gentes rationes, & bonas congruentias fruſtea hic
tranſcribendas, necnon oſtendunt inſubſiſtentiam
contrariæ opinionis, latiſſime defenſa a Card. Ca-
pizucc. *in controverſ. 2. tit. de Voto ſolemn. quæſt. uni-
ca per tot.* & demum aperiunt verum ſenſum *Text.
in d. cap. Cum ad Monaſterium de Stat. Monachor.*
qui ſolet in contrarium adduci.

Pro qua opinione multum urgere videtur ſolida illa
conſideratio, qood eadem affirmativa opinio a mul-
tis Summis Pontificibus in praxi approbata fuit, jua-
ta exempla illa, quæ antiquioribus omiſſis, referunt
Fagnan. *in d. cap. Cum ad Monaſter. de ſtat. Mona-
chor n. 66.* ubi de diſpenſatione conceſſa ab Alexan-
49 dro III. Nicolao Juſtiniano Monacho in Monaſterio
S. Nicolai Ordinis S. Benedicti ad preces Venetorum
Ducis, Bellet. *diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de Diſci-
plin. Cleric. §. 9. n. 12. & ſeqq.* Barthol. a S. Fauſto
in Theſaur. Religioſ. lib. 3. qu. 36. n. 5. Pineda *in Mo-
narch. Eccleſ. part. 4. lib. 5. cap. 7. §. 1. fol. 84.* Me-
din. *de Sacr. Homin. continent. lib. 5. cap. 7. & pluri-
bus ſeqq. & ſignanter cap. 21.* Leo *in Theſaur. for. Ec-
cleſ. cap. 23. num. 52. & cap. 26. a n. 35.* Barboſ. *de
poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 15. num. 23.* de Juſtis
*de Diſpenſat. Matrimon. lib. 2. cap. 15. num. 14. &
ſeq.* ubi in ſpecie loquitur de poteſtate Summi Pon-
tificis diſpenſandi in Voto Caſtitatis, emiſſo ab Equi-
tibus Hieroſolymitanis ibi: *Claro conſtat, poſſe Sum-
mum Pontificem, ſi juſta cauſa adſit, diſpenſare ad
Matrimonium cum Equitibus Hieroſolymitanis, &
aliis Religioſis, & Monachis Profeſſis.*

Et in præciſis terminis ſimilium diſpenſationom
conceſſarum eiſdem Equitibus Hieroſolymitanis, duo
referontur exempla in *Tomo 2. mear. Diſcept. Ec-
cleſ. part. 1. diſcept. 13. num. 49. & 57. Unum ſa. me.
Pauli V. & num. 53.* aliud refertur exemplum diſpen-
ſationis Henrico Scell Equiti Theutonico conceſſæ,
50 & ſan. mem. Urbano VIII. cujus Votum fraternizat
cum illo Equitis Hieroſolymitani, ut in ſpecie ob-
ſervavit *Sacra Rota in Olomucen. Juriſdict. 5. Junii
1693. §. Nam non videtur negabilis religioſa qualitas,
coram Muto, & 1. Maii 1694. §. Rurſus ceſſat verſ.
Sed agitur inter Eccleſiaſticos, & Regulares, quales
ſunt procul dubio Equites dicti Ordinis Theutonici,
coram Molines.* Aliud demum exemplum Antonii
Scipionis de Joyoſa Magni Prioris Tholoſæ Ordi-
nis Sancti Joannis Hieroſolymitaoi, refertur in meis
*Inſtitut. Crimin. lib. 1. tit. de Crimin. Apoſtaſ. nu-
mero 30. in fine.*

Et multa alia ſimilia exempla Equitum Hieroſo-
lymitanorum, ſolide probando, Summos Pontifices
poſſe cum illis diſpenſare, referuntur a Pont. *de
Matrimon. lib. 9. cap. 7. num. 3.* Mendez. *de Ordin.
militar. diſquiſit. 3. num. 135. & diſquiſit. 5. num. 17.*
Eſcann. *in Propugnac. Relig. Hieroſolymit. diſcept. 8.* 51
cap. 2. per tot. Clericat. *de Matrim. deciſ. 21. num.
30. & deciſ. 28. numer. 19.* & late Diana *Coordin.
tom. 3. tract. 1. de poteſt. Pontific. in ordine ad Sa-
cram. reſol. 78. & 79. per tot.*

Ad quorum majorem comprobationem adduci-
mus in Summario per extenſum Brevia multarum
ſimilium diſpenſationum, in quibus duæ ſeriæ aſ-
ſertiones omni conſideratione dignæ videntur.

Prima in Breve Sixti V. Diſpenſationis conceſſæ
dicto Equiti Antonio Scipioni Joyoſæ Magno Prio-
ri Toloſæ ibi: *Tum exemplo noſtrorum Prædeceſſo-
rum,* nec non alia ſimilis aſſertio, quæ legitur in
Brevi ſan. mem. Alexandri VIII. Diſpenſationis con-
ceſſæ Equiti Carolo Lubomiſcho ibi: *Tibi conceden.
ejuſmodi Gratiam, cujuſmodi plures Romani Ponti-* 52
*fices etiam Prædeceſſores noſtri, aliis, quos cauſa-
rum, & meritorum ad id inducendum non validia-
ra adjuvabant ſuffragia, non denegaſſe reperiebantur.*
Ex quibus ſummopere comptobata remanet eadem
praxis S. Sedis, juſtis concurrentibus cauſis ſimi-
les concedendi Diſpenſationes Equitibus Hieroſoly-
mitanis.

Magnificanda ſiquidem eſt in hac parte Apoſto-
licæ Sedis praxis in illis præſertim quæſtionibus, &
materiis, in quibus Doctorum opiniones ſciſſæ ſunt
in contrarias Sententias, ſemperque ſequenda eſt il-
la, quæ approbata agnoſcitur, & in praxi ſecuta
fuit ab Apoſtolica Sede, ut aliis omiſſis notant com-
muniter Doctores agentes de quæſtione, an Summi
Pontifices diſpenſare poſſint in Matrimonio rato,
& non conſummato. Quamvis enim non defuerint
Theologi negativæ adhærentes opinioni, hodie ta-
men temerarium eſt illam tenere, eo quia oppoſita 53
Sententia in praxi ab Apoſtolica Sede pluries ſecuta
fuit, ut notant Valent. *3. par. diſp. 8. qu. 1. punct. 7.*
Corrad. *in prax. diſpenſat. lib. 8. cap. 7. ſub num. 34.
verſic. Nec credendum,* Bordon. *de Profeſſ. Relig.
cap. 1. num. 251. aliique citati in tom. 2. mear. diſce-
ptat. Eccleſ. part. 1. diſceptat. 3. num. 4. & ſeqq.* &
ultimo loco id admiſſum, & practicatum fuit a
Sacra Congregatione Concilii in Januen. Diſpenſa-
tionis 20. Maii 1719. & 27. Januarii 1720. de qua
in *tom. 3. mear. diſceptat. Eccleſ. part. 2. diſcept. 21.
per tot. & ſignanter num. 8. & num. 53.*

Secunda vero aſſertio eſt illa, quæ legitur in eo-
dem Brevi ſan. mem. Sixti V. ibi: *Cum præſertim
Religioſorum horum Militum vivendi conſuetudo a Sta-
tu Sæculari, exceptis Votis in reliquis non valde di-
ſtet,* quam circumſtantiam omnium oculis quotidie
expoſitam, ad noſtrum præciſum effectum facilioris
conceſſionis Diſpenſationis contrahendi Matrimonium
in Concurſu, vel Regularium, vel Conſtitutorum in 54
Sacris Ordinibus, in ſpecie magnifaciunt adducti a Le-
zan. *Oper. moral. tom. 4. conſult. 11. n. 4. & plurib. ſeqq.*

Poſita igitur hujuſmodi poteſtate in Summo Ponti- 55
fice, præmittimus ſecundo, quod ad hunc effectum
non eſt præciſe neceſſaria cauſa publica, ſeu publi
cum bonum reſpiciens, ſed ſufficit cauſa privata,
dummodo tamen illa ſit gravis, & talis naturæ, &
qualitatis, ut apta ſit compenſare tantum bonum,
quantum eſt illud, quod procedit ab obſervatione Vo-
ti Caſtitatis, juxta originalem Doctrinam Cajetani
in *Opuſc. tom. 1. tr. 27. de Diſpenſat. Matrimon. in
accidental. Eccleſ. quæſt. unic. verſic. Quoniam* ibi:
*Cum rationabilis cauſa diſpenſandi in Voto Caſtita-
tis poſſit eſſe, non ſola utilitas publica, civilis, aut
Eccleſiaſtica, ſed aliquod aliud majus bonum, & hic*

& ab

& ab hoc, quam ſervata Caſtitas, conſequens eſt, quod Summus Pontifex non ſolum poteſt, ſed etiam ſalva conſcientia diſpenſare poteſt cum Sacerdote accidentali, quod contrahat etiam ceſſante cauſa publica utilitatis, & Cajetanus ſequuntur Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 9. de Voto Caſtit. cap. 20. n. fin.* Spad. *conſil.* 196. *n.* 8. *tom.* 1. & de Rubeis apud ipſum *n.* 15. Dian. *Coordinat.* multos alios citans concordantes, & in ſpecie loquens in terminis ſimilis diſpenſationis pro Equite Hieroſolymitano, in *tom. 3. tr.* 1. de poteſtate Summi Pontificis in ordine ad *Sacram. reſol. 79. n.* 14. Menoch. *de Arbitr. lib. 2. cent.* 5. *n.* 10. ibi: *Modo magna, & urgenti cauſa id faciat*, Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. part. 2. cap.* 11. *de Voto n.* 65. ibi: *Cauſa autem melioris, & majoris boni, urgente neceſſitate poteſt Papa eximere Monachum a Voto, & Religione, & ita exemptus Uxorem ducere, & proprium Patrimonium habere poſſit*, Clericat. *de Matrim. deciſ.* 28. *n.* 14. & R. P. D. Dandio. *de ſuſpect. de hereſ. cap. 3. ſect. 1. ſubſect.* 1. §. 2. *n.* 19. ubi quod in his terminis qualitas juſtæ cauſæ remiſſa eſt Summi Pontificis arbitrio, & Lezzan. *Oper. moral. tom. 4. conſult.* 11. *n.* 12. loquens in puncto noſtri caſus, *& bon. mem. Bottin.* apud de Juſtis *de diſpenſat. Matrim. fol. mihi* 488. *ſub n.* 20.

In noſtris autem terminis non una duntaxat, ſed
56 multæ ex hujuſmodi juſtis cauſis concurrunt, quarum unaquæque ſufficere videtur, & propterea multo magis dictum effectum operari debent, ſi conſiderentur ſimul unitæ, ut in ſpecie, concluſionem ampliando, obſervant Dian. *Coordin. d. tom. 3. tr. 1. reſol. 59. num. 12. verſ. Plures cauſa aggregata*, & concordat Sanchez *de Matrim. lib 8. diſp. 19. num.* 34. ibi: *Quando cauſæ aliquæ ſingulæ non ſufficiunt, multas aggregatas adjuvari ad invicem, quia ſingula, qua non proſunt, ſimul collecta juvant*, & Lezzan. *Oper. moral. tom. 4. conſult. 11. num.* 33.

Prima ex dd. juſtis, & graviſſimis cauſis innuitur repetitis precibus, non unius, vel alterius, ſed
57 trium maximorum Europæ Regum enixe rogantium pro eadem gratia; ſolet enim Apoſtolica Sedes eaſdem Regales preces pro juſta, & urgenti cauſa ad noſtrum effectum admittere, ut de precibus Hiſpaniarum Regis, quæ in noſtris etiam terminis concurrunt, notant Coninch. *de Sacram. diſp. 23. dub. 5. num.* 49. Villalob. *in Summ. tom. 1. tract. 1. diffic.* 26. *num.* 7. Coninch. *de Sacram. tom. 2. tract. 9. diſput. 24. quaſt.* 24. & Dian. *Coordinat. tom. 3. tr. 1. de poteſt. Summi Pontific. in ordin. ad Sacram. reſol. 79. num. 12. in fine* ibi: *Adeſt etiam pro juſta cauſa auctoritas, & merita intercedentis pro Oratore, qui eſt Auguſtiſſimus Hiſpaniarum, & hanc eſſe cauſam juſtam diſpenſandi, &c. tradiderunt, &c.* Et de precibus glorioſ. memor. Imperatoris Leopoldi I. obſervat bon. memor. Bottio. apud de Juſtis *de diſpenſat. matrimon. lib. 3. tit. 13. poſt cap. 15. num. 26. fol. mihi* 488. in cujus caſu ſuum habuerunt effectum eædem preces, mediante gratia diſpenſationis, quæ ibidem per extenſum regiſtrata fuit; & de ſimilibus precibus a moderno Invictiſſimo Imperatore Sanctiſſimo Domino Noſtro porrectis, quæ ſuum pariter Complementum habuerunt, ſermo habetur *in tom. 2. mear. diſcept. Eccleſiaſt. part. 1. diſcept. 13. n.* 15.

Et generaliter, quod magnorum Principum, & Regum preces reputentur pro juſta cauſa conceſſionis ſimilium gratiarum cumulatis Concordantibus,
58 notant Sanchez *de Matrim. lib. 8. diſp. 19. num.* 22. Caſtropal. *Oper. Moral. tom. 1. diſp. 4. punct. ultimo* §. 2. *num.* 1. & loquentes in noſtris punctualibus terminis diſpenſationis petitæ favore Equitum Hieroſolymitanorum, bene Lezzan. *Oper. moral. tom. 4. conſultat. 21. num.* 80. & Dian. *Coordinat. tom. 3. tract. 1. de poteſt. Summi Pontif. in ordine ad Sacram. reſol. 79. num. 13. in fine.*

Pro ſecunda cauſa ſummopere urgere videtur conſervatio nedum Illuſtris, ſed Regalis Familiæ, quæ juſta ſemper reputata fuit a Summis Pontificibus ad
59 dictum effectum ex punctualiter animadverſis per Auctores, quos citant, & ſequuntur Ciot. *conſ.* 184. *n.* 44. Bellet. *diſquiſit. Cleric. tit. de diſciplin. Cleric.* §. 9. *n.* 13. ibi: *Aut ne ſtirps Nobilis deficiat ſine harede*, Cleric *de matrimon. deciſ. 15. n.* 19. ibi: *Ut familiam extinctam repararet*, Fragoſ. *de regim. Reipubl. Chriſtiana tom. 2 lib 1. diſp. 1.* § 9. *n.* 173. ibi: *Ne tam Excellens Familia deleretur*, Caſtropal *Oper. moral. tom. 5. tit. de ſponſal diſputat. 4. puncto ultim.* §. 2. *n.* 2 Eſcan. *in propugnac Relig Hieroſolymitan. diſcept. 8. cap. 2. n* 17 Lezzan *Oper. moral. tom. 4. conſult. 11. n.* 16. & Dian. *Coordinat tom 3. tract. 1. de poteſtate Summi Pontif in ordine ad Sacrament. reſol. 79. n.* 13. & pro conſervatione Familiæ Juſtinianæ Venetæ advertit Fagnan *in cap. Cum ad Monaſterium n. 66. de ſtat. Monachor.* & pro conſervatione Familiæ Slabatæ obſervat bon mem. Bottin. apud de Juſtis *de diſpenſat. matrimon lib. 3. tit.* 14. *poſt cap. 16 fol. mihi* 488. ubi regiſtravit per extenſum ſimilem gratiam obtentam a ſan. mem. Alexandro VIII. & pro conſervatione Familiæ de Joyoſa notat Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. deciſ. 2. cap. 11. n. 61. & ſeqq.* Mazzar *in Compend. Chronolog. tom. 2. fol. mihi* 199. *& ſeqq.* & Morer. *in diction. hiſtoric. tit. 1. verb. Joyeuſe il* 6. & patet ex Breve ſa. me. Sixti V. dato in noſtro Summ. n. 5. lit. A. & B.

Tertio loco magnam merentur animadverſionem propria inſignia merita Dom. Principalis, illiuſque Aſcendentium, & Conſanguineorum, tam favore Catholicæ Religionis, quam reſpectu Apoſtolicæ Sedis, de quibus late in Facto, & quæ pro juſta cau- 60 ſa ſimilium diſpenſationum conſiderant Perez. *de Matrimon. diſput. 25. ſection. 5. num.* 11. ibi: *Sexta cauſa eſt excellentia meritorum erga Eccleſiam, ſive petentis diſpenſationem, ſive ejus, in cujus gratiam petitur, quia aquum eſt, ut qui de Eccleſia ſunt benemeriti, ejus benignitatem experiantur, ut ſi quis ſtrenue ſe geſſit in militia contra Infideles, aut alio miniſterio ad bonum Eccleſia conferente vacavit*, Sanchez *eodem tract. lib. 8. diſp. 19. num.* 32. ibi: *Vel ſi ſtrenue ſe geſſit in militia contra Infideles.*

In qua parte habemus *Textum literalem in Can.* 61 *Tale conjugio prima quaſt.* 7. ibi: *Vel evidens meritorum prarogativa commendat*, cum Concordantibus apud Pignatell. *conſult. 13 num. 2. tom.* 9. & in noſtris præciſis terminis Nobilis Familiæ eadem merita pro juſta cauſa exiſtimata fuerunt a ſa. me. Sixto V. pro ſimili gratia concedendo Equiti, & Magno Priori de Jojoſa, ut videre eſt in noſtro Summ. n. 5. ibi: *Tum etiam ex praclaris ejuſdem Familia meritis.*

Deveniendo modo ad ſecundam partem noſtrarum precum pro tranſitu nimirum Principalis ad alium Ordinem Militarem, in quo ſervetur caſtitas conjugalis in omnem caſum pro illarum benigna admiſſione, mirabiliter urgere videntur omnia hucuſque animadverſa. Si enim Summi Pontifices ex prædictis motivis, & cauſis in caſibus ſupra enumeratis, & in aliis adductis a Doctoribus ſupra citatis abſolutas concedebant diſpenſationes pro tranſitu Equitum Hieroſolymitanorum ad verum ſtatum ſæ- 62 cularem, multo magis ſperari poterit minor gratia ſolius tranſitus ad alium Militarem Ordinem, in quo caſtitas conjugalis ſervatur, argumento Textus *in cap. Ex parte 3. de decim.* cum Concordantibus apud Rotam *deciſ. 10. num. 6. part. 2. recent.*

Ea ratione, quia in his terminis agitur ſolum de tranſitu Religioſi a Religione ſtrictiori ad aliam laxiorem, qui tranſitus ex juſta cauſa etiam privatum 63 bonum concernente, frequenter concedi ſolet a S. Congregat. ut eſt notorium.

Et in præciſis terminis noſtri caſus, tranſitus nimirum Equitis Hieroſolymitani ad Ordinem Militarem Dom. Jacobi, vel Calatravæ, in quibus caſtitas conjugalis ſervatur, quod pro conſervatione Illuſtris Familiæ, de facili concedi ſoleat a Summo Pontifice, egregie materiam illuſtrando latiſſime probant Dian. 64 *Coordinat. tom. 3. tr. 1. de poteſt. Summi Pontif. in ordinat. ad Sacrament. reſol. 79 per tot.* Eſcan. *in propugnat. Relig. Hieroſolym. diſp. 8. cap. 2. num.* 23. & Lezzan. *Oper moral. tom. 2. conſult. 11. n. 13. & ſeqq.* quorum ſcripta loco informationis recognoſci ſupplicamus ad evitandam inutilem repetitionem il-

latam rationum, & congruentiarum, quas ibidem
late expediunt.

Inter illas autem mirabiliter caſui præſenti appli-
catur ſtringens illa reflexio principiis Sacræ Theo-
logiæ, & Juris Canonici ſolide innixa, quod com-
mutatio Voti continentiæ in caſtitatem conjugalem
65 non mutat Regulæ ſubſtantiam, quam adducunt ci-
tati Doctores, quibus addimus ſecutas a Sperell.
deciſ. 1. *n.* 64. Ricc. *in prax. part.* 4. *reſol.* 76. *n.* 3.
& Rot. *deciſ.* 266. *n.* 6. *part.* 2. *diverſ.*

Neque in hac etiam parte deſunt multa exempla
gratiarum ſimilis commutationis ab Apoſtolica Se-
de conceſſarum tam Equitibus Hieroſolymitanis,
quam aliorum Militarium Ordinum, de quibus in
66 noſtro Summar. num. 9. 10. & 11. & alia referun-
tur ab Arauso *de Eccleſ. ſtat. tract.* 2. *quæſt.* 19. *nu-
mero* 29. Ad quem effectum longe minores cauſæ
ſuperabundant, ex iis, quæ cumulatis concordanti-
bus ad noſtrum præciſum effectum obſervat Lezzan.
Oper. moral. tom. 4. *conſult.* 11. *num.* 22. *in fine*, Dia-
na *Coordin. tom.* 3. *tract.* 1. *de poteſt. Pontif. in ordin.
ad Sacram. reſol.* 79. *num.* 11.

Nomine demum Sereniſſimi Principalis noſtras
humillimas terminamus preces verbis illis fan. mem.
Alexandri VIII. in ſimili gratia conceſſa Equiti Hie-
67 roſolymitano, de quibus in noſtro Summario n. 7.
quæ non poſſunt eſſe aptiora ad effectum, de quo
agimus, & ſunt ſequentia: *Tum ſuis, tum majo-
rum ſuorum rebus pro re Chriſtiana pie, & fortiter
geſtis longe clarorum, quique quocunque tempore vi-
ta, & ſanguinis pro fidei Catholicæ defenſione pro-
digi fuerant meritis fretus, Sediſque Apoſtolicæ cle-
mentiam adduci poſſe ſemper ſpectavit ad ſibi con-
cedendam ejuſmodi gratiam, quam plures Romani
Pontifices etiam Prædeceſſores noſtri aliis, quos cau-
ſarum, & meritorum, ad id inducentium, non va-
lidiora adjuvabant ſuffragia, non denegaſſe reperie-
bantur.*

Quare, &c.

Dominicus Urſaya Advocatus.

ARGUMENTUM.

Gratia pro devoluto, an dicatur Impetratio certo modo, ſeu potius proviſio de vacanti, quando non tendit contra Poſſeſſorem Beneficii, & fuit obtenta ob non factam per Patronos in tempore validam præſentationem, una cum aliis ad praxim ſubrogationis gratioſæ, juxta *Regul.* 29. *Cancellariæ*.

SUMMARIUM.

1 *Gratia pro devoluto concedenda eſt præveniens in Data.*
2 *An in omni ſpecie gratiarum procedat regula concedendi gratiam præoccupanti.*
3 *Gratia pro devoluto eſt vera, & propria ſpecies impetrationis certo modo.*
4 Regula 35. Cancell. de Annali, *inter impetrationes certo modo, ponit illas quæ fiunt per devolutionem.*
5 *Gratia pro devoluto communiter appellatur impetratio.*
6 *An Gratia pro devoluto ſoleat per Datariam cuicunque concedi.*
7 *Devolutio eſt certus modus vacationis, ſeu vacatio certo modo.*
8 *Quænam dicatur proviſio de vacanti.*
9 *Juxta ſtylum Curiæ, Gratia* pro devoluto; ſi Neutri; perinde valere, *& ſimiles conceduntur primo venientibus, & numero* 20. *&* 21.
10 *Dataria Apoſtolica ſolum in æquali Data deſcendit ad examen qualitatum, & meritorum utriuſque Concurrentis.*
11 *Impetratio jure devoluto concludenter verificari debet.*
12 *An ſit generaliter verum, quod ad effectum, ut Gratia* pro devoluto *dicatur impetratio, beneficium debeat eſſe plenum.*
13 *Papa diverſo modo ſe habet in concedendis, impetrationibus, ac proviſionibus* de affecto, *vel* reſervato.
14 *Subſtantia impetrationis, in quo conſiſtat.*
15 *Gratia pro devoluto non poteſt exequi, niſi citato Collitigante.*
16 *Quando agitur de proviſione* de vacanti, *& de gratiis impetrationis, quinam ſtylus ſervetur, &* num. 17.
18 *In concurſu dignus præferendus eſt digniori, quando dignus prævenit in Data.*
19 *Gratia* ſi Neutri *conceditur primo venienti abſque examine meritorum, & datur Proviſio Apoſtolica, non autem contra illum.*
21 *De ratione ob quam gratia* pro devoluto *datur primo venienti.*
22 *Impetratio Jure devoluto quando ſit gratia impetratoria, & odioſa, & quando non.*
23 *Item gratia impetratoria* de reſervato *ob execrabilitatem, ſeu læſionem immunitatis.*
24 *Subrogatio gratioſa inter plures ſuperſtites, cui concedatur.*
25 *Subrogatio debetur ſuperſtiti, & an Datarius poſſit eam denegare.*
26 *Quis intelligatur ſenex reſpectu ejus qui contra illum impetravit beneficium, & privatur gratia ſubrogationis.*
27 *Quomodo, & qualis intelligatur calumnioſus litigator, qui non juvatur gratia ſubrogationis.*

DISCEPTATIO LXXIII.

FRequentiſſimum eſt in praxi, ut judicialiter inter ſe decertantibus aut duobus Electis, aut Præſentatis ſuper Beneficio, aliquis eorum credendo, ſeu dubitando utramque præſentationem non fuiſſe factam infra legitima tempora, aut ſive præſentationem, ſive electionem fuiſſe nulliter factas, itaut devoluta remanſerit Proviſio ad Superiorem ob eas in tempore non factas valide, & ſuffragarà nequeuntes, recurrere ſoles ad Datariam Apoſtolicam pro obtinenda gratia *pro devoluto*, ut ſic mediante hoc novo titulo vincat Collitigantem, ſi primus electionis, ſeu præſentationis non ſubſiſtat, in quo laudatur induſtria præveniendi alium Collitigantem, quia Dataria gratiam concedere ſolet primo venienti, quod Ego appellare conſuevi *pretium feſtinandi*.

Innixus huic receptæ praxi cum lis penderet inter duos Præſentatos quorum unum Ego in Sacra Rota defendebam in Mediolanen. Beneficii inter DD. Comites Belgiojoſum, & Ayroldum conſului, ut hujus favore obtineretur in Dataria proviſio Jure devoluto, prout ſtatim executum, & prævентum fuit mediante ſupplicatione una cum ſolita die præſentatæ, cui acceſſit Signatura, & parva Data, de quo certioratus Collitigans ſe oppoſuit in Dataria prætendendo ejus favore concedendam eſſe gratiam pro devoluto, cuoque tunc temporis Pro-Datarius motivaſſet, quod gratia eſſet concedenda Digniori, & habenti majora requiſita, non obſtante præventione alterius pro ſe habentis Signaturam, & Datam, ex quo iſta non eſſet gratia impetratoria contra Poſſeſſorem, ſed potius proviſio de vacanti concedenda Digniori inter Concurrentes, Ego propterea contrarium verius eſſe credendo, in ea Cauſa cenſui ſcribere, ut infra, licet inutiliter, prævalente opinione ſuperius relata in Congregatione Datariæ habita ſub die 10. Januarii 1708. ubi Pro Datarius conceſſit gratiam *pro devoluto* alteri Collitiganti excluſive ad illum, qui prævenerat, ex quo deficiente poſſeſſore, gratia non eſſet impetratoria, ſed de vacanti, quam tamen gratiam Ego poſtea inutilem reddidi, quia in Sac. Rotæ Auditorio obtinui eam non eſſe exequendam, ut in Mediolanen. 2. Julii 1708. cor. bon. me. Lancetta, ſic itaque in Dataria ſcribebam.

Verſamur in duobus Concurrentibus pro conſequenda gratia *pro devoluto*, ubi cum unus Collitigans

præ-

præveneris in Data, eidem tanquam primo venienti gratia eſt concedenda, citra neceſſitatem inquirendi, & examinandi in Dataria Apoſtolica, quis ex Concurrentibus ſit Dignior, & habeat majores qualitates, cum iſtæ diſcuti ſoleant inter Concurrentes in Data ejuſdem diei, ut in *Regul* 17. *Cancell.* & docet Gloſſ. *in cap. Duobus in verb. Concurrunt de reſcript. in* 6. non autem inter duos, quorum alter prævenit in Data anteriori vigore Præſentatæ anterioris.

Occurrit hic difficultas, an gratia *pro devoluto*
2 dici poſſit impetratio, in qua ſupponitur duntaxat procedere regulam concedendi gratiam Præoccupanti, ſeu primo venienti, non autem in alia ſpecie gratiarum, quæ ſunt ſimplices, & ordinariæ proviſiones *de vacanti*.

In hac difficultate reſpondeo gratiam *pro devolu-*
3 *to* eſſe veram, & propriam ſpeciem Impetrationis certo modo; ut probatur primo ex Regula ſa. me. Pauli III. expreſſa in ejus *Conſtitut.* 28. §. 3. *&* 4. *Bullar. nov. tom.* 1. ubi loquendo de impetrationibus certo modo, juxta rubricam ibi: *De impetrationibus Beneficiorum tanquam certo modo vacantium*; inter illas apponit etiam Impetrationes per viam devolutionis, ut in §. 3. ibi: *Impetrantes Beneficia Eccleſiaſtica per privationem, & amotionem cujuſcunque qualitatis, vel alias propter commiſſa exceſſus, & crimina, vacantia, vel vacatura, & ſimiliter impetrantes etiam per modum devolutionis*, & in §. 4. ibi: *Necnon tanquam de certo modo vacantibus, etiam per modum devolutionis*: de qua regula mentionem facit Achill. de Graſs. ſuper regula ultima Pauli III. *deciſ.* 1. *uſque ad deciſ.* 5. *fol. mihi.* 155.

Secundo, hoc ipſum probat *regul.* 35. *Cancell. de Annali*; ubi ſtatuendo formam ſervandam ab Im-
4 petrantibus Beneficia certo modo contra annalem Poſſeſſorem, inter Impetrationes certo modo ponit etiam illas, quæ fiunt per devolutionem ibi: *Quod etiam extendi voluit ad impetrantes Beneficia Eccleſiaſtica cujuſcunque qualitatis per privationem, & amotionem, vel alias propter commiſſa, exceſſus, & crimina vacantia, vel vacatura, & ſimiliter ad impetrantes Beneficia tanquam vacantia per devolutionem*, & tradunt Rebuff. *ſuper Regula de impetrantibus Beneficia Gloſſ.* 21. ibi: *Impetrantes Beneficia vacantia per devolutionem debent ea exponere, quæ ſuperius expreſſa ſunt, alias non valebit impetratio*, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 52. *num.* 4.

Tertio, concordant omnes Doctores, qui talem
5 gratiam communiter appellare ſolent Impetrationem, non autem Proviſionem de vacanti, ut apud Garz. *de benef. part.* 10. *cap.* 3. *num.* 16. ibi: *Et qui impetrat certo modo tanquam devolutum, debet probare devolutionem*, Mandoſ. *de Signatura Gratia tit. de certo modo*, Roſa *de execut. liter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 91. ibi: *Cum quis impetrat ex devolutione*, Caſtadoir *deciſ.* 5. *num.* 2. *de præben.* ibi: *Neque in gratia alius vacandi modus ſit expreſſus præter modum devolutionis*, Vivian. *de Jurepatron. lib.* 7. *cap.* 2. *num* 8. *verſic. Si impetretur Beneficium*, Verall. *deciſ.* 153. *part.* 1. & Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 58. *num.* 18. *verſ. Qui impetrat certo modo tanquam devolutum, & cor. Coccin. dec.* 1129. *num.* 3. *& cor. Buratt. deciſ.* 18. *num.* 1.

Quarto, propter hanc rationem videmus, quod
6 hujuſmodi gratia *pro devoluto*, ſolet per Datariam cuicunque concedi, ad differentiam proviſionum de vacanti, ſeu *reſervato*, vel *affecto*, ut teſtatur Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 65. *verſic. Et attenta* ibi: *Cum devolutum detur cuicunque non autem reſervatum*: Ergo ſi talis gratia cuicunque conceditur, dicenda eſt Impetratio, quæ primo venienti dari ſolet, alias, ſi eſſet proviſio de vacanti, Papa eam non concederet cuicunque, ſed Perſonis dignioribus, ſeu benemeritis, & ſibi beneviſis Corrad. *ubi proxime num.* 63. *verſ. Quia cum ipſe Papa.*

7 Quinto, quia devolutio eſt certus modus Vacationis, ſeu Vacatio certo modo; nam in ſupplicatione narratur Beneficium vacare per devolutionem, ex quo intra legitima tempora non fuit facta præſentatio, aut nulla ſaltem facta fuit valida præſentatio, vel electio, ut in præſenti caſu, ubi prætenditur Electionem non fuiſſe valide factam, unde dubitari non poteſt, quin ſit vera Impetratio certo modo ex ſuperius allegatis, & optime Marta *de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 49. *num.* 3. ibi: *Propterea elapſis ſex menſibus, & nulla exiſtente collatione, aliquis a Papa ſolet impetrare certo modo, eo quod collatio ſecundum ſtatuta Lateranen. Concilii, eſt ad Sedem Apoſtolicam devoluta*: Et inferius num. 5. ibi: *Ipſa proviſio Apoſtolica dicitur limitata ad modum devolutionis.*

Sexto, non dicitur Proviſio de vacanti in ordi- 8
ne ad Papam, niſi illa, quæ ſibi pertinet Jure ſuo proprio, & Ordinario, ut ſunt vacationes *de affecto*, vel *reſervata*, & aliæ ſimiles, nec proinde talis dici poteſt gratia *pro devoluto*, de qua agitur in præſenti, ubi Papa, nec minus confert Jure ſibi gradatim devoluto, juxta Lateranen. Statuta Concilii, ſed confert Jure concurſus præoccupando Jus Ordinarii in ſuo ſemeſtri ad inſtantiam, & ſupplicationem Petentis, qui ſuggerit Papæ hunc modum Vacationis per devolutionem, ob non factam validam præſentationem in tempore, ita excludendo Competitorem, qui Jus habere prætendit in vim præſentationis, ut ſunt circumſtantiæ caſus noſtri, quibus ſtantibus dicitur fieri Impetratio Beneficii certo modo, juxta rationes adductas per Corrad. *in prax benef. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 62. *&* 63. Rot. *coram Mohedan. deciſ.* 17. *per tot. de præben.*

Septimo facit communis ſtylus Curiæ, juxta quem omnes iſtæ gratiæ ſcilicet, *Pro devoluto*, *ſi neutri*, 9
perinde valere, *& ſimiles* paſſim conceduntur primo venientibus, & in his operatur præventio, & diligentia Partium in porrigendo ſollicitam, ſeu celerem ſupplicationem ad effectum obtinendi priorem præſentiam, quia ſunt gratiæ communes, & unicuique petenti conceſſibiles, & ideo in his Dataria Apoſtolica ſervat regulam: *Prior in tempore potior* 10
in Jure, & ſolum in æquali Data deſcendit ad examen qualitatum, & meritorum utriuſque Concurrentis, qui ſtylus tanquam notorius non indiget probatione, & habetur pro lege in hac materia Beneficiali, ut ex *Text. in cap. Quam gravi de crimin. falſi*, tradit Gomez. *in regul. de ſubrog. qu.* 75. *n.* 4. *in fin & in regul. de triennal. qu* 7. *n.* 3. Mandoſ. *in regul.* 10. *Cancell. qu.* 5. *n.* 6. *& in regul.* 34. *qu* 56. *n.* 1. *& dixi in diſcept. Eccleſ.* 47. *n.* 14.

Alias enim ad nihil inſerviret practica communis præveniendi in porrigendo ſupplicationes *pro devoluto*; ſi hæc gratia non eſſet Impetratio, nec attenderetur præventio, quando tamen in his Beneficialibus hæc diligentia totum facit, ubi agitur de his gratiis reportandis, quæ ſunt cautelæ, & accumulationes Titulorum, ut quod una via obtineri non poteſt, obtineatur ex altera, ut præciſe eſt gratia *pro devoluto*; ubi Partes dubitando, an eorum præſentationes ſubſiſtant, procurant ad cautelam impetrare *devolutum*, *vel ſi neutri*, qui ſunt ambo tituli ſufficientes ad effectum obtinendi Beneficium in caſu, quo neutra ex partibus ſit bene præſentata, aut ejus vigore Jus habeat.

Ex quibus omnibus Mihi videtur gratiam *pro devoluto* eſſe veram Impetrationem certo modo, quia juxta illam Beneficium impetratur ſub duplici modo, ſcilicet primo ob negligentiam Patronorum in præſentando intra quadrimeſtre a die ſcientiæ computandum, & ſecundo, quia intra hoc tempus præſentatio fuit nulliter facta, Patronis ex quocunque ca- 11
pite peccantibus in præſentando, qui duo ſunt certi modi requirentes probationem, itaut ſint plene, & concludenter verificandi, ad hoc, ut Impetratio ſuſtineatur, & ſit exequenda; ut de primo modo tradunt Vivian. *de Jurepatr. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 8. *verſ. Ex quo fuit reſolutum*; ubi quod probari debet in Patronis ſcientia vacationis Beneficii, *& coram Buratt. deciſ.* 13. *n.* 11. *& coram Coccin. deciſ.* 1129. *n.* 3. *& coram Emer. Jun. deciſ.* 1254. *n.* 1. & de ſecundo modo, nempe circa præſentationem ex quocunque capite nulliter factam, notant Gonzal. *ad reg.* 8. *Gloſſ.* 8. *n.* 41. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *qu.* 24. *n.* 22. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 809. *n.* 15. Rot. *coram Emerix Jun.*

deciſ. 1254. *num.* 4. & dixi *diſcept. Eccleſ.* 4. *num.* 37. *verſ. Etiam Jure devoluto.*

Neque adverſatur, quod gratia *pro devoluto* dicatur Impetratio certo modo, quando obtinetur contra Poſſeſſorem, ea ratione, quod tunc Beneficium non vacat *de facto*; ſed ſolum vacare ſupponitur *de jure*, quando autem obtinetur nullo exiſtente Poſſeſſore, tunc dicatur proviſio *de vacanti*; eo quia Beneficium tunc vacat *de jure*, & *de facto* juxta Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 44. *num.* 1. & *ſeqq.* juncto altero ſuppoſito, quod gratiæ *pro devoluto* non exiſtente Poſſeſſore juxta recentiorem praxim Datariæ non concedantur ſimpliciter, ſed cum recognitione qualitatum, & meritorum Supplicantis, & cum Inquiſitione, an ſit alter concurrens; Ideoque cum in præſenti caſu, nullus concurrat Poſſeſſor Beneficii, gratia ſit concedenda, examinatis qualitatibus, & meritis utriuſque Collitigantis, non attenta anterioritate, & præventione ſupplicationis porrectæ.

Etenim primum ſuppoſitum, quod ad effectum,
12 ut dicatur Impetratio, beneficium debeat eſse plenum *de facto*, non eſt verum abſolute, ac generaliter loquendo, ſed ſatis etiam eſt, quod fiat Impetratio contra Collitigantem, qui habeat aliquem titulum, cujus ratione eſt citandus, & qui titulus per Impetrantem ſupponatur nullus, & invalidus ex aliquo capite, licet nullus concurrat Poſſeſsor; ut probat ipſe Lotter. *eodem lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 1. ibi: *Quia plerunque impetratio non eſt directa ad removendum aliquem a Beneficio, ſive illius poſſeſſione, ſed a ſpe proxima illud conſequendi.*

Probat etiam Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 63. ubi dicit Summum Pontificem libentiſſime conferre beneficia vacantia per devolutionem, eo quia credit, quod præcedat jam Epiſcopi, vel Archiepiſcopi proviſio impugnabilis, juxta Mohedan. *deciſ.* 17. *de præben.* & ſic concedit meram litem petenti; quod ſecus eſt, ubi Orator intendit cape-
13 re beneficium alio modo vacans, quia tunc Papa videns collationem ad ſe omnino pertinere, non ita de facili confert Supplicanti, ſed intendit illud conferre Perſonis benemeritis, & num. 65. circa finem advertit gratiam *pro devoluto* concedi *cuicunque petenti*; ad differentiam alterius caſus, quando providet *de affecto*, *vel reſervato*.

Hoc ipſum probat Marta *de Clauſ. par.* 1. *Clauſ.* 49. *num.* 3. & alii Doctores allegati ſuperius num. 5. qui nonquam dixerunt gratiam *pro devoluto* eſſe Impetrationem in ſolo caſu, quo adeſt Poſſeſsor, ſed hoc firmant communiter quando adeſt certus modus, qui eſt verificandus per devolutionem; quia nempe verificari debet ſcientia Vacationis quoad Patronos, excluſo quolibet impedimento, & ſi adeſt præſentatio probanda eſt, quod illa ſit nulla, ſuppoſita lite cum aliquo Contradictore, licet non poſseſsore, ut ex lectura earundem Auctoritatum ubi ſupra.

Ea ratione quod ſubſtantia Impetrationis conſiſtit in certo modo; Unus autem ex modis eſt ille per devolutionem non obſtante præſentatione nulli-
14 ter facta. Contrariæ autem Auctoritates ſolum dicunt iſtum modum eſse poſse magis, & minus odioſum, nempe ex capite criminis, vel ex alio non criminoſo, & ſic etiam videndo, an Tertius poſſideat, vel non poſſideat; Nullus autem dixit gratiam *pro devoluto* non eſse Impetrationem, quando non adeſt Poſseſsor, quia Impetrationem non facit Poſseſſio alicuius, ſed modus narratus, qui pendet ex lite, & ex futuro eventu; ubi Papa non concedit beneficium, ſed meram actionem, & litem, idque explicat idem Lotter. *dict. lib.* 2. *qu.* 44. *n.* 4. & 5. ibi: *Sed eſt mera actio, unde potius dicendi ſunt Impetratores actionis cujuſpiam, quam beneficii.*

Dicitur autem impetrari ſimplex actio, ſive Collitigans poſſideat, ſive non, dummodo ſit opus litigare propter obſtaculum legitimi Contradictoris habentis ſuum titulum, qui propterea debet citari, ut eſt caſus præſens, ubi eſt citandus Oppoſitor habens Electionem, ſeu præſentationem, quæ prætenditur nulla; Non eſt igitur ſolus Poſseſsor, qui facit litem, & Impetrationem, ſed certus modus vacationis per devolutionem, ac inſuper Contradictor prætendens habere titulum, qui eſt citandus eorum Executor, ut contingit in præſenti, ubi etiam
pendet lis introducta coram Ordinario. Dicitur enim 15
Contradictor, licet quis non poſſideat, ſed præſeferat merum titulum, & præſentationem, & gratia *pro devoluto* non poteſt exequi, niſi citato Collitigante, alias poſseſſio capta, eo non citato eſſet nulla, & circumſcribenda.

Hinc cum Papa non concedat niſi actionem, & litem, ad annullendum, ſeu nullum declarandum Titulum Contradictoris, corruit aliud ſuppoſitum, quod juxta praxim Datariæ, hujuſmodi gratiæ non concedantur clauſis oculis, ſed cum recognitione qualitatum, & meritorum; hoc enim procedit in illis gratiis, quæ non habent obſtaculum Collitigantis, ſeu Contradictoris, & litis, ſecus quando adeſt lis, adeſt Collitigans, & Contradictor, & conceditur potius actio, quam beneficium.

Etiam juxta Informationem per me captam apud Practicos, quando agitur de proviſione *de vacanti*,
ubi ſolent diſcuti qualitates, & merita Supplican- 16
tium, ſtylus eſt porrigendi ſupplicationem, & ſimul memoriale ad Partes cum annotatione requiſitorum cujuslibet Supplicantis; quibus examinatis ab Eminentiſs. D. Cardinali Prodatario, ſeu Papa, fit proviſio digniori, & benemerito; quando autem agitur de aliis gratiis Impetratoriis, ubi concipiuntur lites ad beneficia, non autem beneficia ipſa, tunc datur ſola ſupplicatio, ſine memoriali requiſitorum, & qualitatum, neque in ſupplicatione enarrantur qualitates, ſeu merita, ſed ſimpliciter quis ſe intitulat Clericum, vel Presbyterum; Et iſte eſt ſtylus antiquiſſimus Datariæ juxta informationem mihi Inſinuatam.

Et licet Eminentiſſimus Prodatarius pro ſua ineffabili ſolertia etiam in his caſibus Inquirere ſoleat ab
Officiale per Obitum, quis fuerit Supplicans, & an 17
ſit incapax necne. Iſte tamen ſtylus laudabiliter introductus eſt ex natura gratiæ, ne cadat in Incapaces, & indignos, & poteſt generaliter practicari in omnibus gratiis etiam odioſis, ac piſcatoriis ex Capite delicti, quia nulla gratia, cujuſcunque qualitatis ſit, confertur Incapaci, & indigno, ſed exinde non ſequitur, quod hodie in hujuſmodi impetrationibus per devolutionem introducta ſit nova praxis examinandi in concurſu requiſita Supplicantium, prout fit in proviſionibus *de reſervato*; Ad hunc enim effectum ſoleret porrigi memoriale cum requiſitis etiam in his gratiis, quod tamen practicatur.

Eſt enim differentia inter hæc duo, nempe an Quis 18
ſit Incapax; & an, & Quia in concurſu ſit præferendus; nam primo caſu de natura gratiæ eſt, ut non detur incapaci, ſecus in ſecundo, ubi ſatis eſt gratiam concedi digno licet non digniori, quando dignus prævenit in Data; eoque magis in præſenti, ubi Merita utriuſque Concurrentis fere ſunt æqualia, aut parum plus habet unus quam alter.

Adduco exemplum gratiæ *Si Neutri*, quæ paſſim practicatur, quando adeſt lis inter duos ſuper benefi-
cio, licet neuter poſſideat, & tamen gratia hæc con- 19
ceditur primo venienti abſque examine meritorum; Quod ſi alius concurrens poſtea etiam ſupplicaverit tunc ſolum attenditur, ut illa detur Proviſo Apoſtolico, non autem contra illum Amayden. *de ſtylo Datar. lib.* 1. *cap* 23. *n.* 7. Roſa *de execut. lit. Apoſt. part.* 1. *cap.* 18. *n.* 5. Rot. *coram Coccin. dec.* 188. *n.* 4.

Aliud exemplum eſt de duobus, aut pluribus Concurrentibus in Dataria pro proviſione de Vacanti, ubi ſi unus ex eis obtineat proviſionem in concurſu aliorum, alter ex rejectis ſtatim beneficium impetrare ſolet, vel ob malam expreſſionem valoris, vel ex alio capite, & licet non agatur contra Poſseſsorem, nihilominus iſtæ ſunt Gratiæ impetratoriæ concedi ſolitæ Præoccupanti; idemque contingit in impetratione ob non factam publicationem ad formam Gregorianæ, quam ſcio fuiſse in certo caſu conceſsam Tertio prævenienti, non obſtante quod re integra Proviſus ſe oppoſuiſset petendo Reſtitutoriam ad publicandum, quæ

fuit

ſuit illi denegata exemplum nimis durum, quod ego non ſervarem præſciodendo ab aliqua circumſtantia gravi.

Alias enim in omnibus gratiis etiam *ſi Neutri, Perinde valere*, & ſimilibus, quas ad meliorandum Jus ſuum impetrare ſolent Colligitantes, aſſent fa-
20 cienda contradictoria in Dataria ſuper qualitatibus inter Concurrentes, licet venientes ſub diverſa Data, quoties non adeſſet Poſſeſſor, itaut fruſtranea eſſet illis diligentia præventionis; quia paſſim utuntur Practici, ut præveniant Colligitantem.

Ruſſus eſſet ſine præmio ille, qui primus revelat Papæ modum conferendi unum Beneficium in lite exiſtens ſibi incognitum, quia aliter ejuſdem condi-
21 tionis, ac alter ſecundo veniens, nec aliquod novi deferens; quando tamen ratio diligentiæ, & præventionis, talem ſemper habuit fructum, ut illi Papa tanquam primo ſuggerenti modum incognitum collationis Beneficii, Gratiam conferre ſoleat.

Et denique obſervo, quod ſi aperiretur hæc via, irreparabile damnum ſequeretur Datariæ, dum in caſu devolutionis per lapſum termini, non facta, ſed invalide facta præſentatione, omnes recurrerent potius ad Ordinarium, quam ad Papam pro obtinenda collatione, ſcientes ſe reportaturos ab Ordinario tutam collationem abſque periculo veniendi in concurſu cum aliis pro obtinenda in Dataria eadem collatione, itaut recurreretur ad Papam ſolum in caſu devolutionis gradatim factæ juxta Lateran. Statuta Concilii, poſt nempe lapſum terminum omnibus Collatoribus Inferioribus, quod ſane conſiderationem meretur ex firmatis apud Rot. in Hiſpalen. diviſionis ſimultaneæ 4. Junii 1700. §. *Et demum, coram clar. mem. Card. Priolo*.

Poſtquam in hujuſmodi Cauſa ſcripſi, habui plures alios caſus, in quibus accidit firmare in S. Rotæ Auditorio an una, vel altera Gratia ſeu Proviſio Apoſtolica eſſet impetratio, ac ſimul odioſa ad a-
22 lium effectum nempe, ut in Dubio contra Impetrantem ſic judicandum juxta notam Theoricam Hoſtienſis *in cap. Cum in Multis de reſcript. in* 6. de qua aliis relatis Rot. *in Nullius, ſeu Piſcien. Beneficii* 5. *Maii* 1719. §. *Arbitrium, coram R. P. D. Gamaches*, & Sacrum Tribunal canonizavit pro Gratiis Impetratoriis, piſcatoriis, & odioſis etiam illas, quæ non tendebant ad ſpoliandum Poſſeſſorem, ſed ad annullandum titulum alterius Proviſi, ut in *Oſnabrugen. Canonicatus* 10. *Junii* 1718. §. *Nec ad evidentiam, coram Reverendiſſimo Criſpo*, ubi agebatur de proviſione Jure devoluto ob ſuppoſitam nullitatem electionis factæ per Capitulum, quam dixit eſſe odioſam impetrationem non obſtante objecto, quod non tenderet contra titulum infectum alicujus Intruſi, & ideo a poſſeſſione amovendi: *& in Oriolen. Parochialis* 15. *Febr.* 1723. §. *Plenaria, coram R. P. D. Cerro*, ubi de proviſione Parochialis obtenta ſub expreſſione nullitatis alterius Gratiæ, ſeu Proviſionis alteri factæ ibi: *Cum etenim idem Albertus ex hoc ipſo, quod impetraverit Parochialem ſub expreſſione nullitatis alterius Gratiæ ab Altero precedenter obtentæ, aſſerendo illum indebite aſſequi prætendere eamdem Parochialem, nomen promereri debeat odioſi Expiſcatoris.*

Bene verum eſt, quod ubi obtinetur impetratio Beneficii Jure devoluto non ex nullitate electionis,
23 ſeu præſentationis, ſed ex ſola negligentia Electorum aut Patronorum in eligendo, ſeu præſentando, illam non dici odioſam conſueverunt Rebuff. *in prax. benef. tit. de devolut. num.* 107. Tondut. *queſt. benefic. part.* 2. *capit.* 3. §. 4. *num.* 18. & admiſit Rot. *in dicta Oſnabrugen. Canonicatus ubi ſupra* ſic etiam non eſſe odioſam proviſionem *de reſervato* ex vacatione ob aſſecutionem incompatibilis juxta *extrav. execrabilis* innovatam *in Regul.* 1. *Cancell.* cenſuit Me ſcribente Rot. *in Monaſterien. Canonicatus* 4. *Maii* 1716. §. *Nec obſtat, coram Eminentiſſimo Falconerio, & in Nullius, ſeu Senonen. Abbatia* 15. *Maii* 1722. §. *Neque, coram R. P. D. Cerro*, ubi agit de reſervatione *Regul.* 3. *Cancell.* minuſque Impetrationem obtentam ob violationem Immunitatis Eccleſiaſticæ ex quo proſequitur Jus Eccleſiæ notabiliter læſum me pariter ſcribente dixit *in Virdunen. Abbatiæ* 2. *Junii* 1723. §. *Nulli enim, cor. Eminentiſſ. Falconerio.*

Diverſum eſt in concedenda ſubrogatione gratioſa, ubi exempli gratia, ſi inter tres, aut quatuor Litigantes unum decedere lite pendente contingat, 24
etiamſi unus, vel alter Superſtes præveniat in Dataria pro Gratia ſubrogationis, Superveniente Altero, examinatur priori loco quis foveat meliora Jura, & deinde quis majoribus prærogativis, ſeu qualitatibus præpolleat ad Text. *in Can. ſi forte diſtinct.* 63. ubi autem lis pendeat inter duos tantum, uno 25
eorum decedente debetur ſubrogatio Superſtiti juxta *regul.* 29. *Cancellar.* An vero ſit in libero arbitrio Datarii eam Superſtiti denegare affirmative cenſuit Card. de Luc. *de beneſic. diſc.* 51. *num.* 3. *& diſc.* 53. *ſub num.* 3. *&* 4. juxta Coccin. *dec.* 350. *n.* 3. quod tamen intelligitur concurrente aliquo rationabili motivo, alias nunquam ſolet hæc Gratia eidem Superſtiti denegari ob diſpoſitionem Juris, cui Regula innititur *in cap.* 1. 2. *ne lite pendent. in* 6. ne ſcilicet detur Superſtiti novus Colligitans, & multiplicentur lites etiam in præjudicium Eccleſiæ, ſeu Beneficii ob diuturnam vacationem, ſed quia Regula excipit caſum intruſi, ſeu Calumnioſi Litigantis, necnon ejus, qui impetravit Beneficium ex cauſa objectiva, vel fraudolenter contra Senem, aut Valetudinarium, quibus mortis periculum imminet, idcirco eſt in arbitrio Datarii denegare Gratiam etiam in aliis caſibus non expreſſis, ſeu non exceptuatis per Regulam, in quibus militaret identitas rationis propter aliquod rationabile motivum juxta facti circumſtantias, ex quo caſus exceptuati per Regulam non ſtant taxativa nec eam reſtringunt, ut ex Lotter. *de re benef. lib.* 2. *queſt.* 20. *num.* 92. *cum ſeqq.* notat Card. de Luc. *d. diſc.* 53. *num.* 4. *de benef.*

Fraus autem Impetrantis intelligitur ſi impetraverit, aut contra Senem, aut contra Valetudinarium 26
disjunctive, dummodo vacatio Beneficii ab eis poſſeſſi reputari poſſit imminens, aut ratione ætatis, aut infirmitatis; ad hunc vero effectum ætas in Sene debet eſſe decrepita juxta Bich. *decis.* 188. *a num.* 10. *ad* 14. nec propterea attenditur Eventus, quod poſt impetrationem ſucceſſerit Mors ejus, contra quem illa facta fuit, hoc enim reputatur merum Accidens, quod ſuccedere poteſt etiam in florida ætate conſtitutis.

Quomodo autem intelligatur Litigator calumnioſus quæſtio eſſe poteſt, in qua moderna opinio ſe 27
re impoſſibilitaſſe videtur modum probandi litem calumnioſam requirendo, quod calumnia ſit adeo manifeſta, & notoria, ut nihil etiam leve, & coloratum adduci poſſit, cum qua concluſione Ego juxta experientiam in pluribus caſibus habitam, non potui nunquam juſtificare caſum litis calumnioſæ, quod mihi viſum eſt nimis rigidum, & præbens fomentum quibuſcunque litibus ad vexandos juſtos Poſſeſſores, aut habentes juſtum titulum, quia nemo eſt, qui litiget ſaltem ſine aliquo colore, & apparentia boni Juris, & ſic nunquam haberet locum verificatio litis calumnioſæ, ideoque verius eſt, ut caſus litis calumnioſæ intelligatur arbitrio Judicis, ut bene concludit Lotter. *lib.* 2. *q.* 20. *num.* 100. & tandem noviſſimo tempore obtinui canonizari litem calumnioſam contra Subrogatum etiam in caſu, quo plures coloratæ exceptiones adducebantur, ut in Colonien. Canonicatus S. Andreæ 12. Junii 1719. coram R. P. D. Cerro, & in Cajetana ſubrogationis gratioſæ 22. Novembris 1720. coram Reverendiſſimo Criſpo, & in Lucen. Parochialis 7. Decembris 1722. coram R. P. D. Gamaches, & ſic renovata fuit *dec.* 148. *coram Celſo*.

MA-

MALACITANA FRUCTUUM EPISCOPATUS.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus S. R. E. Cardinalis a die præconizzationis in Epiſcopum factæ in Conſiſtorio acquirit fructus Eccleſiæ ante captam ejus poſſeſſionem, nec ſubjacet Cenſuræ *Extravag. injuncta de elect.* nec eos amittit ex defectu Conſecrationis, ſi habuit juſtum impedimentum, ad materiam Text. *in capit. Tranſmiſſam de elect. & Concil. Tridens. ſeſſ. 23. cap. 2. de reformat.*

SUMMARIUM.

1 *Dignitas S. Rom. E. Cardinalium præſtantior eſt cæteris, & plura de eorum prærogativis.*
2 *Non comprehenduntur ſub Conſtitutionibus novis abſque mentione ſpeciali.*
3 *Exponitur facti ſeries.*
4 *Deeſſe Nobis Terra in qua vivamus, in qua moriamur non poteſt.*
5 *Epiſcopus electus, & confirmatus conſequitur plenam adminiſtrationem Eccleſiæ ante capturam Poſſeſſionis, & n. 6. 7. 21. 22. 27.*
8 *Præconizzatio in Conſiſtorio habet vim electionis, & confirmationis Epiſcopi.*
9 *Caſus legis non admittit quæſtionem.*
10 *Summus Pontifex ante captam Poſſeſſionem, & ingreſſum in Urbem habet liberam adminiſtrationem Papatus.*
11 *Poſt confirmationem contractum eſt matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum, & Eccleſiam.*
12 *Poſſeſſio reſpicit meram ſolemnitatem, & titulus dominium.*
13 *Per electionem Electus acquirit adminiſtrationem in habitu, & per confirmationem in actu.*
14 *Et poſt confirmationem Epiſcopus habetur pro Poſſeſſore abſque captura Poſſeſſionis.*
15 *Præconizzato Epiſcopo in Conſiſtorio Papæ ceſſat vacatio Eccleſiæ, & juriſdictio Capituli.*
16 *Epiſcopus a die confirmationis acquirit jus in colligendis fructibus, & aliis exercendis, & num. 17.*
18 *In Regnis Hiſpaniarum fructus non ſpectant ad Cameram, ſed ad Epiſcopum poſt præconizzationem, & n. 19.*
20 *Diſpoſitio juris magis confirmatur ex obſervantia.*
23 *Fructus debentur Reſignatario ante captam Poſſeſſionem.*
24 *Beneficiatus proviſus de Beneficio ante ejus Poſſeſſionem præſentare poteſt ratione Juriſpatronatus eidem Beneficio annexi.*
25 *Reſolutio Papæ, quod Epiſcopus poſt Tranſlationem ante capturam Poſſeſſionis non poſſit conferre Beneficia Eccleſiæ, a qua tranſlatus fuit.*
26 *Tranſlatus ante captam Poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ ejus fructus lucratur, nec facit ſuos illos primæ.*
28 *Refertur diſpoſitio* Extravagant. Injunctæ de Elect.
29 *Ejus vigore prorogata fuit vacatio Eccleſiæ uſque ad capturam Poſſeſſionis, & ad quem effectum ibi num. 30.*
31 *Diſpoſitio ſupradictæ Extravagantis eſt odioſa tanquam pœnalis, & correctoria juris.*
32 *Non comprehendit Epiſcopos S. R. E. Cardinales.*
33 *Regula 2. Cancellariæ pariter eoſdem non comprehendit, & n. 34.*
35 *Epiſcopi Cardinales poſſunt conferre Beneficia vacata ante captam ab eis Poſſeſſionem Eccleſiæ*
36 *Reſpectu Cardinalium in hoc puncto ſervatur diſpoſitio juris communis.*
37 *Jus conferendi Beneficia dicitur fructus Epiſcopatus, & n. 63.*
38 *In Regnis Hiſpaniæ fructus Epiſcopatus Sede vacante ſpectant ad Cameram uſque ad proviſionem novi Epiſcopi.*
39 *In Regnis Hiſpaniæ non adeſt conſuetudo, quod Epiſcopi Cardinales non poſſint adminiſtrare, nec conferre ante Poſſeſſionem, & reprobatur auctoritas* Garziæ, *ut numer. 40. & ſeqq.*
41 *Conſuetudo non extenditur de re ad rem neque de Perſona ad Perſonam, & numer. 43. 44. & 45.*
42 *Non creditur Doctori teſtanti de conſuetudine.*
46 *In Regnis Hiſpaniarum Epiſcopi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ante captam Poſſeſſionem conferunt Beneficia, & percipiunt fructus etiam ex conſuetudine, & num. 47. & 48.*
49 *Qua ratione emanaverit* Extravag. Injunctæ de Elect. *& quibus applicetur.*
50 *Electio unius eſt renunciatio alterius in incompatibilibus.*
51 *Conſtitutio pœnalis contra præſumentes non habet locum, ubi abeſt malitia, & temeritas per quamlibet cauſam probabilem, & opinatam.*
52 *Papa habet in Beneficialibus pleniſſimam poteſtatem diſponendi, & declarandi.*
53 *Stante impedimento Poſſeſſio habetur pro capta ad omnes effectus.*
54 *Ex affirmativa facti, licet arguere ad negativam non facti.*
55 *Sequeſtratio ſupponit ad rem ſequeſtratam pertinere illi, cui facta fuit.*
56 *Obſervantia ex facto Nuncii, & Officialium Papæ eſt maxima relevantia.*
57 *In illis ſemper præſumitur accurata diligentia.*
58 *Officium Nuncii eſt invigilare ſuper Spoliis, & juribus Cameræ.*
59 *Scientia Nuncii dicitur ſcientia Papæ & numer. 60.*
61 *Quod calamitas non abſtulit, in pace non videtur auferendum.*
62 *Laudantur Illuſtriſſimi Commiſſarius Cameræ, nec non ejus, & Fiſci Advocatus.*
64 *Reprobatur diſtinctio* Gonzal. *putantis Epiſcopum etiam confirmatum conſequi, quæ ſunt juriſdictionis, non autem fructus Eccleſiæ, niſi poſt Conſecrationem.*
65 *Epiſcopo datur terminus trimeſtris ad petendam Conſecrationem.*
66 *Concilium Tridentinum addidit pœnam reſtitutionis fructuum omiſſa conſecratione per hoc tempus.*
67 *Concilium ſuppoſuit ante Conſecrationem Epiſcopum confirmatum habere jus percipiendi fructus.*
68 *Allegatur ſuppoſita praxis, & conſuetudo etiam quoad Epiſcopos Cardinales, ut non faciant fructus ſuos ante capturam Poſſeſſionis, eiſque reſpondetur num. 69. & ſeqq.*
70 *Verbum* præceſſit *ſtat impugnative.*
71 *Conſuetudo juri contraria requirit actus concludentes, & in contradictorio Partium ſecutos.*
72 *Conſuetudo non recipit extenſionem per illationes, & argumenta.*
73 *Deſtruitur per unicum actum in contrarium.*
74 *Actus Particularium non præjudicant Ordini, ſeu Collegio.*

75 *De.*

75 *Declaratio ſuppoſitiva corruit corruente ſuppoſito.*
76 *Concilium Tridentinum, quod Epiſcopum negligentem petere conſecrationem mulctavit in reſtitionem fructuum, non procedit quoad Epiſcopum impeditum.*
77 *Declaratio Papæ eſt attendenda.*
78 *Sententia dicitur continere omnia, quæ veniunt per neceſsarium conſequens, vel antecedens.*
79 *Comprehendit quidquid includitur ſub univerſalitate unius, & ejuſdem rationis.*
80 *Judicatum Papæ in hac Cauſa.*
81 *Laudatur Eminentiſsimus Cardinalis Alberonus.*

DISCEPTATIO LXXIV.

CONtroverſiam aggredior controverſia non dignam, propter Articulum in ea contingentem, quantum nobilitate ſua conſpicuum, tantundem clarum, ac omni dubitatione vacuum, ob literales Sacrorum Canonum, ſeu Decretalium communes Leges, Jure novo Extravagantium Conſtitutionum, aut conſuetudinum non immutatas, ſed adhuc vigentes favore Eminentiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ob eorum inſignem, & altiſ-
1 ſimam Dignitatem cæteris Eccleſiaſticis Dignitatibus præſtantiorem juxta notiſſimam Conſtit. 15. Eugenii IV. Etenim Regibus æquiparantur, ut habetur in Conſtitut. 50. §. 12. Sixti V. conſtituunt primum, & majorem Senatum, qui in toto Terrarum Orbe reperiatur, Card. de Luca *de Juriſdict. diſc.* 116. *ſub n.* 8. itaut nulla major in Eccleſia Dei reperiatur Dignitas poſt Pontificatum Maximum, Fagnan. *in cap. Quod nonnullis num.* 12. *&* 21. *de Privil.* Card. Jacobat. *de Concil. lib.* 1. *art.* 1. *num.* 1. Patiſ. *de reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 12. *num.* 15. *& ſeqq.* Corrad *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 35. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 24. *n.* 4. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 33. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. ubi ſupra num.* 9. & propterea ob tantæ Dignitatis faſtigium merito ſub Conſtitutionibus generaliter loquentibus nunquam comprehenduntur, præſertim ſub Legibus novis Sacrorum Canonum
2 derogatoriis, aut aliis exorbitantibus, & odioſis abſque mentione ſpeciali, ut proteſtantur Summi Pontifices in *capit.* 1. *in fin. de Offic. Legat. in* 6. *& in Extravag. Execrabilis* §. *Itaque de Prebend.* Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 83. *& ſeqq.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 24. *num.* 2. Card. de Luc. *in Miſcellan. Eccleſ. diſc.* 23. *numer.* 11. Rot. *coram Coccin. dec.* 1680. *num.* 149. *bon. mem. Anſald. in annotat. ad deciſ.* 86. *num.* 62.

Dum itaque ad examen hodie revocatur, an Cardinales poſtquam in Conſiſtorio Papæ præconizzati ſunt Epiſcopi, acquirant plenam adminiſtrationem Eccleſiarum, ad quas promoti extiterunt, faciendo fructus ſuos ante adeptam earum poſſeſſionem, vel potius ad hunc effectum requiratur captura poſſeſſionis, qua non adepta fructus cedant commodo Cameræ Apoſtolicæ Jus habentis ſuper fructibus Vacantiæ, neceſſe eſt, ut Cauſa in concreto judicetur, exponere cauſam ſuper quo verſatur Quæſtio, & exacta narratione referre ſpeciem Facti cum ſuis circumſtantiis mihi ſuppoſitam, ut infra.

§. I.

Narratur ſeries Facti cum omnibus ſuis circumſtantiis.

SAn. Mem. Clemens XI. ad nominationem Regiam præconizzavit in Conſiſtorio Perſonam Eminentiſſimi Domini Cardinalis Alberoni ad Eccleſiam Malacitanam, tunc vacatam per obitum Emanuelis Epiſcopi; proviſionem dedit cum expeditione Literarum ſub data 6. Decembris 1717. quæ fuerunt tranſmiſſæ in Partibus Hiſpaniarum ad Civitatem Matriti, & perventæ ad manus Eminentiſſimi Cardinalis Alberoni.

Verum hoc medio tempore antequam Literæ Epiſcopatus Malacitani fuiſſent expeditæ, cum vacaſſet Archiepiſcopalis Eccleſia Hiſpalenſis, ad quam pariter Sereniſſimus Rex Hiſpaniarum fecerat nominationem in Perſona ipſius Eminentiſſimi Alberoni; Idcirco delegatus fuit ad Urbem ſpecialis Miniſter ad effectum, ut ſuſpenſa expeditione Literarum Eccleſiæ Malacitanæ, earum loco expedirentur Literæ pro Eccleſia Hiſpalenſi ad favorem Eminentiſſimi Cardinalis nominatarii; ſed cum iſte Miniſter perveniſſet ad Urbem re amplius non integra, ſcilicet 10. Decembris 1717. de quo tempore jam expeditæ fuerant Literæ pro Eccleſia Malacitana, adhuc inſtantiam fecit memorato Summo Pontifici pro obtinenda proviſione, ſeu expeditione Literarum hujus ſecundæ Eccleſiæ Hiſpalenſis.

Ob notas immo notiſſimas repræſentationes eidem Pontifici tunc inſinuatas, Sanctitas Sua differre cenſuit expeditionem Literarum Eccleſiæ Hiſpalenſis: contemporanee tamen ſignificavit clar. mem. Card. Aquavivæ, necnon Eminentiſſimo Othobono in Urbe, & ſimul Reverendiſſimo Aldrovando apud Civitatem Matriti Nuncio exiſtenti, ut nunciarent Eminentiſſ. Alberono mentem Pontificiam eſſe, quod illi concedebant *perceptionem redituum utriuſque Eccleſiæ*, quæ omnia etiam notoria ſupponuntur Eminentiſſimo tunc temporis Secretario Status.

Interim Eminentiſſimus Alberonus reperiebatur in ſtatu legitimi impedimenti, ne aliquid innovaret, aut ageret reſpectu Eccleſiæ Malacitanæ, ne violaret aſſumptum Sereniſſimi Regis, qui ſtante dilatione, ut ſupra convocaverat Congregationem Legiſtarum, Theologorum, & Canoniſtarum, quæ eidem conſilium daret, quid agendum foret, & quæ Congregatio reſolutionem dederat, ut apud Summum Pontificem totis viribus inſtandum, ſeu ſupplicandum eſſet pro expeditione Literarum Eccleſiæ Hiſpalenſis, omiſſis cæteris notoriis.

In hoc autem biennali temporis ſpatio, nempe a die 6. Decembris 1717. uſque ad initium ejuſdem menſis Anni 1719. neque per umbram Camera Apoſtolica, nec ejus nomine Reverendiſſimus Aldovrandus Nuncius cogitavit apponere manum ſuper fructibus Eccleſiæ Malacitanæ, minuſque ullam ſuper illis prætenſionem manifeſtavit, ſed eos reſpexit veluti proprios Eminentiſſimi Alberoni Titularis, ſeu Epiſcopi, & ad ipſum unice ſpectantes.

Juxta notam rerum viciſſitudinem egreſſo Eminentiſſimo Alberono ex Regnis Hiſpaniæ eidem Summo Pontifici porrecta fuit Inſtantia, ut Eminentiſſimus Alberonus privaretur Epiſcopatu Malacitano, ad quem effectum deputatis per Summum Pontificem duabus Congregationibus iſtarum reſolutio fuit Eminentiſſ. Alberonum *Epiſcopatu privari non poſſe*, abſque eo quod deinde Pontifex unquam cogitaverit eum privare ſaltem fructibus Epiſcopatus.

Certioratus de hac reſolutione in Urbe emanata Sereniſſimus Rex ſtatim mandavit apponi ſequeſtrum ſuper fructibus Epiſcopatus manſuris in Depoſito apud Perſonam ab ipſo Sereniſſimo Rege nominandam, & ita ſervatum extitit ab eo tempore uſque in præſens.

Interim Eminentiſſimus Alberonus Italiam ingreſſus ex notis undique calamitatibus, non inveniebat benevolum Locum, aut Receptorem experiendo, & ſecum cogitando illud Taciti: *deeſſe nobis Terra, in qua vivamus, in qua moriamur, non poteſt*, ut habetur *in Libro* 3. *Annal.* de quo tempore cum eſſet in loco ſubjecto Ditioni Sereniſſimæ Reipublicæ Januenſis, accepit Epiſtolam per Secretariam Status Eminentiſſimi D. Card. Paulutii, in qua continebatur Ordo Pontificius prohibens Eminentiſſ. Alberono ſub pœnis, ne a quocunque Catholico Antiſtite ſuſciperet ſuam Conſecrationem in Epiſcopum ſine nova licentia ipſius ſummi Pontificis.

Poſtquam longo ſpatio ſeptem annorum, & ultra, & ſub tribus Pontificatibus fructus Eccleſiæ Malacitanæ manſerunt ſemper in dominio Eminentiſſimi Alberoni Epiſcopi, ejuſque Eccleſiæ Sponſi, ita ut neque Sereniſſimus Rex eos ſibi applicaverit, immo ſub ſequeſtro, & depoſito conſervaverit pro Sponſo Eccleſiæ, neque Nunciatura Apoſtolica unquam ſu-

per illis manus appoſuerit, aut apponere tentaverit per curſum tanti temporis, in hodierno ſtatu, quo rebus fere compoſitis cum Monarca Hiſpano Eminentiſs. Alberonus ſuos fructus expectabat.

Inſurrexit moderna, & non cogitata prætenſio, quod hujuſmodi fructus pertineant ad Cameram Apoſtolicam non alia ratione, niſi quia Eminentiſſimus Alberonus non accepit poſſeſſionem Eccleſiæ licet non neceſſariam, ac inſuper ex ſupra relatis accidentibus impeditam; quaſi Eccleſia Epiſcopalis ob non captam poſſeſſionem haberi debeat pro vacanti, quantum ad fructus, ſed plena quantum ad ejus ſponſum, ſeu Epiſcopum nedum in Conſiſtorio Papæ præconizzatum, ſed etiam plene proviſum per literas Apoſtolicas deſuper expeditas.

Examinata igitur hujuſmodi prætenſione ad limites Juſtitiæ, abſque ulla dubitandi ratione omnino credetem eam prorſus inſubſiſtentem, ſcilicet nullum jus competere Rever. Cameræ Apoſtolicæ, & fructus Epiſcopatus Malacitani indubitanter ſpectare ad Eminentiſs. Alberonum.

§. II.

Probatur de jure communi Epiſcopum Electum, & confirmatum, ſeu præconizzatum in Conſiſtorio Papæ ante capturam poſſeſſionis conſequi plenam adminiſtrationem Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus cum perceptione fructuum.

QUod Eminentiſſimo Alberono debeantur fructus Eccleſiæ Malacitanæ poſt præconizzationem in Conſiſtorio Papæ, & a Data ſuarum Literarum 6. Decembris 1717. ad evidentiam convincit juris commu-
5. nis diſpoſitio, quæ in pluribus Decretalibus continetur; Et primo hoc diſponit Textus *in cap. Tranſmiſſam 15. de Elect.* ubi cum Epiſcopus Electus, & confirmatus ante capturam poſſeſſionis pronunciaſſet ſententiam ſuſpenſionis, Interdicti, & Excommunicationis contra Clericos ſuæ Diœceſis, quam ipſi contemnebant, dicendo quod talis Epiſcopus poteſtatem non haberet eos corrigendi, ibi: *Quæſiviſti quid faciendum ſit ſuper eo, quod Clerici tuæ Diœceſis, cum pro ſuis exceſſibus ſuſpenſionis, vel interdicti, vel Excommunicationis Sententia percelluntur, parvipendentes eam, dimittunt Eccleſias, &c. & correctionem Eccleſiaſticam per contemptum eludunt, dicentes, quod poteſtatem non habeas eos, niſi tibi ſpecialiter Apoſtolica Sedes indulſerit, corrigendi*: Reſpondit Pontifex, quod poſtquam ille fuerat electus, & confirmatus talia, & conſimilia poterat exercere exceptis iis, quæ ſunt Ordinis, & inquiſitionis majoris, ibi: *Reſpondemus igitur, quod ex quo electionis tuæ confirmationem accepiſti de Talibus, & Conſimilibus præter ea, quæ majoris inquiſitionis diſcuſſionem exigunt, & miniſterium conſecrationis deſiderant, quod juſtum, & Eccleſiaſticæ convenit utilitati, ſtatuendi habeas liberam facultatem*, ubi communiter Gloſſa, & Repetentes firmarunt, Epiſcopum confirmatum conſequi omnia, quæ reſpiciunt juriſdictionem, & plenam adminiſtrationem Eccleſiæ Epiſcopalis ante capturam poſſeſſionis, ſeu inſtallationem, ut ſcribit ibi Gloſſ. *in verbo de Talibus* exemplificando actus competentes Epiſcopo confirmato, ibi: *Puta ſicut eſt judicare, excommunicare, corrigere, juramenta recipere a Vaſſallis, confirmare, inveſtire, Beneficia conferre, & conſimilia*, & quod ſine captura poſſeſſionis Epiſcopus confirmatus conſequatur tum omnia juriſdictionalia, quam plenam, & pleniſſimam adminiſtrationem Bonorum, & jurium Eccleſiæ notarunt omnes ibi Canoniſtæ nempe Innocent. num. 1. Panormit. num. 3. Barboſ. n. 2. Hoſtien. n. 5. ibi: *Sine alia poſſeſſione, vel inſtallatione, vel inveſtitura ſtatim poteſt adminiſtrare confirmatus in ſpiritualibus, & temporalibus in Judicio, & extra*, Jo. Andr. n. 6. Card. Zabarel. n. 2. Joan. de Anania n. 2. Butr. n. 14. cæterique Canoniſtæ.

Et propterea quod generaliter Epiſcopus confirmatus conſequatur plenam, & pleniſſimam adminiſtrationem Bonorum, & Jurium Eccleſiæ ſine neceſ-
ſitate poſſeſſionis, exceptis iis, quæ reſpiciunt Ordinem, ſeu Conſecrationem notat Pariſ. *conſ. 141. n.* 6
31. & 32. lib. 4. ibi: *Jam natus eſt gubernacula Regiminis, & Imperii, & totalis juriſdictionis, & adminiſtrationis exceptis his, quæ ſunt Ordinis*, & inferius ibi: *Epiſcopus, ſeu Electus, & Confirmatus habens adminiſtrationem pleniſſimam, merum, & mixtum Imperium juxta cap. Tranſmiſſa de Elect.* & proſequuntur in eadem Theorica Paſſerin. *de Elect. cap. 33. n. 25. verſ. Unde*, Rot. *deciſ.* 182. *n. 6. part. 2. diverſ. & dec. 475. n. 17. part. 1. rec. & in Corduben. Beneficiorum 29. Novembris 1694. cor. Emerix Jun. & 3. Decembris 1695. cor Urſino* impreſſ. apud Card. de Luca *de Benef.* juxta impreſſ. Venet. *poſt diſc. 145. ſub n. 15.*

Concordat diſpoſitio alterius Decretalis *in Capit.*
Noſti 9. de Elect. ubi Pontifex reprobavit factum Epi- 7
ſcopi Linconen, qui poſuerat manus in adminiſtrandis rebus, & juribus Eccleſiæ, antequam fuiſſet confirmatus ibi: *Noſti quomodo Linconen Electus concedendo honores, vel præbendas, aut alias diſponendi de rebus Eccleſiæ, cum ſua non ſit Electio confirmata, non habeat facultatem*; Ex quo Texto pariter Gloſſ. & Canoniſtæ fundant communem propoſitionem, quod cum Papa improbaverit factum Epiſcopi Electi circa adminiſtrationem Eccleſiæ propter eam rationem, quod nondum fuerat confirmatus, ibi: *cum ſua non ſit Electio confirmata*: ergo per confirmationem Epiſcopus Electus totam, & integram aſſequatur adminiſtrationem Bonorum, & Jurium Eccleſiæ, ut advertit Gloſſ. *in verb. Confirmata* ibi: *Per confirmationem acquirit Electus plenam adminiſtrationem, & vinculum conjugale contractum eſt*, ibique Zabarell. n. 1. ibi: *Nota quod per confirmationem acquirit Electus poteſtatem adminiſtrandi*, Hoſtien. n. 1. ibi: *Per confirmationem autem plenum jus adminiſtrandi acquirit, &c. & cenſetur ſponſus Eccleſiæ*, Butr. num. 2. & 4. Joan. de Anania ante num. 1. ibi: *Poteſtas conferendi Beneficia, & alia Eccleſiaſtica Bona adminiſtrandi confertur ex confirmatione*, Barboſ. num. 2. Fagnan. num. 2. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 30. tract num. 240.* Layman. *Theolog. moral. quæſt. Canon. de Prælat. Eccleſ. cap. 10. num. 113. & 114.* juncta demum diſpoſitione alterius Text. *in cap. qualiter de Elect.* ubi de Epiſcopo Electo, ibi: *ante Confirmationem adminiſtrationi Epiſcopatus ſe irreverenter immiſcuit*: Ex quo pariter Textu Canoniſtæ confirmant Propoſitionem communem, quod poſt Confirmationem Electus conſequitur plenam Eccleſiæ adminiſtrationem, ut ibi notat Gloſſ. in primo notabili Zabarell. num. 1. ibi: *Electus ante confirmationem non adminiſtrat, & ſic poſtea poteſt*, Butr. *num.* 2. Joan. de Anania *num.* 2. Innocent. *num.* 1. *verſ. alias ſecus*, Garz. *de benef. part. 5. cap. 4. n. 244.* Lambertin. *de Jurepatr. lib. 2. part. 3. quæſt. 10. art. 6. & 7. per tot.* Germon. *de indult. Cardin. §. Nec non quorumcunque n. 29. & ſeqq.*

Hæc autem juris Canonici Decretalium literaliſſima diſpoſitio, quæ ante capturam poſſeſſionis, &
ſine ejus neceſſitate concedit Electo, & Confirmato 8
plenum, ac pleniſſimum jus adminiſtrandi omnia bona, & jura Eccleſiæ Epiſcopalis, locum obtinet in Epiſcopo præconizzato per Summum Pontificem in Conſiſtorio, dum ejus præconizzatio, ſeu pronunciatio dicitur habere vim Electionis, & confirmationis, & communiter Scribentes quidquid prællegatæ Decretales ſtatuerunt in Epiſcopo Electo, & Confirmato, applicant, & locum habere dixerunt in Epiſcopo per Summum Pontificem præconizzato etiam ante levatas, ſeu expeditas Bullas, Fagnan. *in cap. nihil num. 27. & ſeqq. de Elect.* ibi: *Pronunciatus per Papam in Conſiſtorio, ut moris eſt, etiam ante levatas Bullas eſt verus Prælatus, quia litera eſt de ſubſtantia probationis, non autem de ſubſtantia Gratiæ, &c. & proviſio Conſiſtorialis habet vim Electionis, & confirmationis, & in cap. 1. num. 8. in fin. de Elect.* ibi: *Quæ quidem Conſiſtorialis Proviſio habet vim Electionis, & confirmationis*, Panormitan. *in dicto cap. Qualiter numer. 1. verſ. Dictamen, & in cap. Noſti num. 4. de Elect.* Pax Jordan. *lucubrat. tom. 2. lib. 8. tit. 2. num. 14.* Lavor. *de Elect.*

tit. 4.

tit. 4. cap. 25. n. 9. Pariſ. *de reſignat. lib. 7. qu. 23. num.* 49. Henric. Bich *in cap. in literis n. 2. de reſtit. ſpoliat.* Rot. *deciſ.* 475. *n.* 12. *part. 1. rec.*

At vero Legem hanc Eccleſiaſticam, quæ alio juris adminiculo non indiget, quia caſus Legis quæ-
9 ſtionem amplius non admittit juxta notiſſimam Gl. *in leg. Ancilla, C. de furt.* confirmant nihilominus Canoniſtæ ſolidis principiis reſpondendo ad objectum, quod requiratur inſtallatio, ſeu captura poſſeſſionis ante adminiſtrationem, quod objectum late extendit Panorm. *in dict. cap. Tranſmiſſam ſub n. 3. de elect.* communiter firmantes, quod ſecluſa conſuetudine inſtallatio, ſeu captura poſſeſſionis non eſt neceſſaria, neque de ſubſtantia poteſtatis adminiſtrandi, ſed pertinet ad meram dumtaxat ſolemnitatem Innoc. *in cap. eum ſuper de Cauſ. poſſeſſ. & propriet. n. 2. verſ. vel dic inſtallationem,* Panormit. ibi *n. 16. &* 18. ibi: *Intelligi debet quoad ſolemnitatem, non autem de ſubſtantia adminiſtrationis, & inferius* ibi: *Propter quamdam ſolemnitatem ne videatur propria authoritate intrare poſſeſſionem, & in d. capit. Tranſmiſſam num. 3.* ibi: *Innocentius enim hic, Hoſtienſis, Compoſtellanus, Joannes Andreas, & communiter fere alii ſequentes tenent opinionem, quod inductio in poſſeſſionem non eſt neceſſaria, ſed eo ipſo quod quis eſt confirmatus, vel habuit aliquid aliud ſuccedens loco Confirmationis, puta quia fuit inſtitutus, ſeu proviſus per Superiorem de illa Dignitate, poteſt incontinenti adminiſtrare quamumcunque non apprehenderit adhuc corporalem poſſeſſionem Prælaturæ, &c. & ad contraria, quæ faciunt mentionem de inſtallatione, reſpondent tenentes hanc opinionem, quod procedunt ſecundum conſuetudinem Locorum, vel ſecundum eos, inſtallatio eſt de ſolemnitate, non autem de ſubſtantia, & inferius n. eodem verſic. nam videtur potius de ſolemnitate,* Bellamer. *in dict. cap. Tranſmiſſam num. 3. verſic. Si dicatur de Elect. & in cap. cum ſuper num. 11. & ſeqq. de Cauſa poſſeſſ. & propriet.* Grimon. *de Indul. Cardin. §. Nec non n. 8.* Diana *coordin. tom. 9. tract. 7. de poteſt. & privil. Cardin. reſolut. 54.* ibi: *Poſſeſſionis apprehenſionem eſſe utique neceſſariam quoad ſolemnitatem, &c. non ſequi tamen quin ante adeptam poſſeſſionem poſſit adminiſtrare.*

Adducunt exemplum Summi Pontificis, qui ante captam poſſeſſionem, & ingreſſum in Urbem habet liberam adminiſtrationem Papatus, & Eccleſiæ Uni-
10 verſalis, ut proſequitur Innoc. *in d. capit. Cum ſuper n. 2 verſ. Et vidimus, quod Papa adminiſtravit,* Panormit. *in d. cap. Tranſmiſſam n. 3. verſic. A contrario ibi colligitur,* Bellamer. *in d. cap. Cum ſuper num. 14. & in cap. Tranſmiſſam n. 3.* Zabarell. *in dict. cap. Cum ſuper n. 2. verſic. Et dicit* Jo. Andr. *n. 6. verſic. Nam ut dicit,* & hoc exemplo Papæ electi utantur ad confirmationem Propoſitionis communis.

Moventur etiam ratione ſatis convincenti ad probandum, quod captura poſſeſſionis nihil faciat ad rem ponderando, quod poſtquam Epiſcopus electus Confirmationem obtinuit, ſtatim contractum eſt
11 Matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum, & Eccleſiam, ut eſt Text. *in cap. inter corporalia, §. Sicut autem Epiſcopus de tranſlat. Epiſc.* Unde ſi per confirmationem jam factus eſt Epiſcopus, & Sponſus Eccleſiæ, jam acquiſivit dominium ſuper adminiſtratione plenaria omnium bonorum, & jurium Eccleſiæ, ita ut Ceremonia poſſeſſionis reducatur ad meram ſolemnitatem, non autem ad ſubſtantiam juris adminiſtrandi, dum jus, & dominium acquiritur ex titulo, non autem ex poſſeſſione, ut ait Bel-
12 lamer. *in cap. eum ſuper n. 13. de Cauſa poſſeſſ. & propriet.* ibi: *De jure ante inſtallationem adminiſtrare poteſt, quia jura inductionem in poſſeſſionem hic de neceſſitate non requirunt, cum jus acquiratur ex Titulo, non ex poſſeſſione, ſeu ejus traditione de regul. jur. cap. 1. lib. 6.* Zabatell. *in Clement. ut ii, § Illi vero n. 11. de ætat. & qualit.* ibi: *Non requiri inductionem in poſſeſſionem de neceſſitate juris; nam jus in Beneficio acquiritur ex Titulo, & non ex Poſſeſſionis traditione,* Paſſerin. *de Elect. cap. 33. num. 25. in fin.* ibi: *Qui enim obtinet Beneficium, vel Prælaturam ſtatim abſque apprenſione aliqua vi confirmationis obtinet jus, & dominium in Beneficio,* Layman. *in Theolog. moral. quæſt. Canonic. de Prælat. & Eccleſ. cap. 10. n. 114.* ibi: *Inveſtitura poſt factam collationem adhibetur, ut ſolemnitas aliqua, tum vero parum, aut nihil operatur, cum titulus ante collatus ſit,* & late Pariſ. *de reſignat. lib. 1. qu. 6. n. 13. cum plur. ſeqq.*

Et ſane ad hunc effectum obtinendi plenam adminiſtrationem cum ſuis fructibus nihil operatur captura poſſeſſionis, dum per Electionem Electus acquirit poteſtatem adminiſtrandi *in habitu*, per confirmationem vero poteſtatem adminiſtrandi *in actu*;
unde ex tali Confirmatione dicitur acquiſitum exer- 13
citium ipſum adminiſtrandi, ut eſt punctualis animadverſio Gloſſ. *in Canon. Quanto in verb. relatio diſtinct. 63.* ibi: *Si quæras quale jus acquiritur Electo per Electionem? dico quod jus Prælaturæ, & jus adminiſtrandi, ſed non exercitium Prælaturæ, vel adminiſtrationis, per confirmationem enim nihil juris novi acquiritur, ſed tantum Exercitium* quam communiter ſequuntur Panormit *in cap. Noſti num. 2. & in cap. Tranſmiſſam n. 3 verſ. & præ hæc,* Gloſſ. *de Elect.* Zabarell. *in d. cap. Tranſmiſſam n. 2.* Gemin. *in Canon. In Nomine Domini n. 17. diſtinct. 23.* Dec. *in cap. poſtquam num. 18. de Elect.* Felin. *in capit. ne Dei num. 2. & 3. de Simon.* Oldrad *conſ. 146. n. 4. & conſ. 194. n. 2.* Paſſerin. *de Elect. cap. 33. num. 25. verſ. Unde,* a Spiritu Sanct. *in direct. regular. tract. 5 diſp. 5. ſect. 1. num. 6.* Sigiſmund. *de Elect capit. 42. num. 1.*
Rot. *coram Gregor. deciſ. 240. n. 17.* ideoque Epiſcopus 14
confirmatus etiam ſine captura poſſeſſionis habetur pro Poſſeſſore propter acquiſitum ex confirmatione exercitium adminiſtrationis, ut ſingulariter ait Bellamer. *in d. cap. cum ſuper num. 15. de Cauſ. poſſeſſ. & propriet.* allegans ita tenere Joan. Andr. ibi: *Joannis Andreæ, &c. ubi notat, quod Electus ſcilicet, & Confirmatus debet haberi pro Poſſeſſore.*

Et hinc deſcendit, quod ſtatim ac Epiſcopus fuit
electus, & confirmatus, ſive præconizzatus in Con- 15
ſiſtorio Papæ, ceſſat vacatio Eccleſiæ, & Juriſdictio Capituli eam habentis Sede vacante, quia non dicitur amplius Sedes vacare, Felin. *in cap Eam te n. 5. verſic Tertio extende de reſcript.* ibique Rip *num. 11.* Pavin. *de poteſt. cap. Sede vacante part. 3. cap. 44. num. 5. & prælud. 7. num. 14.* Abbas *in cap cum nobis n. 5. in fin verſ. Secus ubi Papa de Elect.* Pax Jordan. *lucubrat. tom. 1. prælud. 2. num. 22.* Pariſ. *de reſignat. lib. 7. quæſt. 27. num 48.* plene Rot. *deciſ. 475. num. 7. & 22. part. 1. rec.* Si ergo ceſſat vacatio, & Sedes dicitur plena ſuo Prælato, & Eccleſiæ ſponſo, jam poteſtas adminiſtrandi in habitu, & actu tranſlata remanſit in Electum, & confirmatum, ſeu præconizzatum in Conſiſtorio Papæ, itaut ad effectum acquirendi fructus nulla requiratur inveſtitura, ſeu captura poſſeſſionis.

Poſito autem, quod Epiſcopus Electus, & confirmatus, ſeu præconizzatus in Conſiſtorio Papæ acquirat eo momento jus plenum, & pleniſſimum adminiſtrandi in habitu ſimul, & exercitio ipſo,
jam inde percipimus ad ipſum ſpectare omnes fru- 16
ctus, & proventus Eccleſiæ, quam Epiſcopus, & Sponſus adminiſtrandi poteſtatem habet, ut in præciſis terminis, quod ſtatim a die confirmationis Epiſcopus acquirat jus in recolligendis fructibus docet doctiſſimus Innoc. *in d. cap. Tranſmiſſam num. 1. de elect.* ibi: *Nota quod Electus, quam cito eſt confirmatus ſine alia Poſſeſſione, vel Inveſtitura, vel inſtallatione ſtatim poteſt adminiſtrare res Eccleſiæ ſuæ in temporalibus, & ſpiritualibus tam in colligendis fructibus, quam in actionibus intentandis, &c.* ſequitur Bellamer. *ibi n. 3. Nota ſecundum Innocentium, quod Electus quamcito eſt confirmatus ſine alia Poſſeſſione, vel Inveſtitura, vel inſtallatione ſtatim poteſt adminiſtrare res Eccleſiæ ſuæ in temporalibus tam in colligendis fructibus, quam in actionibus intentandis, &c.* Bernard. Compoſtellan. *n. 1.* ibi: *Numquid iſti confirmati poſſint ſtatim ſine aliqua inſtallatione, vel Inveſtitura miniſtrare, & res pertinentes ad dictam dignitatem occupare, &c. reſpondeo ſtatim ex tempore per ſe poſſunt, & adminiſtrare in temporalibus, & ſpiritualibus tam in colligendis fructibus, quam*

Digitized by Google

quam in actionibus nomine Eccleſia ſua motis, ſeu movendis, & in aliis omnibus, Card. Zabarell. *num.* 2. ibi: *Electus quamcito eſt confirmatus ſine alia poſſeſſione, vel Inveſtitura, vel inſtallatione ſtatim poteſt adminiſtrare res Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus tam in colligendis fructibus, quam in actionibus intentandis, &c.* & concordat Panormit. n. 2. *& verſ. Nam ſicut*, Lotter. *de re beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 24.

Idque etiam probatur ex notabili deciſione Oldradi *conſ.* 194. *per tot.* loquentis in terminis Epiſcopatus
17 Laudunenſis, ubi ex conſuetudine Archidiaconi Eccleſiæ Cathedralis Sede vacante percipiebant totum emolumentum, quod proveniebat ex Juriſdictione ſpirituali, & pariter conſuetudo erat, quod novus Epiſcopus, antequam ſibi redderentur ſigilla Curiæ, teneretur præſtare certum juramentum Capitulo Laudunen. Cumque per Papam proviſus fuiſſet novus Epiſcopus, & Archidiaconi prætenderent ſibi deberi, & durare emolumenta uſque quo redderentur ſigilla novo Epiſcopo, qui hoc impugnabat prætendendo ſibi ſpectare illa emolumenta a tempore ſuæ Proviſionis Apoſtolicæ, ſuper hoc Oldradus pro veritate requiſitus cenſuit, quod vacatio Sedis ſtatim ceſſaverat, Epiſcopo Electo, & confirmato, ut erat proviſus per Papam, ex ſupradicta ratione, quod: *Hoc eſt proprium confirmationis dare exercitium adminiſtrationis*, & propterea ſupradicta emolumenta a die proviſionis ſpectabant ad Epiſcopum non obſtante conſuetudine, prædicta, ut legere eſt *dicto conſ.* 194. *numer.* 1. *&* 2. quod referunt, & ſequuntur Felin. *in cap. eam te n.* 5. *verſ. fuit etiam de reſcript.* Pas Jord. *tom.* 2. *lucubrat. prælud.* 3. *n.* 23.

In terminis vero terminantibus, quod Epiſcopo præconizzato in Conſiſtorio Papæ debeantur fructus
18 Eccleſiæ ante adeptam Poſſeſſionem a die ipſius præconizzationis reſolvit Sacræ Rotæ Auditorium in Toletana Parochialis coram Seraphin. *deciſ.* 1148. *n.* 3. ubi quod fructus in Regnis Hiſpaniarum non ſpectant ad Cameram, ſed ad Proviſum poſt præconizzationem ibi: *Neque ratione fructuum debitorum Cameræ, qui ad Proviſo ſpectant ſtatim poſt præconizzationem in Conſiſtorio maxime in Regna Hiſpaniarum*, quæ punctualiſſima authoritas Magni Tribunalis omnem ceſſare facit rationem dubitandi, in tanta præſertim rei evidentia ex tot Decretalibus reſultante una cum opinione communi omnium Canoniſtarum, & Claſſicorum Scribentium, de quibus ſupra.

Et quidem talis eſt conſuetudo in Regnis Hiſpaniarum, ſicut aſſerit Rota in proxime relata deciſ. Seraphini; Etenim Nuncius Apoſtolicus ibi exiſtens in Ci-
19 vitate Matriti, qui nomine Cameræ Apoſtolicæ colligit omnes fructus Epiſcopatus vacantis, retinere ſolet librum, ubi eoſdem fructus deſcribit in duplici Calculo, in primo notat fructus decurſus, & recollectos toto tempore Sedis vacantis, in ſecundo autem notat alios fructus decurſos, & recollectos a die propoſitionis, ſeu præconizzationis novi Epiſcopi in Conſiſtorio Papæ, cui Epiſcopo deinde conſignat, ſeu reſtituit omnes iſtos fructus a die ſupradictæ propoſitionis; ergo clariſſimum eſt, quod novo Epiſcopo fructus debentur non a die Poſſeſſionis adeptæ, ſed a die præconizzationis, ſeu propoſitionis in Conſiſtorio, ubi ille dicitur electus, & confirmatus; adeo verum eſt capturam Poſſeſſionis non eſſe illam, quæ tribuit Jus ad perceptionem fructuum, ſeu facit acquirere fructus; Unde hæc conſuetudo tanquam obſer-
20 vantia juris communis, in Regnis Hiſpaniæ eo magis illius diſpoſitionem confirmat, ſeu declarat, ad Text. *in l. ſi de interpretatione, ff. de legibus*, Surd. *conſ.* 392. *n.* 10. Burſat. *conſ.* 410. *n* 49. *lib.* 4. Rot. *deciſ* 38. *n.* 16. *part.* 14. *& deciſ.* 71. *n.* 27. *part.* 19. *& cor. Bich dec.* 73. *n.* 9.

Et proſequendo quæſtionem in terminis fructuum ſeſe offerunt aliæ Decretales, quæ magis convincunt
21 ante capturam poſſeſſionis deberi fructus Epiſcopo electo, & confirmato, Etenim *in c. Ut unuſquiſque de pecul. Cleric.* ſtatutum legitur, ut propriæ Eccleſiæ cedant acquiſita per Presbyterum, ſeu Epiſcopum poſt diem conſecrationis ibi: *Ut unuſquiſque Presbyter res, quas poſt diem conſecrationis acquiſierit propria Eccleſia relinquat*, quem Textum explicantes Canoniſtæ firmant eſſe intelligendum etiam de Epiſcopo confirmato, ea ratione, quod ſtatim poſt Confirmationem ipſe conſequitur adminiſtrationem, & ſic acquirere poteſt ex rebus Eccleſiæ, quæ acquiſitio præcipue conſiſtit in perceptione fructuum die confirmationis, citra neceſſitatem capturæ poſſeſſionis, ut notat Joan. de Anania *d. cap. Ut unuſquiſque num.* 3. ibi: *Intellige tamen idem, & a tempore confirmationis etiam ante conſecrationem, quia tunc adminiſtrare poteſt*, Hoſtien. *ibidem num.* 1. *verſ. immo, & confirmationis*, Butr. *num.* 4. ibi: *Quæſita ante tempus conſecrationis præſumuntur quæſita de Bonis Eccleſiæ, quia tempore Confirmationis Epiſcopus poteſt adminiſtrare ſupra de Electione tranſmiſſa, ideo ex illa tempore quæſita præſumi debent de bonis Eccleſiæ.* Dum ergo Textus ſupponit Epiſcopum poſt confirmationem acquiſiviſſe ex Bonis Eccleſiæ, & ſic percepiſſe fructus ſtatim poſt confirmationem, diſponendo acquiſitiones eſſe relinquendas Eccleſiæ, neceſſario fatendum eſt fructus pertinere ad Epiſcopum a die confirmationis, & ante capturam poſſeſſionis.

Hoc Ipſum convincit Text. *in c. Avaritia de elect.* in 6. ubi contra Electos, qui nondum confirmati fue-
rant, cœcitate avaritiæ ductos adminiſtrationi Eccle- 22
ſiarum ſeſe ingerentes prohibuit, nec de cætero ſe immiſcerent in ſpiritualibus, vel temporalibus Eccleſiæ, earumque adminiſtratione, antequam illorum Electio confirmata extitiſſet ibi: *Sancimus, ut nullus de cætero adminiſtrationem Dignitatis, ad quam electus eſt, priuſquam celebrata de ipſo Electio confirmetur, ſub Æconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de novo quæſito colore in ſpiritualibus, vel temporalibus per ſe, vel per alium pro parte, vel in totum gerere, vel recipere, aut illi ſe immiſcere præſumat.* Qui Textus ſine dubio loquitur de Electo adminiſtrante, & percipiente ſibi fructus ex avaritia, quæ ſolum directa eſt ad lucrum, & ſic perceptionem fructuum ibi: *Avaritiæ cæcitas*, & ſic manifeſte probat ſolum Confirmato competere perceptionem fructuum, & quod Confirmatus non incurrat in pœnam hujus Capituli prohibitivi adminiſtrando, & ſe immiſcendo in temporalibus, & ſpiritualibus Eccleſiæ firmant Felin. *in cap. eam te n.* 5 *verſ.* 3. *de reſcript.* ibique Ripa *n.* 11. Pavin. *de poteſt. Capitul. Sede vacante part.* 3. *cap.* 44. *n.* 5. Rot. *dict. dec.* 475. *n.* 12. *part.* 1. *recent.* & quod Textus loquatur etiam de actuale perceptione fructuum temporalium tradit ibi, Barboſ. *num.* 11.

Hoc inſuper confirmat exemplum reſignationis Beneficii, ubi ſtatim admiſſa reſignatione fructus debentur Reſignatario ante captam Poſſeſſionem non ob-
ſtante etiam, quod in Poſſeſſione interim remanſerit 23
Reſignans, ea ratione, quod fructus debentur non ex Poſſeſſione acquiſita, ſed ex dominio, quia ſunt acceſſorii ad dominium, ut late probat Pariſ. *de reſign. lib.* 1. *qu.* 6. n. 13. 18. 20 47. *&* 54. ibi: *Fructus enim ſpectant ad eum, qui habet Dominium, &c. & ſecuta collatione fructus ſpectabunt ad eum, cui facta eſt collatio, ut communiter per omnes eſt receptum; nam fructus pertinent, ad quos pertinent Bona, &c. nam ſunt acceſſorii dominii.* In omni enim materia a tempore, quo transfertur dominium debentur fructus, *leg. fructus, ff. de rei vindicat.* & proſequitur Pariſ. ubi ſupra n. 54. dicens hanc eſſe omnium opinionem communem, adducendo exemplum venditionis, qua perfecta, cum transferatur dominium, fructus omnes pertinent ad Emptorem etiam ante capturam Poſſeſſionis, quia ſequuntur dominium, huc applicando ad collationem, qua ſecuta, acquiritur Jus, & dominium, ut legere eſt *n.* 47. *& ſeqq.* Franc. *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 11. *n.* 9. *&* 16. Solorzan. *de Jur. Indiar tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 46. *& ſeqq.* Rot. *cor. Cavaler. dec.* 204. *n. & ſeqq.* ubi firmavit fructus Reſignanti eſſe debitos uſque ad diem Reſignationis, & ab inde citra ſpectare ad Reſignatarium non obſtante, quod Reſignans Eccleſiæ præfuiſſet, ejuſque onera ſubſtinuiſſet uſque ad capturam Poſſeſſionis habitam per Reſignatarium ea ratione, quod poſt Reſignationem non poterat Reſignans amplius percipere aliquos fru-

fructus, & ſi eos percipiat tanquam malæ fidei poſſeſſor tenetur ad illorum reſtitutionem, quæ deciſio loquitur in Terminis Archiepiſcopatus reſignati.

Confert ad hæc exemplum Beneficiati, qui nondum obtinuit poſſeſſionem Beneficii, cujus habuit collationem, ſeu proviſionem, & tamen præſentare
24 poteſt ratione Juſpatronatus, quod eidem Beneficio eſt annexum, ut teſtatur reſolutum per Rotam Garz. *de benef. part. 4. cap. 2. num. 7. in fin.* Paſſerin. *de elect. cap. 33. num. 25. verſic. ubi ex*, *Rota aſſerit* per illam rationem ſuperius adductam, quod Canonicus Titulus eſt cauſa immediata acquirendi fructus, non autem poſſeſſio.

Accedit his omnibus Pontificia ſententia, ſeu reſolutio in terminis Epiſcopi tranſlati, cum enim Epiſcopus Terulen. in Hiſpaniis tranſlatus fuiſſet ad Eccleſiam Cæſarauguſtanam, & poſt Tranſlationem, ſed ante captam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ vacaſſet Parochialis in prima Diœceſi Terulen. illamque contuliſſet ea motivo, quod adhuc non adeptus fuiſſet poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ, propoſito Dubio in Sacra Congregatione Concilii, quamvis hæc exiſtimaſſet valide Epiſcopum conferre potuiſſe Parochialem Diœceſis Terulen. nihilominus Papa contrarium judicavit his verbis, quæ habentur apud Garz. *de benefic. part. 5. cap. 1. num. 245. in fin.* ibi: *A Congregatione Concilii data fuerunt vota pro Epiſcopo ex doctrina Doctorum, quod opus ſit pacifica, & corporali poſſeſſione; Contrarium tamen Papa cenſuit,*
25 *nempe quod Epiſcopus non potuerit amplius poſt tranſlationem ſe immiſcere diſpoſitioni Beneficiorum Terulen. quia a die tranſlationis debentur fructus Eccleſiæ ſecundæ, ad quam fit tranſlatio, & inter fructus Epiſcopatus eſt etiam Collatio Beneficiorum*. Si ergo in caſu Epiſcopi tranſlati eidem debentur fructus ſecundæ Eccleſiæ, ad quam tranſlatus fuit antequam acceperit poſſeſſionem hujus ſecundæ, indubitatum eſt non eſſe poſſeſſionem, quæ tribuit jus pro perceptione fructuum, ſed eſſe Titulum, ſeu proviſionem, quæ datur mediante præconizzatione in Conſiſtorio Papæ, & repetit Garz. *de benef. part. 11. cap. 6. num. 41.* ubi quamvis afferat ex conſuetudine Hiſpaniæ Epiſcopum tranſlatum remanere poſ-
26 ſeſſione adminiſtrationis primæ Eccleſiæ, donec poſſeſſionem ſecundæ adipiſcatur, nihilominus addit, quod non facit fructus ſuos primæ Eccleſiæ, ſed lucratur fructus ſecundi Epiſcopatus ante capturam poſſeſſionis, & concordat reſolutio Sac. Congregationis apud Garz. *ubi proxime part. 11. cap. 6. num. 39. in fin.* Rot. *deciſ. 475. num. 6. in fin. part. 1. rec. repetita, coram Coccin. deciſ. 736. num.* 10. & confere etiam quidquid deciſum fuit noviſſime in Segobien. Canonicatus 11. Aprilis 1704. & 9. Martii 1705. cor. Eminentiſſimo Scotto.

Et demum quod a die præconizzationis, ſeu propoſitionis Eccleſiæ ſtatim debeantur fructus Epiſcopatus Epiſcopo præconizzato, ſeu proviſo per Pa-
27 pam declaravit Sacr. Congregatio Epiſcoporum per declarationem confirmatam anno 1616. per ſan. mem. Paulum V. quam refert Solorzan. *in Polit. Indian. lib. 4. cap. 5. verſ. Para lo qual fol.* 531. Franc. *de Eccleſ. Cathed. cap. 11. n. 70.*

§. III.

Probatur Diſpoſitionem novam Bonifacii VIII. in Extravag. injunctæ de Elect. necnon Regulam ſecundam Cancell. non comprehendere S. R. E. Card. præconizzatos Epiſcopos.

CUm juxta diſpoſitionem Juris communis jam ſuperius dilucidatum Epiſcopi apud Sedem Apoſtolicam promoti, ſeu præconizzati ſtatim conſe-
28 querentur plenam adminiſtrationem Eccleſiarum cum perceptione fructuum, irrepſit abuſus, quod nonnulli Prælati exinde non curabant expedire literas eorum Proviſionis, & abſque illis, earumque oſtenſione volebant ſibi oretenus credi ſuper eo, quod proviſi fuiſſent, ex quo duplex abſurdum ſequebatur. Alterum nempe, quod generabatur magnum præjudicium intereſse burſali Datariæ Apoſtolicæ, & alterum, quod ſine literis, & ſic legitimo documento eſset credendum Prælatis ſuper eorum proviſione; Ut autem obviam iret huic malitiæ Prælatorum, & pro indemnitate præjudicii, quod inferebatur Datariæ, Summus Pontifex Bonifacius VIII. *in Extravag. injuncta de Elect. inter communes* ſancivit, ut Epiſcopi, & alii Prælati Superiores, ſeu Abbates, & cæteri Monaſteriorum regimina exercentes; qui apud Sedem Apoſtolicam promoventur: *Ad commiſſas eis Eccleſias, & Monaſteria, abſque dictæ Sedis literis hujuſmodi eorum promotionem, &c. continentibus, accedere, vel Bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non præſumant, nullique eos abſque dictarum literarum oſtenſione recipiant, aut eis pareant, vel intendant*, diſponendo, quod ſi forſan contrarium fuiſset præſumptum per Epiſcopos, & alios Prælatos circa exercitium adminiſtrationis habitum ſine literis, earumque oſtenſione. *Irritum habeatur, nec quidquam interim iidem Epiſcopi, vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes, de Eccleſiarum, vel Monaſteriorum proventibus percipiant eorumdem*, addita pœna ſuſpenſionis a Beneficiorum ſuorum perceptione contra Capitula, & Conventus, & alios quoſcunque, qui recepiſsent Epiſcopos, vel Prælatos, abſque Sedis Apoſtolicæ literis, quam Extravagantem referunt Fagnan. *in cap. Noſti num. 5. & cap. Qualiter num. 4. de Elect.* ibique Joan. Andr. *n. 2.* Zabarell. *n. 2.* Mart. *de cauſis Conſiſtor. ſect.* 20. *n.* 40. Pax Jordan. *tom. 2. lucubrat. lib. 8. tit. 2. n. 15. & 16.* Garz. *de Benefic. part. 5. cap. 4. n. 250 ubi n. 252. allegat deciſionem Rotæ in Burgen. Canonicatus* 3. *Junii* 1583. *coram Bubalo, ſub die* 8. *Junii* 1584. *apud ipſum n. 262.* & Ego ſcripſi *diſcept. Eccleſiaſt.* 12 *n.* 10.

Vigore hujus Extravagantis in odium Proviſi prorogatam fuiſse vacationem Eccleſiæ uſque ad præ- 29
ſentationem literarum faciendam Capitulis dixerunt Lezan. *de elect. cap. 25. n. 21.* Pax Jordan. *tom. 2. lucubrat. lib. 8. tit. 2. n. 17.* & apud Me *d. diſcept. Eccleſ.* 12. *n.* 10. & eamdem Extravagantem confirmarunt alii Summi Pontifices Alex. V. Pius II. Innoc. VIII. & ſignanter Julius II. *Conſtit. 4. Bullar. Roman. tom.* 1. & refert Fagnan. *in dict. cap. Qualiter ſub num. 7. de elect.* Ferroſin. *ad Rubric. de elect. qu. 5. n. 12. 15. & ſeqq.* & ſupervenit ulterius *regul. 2. Cancell. Apoſt.* quæ inhærendo Extravaganti Bonifacii VIII. reſervavit Sedi Apoſtolicæ omnia Beneficia vacantia non ſolum uſque ad proviſionem Succeſsorum, ſed etiam uſque *adeptam ab eiſdem Succeſsoribus pacificam illorum poſſeſſionem*, ex qua Regula prorogatam fuiſſe vacationem Eccleſiæ uſque ad capturam poſsesſionis cenſuit Gonzal. *ad regul. 8. Cancell gloſſ. 15. §. 2. n. 87. verſ. Sed hodie*, Rot. *in Hiſpalen. Beneficii, coram Juſto impreſſ.* apud Me *diſcept. Eccleſ.* 12. *n.* 32. Quod de prorogatione vacationis ad certum duntaxat, & ſingularem effectum, nempe durationis reſervationis, non autem ad alios effectus intellexit 30
Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 27. n. 28. & 29.* allegando Rot. *in d. dec. 475. n. 17. part. 1. rec.*

Verum hujuſmodi diſpoſitiones Extravagantes jure novo inductæ ad ſubjectum caſum, ubi agitur de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Epiſcopo præconizzato, & per Sedem Apoſtolicam proviſo, ne-
que applicantur, neque locum habent reflectendo, 31
quod diſpoſitio *Extravag. injuncta de elect.* eſt odioſa tanquam pœnalis, & correctoria, ſeu derogatoria Juris communis ſuperius jam demonſtrati, ut notat Gloſs. *in d. Extravag. injuncta in verb. Non præſumat*, ubi propter hoc affirmat eam locum non habere in inferioribus Papæ confirmantibus Electionem Prælatorum, ibi: *Sed nunquid, quod hic dicitur habet locum in inferioribus Papæ confirmationibus? videtur quod ſic, &c. dic contra, quia cum hæc Conſtitutio ſit pœnalis, & contra jus commune, eamdem non extendam*, & apud Me *d. diſcept. Eccleſ. 12. n. 12. in fin.* Rot. *in Cordaben. Beneficiorum 3. Decembris 1696. §. 1. in fin. coram bon. mem. Urſino*.

Et propterea hujuſmodi Extravagantem non comprehendere S. R. E. Cardinales Epiſcopos per Sedem

Apo-

Apoſtolicam Proviſos firmarunt communiter omnes Scribentes, & ſæpe declaravit S. R. Rotæ Auditorium, dum non ſolum agitur de Conſtitutione odioſa, & in derogationem Juris communis inducta,
32 ſed etiam quia ejus ratio locum non habet in Eminentiſſ. S. R. E. Card. non quidem illa intereſſe Datariæ pro expeditione literarum, quia Cardinales de Epiſcopatibus Proviſi ſunt immunes a taxis pro hac expeditione ſolvi conſuetis, minuſque altera, quod credendum ſit Prælatis circa eorum proviſiones literis non oſtenſis, quia propter Dignitatis altiſſimam præeminentiam Cardinalibus creditur circa eorum proviſionem ſine oſtenſione literarum, ut per has rationes ſine contradictore concludunt Barboſ. *in d. Extravag. injuncta n.* 5. *& de poteſt. Epiſc. alleg.* 111. *n.* 35. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 24. *n.* 6. *verſ. Quia fuit*, Paſſer. *de Elect. cap.* 33. *n.* 23. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 27. *n.* 32. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 22. *&* 23. Germon. *de Indult. Card.* §. *Necnon quorumcunque n.* 46. *& ſeqq.* Cappon. *diſcept.* 10. *n.* 12. Dian. *Coordinat. tom.* 9. *tract.* 7. *de Poteſt. & Privileg. Cardin. reſol.* 52. *n.* 2. cum aliis, quos articulo diſcuſſo refert, & ſequitur, Rot. in Corduben. Beneficiorum 29. Novembris 1694. coram Emerix Junior. & 3. Decembris 1696. coram Urſino, quæ punctum magiſtraliter examinat, & antiquiori tempore ita etiam Sacræ Rotæ Auditorium judicaſſe ipſo præſente, & audiente teſtatur Bellencin. olim Sacræ Rotæ Auditor *in tract. de charitativo ſubſidio queſt.* 66. *ſub num.* 24. Theodoſ. Rub. *in ſingular.* Rot. *tom.* 2. *circa ſtylum, & obſervantiam Rotæ in verb. Card. n.* 10.

Et pro Regnis Hiſpaniarum ita etiam cenſuit, & judicavit *in Burgen. Canonicatus* 26. *Junii* 1583. *coram Lancellotto, & in Toletana Canonicatus* 26. *Junii* 1595. *& in Toletana Parochialis* 3. *Julii* 1595. *coram Seraphin. deciſ.* 1144. *num.* 2. *&* 3. *&* 1148. *num.* 1. ubi in margine fit mentio ſupradictæ *Deciſionis, coram Lancellotto, & in Hiſpalen. Beneficii* 19. *Aprilis* 1602. §. *fin. coram Juſto* apud Me *diſcept. Eccleſ.* 12. *n.* 13. *&* 35. & eadem ratione ſub *regul.* 2. *Cancell.* fundata ſuper relata *Extrav. Bonifaciana* non eſſe com-
33 prehenſos S. R. E. Cardinales Epiſcopos in Conſiſtorio Proviſos firmarunt communiter Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 24. *num.* 6. *&* 7. Matt. *de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 20. *num.* 41. Filliucc. *tract.* 41. *de Benefic. cap.* 3. *num.* 37. Cappon. *diſcept.* 10. *num.* 12. Rot *coram Seraphin. d. deciſ.* 1144. *num.* 2. *&* 3 *& deciſ.* 1148. *num.* 1. *& ſeqq* Tondut *de Penſion. cap.* 53. *n.* 14. *cum pluribus aliis in d. Corduben. Beneficiorum* 29. *Novembris* 1694. *coram Emerix Junior. &* 3. *Decembris, coram bo. mem. Urſino.*

Ex quo ſine ullo principio dubitandi inolevit firma, & conſtantiſſima opinio, quæ Contradictorem non habet, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in Conſiſtorio Summi Pontificis Proviſos juxta diſpoſitionem Juris communis ante capturam poſſeſſionis a die præconizzationis eorum in Conſiſtorio conſequi plenam adminiſtrationem una cum Jure conferendi, & perceptione fructuum, dum reſpectu i-
34 pſorum firma, & incorrecta remanſit diſpoſitio Juris communis Sacrorum Canonum, ſeu Decretalium, ut ſine poſſeſſione ſupradicta omnia conſequantur, prout ſervatur, & ſervatum ſemper fuit in praxi, dum quando caſus dedit vacaſſe Beneficia poſt præconizzationem Cardinalium Epiſcoporum in Conſiſtorio ante adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus, in cujus Diœceſi Beneficia vacarunt, ſemper valide, & legitime proviſionem fecerunt Cardinales Epiſcopi præconizzati, non obſtante, quod nondum Epiſcopatus poſſeſſionem adepti fuiſſent, & in contradictorio judicio inter Proviſos ab Epiſcopis Cardinalibus de Beneficiis ante adeptam poſſeſſionem vacatis, & inter Proviſos de eiſdem per Sedem Apoſtolicam tanquam reſervatis in vim *regul.* 2. Sacræ Rotæ Auditorium canonizavit proviſionem Cardinalium Epiſcoporum in concurſu Proviſionis Apoſtolicæ, firmando quoad Epiſcopos Cardinales locum non habere *Extravag. Bonifacii VIII. & regul.* 2. *Cancell.* ut de Cardinalibus Proviſis de Epiſcopatibus Hiſpaniæ ſunt Deciſiones *in Toletana cor. Seraph. d. deciſ.* 1144. *num.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 1148. *num.* 1. *& ſeqq. & in Hiſpalen. Beneficii* 1602. *coram Juſto* impreſs. apud Me *diſcept. Eccleſ.* 12. *num.* 32. & noviſſime diſcuſſo articulo, favore Cardinalis Salazar deciſum fuit *in d. Corduben. Beneficiorum, coram Emerix, & Urſino* impreſs. apud Card. de Luc. *de benefic. diſc.* 145. *poſt n.* 15.

Immo ipſi etiam pro tempore Datarii Summi Pontificis hujuſmodi proviſiones approbarunt, ut teſta-
tur Cappon. *diſcept.* 10. *num.* 12. *tom.* 1. referens colla- 35
tionem factam per Cardinalem Filomarinum de Beneficiis vacatis, antequam ipſe cœpiſſet poſſeſſionem Archiepiſcopatus Neapolitani, quæ fuit approbata per tunc temporis Datarium, & refert Rot. *in d. Corduben. Beneficiorum, coram Emerix Junior. deciſ.* 1215. *num.* 3. & apud Me *d. diſcept. Eccleſ.* 12. *num.* 20. & omiſſis aliis exemplis recens eſt illud ſub Pontificatu ſa. mem. Innocentii XIII. ubi Eminentiſſimus Cardinalis Corradinus Prodatarius non habuit difficultatem retractandi proviſionem Apoſtolicam Canonicatus vacati in Diœceſi Cataniæ ante captam poſſeſſionem Epiſcopatus ab Eminentiſſ. D. Cardinali Cienfuegos, cujus collatio canonizata fuit, ſeu firma remanſit ad favorem perſonæ ab eo proviſæ.

Hoc autem ſatis probat Cardinalem Epiſcopum, 36
poſtquam proviſus extitit per Sedem Apoſtolicam ante capturam poſſeſſionis habere plenam adminiſtrationem in temporalibus, & ſpiritualibus, & ejus commodo cedere fructus Eccleſiæ, neque iſtorum perceptionem dependere ex captura poſſeſſionis, dum reſpectu Cardinalium ſervatur Jus commune, & ſtatim poſt præconizzationem eorum in Conſiſtorio ad Epiſcopatus, ceſſat vacatio, nec reſpectu ipſorum ea prorogata reperitur uſque ad expeditionem, & præſentationem literarum Capitulis, aut adeptam ab eis poſſeſſionem, quid enim judicatum fuit circa jus conferendi, dicitur judicatum quoad perceptionem fructuum, quia juxta opinionem magis communem Collatio Beneficiorum non pertinet ad Juriſdictionem, ſed dependet ab adminiſtratione, & dicitur fructus Epiſcopatus, ut allegatis Doctoribus, & Deciſionibus articulo plene examinato firmavit
Rot. noviſſime *in Segobien. Canonicatus* 11. *Aprilis* 37
1704. §. *Altera, &* 9. *Martii* 1705. §. *Et ratio cum ſeq. coram Eminentiſſimo D. Card. Scotto*, & probat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 34. *num.* 25. & judicavit Pontifex apud Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 245. *in fine* ex verbis ſupra relatis *num.* 25. & in præciſis terminis fructuum, quod pertineant ad Cardinalem Epiſcopum ſtatim poſt præconizzationem in Conſiſtorio ante capturam poſſeſſionis, non autem pertineant ad Cameram Apoſtolicam non obſtante *Extravag. injuncta, & regula* 2. *Cancell.* dixit Rot. *in d. Toletana, cor. Seraph. deciſ.* 1148. *n.* 3.

Neque propterea in ſubjecto caſu perceptibile eſt, quale Jus ſibi afferat Camera Apoſtolica, dum ſi ſtatim ac Cardinalis Epiſcopus reperitur præconizzatus in Conſiſtorio ceſſat Eccleſiæ vacatio, hinc ſequitur, quod tota Adminiſtratio tranſlata remaneat in Epiſcopum ante capturam poſſeſſionis, & ſic etiam Collatio, & perceptio fructuum pertineat ad Epiſcopum Eccleſiæ Sponſum, & adminiſtratorem ex fundamentis, & rationibus ſupra ad ſatietatem allegatis, & hoc ſtante profecto non remanet Cameræ aliquod Jus ſuper perceptione fructuum, quæ Sede plena ad ipſam non pertinent, ſed ſolum Sede Vacante uſque ad proviſionem novi Epiſcopi, & non
etiam uſque ad captam ab eo poſſeſſionem, ut lo- 38
quendo de Regnis Hiſpaniarum teſtatur Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 91. ibi: *In his etiam Hiſpaniæ Regnis fructus Epiſcopatus Sede vacante uſque ad proviſionem novi Epiſcopi ad Cameram ſpectant, ut videmus.*

§. IV.

§. IV.

Oſtenditur in Regnis Hiſpaniarum non adeſſe conſuetudinem, quod Epiſcopi præconizzati, ſeu Proviſi, quando ſunt Cardinales, non poſſint adminiſtrare, nec conferre adeptam poſſeſſionem.

CAuſam hujus Dubii ſubminiſtrat opinio Garz. *de benefic. part. 5. cap. 4. n. 257.* ubi ſupponen- 39 do, quod de Conſuetudine Hiſpaniæ Epiſcopus etiam confirmatus non conferat, neque adminiſtret ante adeptam poſſeſſionem, poſtea de ſuo capite infert ſtante hujuſmodi Conſuetudine ſibi videri, non poſſe adminiſtrare, nec conferre Epiſcopum promotum etiamſi ſit Cardinalis ante adeptam poſſeſſionem, ut legere eſt, *n. 264.*

Sed traditio Garziæ merito ſpernenda eſt, quia ex conſuetudine, quam ipſe, aſſerit vigente quoad Epiſcopos non Cardinales, vult inferre, quod etiam 40 Epiſcopi Cardinales illi ſubjacere deberent, quæ quidem eſt ſimplex illatio de capite hujus Authoris male excogitata, & contra omne principium Juris, quo edocemur Conſuetudinem nunquam extendi de caſu ad caſum, aut de Perſona ad Perſonam, & maxime reſpectu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui ſicut non comprehenduntur ſub diſpoſitionibus, & Conſtitutionibus odioſis, & Juris communis correctoriis, ita multo minus ſubjecti remanent Conſuetudini pariter derogatoriæ Iuris communis introductæ reſpectu aliarum Perſonarum inferiorum per *Textent in cap. 1. in fin. de offic. Legat.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 8. num. 82. & ſeqq.* Gomez. *in proæm. regul. quæſt. 4. num. 2.* & ad Conſuetudo non extendatur de re ad rem, neque de Perſona ad Perſonam eſt 41 concluſio vulgaris, de qua Rot. *deciſ. 278. numer. 6. & 51. & deciſ. 304. num. 13. par. 12. & dec. 96. nu. 21. & 22. part. 17. & coram Dunozzett. jun. deciſ. 408. num. 34. & coram Anſald. dec. 50. n. 48.* ibi: *In hac ſtrictiſſima materia conſuetudinis nudum factum conſpicientis abſolutum eſt, quod minime fiat extenſio de Perſona ad Perſonam*: Card. de Luc. *de benefic. diſc. 30. n. 12.* Rot. *dec. 411. n. 9. p. 9. & dec. 254. n. 18. par. 10. & dec. 217. n. 18. p. 17. rec.*

Merito igitur ratiocinium Garziæ reprobavit Rot. *in d. Corduben. Beneficiorum, coram Urſino ex Felinc. quæſt. moral. tractat. 41. de Benefic. cap. 3. num. 37. & apud Me dict. diſcep. Eccleſ. 13. num. 23. & ſeqqen.* qui ſcripſi *in dict. Corduben. Beneficiorum*, referenda omnia motiva, & objecta Cauſæ, & confutando traditionem Garziæ; & ſane ſi Doctori teſtanti de Conſuetudine non creditur, tanquam in materia, quæ reſpicit factum, non autem articulum Juris, in quo ſcientia Doctoris verſatur, ut firmant Conciol. *alle-* 42 *gat. 71. num. 15.* Thomat. *deciſ. 31. num. 17.* Rota *coram Seraphin. dec. 1349 nu. 5. & cor. Coccin. dec. 123. num. 27. & coram Otthobon. dec. 146. num. 14. & coram Arguell. dec. 38. nu. 29.* cum aliis apud Anſald. *in annot. ad deciſ. 100. num. 78.* eo minus deferri poteſt ſimplici ratiocinio Doctoris, qui ſupponendo conſuetudinem introductam quoad alios Prælatos inferiores ex mero judicio ſuo dixit, ſibi videri, quod talis conſuetudo ſervanda ſit etiam quoad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales contra notum principium, quod Conſuetudo nunquam extenditur de Perſona ad Perſonam, & multo magis attenta diſparitate rationis, & qualitatis utriuſque generis Per- 43 ſonarum Cyriac. *controverſ. 251. num. 47.* Sord. *deciſ. 131. num. 9. & 10.* Rot. *dec. 201. numer. 9.* apud Poſth. *de manutention. & in recent. deciſ. 820. numer. 20. par. 18.*

Præſertim, quia graviter æquivocavit Garzias dicendo ſibi videri rationabilem hanc extenſionem Conſuetudinis ad Cardinales, non reflectendo, quod Conſuetudo derogatoria Juris communis, licet quoad 44 certa Perſonas aliqua ratione rationabilis, nunquam dici poteſt rationabilis ſi extendatur ad alias Perſonas, in quibus nec fuit introducta, nec militat, ſed ceſſat eadem ratio *leg. Adigere, §. Quamvis, ff. de Jurepatronat.* Rot. *dec. 109. numer. 15. part. 14. & dec.* 305. *num. 6 par. 16. & dec. 620. num. 12. part. 19.* nec etiam reflectendo, quod conſuetudo, quam ipſe ſupponit in Regnis Hiſpaniæ quoad ſimplices Prælatos, emanavit in ſequelam, & obſervantiam *Extravagant. in juncta, & regul. 2. Cancell.* & propterea ſicuti hujuſmodi Extravagantes diſpoſitiones non afficiunt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ita nec 45 Conſuetudo in earum ſequelam, & executionem inducta quoad Prælatos inferiores, qui Dignitate Cardinalatus non præfulgent Fagnan. *in cap. Si quis num. 61. de for. competen.* Felin. *in capit. 2. numer. 17. de reſcript.* Rot. *deciſ. 192. num. 6. par. 1. rec.* Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tractat. 4. cap. 24. num. 3. in fin.* Piringt. *in Ius Canon. lib. 3. tit. 4. nu. 6. verſ. Ex quo infertur.*

Nulla proinde apparet probatio Conſuetudinis quoad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in hoc puncto, quam neque aſſerit Garzias; qui ſolum ex mero ratiocinio illam extendere putavit, ſed male, & contra principia Juris, ut ea reprobato agnovit Rot. *in d. Corduben. Beneficiorum*, ut legere eſt apud Me *d. diſcept. Eccleſ. 13 n. 23. & 24.* ſed extra principium dubitandi, quando non ſolum deficit probatio hujuſmodi Conſuetudinis reſpectu Sanctæ Romanæ 46 Eccleſiæ Cardinalium, ſed etiam probatur Conſuetudo in contrarium, & quidem judicialis, & in contradictorio judicio firmata, juxta quam declaratum fuit in Regnis Hiſpaniarum Cardinales Epiſcopos, ſtatim ac proviſi, & præconizzati fuerunt, obtinere plenam adminiſtrationem ſuarum Eccleſiarum ante capturam poſſeſſionis habendo collationem Beneficiorum, & perceptionem fructuum, ut habetur ex *Deciſionibus Burgen. Toletani. & Hiſpalen. coram Seraphino, & Juſta* ſupra relatis, & late probatur apud Me *d. diſcept. Eccleſ. 12. numer. 23. verſic. Et quoad Epiſcopos Cardinales*, & noviſſime *in d. Corduben. Beneficiorum, cor. Emerix, & Urſino.*

In quibus *Deciſionibus* declaratum extitit, Cardinales Epiſcopos in Regnis Hiſpaniarum, ſtatim ac proviſi, ſeu præconizzati fuerint in Conſiſtorio, juxta diſpoſitionem Juris habere plenam adminiſtrationem ſuorum Epiſcopatuum in Spiritualibus, & Tempo- 47 ralibus una cum Jure conferendi Beneficia vacata ante capturam poſſeſſionis, non obſtante *Extravag. Injuncta, & regul. 2. Cancell.* quibus non ſubjacent Cardinales, & quidem in contradictorio Judicio inter Proviſum ab Epiſcopo Cardinali, & Proviſum Apoſtolicum, & hoc ipſum approbarunt Sedis Apoſtolicæ Datarii in duobus exemplis ſupra relatis in Regno Neapolitano, & Siciliæ quoad Cardinalem Filomarinum, & noviſſime Eminentiſſimum D. Cardinalem Cienfuegos, & in terminis fructuum, quod iſta ſit praxis, ut Epiſcopi Cardinales lucrentur fructus ante adeptam poſſeſſionem in Regnis Hiſpaniæ ad excluſionem Cameræ firmavit, Rota *cor. Seraphin. in ſæpe citata deciſ. 1248. num. 3.* in verbis ſupra relatis, & hic neceſſario repetendis ibi: *Neque ratione fructuum debitorum Cameræ, qui ad Proviſos ſpectant ſtatim poſt præconizzationem in Conſiſtorio, maxime in Hiſpaniarum Regnis.*

Imo hujuſmodi praxis viget in Regnis Hiſpaniarum, etiam quoad Epiſcopos non Cardinales, quibus juxta diſpoſitionem Iuris acquiruntur fructus a die propoſitionis, ſeu præconizzationis eorum in 48 Conſiſtorio Papæ, eiſque Reverendiſſimus Nuncius conſignat hujuſmodi fructus a die ſupradictæ propoſitionis decurſus, & ab ipſo recollectos, ac deſcriptos in Calculo ad Partes, ut ſupra expoſitum fuit *num. 29.* & propterea in caſu Translationis Epiſcopi de una ad alteram Eccleſiam, licet non Cardinalia, declaratum habetur, ipſi a die Translationis debitos eſſe fructus ſecundæ Eccleſiæ ante Capturam ejus poſſeſſionis, ſi vera eſt declaratio Summi Pontificis de anno 1569. relata apud Garz. *de benef. part. 5. cap. 1. nu. 245. in fin.* & teſtatur ipſe Garzias *de benef. part. 11. cap. 6. num. 51.* ut ſuperius deductum fuit *num. 25.* quod etiamſi verum non eſſet quoad Epiſcopos ſimplices, ſemper locum ha- 49 bet quoad Cardinales Epiſcopos, qui in hujuſmodi puncto perceptionis fructuum utuntur jure communi

Digitized by Google

extra terminos *Extravagant. Injunctæ*, *& regul. 1. Cancell.* ut probatum eſt §. 3. *per tot.* & conſequenter ex his omnibus firmum remanet in Regnis Hiſpaniæ, non ſolum non adeſſe, ſed excluſam remanere Conſuetudinem; quod ante Capturam poſſeſſionis S. R. E. Cardinales non conſequantur plenam adminiſtrationem Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus cum jure conferendi, & percipiendi fructus, minuſque probata remanet Conſuetudo, quod Nunciatura Apoſtolica contra Epiſcopos Cardinales in Conſiſtorio Papæ præconizzatos, & proviſos nomine Cameræ percipere ſoleat fructus Epiſcopatus uſque ad adeptam ab eiſdem Cardinalibus poſſeſſionem, dum contrarium in puncto judicavit, & declaravit, Rot. *cor. Seraphin. d. dec.* 1148, *num.* 3.

§. V.

Probatur ad exuberantiam ex circumſtantiis Facti, & obſervantia, fructus Epiſcopatus Malacitani ſpectare ad Eminentiſſ. Alberonum.

MODO oſtenditur ad exuberantiam, quod ſecluſo etiam Privilegio, & prærogativa Cardinalatus ſtando in terminis *Extrav. Injuncta de Elect.* Eminentiſſimo Alberono debentur fructus Epiſcopatus Malacitani, repetendo, quod Diſpoſitio relatæ
49 *Extravagantis* derogatoria Juris communis emanavit in odium, & pœnam illorum Prælatorum, qui non curabant expedire Literas fraudando Datariam Apoſtolicam, & volebant per Capitula Cathedralium ſibi credi ſuper eorum Proviſionibus, ſtatuendo, quod abſque literarum Apoſtolicarum oſtenſione Epiſcopi Bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non præſumerent, & quidquid in contrarium fuiſſet actum irritavit, volendo quod interim Epiſcopi nihil perciperent de proventibus Eccleſiarum; Ex circumſtantiis autem facti hæc Diſpoſitio applicari non poteſt Eminentiſſimo Alberono, dum illa loquitur contra temere præſumentes, & conſequenter cum malitia contravenienter in fraudem Dataria, & Extravagantis, ut bene advertit, Gloſſ. *in d. Extravag. Injunctæ in verb. non præſumant.*: ibi *Papa damnat præſumptionem temerariam recedere volentis abſque literis, propter quod iſtum, & recipientes eundem, ut infra ſequitur, punit, &c. unde temeraria præſumptio hic reprobata ad caſum alium non debet extendi.*

In propoſito ceſſat in radice hoc delictum, & hæc præſumptio temeraria conſiderata in *Extravaganti*, quia fraudata non fuit Dataria, ſed expeditæ fuerunt literæ ſuper proviſione Epiſcopatus Malacitani; formalitas autem oſtendendi literas Capitulo ad effectum capiendi poſſeſſionem non fuit ommiſſa, & neglecta per malitiam, ſeu culpam, ſed propter juſtam, & rationabilem Cauſam, quia nempe ante expeditionem literarum Eccleſiæ Malacitanæ vacaverat Eccleſia Hiſpalenſis, ad quam Sereniſſimus Rex jam nominaverat Eminentiſſimum Alberonum, mittendo ad Urbem ſpecialem Miniſtrum, ut Summus Pontifex daret literas proviſionis hujus ſecundæ Eccleſiæ Eminentiſſimo Alberono loco illarum Epiſcopatus Malacitani, quas licet invenerit expeditas, adhuc inſtetit pro literis Eccleſiæ Hiſpalen. quarum expeditio retardata fuit ex Cauſis jam relatis, unde ſi totum hoc tempus, ſcilicet ab Anno 1717. prope finem, uſque ad finem Anni 1719. quo ſtetit in Hiſpania Eminentiſſimus Alberonus, circumſtantiarum fuit ea longa expectatione literarum Eccleſiæ Hiſpalenſis, nihil imputari poteſt Eminentiſſimo Alberono, ſi non oſtendit hoc tempore literas Capitulo Malacitano, nec vigore earum accepit poſſeſſionem; Cum enim fuiſſet nominatus ad Eccleſiam incompatibilem, cujus literas expectabat, non poterat interim, nec debebat, accipere poſſeſſionem primæ Eccleſiæ, per quam
50 cedere poterat ſibi præjudicare quoad ſecundam, ad quam loco primæ nominatus fuerat, dum in Incompatibilibus electio unius, eſt renunciatio alterius ad *Text. in cap. ut quis duas de Elect. in 6. ubi* Gloſſ. *in verb. renunciare, ibique* Geminian. *num.* 5. *& alii in Clementin. Gratia de reſcript. ubi* Gloſſ. *verb. renunciare*, Rot. *in Bononien. juriſpatronatus de Galluzziis ſuper inſtitutione* 14. *Maii* 1714. §. *final. coram Eminentiſſ. Falconerio.*

Regulare enim eſt, ut quando Conſtitutio pœnalis directa fuit in odium Contrafacientis per malitiam, ſeu præſumptionem temerariam, tali caſu ad 51
evadendam pœnam Conſtitutionis ſufficit quævis Cauſa etiam probabilis, & opinata, quæ faciat abeſſe malitiam, & temeritatem Navar. *conſ.* 19. *num.* 3. *de reb. Eccleſ. non alienan.* Card. de Luc. *de alien. diſc.* 1. *n.* 99. *& diſc.* 51. *n.* 3. Ricc. *in prax. part.* 1. *reſolut.* 132. *n.* 2. Filiucc. *oper. moral. tract.* 34. *capit.* 6. *n.* 5. Lezzan. *in Summ. q. Regular. in verb. Alienatio, n.* 43. *&* 44. Bonacin. *tract.* 7. *titul. de alienat. bonor. Eccleſ. diſput.* 2. *punct.* 5. *n.* 1. *verſ. Limitatur ſecundo*, Quarant. *in ſumma* Bullar. *verb. Alienatio rerum Eccleſiæ, numer.* 9.

Altera circonſtantia eſt, quod toto hoc tempore ſuſpenſionis Bullarum Eccleſiæ Hiſpalenſis agnoſcendo Summus Pontifex Clemens XI. deberi indemnitatem Eminentiſſimo Alberono, expreſſe declaravit eidem concedere univerſos reditus utriuſque Eccleſiæ, tam Malacitanæ, quam Hiſpalenſis, juxta Oraculum Pontificium expreſſum Reverendiſſ. D. Aldrovando tunc Nuncio necnon Eminentiſſimis DD. Cardinalibus Aquavivæ, & Otthobono, hæc autem Pontificia declaratio, ſeu conceſſio tollit omne dubium, quia Papa in his Beneficialibus habet liberas habenas, & pleniſſimam poteſtatem diſponendi, & ſi quid con- 52
cedat, aut declarat, ejus conceſſioni, & declarationi ſtandum eſt *Cap.* 2. *de Preb. in* 6. Hoſtien. *in cap. Cum veniſſent num.* 5. *de judic.* Geminian. *conſil.* 99. *num.* 7. Gabriel. *commun. concluſ. libr.* 3. *tit. de jur. quæſit. non tollen. concluſ.* 1. *num.* 9. *cum ſeqq.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *numer.* 34. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 1. *proœmial. num.* 31. *& ſeqq.* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 22. *numer.* 37. Rot. *coram Seraph. deciſ.* 995. *num.* 7. Anſald. *in annot. ad dec.* 82. *n.* 57. *& cor. Coccin. de* 2194. *n.* 8 16, 17. 84. *&* 85.

Ab anno autem 1720. citra nulla conſiderari valet culpa, ſeu temeraria præſumptio non accipiendi poſſeſſionem, prævia oſtenſione Literarum Capitulo Malacitano, dum Eminentiſſimus Epiſcopus ab Hiſpaniarum Regnis egreſſus *Italiam fato profugus, Laviniaque venit Littora*, vix reperiendo locum qui eum reciperet, neque ex notis turbolentiis potuit hujuſmodi poſſeſſionem accipere, aut etiam loqui de illa accipienda, unde hoc notorium impedimentum non ſolum excuſat, ſed etiam operatur, ut 53
poſſeſſio haberi debeat pro capta ad omnes effectus, pro quibus illa requiritur, quia per ipſum non ſtetit quominus illam acciperet, ut optime Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 34. *num.* 27. Rot. *dec.* 155. *numer.* 2. *part.* 3. *rec.*

Fortius autem accedente circumſtantia, quod hoc tempore facta fuit inſtantia Summo Pontifici Clementi XI. ut Eminentiſſimus Alberonus privaretur Epiſcopatu, ſuper quo Congregatio ſpecialiter Deputata declaravit eum *privari non poſſe*, tantum abeſt hoc tempore fuiſſe locum accipiendi poſſeſſionem Epiſcopatus, ex qua tamen circumſtantia oritur conſideratio, quod ſicut facta fuit inſtantia ad privandum Epiſcopatu, ita, dum hoc ſequi non potuit, eo magis facta fuiſſet Inſtantia ad privandum fructibus, ſi id ſaltem fieri potuiſſet; dum ergo facta non fuit, argumentum eſt fuiſſe cognitum, quod nec etiam poterat fieri privatio fructuum, qui erant 54
acceſſorii, ſi fieri non poterat privatio Epiſcopatus, quod erat Principale, cum liceat arguere etiam ab eo, quod factum non fuit, reſpective ad illud, quod factum fuit Rota *deciſ.* 638. *numero* 8. *& deciſ.* 654. *numer.* 8. *part.* 18. *& deciſ.* 80. *numer.* 17. *part.* 19. *& cor. Anſald. deciſ.* 71. *num.* 17. *& poſt ſecundum volumen conſil.* Farinac. *deciſ.* 350. *num.* 3.

Quod argumentum ingraveſcit ex facto, dum Sereniſſimus Rex audita reſolutione Congregationis

quod

quod locus non eſſet privationi Epiſcopatus, ſtatim
ordinavit, & apponi fecit ſequeſtrum ſuper fructi-
bus manſuris in Depoſito apud Miniſtrum ab ipſo
Sereniſſimo Rege nominandum; hoc autem ſeque-
ſtrum abſque dubio oſtendit recognitionem Sereniſſi-
mi Regis, quod fructus ſpectarent ad Eminentiſſi-
mum Alberonum, non autem ad Cameram Apoſto-
licam, dum hoc Sequeſtrum immediate ſucceſſit poſt-
quam habere locum non potuit inſtantiam privatio-
nis Epiſcopatus contra Eminentiſſimum Alberonum;
55 Sequeſtratio autem ſupponit rem ſequeſtratam ad il-
lum pertinere, contra quem proceſſit Poſth. *de ma-
nut. obſervat.* 60. *num.* 1. *& ſeqq.* Adden. ad Buratt.
dec. 186. *num.* 15. Adden. ad Greg. *dec.* 9. *num.* 12.
Rot cor. Cavaler. *dec.* 86. *num.* 6. *& dec.* 305. *num.* 2.
& cor. Duran. *dec.* 80. *num.* 10. *&* 17. *& in rec. dec.*
511. *num.* 2. & Sequeſter poſſidet nomine ejus, ad
quem pertinent fructus ſequeſtrat. *Poſt. de manuten.
obſerv.* 52. *per Text. in leg. intereſſe pute, ff. de acquir.
poſſeſſ.*

Verum omnibus prædictis jungenda eſt notabilis
obſervantia Sedis Apoſtolicæ, ſeu Cameræ, & Nun-
ciaturæ, dum ab anno 1717. a Data Literarum Epi-
ſcopatus Malacitani Reverendiſſimus Nuncius nun-
quam appoſuit, aut apponere tentavit manus ſuper
fructibus Epiſcopatus, recognoſcendo illos tanquam
proprios Eminentiſſimi Alberoni poſt ejus præconiz-
zationem in Conſiſtorio cum Literis expeditis, non
obſtante quod vidiſſet nunquam ab illo captam fuiſ-
ſe poſſeſſionem Epiſcopatus, nec ſolum hæc obſer-
vantia ſucceſſit illo biennio, quo Eminentiſſimus
Epiſcopus continuavit apud Sereniſsimum Regem in
Civitate Matriti, ſed etiam toto tempore poſteriori
ab anno 1720. citra, quo Eminentiſsimus Albero-
nus diſceſsit ab Hiſpania, & notis Calamitatibus in-
volutus fuiſſet uſque ad diſputationem habitam ſu-
per eo privando de Epiſcopatu, & uſque ad Ponti-
ficiam prohibitionem, ne Eminentiſſ. Alberonus ab
aliquo Catholico Antiſtite ſe conſecrari faceret; In
his autem circumſtantiis talis obſervantia Nunciatu-
56 ræ Apoſtolicæ majoris relevantiæ eſt ad declaran-
dum, quod Camera nullum Jus haberet ſuper fru-
ctibus Epiſcopatus Malacitani a die proviſionis E-
minentiſsimi Alberoni, non obſtante defectu captu-
ræ poſſeſsionis tanquam non neceſſariæ ex prærogā-
tiva Cardinalatus, vel tanquam id non impediret
acquiſitionem fructuum juxta facti circumſtantias ſu-
pra relatas, quæ inapplicabilem reddunt cenſuram
Extravagant. Injuncta de Election. ut in terminis
obſervantiæ Officialium Papæ Card. de Luc. *de regal.
diſc.* 52. *nu.* 2. *&* 5. & generaliter Rota *deciſ.* 140. *num.*
8. *part.* 14. *& dec.* 266. *num.* 1. *part.* 15. *& deciſ.* 260.
num. 14. *part.* 16. *& deciſ.* 156. *num.* 9. *part.* 17. *&
deciſ.* 441. *numer.* 9. *part.* 18. *& dec.* 528. *num.* 36. *par.*
19. Neque enim referri poteſt ad negligentiam Of-
ficialis Papæ, ſeu Reverendiſſimi Nuncii, cum in
57 illo omnis magis accurata diligentia ſemper præſu-
matur, Rot. *dec.* 39. *n.* 7. *part.* 16. *rec.*

Officium enim Reverendiſſimi Nuncii inter alios
58 præcipuum eſt invigilare ſuper Spoliis, & Juribus
Cameræ Apoſtolicæ, Card. de Luc. *in Miſcell. Ec-
cleſ. diſc.* 16. *nu.* 9. ita, & taliter quod longo ſpa-
tio ſeptem annorum nunquam perſuaderi poteſt fuiſ-
ſe id omiſſum per incuriam negligendo rem adeo conſi-
derabilem accipiendi fructus nomine Cameræ matu-
ratos quolibet anno in Eccleſia Malacitana, ſi verum
eſſet, quod Camera jus habuiſſet ſuper his fructi-
bus, uſque ad capturam poſſeſſionis novi Epiſcopi;
Et propterea hæc ommiſsio ex parte Nuncii ad aliud
referri non poteſt niſi ad veram recognitionem,
quod Jus Cameræ ceſſaſſet ceſſata vacatione Sedis E-
piſcopalis a die præconizzationis, & proviſionis A-
poſtolicæ Eminentiſsimi Alberoni, ut arguit Card. de
Luc. *de regal. diſc.* 52. *ſub n.* 5. *verſ. Et quia impro-
babile eſt*: Et obſervantia inducta ex facto, ſeu non
facto Reverendiſsimi Nuncii dicitur obſervantia ipſius
Papæ, qui repræſentatur in hac parte per Nuncium,
59 & cujus Scientia dicitur Scientia Papæ in hac ma-
teria Obſervantiæ interpretativæ quicquid ſecus in
præjudicialibus juxta doctrinam Barthol. *in leg. Si*

Publicanus, §. *In omnibus numer.* 1. *ff. de Publicanis*,
Cardin. de Luc. *de regal. diſc.* 47. *numer.* 11. *in fin.*
Trobat, *de effect. immem. quæſt.* 14. *art.* 6. *num.* 119.
Surd. *dec.* 4. *num.* 6. Rot. *dec.* 307. *n.* 2. *par.* 1. *& deciſ.*
148. *n.* 10. *p.* 19. *rec.*

Addendo inſuper, quod ſub Pontificatu S. M. In-
nocentii XIII. omnia facta Datariæ Apoſtolicæ eo
directa fuerunt, ut Eminentiſſ. Alberono conſigna-
rentur fructus tanquam ipſi indubitanter ſpectantes
a die præconizzationis in Conſiſtorio, qua ceſſavit
vacatio Sedis Epiſcopalis, & ſic omni ex parte con-
curtit recognitio S. Sedis circa pertinentiam fructuum
ad Eminentiſſimum Alberonum.

Sed extra omne veſtigium dubitandi quando ex
ſupra probatis, *num.* 5. *& ſeqq.* Eminentiſsimus Al-
beronus fecit fructus ſuos uſque a die præconizza-
tionis in Conſiſtorio Papæ ad excluſionem Cameræ
juxta individualem Sacræ Rotæ Sententiam *dec.* 1148.
nu 3. *cor. Seraphin.* quia reſpectu Sanctæ Romanæ Ec-
cleſiæ Cardinalium Epiſcoporum, qui utuntur jure
communi, ceſſat vacatio Sedis in die eorum proviſio-
nis, & conſequenter omnibus tam Capituli, quam
Nuncii, qui jura Cameræ exercet ſuper fructibus Se-
de vacante, & uſque ad proviſionem novi Epiſcopi
juxta traditionem Garziæ *de benef. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 98.
In his enim terminis, dum conſtat a die proviſionis
Eminentiſsimi Alberoni ceſſatam vacationem Sedis,
& ceſſatum jus Cameræ, obſervantia Nunciaturæ ſu-
per non facta petitione, aut perceptione fructuum
poſt proviſionem Eminentiſsimi Alberoni, & quidem 60
longo ſpatio ſub tribus Pontificatibus, indubitanter
ad aliud referri non poteſt, nec debet, niſi ad reco-
gnoſcendam pertinentiam fructuum ad Eminentiſſi-
mum Alberonum tanquam Sponſum Eccleſiæ, &
tempore Sedis plenæ ejus commodo cedentium ad
Text. in l. quadam Mulier. *ff. de rei vindic.* Menoch.
lib. 3. *præſumpt.* 49. *n.* 2. Caſanat. *conſ.* 40. *n.* 17. Tro-
bat. *de effect. immem. q.* 15. *art.* 4. *n.* 17. Fontanell. *dec.*
445. *nu.* 24. *dec.* 452. *n.* 21. *par.* 19. *rec.*

Hæc enim obſervantia etiam in dubiis potentiſſi-
ma eſſet ad declarandum, quod fructus Eccleſiæ Ma-
lacitanæ a die proviſiones pertineant ad Eminentiſſi-
mum Alberonum: Quid ergo dicendum in claris;
Juncto præſertim tempore Calamitatum, quibus ille
involutus fuit, & quo tempore actum fuit ſuper priva-
tione ipſius de Epiſcopatu, ubi impercepribile eſt,
quod Nunciatura non appoſuiſſet manus ſuper con-
troverſis fructibus etiam de ſpeciali Ordine Summi
Pontificis, ſi vere fructus omni jure debiti non fuiſ-
ſent Eminentiſſimo Epiſcopo, cui tunc temporis o-
mnia erant adverſa, & nulla favoris, ſeu Indulgentiæ
ſpes: In ſumma concludendo, quodquidquid omni
jure debitum, Calamitas non abſtulit, in pace non 61
videtur auferendum.

Contra ſcripſerunt in hac Cauſa præclariſſimi De- 62
fenſores R. C. A. ſcilicet ejus Illuſtriſsimus Com-
miſſarius D. Nicolaus Lana, olim eruditiſſimus,
ac ſtrenuus S. Palatii Apoſtolici Cauſarum Patronus,
nec non Doctiſſimus, ac celeberrimus S. Conſiſto-
rii, Cameræ, & Fiſci Advocatus D. Ferdinandus de
Valentibus Vir conſumati Judicii Scribendi eloquen-
tia inſignis, & nunquam ſatis laudatæ virtutis glo-
ria commendatus. Agnoſcentes autem controverti
non poſſe Sacrorum Canonum diſpoſitionem ſatis
claram, juxta quam ante capturam poſſeſſionis com-
petebat Epiſcopo præconizzato jus plenæ adminiſtra-
tionis, diſtinguendo aſſerebant hujuſmodi Epiſcopo 63
ſpectare omnia, quæ ſunt Juriſdictionis, non au-
tem fructus Eccleſiæ. Et propterea dicebant inap-
plicabiles eſſe deciſiones editas in Corduben. *Bene-
ficior.* 29. *Novembris* 1694. *coram Emer. jun. &* 3.
Decembris 1696. *coram Urſino*, quæ tamen erat di-
ſtinctio inſubſiſtens, quæ Jus conferendi dicitur 64
fructus Epiſcopatus juxta declarationem Papæ apud
Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 245. *in fin.* & ſu-
perius habetur, *nu.* 25. *& nu.* 37. allegabant etiam
pro hac diſtinctione ſpecialem authoritatem Gonzal.
in dicto cap. Tranſmiſſam de elect. num. 10. ita dicen-
tem: *nec argumentum difficultatis deductum ex dicto
cap. Quoniam cap. non licitas obſtat, nam licet, quæ*

ſunt Juriſdictionis Epiſcopo concedantur, tamen denegatur mixtio in Bonis, & fructibus Eccleſiæ ſpeciali ratione, videlicet, ut ad procurandum ſuam Conſecrationem Confirmatus alliciatur, & ſic jura, quæ concedunt confirmato exercitium juriſdictionis, negant Epiſcopo immixtionem in Bonis, & fructibus Eccleſiæ; ideoque tantum ea, quæ acquirit Epiſcopus a tempore Conſecrationis, acquirit Eccleſia, non a tempore Confirmationis, quia antea non implicatur fructibus, & bonis Eccleſiæ: Verum traditio hujuſmodi Auctoris nullius momenti eſſe poterat tanquam contraria communi opinioni firmatæ per *Innocentium*, & alios Canoniſtas ſupra relatos *nu.* 13. *cum ſeqq.* ac etiam quia movebatur inepta ratione ſcilicet alliciendi Epiſcopum ad procurandam ſuam Conſecrationem, quando in hoc ſatis proviſionem fecerunt Sacri Canones, qui ſtatuerunt Epiſcopo electo &
65 confirmato ſpatium trium menſium ad Conſecrationem petendam, ut in *Can. quoniam diſt.* 100. &
66 *Can. poſtquam* 11. *q.* 5. innovando hanc Sacrorum Canonum diſpoſitionem *Sac. Concil. Tridentinum ſeſſ.* 23. *c.* 2. *de reformat.* decrevit, ut ſi Epiſcopi munus Conſecrationis intra tres menſes non ſuſceperint *ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneantur*, ſi autem intra totidem menſes poſtea id facere neglexerint, *Eccleſiis ipſo jure ſint privati*, ex qua diſpoſitione Conciliari ſatis Epiſcopi urgentur ad obtinendam Conſecrationem, imo ex eodem Concilio probatur, quod ante Conſecrationem Epiſcopus præconizzatus fructus percipiat, & ſuos faciat eo ipſo, quod tenetur *ad fructuum perceptorum reſtitutionem* ſi intra tres menſes munus Conſecrationis non ſuſceperit, quod eſt contra aſſumptum, Gonzal. *ubi ſupra* ſupponentis, quod ante Conſecrationem Epiſcopus non implicatur fructibus, & bonis Eccleſiæ, ſi enim Concilium *ubi ſupra* Epiſcopum negli-
67 gentem in petenda Conſecratione intra tres menſes condemnavit *ad fructuum perceptorum reſtitutionem*, ergo manifeſte præſuppoſuit, quod ante Conſecrationem habeat facultatem adminiſtrandi bona Eccleſiæ, & percipiendi ejus fructus, juxta regulam *Text. in l. non poteſt videri, ff. de regul. jur. & in l. Titia Uſuſfructus, ff. de condit. & demonſtrat. Monet. de decim. c.* 9. *q.* 2. *n.* 18. Rot. *dec.* 320. *n.* 4. *p.* 17. & *dec.* 637. *n.* 20. *p.* 19. *rec.*

Majus tamen fundamentum deinde conſtituebant in ſuppoſita Conſuetudine, juxta quam etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Epiſcopi ſubjecti eſſent cenſuræ *Extravag. Injunctæ de elect.* non ſo-
68 lum ex Garz. *de benef. par.* 5. *c.* 4. *num.* 257. & 164. loquentem de Conſuetudine Hiſpaniæ, ſed etiam ex Fermoſin. *ad Rubric. de elect. q.* 3. *n.* 17. & *q.* 6. *nu.* 2. *in fin.* & ad probandam univerſalem Conſuetudinem, cujus vigore omnes fructus Epiſcopatus decurſi uſque ad diem captæ poſſeſſionis titulo Spolii ſpectarent ad Cameram, non obſtante, quod ageretur de Epiſcopis Cardinalibus, allegabant plures paritates Incamerationum hujuſmodi fructuum, & ſignanter exempla, quod nempe cla. mem. Cardinalis Aciajolus Epiſcopus Hoſtien. reſtituiſſet Cameræ ſcuta 423. pro fructibus ejus menſæ decurſis, & ab eodem perceptis ante captam poſſeſſionem, quodque pariter ſan. me. Innoc. XIII. dum erat Cardinalis, perſolviſſet Cameræ ſcuta 187. pro rata affictuum Eccleſiæ Viterbien. decurſorum ante poſſeſſionem; Sic etiam clar. mem. Cardinalis Nuptius permiſiſſet Incamerationem ſcut. 200. pro fructibus Eccleſiæ Urbevetanæ ante ejus poſſeſſionem maturatis, & ſimiliter Eminentiſſimus D. Meus Cardinalis Ruffus approbaſſet exactionem aliquorum fructuum factam per Subcollectorem in ſumma ſcutorum 62. pro totidem decurſis ante captam poſſeſſionem Eccleſiæ Ferrarienſis, & demum allegabant in hoc individuo caſu declarationem ſa. me. Clementis XI. in duabus litteris Secretariæ ſtatus, ubi exprimebatur, quod fructus Eccleſiæ Malacitanæ ſpectabant ad Cameram, ex quo Eminentiſſimus Alberonus non acceperat ejus poſſeſſionem.

Verum neglecta auctoritate Garziæ ex ſupra firmatis, *num.* 32. & *ſeqq.* & ſic etiam Fermoſin. aſſerentium conſuetudinem Hiſpaniæ, quæ nec adeſt,
nec unquam fuit, quantum ad exempla plures ur- 69
gebant reſponſiones, quia nempe adducebatur probatio æquivoca, an illi fructus ab Eminentiſſimis Cardinalibus Epiſcopis reſtituti, ſeu Cameræ relicti, eſſent decurſi uſque ad tempus præconizzationis, vel captæ poſſeſſionis, imo repertus fuit Ordo reſtitutionis factæ per Cardinalem Aciajolum in ſcutis 423. qui nullam continebat expreſſionem, quod ageretur de fructibus maturatis poſt ejus præconizzationem, & ulterius exprimebat ſolutionem fieri pro fructibus: *preteſi dalla R. Camera*: quæ
expreſſio ſtabat impugnative, & non approbative 70
ad reſtitutionem, Rot. *deciſ.* 472. *numer.* 16. *part.* 13. & *deciſ.* 465. *num.* 35. *part.* 19. *recent.* & inſuper cum ageretur de modica quantitate fructuum, ſeu pecuniarum veriſimile prorſus erat, quod Sacr. R. E. Cardinales incongruum exiſtimaverint ſuper hoc aſſumere litem cum Camera non curando de his minimis forſan in obſequium Summi Pontificis, qui eos promoverat ad Epiſcopatum, exercendo hanc ultroneam, & prudentialem dimiſſionem tenuis taxæ fructuum abſque eo, quod talia exempla referri
poſſent ad conſuetudinem, quæ tanquam contraria 71
diſpoſitioni Sacrorum Canonum requirit actus concludentes, & in Contradictione Partium ſecutos Burſatt. *conſ.* 360. *n.* 8. & *ſeqq. lib.* 4. Gratian. *diſcept.* 298. *num.* 9. & *ſeqq.* Pignatel. *conſult.* 88. *num.* 4. *tom.* 4. & *in Novarien Interventus in Pontific.* 27. *Julii* 1604. *coram bon. mem. Omanna*, & *in Oſnaburgen. Canonicatus* 26. *Februarii* 1717. §. *Cum itaque, coram Rev. Patre Domino Cerro*, & 10. *Junii* 1718. §. *Ejuſdem, coram Reverendiſſimo Criſpo.*

Præterea hujuſmodi exempla reſpicientia Eccleſias, ſeu Epiſcopatus Status Eccleſiaſtici, & Italiæ,
nullam applicationem habere poterant ad proban- 72
dam Conſuetudinem Eccleſiarum Hiſpaniæ reſiſtente natura Conſuetudinis, quæ non admittit extenſionem de uno loco ad alium, & multo minus de una Provincia, ſeu Regno ad alterum Rot. *cor. Seraphin. dec.* 1559. *num. final.* & *cor. Card. Caprar. dec.* 437. *n.* 9. & *in rec. dec.* 304. *n.* 9. *par.* 12. & quam tota facti non recipit extenſionem per illationes, & argumenta, Rot. *cor. Caprara dec.* 569. *num.* 31. eo magis quando præallegata Conſuetudo Eccleſiarum Status Eccleſiaſtici non ſolum concludenter non probabatur, *ut ſupra*, ſed imo allegabatur caſus contrarius in Perſona cla. mem. Cardinalis Othoboni poſtea Summi Pontificis Alexandri VIII. qui fructus Eccleſiæ Hoſtien. incameratos, & decurſos ante captam Poſſeſſionem tempore, quo erat Cardinalis, factus Pontifex cauſa cognita per ſpeciale Chirographum excamerari mandaverat tanquam ſibi debitos a die præconizzationis; bene verum eſt, quod hoc exemplum fuit allegatum, ſed non juſtificatum, quod de cætero, ſi juſtificatum foret, etiam
unicum, ſatis fuiſſet ad deſtruendam Conſuetudinem, 73
ut paſſim firmavit Rot. *cor. Carill. deciſ.* 114. *numer.* 11. & *cor. Bich. dec.* 48. *n.* 15. & *cor. Celſ. dec.* 232. *n.* 8. & *in recen. dec.* 742. *nu.* 7. *par.* 18. & *in Gerunden. Capituli* 9. *Martii* 1703. §. *final. coram bon. mem. Omanna.*

Et demum quia hujuſmodi exempla pro Eccleſiis Italiæ ultra defectum legitimi temporis, & requiſitæ qualitatis coactivæ, quæ ſunt neceſſariæ ad Conſuetudinem contra Jus inducendam, occurrebat alia reſponſio, quod apta non videbantur præjudicium inferre Ordini, ſeu Sacro Collegio Eminen- 74
tiſſimorum S. R. E. Cardinalium, cum actus Particularium inhabiles cenſeantur ad præjudicandum Ordini, ſeu Collegio, ſeu Omnibus aliis ejuſdem Ordinis in Univerſum ad *Text. in l. Sicut, ff. quod cujuſque univerſit. nomin.* Fontanell. *dec.* 546. *num.* 9. Rocc. *diſput. jur. cap.* 86. *nu.* 27. Rot. *cor. Buratt. deciſ.* 285. *n.* 4. & *cor. Card. Caprara dec.* 360. *n.* 6. quidquid ſit in caſu, quo Conſuetudo canonizata reperiretur in contradictorio Judicio cum diuturna acquieſcentia ſubſecuta.

Declaratio autem facta in duabus Epiſtolis Secreta-

creta-

gretariæ ſtatus, habebat contra ſe aliam declarationem Pontificiam, quod pendente deliberatione ſuper expeditione litterarum Eccleſiæ Hiſpalenſis juxta Hiſtoriam facti ſupra narratam ſub num. 3. poſſet Eminentiſſimus Alberonus percipere fructus utriuſque Eccleſiæ, tam Malacitanæ, quam Hiſpalenſis, ideoque poſterior declaratio ad alium diverſum finem facta dicebatur; maxime quia proceſſerat ſub illo ſuppoſito, quod ob non captam Poſſeſſionis Eccleſia eſſet vacans ibi: *non havendo preſo il poſseſſo della Chieſa di Malaga li frutti di eſsa come vacante appartengono alla Camera*, quo ſuppoſito corruen-
75 te, quia Eccleſia eſt plena, & non vacans poſt Præconizzationem, corruebat etiam declaratio Decian. *conſ.* 50. *numer.* 38. *verſ. quod etiam libr.* 4. Marta *in præfat. ad conſilia titul. de methodo ſcribendi in jure num.* 40.

Poſtremo adducebatur nullos fructus ſpectare potuiſſe ad Eminentiſſimum Alberonum tanquam illis privatum ob non obtentam, ſed neglectam Conſecrationem, non ſolum intra ſpatium trium menſium, ſed etiam plurium aliorum juxta diſpoſitionem
76 Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *de reformat.* ſed ceſſabat ex facto hoc objectum, dum Concilium Tridentinum tanquam diſpoſitio pœnalis procedit contra Negligentes, nec propterea applicabatur Eminentiſſimo Alberono ex pluribus cauſis impedito quominus Conſecrationem ſuſcepiſſet, ut firmat Barboſ. *ad Concil. d. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *num.* 3. *& de poteſt. Epiſcop. alleg.* 1. *num.* 41. *& de jur. Eccleſ. cap.* 9. *num.* 34. *in fin.* Paſſerin. *de elect. cap.* 25. *numer.* 355. Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 13. *num.* 11. Venec. *in Examin. Epiſcop. cap.* 4. *lib.* 8. *num.* 4. Dian. *Tract.* 12. *tit. de Conſecrat. Epiſcop. reſolut.* 55. *num.* 2.

Legitimas autem impedimenti cauſas prohibuiſſe Eminentiſſimo Alberono Conſecrationem ſatis probatum fuerat ex circumſtantiis primi temporis, quo pendebat proviſio Eminentiſſimi Alberoni de alia Eccleſia, ſcilicet Hiſpalenſi, & hoc impedimentum juſtificabatur etiam ex illa declaratione Pontificia, quod interim ille perciperet fructus Eccleſiæ Malacitanæ, & Hiſpalenſis, & ex circumſtantiis ſecundi temporis, quo ceſſaverat ſpes proviſionis Eccleſiæ Hiſpalenſis, jam admittebatur extitiſſe impedimentum ex Epiſtola inhibitoria Summi Pontificis ſuperius relata ſub num. 3. & ſic inſpecto utroque tempore probatum fuerat impedimentum, cadente ſolum controverſia ſuper primo, ubi concurrebat declaratio Pontificia, quod Eminentiſſimus Alberonus perciperet fructus utriuſque Eccleſiæ, ex quo reſultabat
77 Summum Pontificem ſatis declaraſſe, quod Eminentiſſimo Alberono obſtare non poſſet defectus Conſecrationis ad effectum perceptionis fructuum, Paſſerin. *in cap. licet n.* 4. *de conſtitut. in* 6. Rot. *deciſ.* 49. *num.* 9. *poſt* Tondut. *de penſ. & dec.* 303. *num.* 12. *part.* 17. *rec. & in Nullius, ſeu Senonen. Abbatia* 23. *Januar.* 1722. §. *Jure igitur, cor. R. P. D. Cerro dec.* 995. *num.* 7. *& cor. Coccin. dec.* 2194. *num.* 8. *& ſeqq.*

Accedebat etiam Judicatum Sacr. Congregationis Particularis per Summum Pontificem deputatæ ſuper puncto privationis Eminentiſſimi Alberoni de Epiſcopatu, quæ Congregatio reſolvit ipſum Epiſcopatu privari non poſſe, ut ſuperius habetur ſub num. 3. quod ſane Judicatum excludebat negligentiam obtinendi Conſecrationem, dum alias juxta Concilium Tridentinum ubi ſupra elapſis ſex menſibus Eminentiſſimus Alberonus remanſiſſet privatus Epiſcopatu, & Sacra Congregatio ita declaraſſet, ſi autem contrarium declaravit, fatendum erat ex hoc motivo non ſuſceptæ Conſecrationis ipſum non remanſiſſe privatum tanquam legitime impeditum hujuſmodi Conſecrationem ſuſcipere, dum alias eum declaraſ-
78 ſet privatum Epiſcopatu, quia ſententia dicitur continere, & decidere omnia, quæ veniunt per neceſſarium conſequens, vel antecedens ad Text. *in l. ſi quis totum*, §. *generaliter*, *ff. de except. rei judic.* Palm. Nep. *dec.* 362. *num.* 13. *tom.* 4. cum aliis apud Rot. *in Hiſpalen. ſeu Granaten. pecuniaria* 23. *April.* 1708. §. *Nec quidquam, coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano*, quod Judicatum evitari non poterat dicendo, quod arguere non liceret a non privatione Epiſcopatus, ad non privationem fructuum, quia punctus conſiſtit in ratione decidendi, quod nempe incurſa non eſſet privatio Epiſcopatus, quæ de extero incurſa fuiſſet ſuppoſito per negligentiam defectu Conſecrationis, unde ſicut iſta Reſolutio, & Judicatum concludebat non adeſſe negligentiam, quæ poſſet Eminentiſſimo Alberono imputari circa non ſuſceptam Conſecrationem propter cognitum impedimentum legitimum, & propterea illum non eſſe privatum, nec privandum Epiſcopatu, ita fortiori concludebat non eſſe privatum fructibus acceſſoriis ad titulum Epiſcopatus ex defectu Conſecrationis propter agnitionem ejuſdem legitimi impedimenti, dum ſi hæc eadem ratio defectus Conſecrationis æqualiter infligebat pœnam amiſſionis fructuum, & Tituli, eo ipſo, quod defectum Conſecrationis Congregatio indicavit non obſtare ad privationem Tituli, quod erat Principale, conſequenter etiam virtualiter judicavit, & approbavit non obſtare quoad privationem fructuum, quod erat acceſſorium
ad Titulum, unde identitas rationis comprehende- 79
bat utrumque, & cadebat utrumque ſub univerſalitate unius, & ejuſdem rationis ad excludendam duplicem pœnam in Concil. Trident. contentam, & ex unica ratione ibi comminatam, cum non poſſet iſte defectus Conſecrationis, non obſtare quoad privationem fructuum, ſed ad utrumque, vel ad neutrum obſtare debuiſſet *l. his ſolis, C. de revocand. donat. l. Illud, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Surd. *dec.* 276. *num.* 8. Gratian. *diſcept.* 818. *num.* 66. Rot. *dec.* 94. *num.* 18. *part.* 17. *& dec.* 727. *num.* 10. *part.* 18. *recent.* & ex rationibus, & fundamentis ſupra deductis judicatum fuit favore Eminentiſſimi Alberoni per Sen- 80
tentiam Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti XIII. feliciter Regnantis, ut infra.

Ex Audientia Sanctiſs. 17. Auguſti 1725.

Facto verbo cum Sanctiſſimo, Idem Sanctiſſimus declaravit fructus omnes Eccleſiæ Malacitanæ a die propoſitionis in Conſiſtorio uſque ad diem præconizzationis novi Epiſcopi Malacitani ſpectare, & pertinere Dom. Cardinali Alberono tanquam Epiſcopo electo ejuſdem Eccleſiæ, & propterea eidem conſignandos eſſe integre, excepta tamen illorum tertia parte, quam Sanctitas Sua annuit conſignandam eſſe Sereniſſimo Hiſpaniarum Regi ad effectum illam diſtribuendi Pauperibus, vel ad alios uſus, juxta mentem Sanctitatis Suæ exprimendam per litteras Secretariæ ſtatus Reverend. Patri Domino Nuncio.

F. Card. Paulutius.

Mihi autem in hujus Cauſæ contingentia honeſtum non videtur ſilere inſignem animi fortitudinem
Eminentiſſimi Cardinal. Alberoni, ejuſque heroicas 81
virtutes; Etenim adverſa magnos Viros probant: *Majore animo tolerari adverſa, quam relinqui fortes, & ſtrenuos etiam contra Fortunam inſiſtere ſpei*, ut ait Plotius Firmus apud Tacit. *Hiſtor.* Rebus proſperis Magni Regis Miniſter integerrimus juſtitiam Populis, munera publica optimis, dimiſſionem peſſimis dedit: *nihil appetere jactatione, nihil ob formidinem recuſare, ſimulque anxius, & intentus agere*, ut de Agricola inquit memoratus Auctor *in ejus Vita*, ſed juſtis laudibus æquare cæteras tanti Viri eminentes Virtutes, quæ magnitudine ſua adeo præcelluot, meis viribus datum non eſt, ſatis tamen loquitur voce Famæ gloria nominis ſui.

FRISINGEN. CONSERVATORII,

ARGUMENTUM,

An Conſervatoria Mulierum ſint Religioſa, & quam poteſtatem habeat Ordinarius ſuper illis, & an requiratur ſpecialis approbatio Epiſcopi quoad Confeſſarium hujuſmodi Mulierum, ſicut requiritur quoad illum Monialium.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Sacri Canones non prohibent Congregationem Mulierum in certa Domo, ſeu Hoſpitio conviventium.*
3 *Iſtæ non ſunt Religioſæ, & quare, & numer. 4.*
5 *Confirmatio Regulæ cum clauſula* circa approbationem Conſervatorii, *quid operetur, & num. 6.*
7 *Prædictæ Virgines ſubſunt Juriſdictioni Ordinarii in concernentibus ſpiritualitatem.*
8 *Correctio Ordinarii non eſt incompatibilis cum earum ſtatu Sæculari.*
9 *Ordinarius habet Juriſdictionem ſuper omnibus Conſervatoriis etiam Sæcularium Mulierum,*
10 *Non tamen habet facultatem illas cogendi ſubire formalem Clauſuram.*
11 *Non poteſt deſtruere id, quod approbatum a S. Sede,*
10 *Poteſt occurrere inconvenientiis, & abuſibus Conſervatoriorum.*
13 *Non habet facultatem dimittendi Mulieres Sæculares in Conſervatoriis conviventes,*
14 *Refertur reſolutio S. Congreg.*
15 *Approbatio Epiſcopi requiſita pro Confeſſario Monialium, an requiratur pro illo Mulierum Conſervatorii? affirmative reſolvitur, ut ibi n. 16. & ſeqq.*
17 *Quod diſponat.* Text. in cap. Indemnitatibus de elect. in 6.
18 *Diſpoſitum pro Monaſteriis Monialium procedit in Conſervatoriis Mulierum, quando materia utrinſque proportionata eſt.*
19 *Confeſſarius Conſervatorii debet eſſe triennalis ſicut ille Monaſteriis,*

DISCEPTATIO LXXV.

IN Civitate Monachii Bavariæ aderat Conſervatorium, vel Domus, in qua multis abhinc annis convivebant nonnullæ Virgines Domicellæ Anglicanæ nuncupatæ ſub certa Regula a Sede Apoſtolica non approbata; Cum autem de anno 1694. inſteterit apud Sacram Congregationem Concilii pro confirmatione 1 ſuarum Regularum, commiſſo illarum examine, ac Relatione Eminentiſſimo Colotedo, iſte cenſuit eſſe confirmandas, & ad normam hujuſmodi Voti Sacra Congregatio conſuluit Sanctiſſimum pro confirmatione.

Annuit Sanctiſſimus huic confirmationi, ſalva tamen auctoritate dictæ S. Congreg. ac citra approbationem Conſervatorii, in quo dictæ Virgines convivebant, unde præſentato Brevi cum Regulis Reverendiſs. Epiſcopo Friſingenſi illarum Ordinario, inſurrexerunt ſequentia Dubia.

Primo, *An dictæ Virgines in Communione, & ſub certa Regula a Sede Apoſtolica approbata viventes dici debeant Religioſæ, ac Domus per ipſas inhabitata cenſenda ſit pariter Religioſa?*

Secundo, *An dictæ Virgines ſint immediate ſubjectæ Juriſdictioni, & Correctioni Ordinarii, & quatenus affirmative?*

Tertio, *An Ordinarius poſſit illas ponere ſub vera, & reali Clauſura, ſeu potius illa ad earum Domos remittere, quatenus ſervitium Dei, ac ſalus Animarum illarum ita eſpoſcat?*

Super quibus Conſultus Ego, quid pro veritate ſentirem, re mature diſcuſſa cenſui, prout infra verius de Jure reſpondendum.

Et quidem *negative* quoad primum; Quamvis enim Sacri Canones non prohibeant Congregationem Mulierum in certa Domo, ſeu Hoſpitio conviventium, ut Domino in humilitatis ſpiritu deſerviant, 2 & pœnitentiam agant juxta Text. *expreſſum in Clement. 1. in final. de Religioſ. Domib.* ibi; *Sane per prædicta prohibere nequaquam intendimus, quin ſi fuerint fideles aliquæ Mulieres, quæ promiſſa continentia, vel etiam non promiſſa honeſte in ſuis converſantes Hoſpitiis pœnitentiam agere voluerint, & virtutum Domino in humilitatis ſpiritu deſervire, hoc eiſdem liceat, prout Dominus ipſis inſpirabit.*

Ex hoc tamen non ſequitur, ut dici poſſint Religioſæ, nec earum loca pariter Religioſa, cum deficiant ſubſtantialia Religionis conſiſtentia in emiſſione 3 trium Votorum ſubſtantialium juxta Text. *in cap. de Apoſtolicam de Regular.* ac etiam deficiat circumſtantia, quod vivant ſub aliqua ex Regulis Sancti Auguſtini, Baſilii, & aliorum Sanctorum per Sedem Apoſtolicam approbatis, ut inquit Text. *in Can. Perniicioſam 18. q. 2.*

Ex quibus rationibus hujuſmodi Mulieres, earumque Domos eſſe Sæculares, non autem Religioſas in puncto 4 tradunt Menoch. *conſ. 948. num. 16. & ſeqq.* Cyriac. *controv. 504. num. 5. & 76.* Pignatell. *conſult. tom. 10. conſult. 20. nu. 11.* & latiſſime *conſult. 65. num. 1. & per tot.* & melius *tom. 2. conſult. 69. numer. 9. & 10.* Sanfel. *deciſ. 219. num 10.* de Marin. *reſol. 179. num. 2. & ſeqq.* Card. de Luc. *de Regul. diſc. 50. nu. 5. in fine & n. 15. & diſc. 66. per tot.*

Nihil relevante approbatione Regulæ facta per Sedem Apoſtolicam de anno 1694. quoniam cum eodem tempore confirmatio facta fuerit cum clauſula *citra approbationem Conſervatorii* ea intelligitur cir- 5 ca approbationem illius modi convivendi in communi ad ſerviendum Domino, non tamen quoad veram Regulam Religioſam, cum deficiant ex prædictis ſubſtantialia, ut diſtinguit *gloſſ. in Clement. 1. de Relig. Domib. in verb. obedientiam* ibi: *Et per hoc videtur, quod hæc Conſtitutio Sorores Minorum, quæ dicuntur Tertii Ordinis non includat, cum illæ promittant obedientiam, & habeant Regulam non proprie quoad tria ſubſtantialia, ſed quemdam modum vivendi per Sedem Apoſtolicam approbatum,* & firmat Card. de Luc. *de Regular. diſc. 66. n. 20. verſ. Ac propterea, & diſc. 50. ſub n. 22.*

Quod meo Judicio non admittit rationem dubitandi; Quando enim Sedes Apoſtolica apponit Clauſulam illam: *Citra tamen approbationem Conſervatorii*, manifeſte demonſtrat, quod non agitur nec de loco, nec 6 de Perſonis Religioſis juxta Text. *apertos in cap. Indemnitatibus, §. Supradicta de elect. in 6. & Clement. attendentes, §. Illas autem de ſtatu Monach.* Corrad. *in prax. Beneſ. lib. 1. cap. 5. nu. 146.* Rota *in Monaſterien. Canonicatus 28. Martii 1689. §. Idque confirmatur, cor. bo. me. Molines.*

Quoad ſecundum Dubium breviter cenſeo *affirmative* reſpondendum, ſcilicet hujuſmodi Virgines eſſe immediate ſubjectas Juriſdictioni, & correctioni Ordinarii; cum enim non habeant particularem Superiorem, nec probentur exemptæ, per conſequens ſubeſſe debent proprio Ordinario in iis, quæ concer- 7 nunt ſpiritualitatem, pietatem, vel poſſibilitatem ſcandalorum, ut docet Text. *in Clement. Attendentes §. Illas quoque de ſtat. Monach.* & in ſpecialibus terminis noſtris communiter ſcribunt, Cardin. de Luc. *de Regular. diſc. 50. num. 13. & de Juriſdict. diſc. 45. num. 4. & ſeqq.* Pignatell. *conſult. 69. numer. 7. & 20. tom. 10. conſultat. 65. numer. 24. tom. 2.* quæ Juriſdictio, & correctio Ordinarii non eſt incompatibilis 8 cum earum ſtatu Sæculari Rot. *in Monaſterien. Canonicatus 29. Decembris 1688. §. Quoniam, cor. bon. mem. Molines.*

Eo magis attenta diſpoſitione Brevis Apoſtolici confirmatorii Regularium Conſervatorii, de quo agi-

ſur;

tur, ubi pluribus in locis legitur, ſupradictas Virgines ſeſe conformare debere voluntati, & manda-
9 tis ſui Superioris, quod evidentiſſime demonſtrat eas fuiſſe ſubjectas poteſtati Ordinarii, qui venit ſub nomine Superioris, cum ipſe habeat fundatam intentionem ſuper generalis Juris communis aſſiſtentia quoad Juriſdictionem, & Auctoritatem ſuper omnibus Conſervatoriis, Congregationibus, vel Adunantiis etiam Mulierum Sæcularium inſimul in certo loco conviventium, ut reprobatis contrariis late fundat Cardin. de Luc. *de Juriſdict. diſc.* 45. *num* 4. *& ſeqq. & de Regul. diſc.* 50. *num.* 13. Pignatell. *dict. conſultat.* 69. *num.* 26.

Quo denique ad tertium Dubium, in quo quæ-
10 ritur: *An Ordinarius hujuſmodi Virgines poſſit ponere ſub vera, & reali Clauſura, ſeu potius illas ad earum Domos remittere, quatenus ſervitium Dei, & ſalus Animarum illarum ita expoſtat.* Circa primam partem, quæ reſpicit Clauſuram omnino *negative* reſpondeo; Cum Virgines iſtæ non ſint Religioſæ, ſed mere Sæculares, nequaquam cogi valent ſubire formalem Clauſuram, ut in puncto Card. de Luc. *de Juriſdict. dict. diſc.* 45. *num.* 4. *verſ. Non autem, & num.* 10. & eſt opinio originalis Navarr. *conſil.* 81, *&* 82. *lib.* 3. *Regular. & conſil.* 6. *lib.* 3. *de ſtat. Monachorum*, quem referunt, & ſequuntur Cyriac. *controverſ.* 304. *num.* 7. Tamburin. *de Jure Abbatiſſar. diſp.* 15. *quæſt.* 4. *num.* 4. Pignatell. *conſult.* 65. *num.* 9. *&* 23. *tom.* 2.

Ad aliam vero partem quatenus concernit auctoritatem, ſeu poteſtatem remittendi eaſdem Virgines ad earum Domos, ubi ita expoſcat ſervitium Dei,
11 ac ſalus Animarum, pariter *negative* cenſeo reſpondendum, quippe cum modus vivendi in Communi, ibique Deo ſerviendi reperiatur hodie per Sedem Apoſtolicam approbatus, non poteſt Ordinarius deſtruere hunc modum convivendi remittendo Virgines ad earum Domos, ſed ad hunc effectum adiri debet Sedes Apoſtolica, ejuſque Oraculum expoſtulari, juxta Text. *in Canon. Quamvis, & Canon. Multum ſtupeo* 3. *quæſt.* 6. ubi Papa contra Epiſcopum, qui auſus fuerat pronunciare in negotio, ſuper quo manus appoſuerat Sedes Apoſtolica hæc ait: *Noſtra erat expectanda Cenſura, ut nihil ipſe prius decerneres, quam quid nobis placeret agnoſceres, vices enim noſtras ita tuæ credidimus Caritati, ut in partem ſis vocatus ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis, unde ſicut multum nos ea, quæ a te pie ſunt curata, lætificant, ita nimium ea, quæ perperam ſunt geſta, contriſtant.*

Neque adverſari poteſt ratio ſervitii Dei, & ſalutis Animarum, quoniam in caſu ſcandalorum po-
12 teſt Ordinarius procedere ad correctiones, vel adhibere proviſiones, & temperamenta prudentialia, quibus mediantibus poteſt ſufficienter occurrere inconvenientiis, & abuſibus, ut obſervat Cardin. de Luc. *de Juriſdict. dict. diſc.* 46. *numer.* 4. *verſ. Admiſſis ſolum prudentibus proviſionibus, & de Regular. diſc.* 50. *num.* 18. *& diſc.* 66. *num.* 20.

Et in puncto, quod non poſſit Ordinarius habe-
13 re poteſtatem dimittendi a Domo eaſdem Mulieres ex motivo, quod ſunt Perſonæ Sæculares firmat Cardin. de Luc. *de Regular. d. diſc.* 50. *ſub num.* 5. ubi id ponit in octavo dubio, quod reſolvit *ſub nu.* 14. *& ſeqq. uſque ad finem.*

Poſtquam hæc ſcripſi in ſenſu veritatis de Menſe Junii 1705. ſuperius relata tria dubia propoſita fuerunt in Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium,
14 quæ ad Relationem clar. mem. Card. Coloredo ſub die 19. Januarii 1706. juxta meum ſenſum judicavit reſpondendo, ad primum *negative*, ad ſecundum *affirmative*, ad tertium *negative*.

Proſequendo materiam ſuper hujuſmodi Conſervatoriis diſputandum occurrit, an Conſtitutio 18. Gregorii Decimiquinti §. 5. quæ diſpoſuit, ut requiratur ſpecialis approbatio Epiſcopi quoad Confeſſa-
15 rios pro audiendis Confeſſionibus Monialium etiam Regularibus ſubjectarum, locum habet etiam quoad Confeſſarius Mulierum, ſeu Virginum in hujuſmodi Conſervatoriis viventium, itaut non ſufficiat, quod deputetur Confeſſarius approbatus ab Epiſcopo generaliter ad audiendas Confeſſiones Perſonarum Sæcularium: in quo articulo alias interrogatus, affirmativam opinionem probabiliorem cenſui; quamvis enim hujuſmodi Virgines, ſeu Mulieres non ſint Moniales cum emiſſione trium Votorum ſub aliqua ex Regulis per Sedem Apoſtolicam approbatis, nec proinde illis applicari videantur ea quæ ſive per Sac. Canones, ſive per Conſtitutiones Apoſtolicas diſpoſita reperiuntur quoad Moniales; attamen ratio Mihi videtur eadem in utroque genere Puellarum, ſeu Mulierum, ut nempe Ordinarius cognoſcere poſſit 16
habilitatem Sacerdotis proportionatam hujuſmodi Fœminis inſimul pie viventibus in uno Clauſtro, ſeu Loco ad obviandum periculis, ſeu inconvenientibus, conſulendi indemnitatibus hujuſmodi Priorum Conſortium fœminei ſexus, idque reſultat ex diſpoſitione Sacrorum Canonum *in c. Indemnitatibus de elect. in* 6. ubi Textus plura diſponit ſuper Monaſterium 17
Monialium circa electionem Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ volendo, quod iſta eligi non poſſit niſi compleverit annum ſuæ ætatis trigeſimum, & dando formam eligendi, & opponendi contra Electam, excommunicando eos, qui ponerent, vel nutrirent diſcordias in electione Monialium expreſſit in principio, ea ratione finali, ſcilicet occurrendi *indemnitatibus Monaſteriorum*, deinde autem, quidquid diſpoſuit quoad Moniales voluit locum habere etiam quoad Mulieres viventes in Monaſteriis ſine emiſſione Votorum loquendo de Canoniſſis, quarum Collegia juxta Conſuetudinem frequentia reperiuntur in Germania, ut legitur *in dict. cap. Indemnitatibus*, §. *Supradicta de elect. in* 6. cujus Textus diſpoſitio probat, quod quidquid ſtatutum fuit pro Monaſteriis Monialium locum habeat etiam pro Monaſteriis, ſeu Con- 18
ſervatoriis Mulierum pie viventium, licet ſine Votis, & ſtatu Religionis quando agitur de materia, quæ eſt proportionata utrique generi Puellarum ob identitatem rationis, ut docet allegatus Text. *in eodem*, §. *Supradicta*, ibique Gemin. n. 2.

Et in terminis claræ videntur Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii 18. Martii 1649. & 25. Junii 1655. quæ declaravit Confeſſarium Conſervatorii eſſe debere triennalem, ſicut triennalis eſt ille 19
Monaſterii Monialium inhærendo diſpoſitionis ſuperius allegati, Textus *in cap Indemnitatibus*. §. *Supradicta de elect. in* 6. ut referunt Pignatell. *conſult.* 85. *num.* 238. *tom.* 6. Nicol. *in Floſcul. in verb. Conſervatorium num.* 6. qui referunt hujuſmodi reſolutiones emanaſſe ſpecialiter vigore allegati Textus, ergo in materia Confeſſarii juxta mentem Sacr. Congregationis, quidquid diſpoſitum reperitur quoad Moniales, procedit etiam quoad Virgines, ſeu Puellas in Conſervatorio viventes.

E U G U B I N A
Præcedentiæ.

A R G U M E N T U M.

In Proceſſionibus publicis præcedentia debetur Sacerdoti Beneficiato, ſeu habenti beneficium, ſeu Eccleſiam in Titulum collativum reſpective ad alios Sacerdotes ſimplices licet prius Ordinatos.

S U M M A R I U M.

7 *Facti ſpecies.*
2 *Præcedentia debetur Conſtituto in gradu Dignitatis, Officii, vel qualitatis conſiderabilis.*
3 *De præcedentia inter Dignitates, Canonicos, Parochos, Beneficiatos, & ſimplices Presbyteros.*
4 *Prioritas Ordinis quando attendatur, & numer.* 5.
6 *Major qualitas præfertur prioritati temporis.*
7 *In Synodo Beneficiati præcedunt ſimplicibus* Pres-

Presbyteris, idem in Proceſſionibus, ut num. 8. & 9.

10 *Conſuetudo attenditur in materia præcedentia.*

11 *Qualitas extrinſeca a Sacerdotio non dat præcedentiam.*

12 *Beneficiati dicuntur habere gradum ſupra Presbyteros ſimplices.*

13 *Inter duos Cappellanos Sacerdotes præcedit prius Ordinatus licet per poſterius Beneficium obtinuerit.*

14 *Cardinales Vicecancellarii, Camerarii, & Pœnitentiarii non habent præcedentiam ratione hujus Officii in Cappella, aut Conſiſtorio, & de Ratione n. 15.*

16 *In Proceſſionibus Sacerdos repræſentat gradum ſuæ Dignitatis, & Beneficii.*

17 *Ad effectum præcedentiæ in Proceſſionibus attenditur Titulus Beneficii, & de Ratione, nu. 18.*

19 *Prioritas Ordinis conſideratur inter Pares.*

20 *Ratiocinia non attenduntur ſi adſit Doctrina punctualis in contrarium, & n. 21.*

22 *Sacerdos qui eſt Confrater in Proceſſionibus incedit in loco ſibi competenti uti Confratri non uti Sacerdoti.*

DISCEPTATIO LXXVI.

IN Terra Canthiani Eugubinæ Diœceſis adeſt Eccleſia Confraternitatis Sanctiſſimi Nominis Dei, quæ Eccleſia habet Beneficiatum Doctorem nuncupatum, qui ad præſentationem Confraternitatis inſtituitur ab Epiſcopo in Titulum perpetuum, & collativum, &
1 iſte Rector habet onus miniſtrandi Sacramentum pœnitentiæ tam Confratribus, quam quibuſcunque aliis ſæcularibus habitantibus in eadem Terra, ſeu Oppido Canthiani.

Occaſione publicarum Proceſſionum, aliorumque actuum Divinum Cultum reſpicientium, in quibus intervenire ſolet univerſus Clerus hujus Oppidi, inſurrexit quæſtio inter Rectorem Eccleſiæ Confraternitatis, nec non alios ſimplices Presbyteros ſuper præcedentia: Etenim Rector prætendit ipſi competere Jus præcedendi cæteris Sacerdotibus ſimplicibus non Beneficiatis, per contrarium vero iſti defendere conantur, quod præcedentia ſit regulanda ab antianitate Ordinis Sacerdotalis, itaut Presbyteri prius ordinati præcedere debeant Rectori tanquam Sacerdoti per poſterius ordinati in gradu Sacerdotali.

Ad defenſam Presbyterorum ſimplicium ſcripſit Advocatus de Curia juxta ejus allegationem mihi tranſmiſſam, in qua concludit, nulla habita ratione, quod agatur de Sacerdote Beneficiato poſſidente Eccleſiam Cappellaniam in Titulum perpetuum, & collativum, præcedentiam deberi Sacerdotibus Oppidi, licet ſimplicibus, & non Beneficiatis: Ego autem mature examinato hoc articulo, contrariam ſententiam ſubſtinendam eſſe cenſeo non obſtantibus in ſupradicta allegatione deductis.

Ad ita concludendum movet Me principium illud juridicum, quod in Hierarchia Eccleſiaſtica duo ſunt conſideranda Perſonarum genera, alterum Dignitatis, vel Officii, aut qualitatis conſiderabilis, alterum ve-
2 ro Ordinis; In primo autem caſu præcedentia debetur illi, qui eſt conſtitutus in gradu Dignitatis, Officii, vel qualitatis conſiderabilis non attento Ordinis anterioritate; In ſecundo autem data Ordinis paritate præfertur, ac præcellit primo Ordinatus, ut diſtinguit Ceccoper. *Lucubrat. Canon. lib. 1. nu. 120. & 121.* ibi: *Sciendum eſt in Hierarchia Eccleſiaſtica duo eſſe conſideranda Perſonarum genera, alterum Dignitatis, vel Officii, aut qualitatis conſiderabilis, alterum temporis, ſive Ordinis. In primo non attenta Ordinis anterioritate præfertur, qui eſt in majori Dignitatis, Officii, vel qualitatis conſiderabilis gradu. In ſecundo qui major eſt Ordine, & data Ordinis paritate qui prior eſt tempore.*

3 Ex quo principio deſcendit, ut præcedentia in Proceſſionibus priori loco regulanda ſit juxta gradum conſiderabilem Dignitatis, vel Officii; deinde autem juxta antianitatem Ordinis Sacerdotalis, & propterea receptum eſt, quod ſecundum Ordinem gradualem Abbates, ſeu Dignitates præcedunt Canonicis, Canonici præcedunt Parochis, ſeu Curatis, Curati autem præcedant aliis Beneficiatis, ſeu Cappellanis, Cappellani autem Sacerdotes præcedunt cæteros ſimplices Presbyteros, inter autem hos ſimplices Presbyteros Beneficiis carentes præcedit Sacerdotio antiquior, ut in puncto proſequitur Ceccoper. *Lucubr. Canonical. lib. 1. num. 182. & aliquibus ſeq.* ibi: *Parochialium Rectores præcellunt Vicarios perpetuos, &c. Vicarii perpetui præcedunt Beneficiatos, & Cappellanos, &c. Cappellani Cappellaniarum, quæ fuerunt fundatæ auctoritate Papæ, aut Epiſcopi præcedunt Cappellanos Mercenarios, &c. Et cæteros Presbyteros, ſimplices Presbyteri ubique præferuntur Diaconis, & inter ipſos Sacerdotes Beneficiis carentes præcedit qui Sacerdotio eſt antiquior*, qui Auctor allegat in concordantes Moron. *reſp. 5. n. 5.* & Molfeſ. *c. 2. n. 25.*

Et ratio eſt, quia Sacerdotes ſunt ordinati, & directi ad Beneficia Eccleſiaſtica, quæ illis tribuunt primum gradum repræſentative ad Eccleſias, quas poſſident, & propterea ſemper Sacerdotes Beneficiati præferuntur cæteris Sacerdotibus ſimplicibus, & non Be- 4
neficiatis, veluti in majori prærogativa conſtituti, non attenta prioritate, & antianitate Sacerdotii, quæ procedit cæteris paribus, nempe inter ſimplices Presbyteros ſimplices, & Presbyteros Beneficiatos habentes ratione Beneficii gradum, & qualitatem conſiderabilem, quam non habent ſimplices Presbyteri, qui dicuntur inferioris Claſſis, & Ordinis, ut bene Cec- 5
coper. *Lucubr. Canonic. lib. 1. num. 189.* ibi: *Ratio eſt quia ſimplices Presbyteri ſunt inferioris Claſſis, & Ordinis, &c. nam Ordini temporis præfertur Ordo qualitatis*, & in ſpecie, quod præcedentia debeatur Canonicis, poſtea Curatis, deinde Presbyteris Beneficiatis, & ultimo loco Clericis, ſeu Presbyteris ſimplicibus firmavit Panimoll. *deciſ. 1. annotat. 16. num. 9. 10. & 11.*

Alias enim, ſi verum foret contrarium aſſumptum nempe ſpectandam non eſſe qualitatem Beneficiati in Presbyteris; ſed ſolam antianitatem Sacerdotii, ſequeretur, quod Presbyter ſimplex, ſed antiquior Sacerdotio præcedere deberet Canonicum, vel Parochum Sacerdotio juniorem, & eadem ratione præcederet Dignitatem, quo nihil abſurdius, quia inter Presbyteros primo attenditur qualitas gradus nobilioris, & graduati præferuntur non graduatis, quia major qualitas præfertur prioritati temporis Antonin. *conſ.* 6
reſolut lib. 1. reſol. nu. 8. verſ. Secundo, Burſatt. *conſ. 343. num. 77.* ibi: *Cum antiquitas prævaleat datis paribus terminis, at diverſum eſt, ubi cum poſteriore concurrant aliæ qualitates nobiliores, & circumſtantiæ prælationis, quare tunc poſterior præfertur*, Menoch. *conſ. 126. num. 31.* & in terminis præcedentiæ in Synodo, quod primus locus detur Beneficiatis, ultimus vero Presbyteris ſimplicibus notat Gavant. *in prax Diœceſ. Synod. c. 12. n. 3.* 7

Non eſt igitur in præcedentia æquiparandus Presbyter ſimplex Presbytero Beneficiato ad effectum, ut tanquam cæteris paribus præcedentia regulanda veniat ab antianitate Sacerdotii, quia ſemper verum eſt, quod 8
Beneficiatus eſt ſimul Presbyter, & graduatus ratione Beneficii, ſeu Cappellaniæ, & ſic tanquam Cappellanus habet gradum ſupra Presbyterum ſimplicem, & ratione gradus præcedere debet, eoque magis reflectendo, quod non agitur de ſimplici Beneficiato, ſed de Sponſo Eccleſiæ, ſeu Rectore habente onus miniſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ Oppidanis Canthiani, in quibus terminis agitur de Rectoria reſidentia & cum parte Curæ Animarum verſante in audiendis 9
Confeſſionibus, itaut iſte Beneficiatus accedat ad qualitatem Beneficiati Curati, & conſequenter multo magis præcedentiam conſequi debeat ſupra ſimplices Presbyteros juxta *Cæremoniale Epiſcoporum lib. 2. cap. 33. verſ. Et poſt eos*, Panimoll. *deciſ. 1. annotat. 16. num. 10.* Ceccoper. *Lucubr. Canonic. lib. 1. n. 182.*

Quæ omnia in puncto Iuris procedentia eo magis

locum

lorum obtinent in caſu iſto, ubi concurrit etiam
Conſuetudo, aut ſolitum, juxta quod in Proceſſio-
nibus Rector Eccleſiæ Confraternitatis præceſſit ſem-
per alios Presbyteros ſimplices, juxta atteſtationem
Joſephi Matiæ Baglioni olim Rectoris Eccleſiæ, quæ
Mihi tranſmiſſa fuit; In hac autem materia præce-
10 dentiæ notum eſt, quod Conſuetudo eſt illa, quæ
principaliter attendi ſolet ad effectum eam judican-
di, ut late Panimoll. *deciſ.* 1. *annot.* 2. *num.* 1. Sperell.
deciſ. 76. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 781. *num.* 5. *& ſeqq. par.* 18.
& in Pampillonen. Praeminentiarum 3. *Februarii* 1700.
§. *Fortius*, *coram bon. mem. Omanna*.

His ſtantibus non obſtant adducta in contrarium,
quia nulla authoritas in puncto hujus caſus noſtri
allegatur, quæ firmaverit hoc aſſumptum dandi præ-
cedentiam Sacerdoti ſimplici prius ordinato in con-
curſu Sacerdotis Beneficiati, & Rectoris Eccleſiæ,
ut patet ab examine ſingularum auctoritatum, quæ
in contraria allegatione leguntur. Etenim Monacell.
in formul. tom. 3. *tit.* 2. *form.* 7. *num.* 13. ſolum dicit,
quod præcedat Presbyter prius ordinatus, non ob-
11 ſtante, quod alter ſit Doctor, vel Vicarius, quod
nihil commune habet cum caſu iſto, dum ratio, ob
quam nulla competit præcedentia in functionibus
Eccleſiaſticis ratione Doctoratus, ſeu Vicariatus, eſt
illa, quod iſtæ ſunt qualitates accidentales, quæ Sa-
cerdotio non ſunt annexæ, nec habent coherentiam,
& connexionem cum Proceſſionibus, & Functioni-
bus Eccleſiaſticis, Gratian. *diſcept.* 298. *n.* 2. Panimoll.
dec. 4. *annot.* 4. *n.* 19. Secus autem eſt in titulo Be-
neficiatorum, ut eſt Dignitas, Canonicatus, Recto-
ria, & alia Beneficia, quæ ſunt connexa Sacerdo-
tio, & conjunguntur ad qualificandam Perſonam
Presbyteri in gradu majori, & excellentiori proprii
muneris, & Inſtituti Presbyteralis; nam Ordo Preſ-
byteralis eſt directe ordinatus ad Beneficia Eccleſia-
ſtica, propter quod in Proceſſionibus, & aliis fun-
ctionibus Eccleſiaſticis Presbyteri intervenire dicun-
tur non in repræſentantia ſimplicis Presbyteri, ſed
Presbyteri graduati, ut in Canonicis, Dignitatibus,
Plebanis, & Beneficiatis, Cappellanis, & Rectoribus,
12 qui dicuntur habere gradum ſupra Presbyteros ſim-
plices, & explicat Ceccoper. *lucubrat. Can. lib.* 1. *nu.*
190. *verſ. itaque*, *& num.* 191.

Minuſque applicantur Reſolutiones Sac. Congre-
gationis Rit. apud Barboſ. *in Summ. Apoſtolic. dec. col-
lect.* 695. *n.* 7. quia agunt caſum diverſum, dicendo,
13 quod Sacerdos prius ordinatus præferendus eſt Preſ-
bytero poſtea ordinato, licet Cappellaniæ poſſeſſio-
nem prius acceperit, qui poſtea ordinatus eſt, quod
bene procedit cum inter duos Cappellanos ubi pa-
res ſunt qualitates, dum ambo habent Cappellaniam,
præcedat qui eſt primo ordinatus, ut proſequitur,
Barboſ. *collectan.* 132. *num.* 13. & explicat Maſſobr.
de Synod. cap. 4. *dub.* 6. *num.* 78, Panimoll. *deciſ.* 1. *an-
not.* 16. *num.* 10. differens autem caſus eſt, ubi non
agitur inter Presbyteros æque Cappellanos, & Be-
neficiatos, ſed inter Beneficiatum, & ſimplicem,
ubi Presbyter Beneficiatus præfertur Presbyteris ſim-
plicibus, & non beneficiatis juxta Ceccoper. & alios
ſupra allegatos.

Sic etiam non applicantur Doctrinæ dicentes,
quod qualitas, & Dignitas non Collegialis non ſit
conſiderabilis in functionibus Eccleſiaſticis, exem-
14 plo Cardinalium, qui ſunt Vice Cancellarii, Ca-
merarii, & Pœnitentiarii, qui ratione hujus Officii
nullam habent præcedentiam in Cappella, aut Con-
ſiſtorio; Hoc enim bene procedit, quia qualitas il-
la non eſt conſiderabilis, ex quo Cardinales non
interveniunt in Cappella, & Conſiſtorio, uti Vice-
Cancellarii, Camerarii, & Pœnitentiarii, ſed uti
15 Cardinales, ubi enim in una Perſona duplex qua-
litas concurrit, illius tantum conſideratio habetur,
cujus contemplatione actus geritur, ut explicant Pa-
nimoll. *deciſ.* 1. *annotat.* 5. *numer.* 30. *&* 31. & tradit
Rot. *in Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo* 2. *Julii*
1709. §. *In caſu etenim*, *coram bon. mem. dell'Olmo*,
quod pariter nihil concludit ad caſum, ubi in Hie-
rarchia Eccleſiaſtica dantur gradus in Sacerdotibus
mediantibus titulis Beneficiorum, quales ſunt Digni-
tates, Canonicatus, & alia Beneficia, ex quibus di-
ſtinguuntur, & graduantur Sacerdotes, quorum Or-
do, ut dixi, eſt directus ad Beneficia Eccleſiaſtica, 16
unde fit, quod in functionibus Eccleſiaſticis, ubi
Clerus intervenire debet, unuſquiſque Sacerdos re-
præſentat gradum ſuæ Dignitatis, & Beneficii, &
juxta prærogativam hujuſmodi gradus vere, & pro-
prie Sacerdotalis præcedentiam conſequi debet, alias
ut ſupra dicebam Sacerdos ſimplex Ordine antiquior
deberet præcedere Parochum, Dignitatem, & Cano-
nicum antiquiorem, quod eſt abſurdum.

Hoc fundamentum tangitur in Conſultatione
Conſulentis in Contrarium, ſed tamen non ſolvi-
tur, nec ſolvi poteſt, dum reſpondendum ad Fer-
rum *de præcedent. quæſt.* 9. *num.* 5. ſupponit hujuſmo-
di auctoritatem non loqui in ordine ad præceden-
tiam in Proceſſionibus, & aliis actibus concernen-
tibus Cultum divinum, quando tamen iſte Author
loquitur de præcedentia in Functionibus Eccleſiaſti-
cis, & de Jure falſum eſt aſſumptum, quod titulus
Beneficii Eccleſiaſtici ſit diſtinctus, nec ullam habeat
connexionem cum Proceſſionibus, & Functionibus
Eccleſiaſticis dum contrarium ſuperius demonſtravi,
alias enim probaret omnes Titulos Beneficii Eccle-
ſiaſtici non habere connexionem cum his Functio-
nibus, & conſequenter neque Presbyterum ratione
Canonicatus, neque Abbatem ratione Dignitatis,
neque Parochum ratione Beneficii Curati præcedere
debere Presbyteris ſimplicibus quod eſt contra Cæ-
remoniale, & contra communem omnium Senten-
tiam, cum nulla differentia inter Titulos Beneficio-
rum, an ſit Canonicatus, Dignitate, vel Plebana-
tus, aut aliud Beneficium, cum omnes ſint Tituli
Beneficiorum, excepto, quod unus eſt major alte-
ro, & unus alteri præcedit, ſicut ergo ad effectum
præcedentiæ in Proceſſionibus attenditur Titulus
Beneficii, ſive conſiſtat in Dignitate, ſive in Cano- 17
nicatu, ſive in Plebanatu, aut aliis juxta *Cæremonial.
lib.* 2. *cap.* 33. ita attendi debet titulus Rectoris re-
ſidentialis ad graduandum in præcedentia Sacerdo-
tem ſupra alios, quia Titulus Beneficii Eccleſiaſtici
eſt qualitas intrinſeca Sacerdotio, & proinde habet 18
totum, & primariam connexionem cum Proceſſio-
nibus, & Functionibus Eccleſiaſticis.

Pariter vana eſt ratio, quoad præcedentia deſu-
matur ab Ordine, qui longe dignior eſt quacunque
altera conſideratione juxta, Barboſ. *collect.* 590. *num.*
10. hic enim Auctor loquitur de qualitate Docto-
ratus, quæ nihil commune habet cum caſu iſto,
non prætenditur præcedentia ratione Doctoratus ve-
luti qualitatis extraneæ ab actibus Eccleſiaſticis, ſed
ratione Tituli Beneficialis, qui dat gradum Presby-
teris Beneficiatis ſupra non Beneficiatos, neque de
cætero conſideratur prioritas Ordinis, niſi inter pa- 19
res, non autem ubi unus ratione Dignitatis, vel
Beneficii eſt major altero, ut eſt mente Canoniſta-
rum *in cap.* 1. *de majorit. & obedien.* ſignanter Inno-
cent. *ante num.* 1. *verſic. Et habet hoc locum*, *& verſic.
Item*, Hoſtien. *num.* 2. *verſ. Niſi ratione Dignitatis*,
Jo: Andr. *num.* 3. Zabarell. *num.* 1. *& cæteri*, & pro-
bat Textus *in Canon. ad hoc diſtinct.* 89.

Alia Ratiocinia ſolum repetunt unum, & idem
intercalare, quod qualitas major, quæ non facit ad
actum, attendi non debeat ad effectum præcedentiæ,
in quo principio tota fere verſatur Conſultatio con-
trarii Conſulentis, ubi jam reſponſum fuit, quod
qualitas, ſeu Titulus Beneficii Eccleſiaſtici eſt con-
nexa Sacerdotio, & illi addit gradum conſiderabi-
lem ad actum, ſcilicet ad Proceſſiones, & Fun-
ctiones Eccleſiaſticas, cumque aſſiſtat punctualis do- 20
ctrina Ceccoper. cum aliis jam adductis, ac etiam
Ferr. *de præcedent. quæſt.* 9. *num.* 5. Ratiocinia genera-
lia ſunt ponenda ad partes, & maxime quia ni-
mis probant, ut ſupra dicebam, etiam contra Pres-
byteros, qui poſſident Dignitates, Canonicatus, &
Plebanatus.

Et demum pariter extra caſu ſunt deciſiones 320.
num. 17. *part.* 11. *& deciſ.* 419. *num.* 16. *part.* 9. *recent.*
in contrarium adductæ ad probandum, quod Sacer-
dos, qui ſit Confrater alicujus Confraternitatis, in-
cedo-

cedere debent in illo loco, qui illi competit uti Confratri, nulla habita ratione qualitatis Sacerdotalis; Hoc enim bene procedit, quia tunc Sacerdos intervenit in Proceſſionibus, non quidem in repræſentantia Sacerdotis, ſed Confratris; In caſu autem iſto Clerus incedens in Proceſſionibus, & Functionibus Eccleſiaſticis facit repræſentantiam ſuam propriam ratione Beneficiorum, quæ ſunt propria, & connaturalia Sacerdotio, & dans gradum conſide-
21 rabilem in Functionibus Eccleſiaſticis, nam Canonici interveniunt uti Canonici, necnon Parochi uti Parochi, & ſic etiam cæteri Beneficiati, non autem uti ſimplices Presbyteri, & propterea ratione gradus Beneficii Eccleſiaſtici, Presbyteri graduati præcedunt non graduatis, & iſte eſt punctus, cui nihil reſpondetur.

In ſumma nulla authoritas punctualis ad caſum reperitur adducta in contraria Conſultatione, & per contrarium concurrunt Doctrinæ punctuales, quæ Præcedentiam tribuunt Presbyteris Beneficiatis ſupra ſimplices, & non Beneficiatos; Unde in judicando amplectenda eſt illa pars, pro qua concurrunt au-
22 thoritates in individuo, in quorum conſpectu ratiocinia ſemper frigeſcunt ut inquit, Citiac. *controv.* 248. *num.* 21. *&* 22. eoque magis quando Doctrinis in individuo accedit etiam ratio.

LIBURNEN. SPONSALIUM.

ARGUMENTUM.

Apocha Sponſalium, in qua continetur promiſſio Viri, & poſtea ſubſequitur illi annexa ſubſcriptio, & acceptatio Puellæ, an probet ſimultaneum utriuſque conſenſum, itaut ante Viri pollicentis pœnitentiam interveniſſe cenſeatur acceptatio Puellæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *In Sponſalibus requiritur mutua promiſſio, & repromiſſio ad perfectionem.*
3 *Promiſſio Viri ſcripta ad Puellam, cui poſtmodum ipſa ſe ſubſcripſit non facit contractum perfectum, niſi probetur, quod ante Viri pœnitentiam Puella ſubſcripſerit.*
4 *Promiſſio, & repromiſſio in eadem charta habente datam in principio dicitur ſimultanea, & contemporanea, & quando ſecus, num.* 5.
6 *Si charta habet datam ab initio ad illam refertur promiſſio, & repromiſſio Viri, & Puellæ, & quando ſecus, num.* 7.
8 *Ampla Concluſionem.*
9 *Apoſtilla ſeu additio cenſetur facta ſub data Scriptura, cui eſt appoſita.*
10 *Habens pro ſe præſumptionem Juris refundit onus alteri probandi contrarium.*
11 *Dicitur repromiſſio ſimultanea etiamſi accedat ex intervallo.*
12 *Quod concupiſcimus non differimus.*

DISCEPTATIO LXXVII.

PEr Apocham exaratam ſub die 21. Maii 1714. mihi tranſmiſſam in copia, conſtat in facto,
1 quod Matthæus promiſit, ac ſe obligavit, *a ſuo tempo pigliare per mia legitima Conſorte Bianca Catterina.* In hac autem Apoca, & in una, eademque Charta reperitur priori loco ſubſcriptio Matthæi Promiſſoris, poſt cujus ſubſcriptionem continetur repromiſſio Blanchæ Catherinæ his verbis: *Io Bianca Catterina accetto la ſuddetta promeſſa, e prometto non pigliare per altro Conſorte, che il ſuddetto Matteo.*

Poſt lapſum quatuor annorum, & ultra Matthæus aliam Fœminam deſponſare intendens, cum quæreret opportunas, & ſolitas atteſtationes ſuper ejus ſtatu libero, & per contrarium audiret obſtaculum ſuperius relatæ Apocæ Sponſalitiæ; quod propalaverat Blanca Catherina, & Romulus ejus Frater, coegit Blancam, ejuſque Fratrem ad deducendum eorum Jura circa obligationem Sponſalitiam, unde Blanca produxit in Judicio Apocam, de qua ſupra qua recognita per Judicem, iſte dubitavit, an ejus vigore poſſet Matthæus cogi ad deſponſandam Blancam ex motivis inferius referendis, quibus ad Me tranſmiſſis, ut in ſenſu veritatis, quid Mihi videretur, reſponderem; Ego propterea mature diſcuſſis objectionibus Judicis, conſtare de Sponſalibus iis non obſtantibus cenſui verius de Jure reſpondendum.

Ratio enim inclinandi contra obligationem Sponſalitiam fundatur in ea legali propoſitione, quod ad eſſentiam, & perfectionem Sponſalium requirantur 2
ſubſtantialia contractus ad ſui perfectionem exigentis mutuum, ac reciprocum duorum conſenſum, itaut non ſufficiat promiſſio ex parte Viri, niſi etiam conſtet de mutua repromiſſione ex parte Fœminæ juxta deducta apud Sanchez *de Matrimon. lib.* 1. *diſputat.* 5. *num.* 1. Cardin. de Luc. *de Matrimon. & dec.* 31. *num.* 2. *in fin.* poſt Monacell. *in formul. tom.* 2. *& in Gadicen. Sponſalium* 5. *Julii* 1694. §. *Cum nanque, coram bon. mem. Urſino.*

Nec obſtare Judex ſupponit, quod in una, eademque Charta appareat ſcripta mutua reſponſio Blanchæ, quoniam, ut ipſe ait, non conſtat eam factam fuiſſe ſimultanee, re integra, & ante Pollicentis pœnitentiam, adeout orta fuerit utriuſque Contrahentis obligatio, ob quam æqualiter utrique reſpective jus competeret alterum Renuentem cogendi, prout conſtare debet ad hoc, ut jure dicantur contracta Sponſalia, & locum habeat coactio, ut ſpecialiter firmavit Card. de Luc. *de Matrimon. diſc.* 8. *ſub num.* 4

Hæc ſunt motiva, quæ dubitandi rationem Judici ſubminiſtrant, quibus tamen non obſtantibus juxta terminos ſubjecti caſus in contrariam Sententiam deſcendere Mihi viſum eſt; Admitto enim principium non dubitabile, quod mutua ad hunc effectum exigitur Fœminæ repromiſſio juxta Text. *in leg.* 1. *digeſtis de Sponſalib.* Admitto etiam requiri hujuſmodi mutuam repromiſſionem fuiſſe factam re integra, & ante Pollicentis pœnitentiam, ſed in caſu iſto abſolute cenſeo conſtare de ſimultanea, & contemporanea repromiſſione Fœminæ, quodque Matthæus contrarium prætendens probare, & coarctare teneatur repromiſſionem Blanchæ ſecutam fuiſſe ex intervallo re amplius non integra, & poſt ipſius Pollicentis pœnitentiam, ad quem effectum pro tollendis æquivocis diſtinguere oportet duos caſus inter ſe multum diverſos.

Primus, eſt ubi promiſſio Viri deducitur ex alio documento de per ſe ſtante, ac diſtincto ab actu 3
repromiſſionis Mulieris, ut exempli gratia contingit in Epiſtola amatoria ſcripta per Virum, & directa Fœminæ abſenti, quæ illam recepit, ac retinuit, junctis aliis adminiculis aptis ad inducendam repromiſſionem, & in iſto caſu, cum ſit incognitum quando, ſeu quo tempore Fœmina mutuam repromiſſionem fecerit, ex parte ipſius probandum eſt de quo tempore repromiſſionem fecerit, ut ſic conſtare poſſit eam fuiſſe factam re integra, vel non integra, ante, vel poſt Pollicentis pœnitentiam, in quibus terminis loquitur auctoritas Cardin. de Luc. *de Matrim. diſc.* 8. *num.* 4.

Alter caſus eſt, ubi in una, eademque Charta ſcripta reperitur tam obligatio, & promiſſio Viri 4
quam mutua repromiſſio Fœminæ per Apocam directe factam ad perficiendum contractum, & in iſto caſu nemo inter Doctores reperitur, qui dixerit probandum eſſe, quod repromiſſio Fœminæ fuerit ſimultanea, & contemporanea, ſive re integra, & ante Pollicentis pœnitentiam, cum in una, eademque Charta non detur prius neque poſterius, ac totum, quod ibi continetur, factum cenſeatur ſub data illius diei, quam Apoca continet, Surd. *conſil.* 217. *numer.* 9. *verſic. Quando enim*, Mantic. *de Tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 41. Rot. *dec.* 370. *num.* 14. *part.* 17. *rec. & coram Merlin. deciſ.* 792. *num.* 21. *& deciſ.* 16.

ſub

ſub numer. 22. *& ſeqq.* impreſſa apud Baldac. ad Ramon. *tom.* 4.

Neque propterea terminis hujus caſus eſt ullo modo applicabilis Doctrina Card. de Luca, qui loquitur de mutua repromiſſione deducta ex actibus
5 diſconnexis, & ſeparatis, quorum tempus eſt probandum, & tradit etiam Genua *de Scripturis privat. lib.* 3. *quæſt.* 30. *num.* 1. *& ſeqq.* ſignanter *num.* 5. *&* 6. diverſum eſt autem, ubi in una, eademque Apoca, & Charta continetur promiſſio Viri, & repromiſſio Fœminæ, ubi dubitari non poteſt quominus utraque ſit contemporanea, & ſimultanea, juxta Datam, ſeu diem Scripturæ, cum itaque verſemur in caſu iſto, non autem in altero ſuperius diſtincto, de quo loquitur Cardin. de Luca ceſſare objectum exiſtimo in radice.

Et quamvis opponi valeat certo non conſtare, quod mutua repromiſſio Fœminæ facta fuerit ſub eadem Data Apocæ, dum ipſa certum non continet diem, quem certum continere diceretur ſolum quando reperiret eundem ſuperius regiſtratum in principio Apocæ, adhuc iſta difficultas nullius mo-
6 menti convincetur, advertendo, quod Apoca, ſeu Charta incipit cum Data poſita in principio, & extra Corpus Scripturæ ibi: *Adi* 21. *Maggio* 1714. *Liverno* quæ data licet ſcripta appareat Manu Matthæi, id tamen nihil operatur in contrarium, quia ſub illa Data ſequitur, tam obligatio Viri, quam repromiſſio Fœminæ ſine ulla alia Data, quam neutra continet in fine ſuo, quapropter utraque quæ refertur ad eandem Datam in principio Chartæ annotatam veluti utrique communem, quia ſicut ad illam refertur promiſſio Viri, ita etiam refertur, & trahitur repromiſſio Fœminæ, quemadmodum docet aureus, & notabilis Text. *in leg. Si quis ex argentariis*, §. *Si initium*, *digeſtis de Edendo* ibi: *Si initium Tabularum habet diem, & Conſulem, in quibus Titii ratio ſcripta eſt, Poſtmodum mea ſine die, & Conſule, etiam mihi edendus eſt dies, & Conſul, communis enim omnis rationis eſt præpoſitio diei, & Conſulis.*

Quidquid enim eſſet in caſu, quo dies non fuiſſet appoſitus in principio Apocæ, ſed in fine
7 obligationis Matthæi, & ante ejus ſubſcriptionem, ubi ad ejus dumtaxat obligationem referri deberet, profecto ubi in principio Chartæ, & Apocæ appoſitus eſt dies, & annus, tunc dicitur eſſe communis ad omnia, quæ in eadem Charta conſcripta reperiuntur per Duos, vel Plures, & conſequenter omnia ſub eadem die facta præſumuntur, ut bene notat Gloſſella *Marginalis in dicto*, §. *Si initium* ibi: Baldus *hic dicit iſtum Textum unicum, & ſingularem ad hoc, quod dies poſitus in principio libri, vel rationis, vel Inſtrumentorum, dicitur eſſe communis ad omnia ſequentia*, ibique Caſtren. *num.* 1. *in fin.* ibi: *In ratione ſua, quæ procedit meam continetur dies, & Conſul, ſed in mea, quæ ſtatim ſequitur, neuter continetur, & vult iſte Textus, quod cenſeatur mea facta eodem die, & ſub eodem Conſule*, Jaſon. *num.* 1. & latiſſime Bartol. *numer.* 1.
7 *cum pluribus ſequentibus*, ubi ſignanter *num.* 4. dicit hoc procedere ſive agatur de una Charta, ſive pluribus colligatis ibi: *adverte ex eo, quod dicit Tabularum in plurali, non curo, ſive ſit una Charta, ſive una Tabula, ſive etiam ſint plures, quæ tamen faciunt unum librum, ſeu unum Corpus*, Menoch. *de Arbitrar. libr.* 2. *Centur. prima caſ.* 64. *num.* 2. *& ſeqq.*

Hinc per deciſionem hujuſmodi Textus in fortioribus terminis firmarunt Doctores, quod apo-
9 ſtilla, ſed additio reperta in aliqua Scriptura, ſeu Inſtrumento cenſetur facta ſub eadem die, qui continentur in illa Scriptura, ut voluit Bald. *in leg. Labeo*, §. *Sed etiam numer.* 5. *digeſtis de pact.* Decian. *conſil.* 99. *num.* 3. *lib.* 1. Thob. Non. *conſil.* 80. *num.* 8. Farinac. *de falſit. quæſt.* 153. *num.* 24. Genua *de Scriptur. privat. libr. primo quæſt.* 6. *principal. dubitat. prima numer.* 23. quidquid dixerit in contrarium, Ruin. *conſil.* 68. *libr. primo* cujus opinio reprobata fuit per Rot. coram Coccin. *deciſ.* 468. *numer.* 4. Rocc. *diſput. Jur. capit.* 35. *num.* 12. *in fine.*

Ex quibus proinde reſultat promiſſionem Viri, & repromiſſionem Fœminæ contentam in una, eademque Charta habente in principio diem, menſem, & annum, non poſſe inter ſe diſtingui circa tempus, ſed præſumptione Juris utramque facta cenſeri ſub ipſa die, quæ annotata legitur in fronte Apocæ, ita & taliter, quod Vir contrarium prætendens teneatur ipſe ad probandum, quod repromiſſio Fœminæ alio tempore, ex intervallo, & re 10
amplius non integra fuerit conſcripta, & ſuperaddita, juxta regulam, quæ aſſiſtit cuicunque habenti pro ſe præſumptionem Juris, de qua Text. *in leg. Generaliter*, §. *Si petitum in fin. digeſtis de fideicom. libert.* Roman. *conſil.* 42. *ſub num.* 11. *verſic. Et is qui contra ſe*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 33. *num.* 2. Rot. *deciſ.* 207. *num.* 7. *&* 8. *part.* 10. *& deciſ.* 429. *num.* 5. *part.* 19. *recent. & coram bon. me. Anſald. deciſ.* 30. *num.* 33.

Hæc ſufficiunt pro remotione ſuperius propoſitæ difficultatis. Cæterum ad exuberantiam, & præter neceſſitatem reflectere non omitto, quod Apoca facta fuit quatuor ab hinc annis, & promiſſio Viri non ſimpliciter facta extitit pro Matrimonio ſtatim contrahendo, ſed ibi; *Mi obligo a ſuo tempo pigliare per mia legitima Conſorte*, *&c.* in quibus terminis inveriſimile prorſus eſt, quod ſpatio quatuor annorum, in quo Matthæus ſuam voluntatem non mutavit, & conſequenter res fuit integra, tardare potuerit ſubſcriptio, & repromiſſio Fœminæ, cum iſta dicatur ſimultanea, & contemporanea etiamſi ex intervallo accedat ante mutatam alterius 11
voluntatem, ut in puncto Bettachin. *Vot. dec.* 128. *num.* 6. Rot. *deciſ.* 142. *num.* 4. *&* 5. *part.* 15. *recent.* ibi: *Reſponſum fuit ad illorum perfectionem ſufficere alterum ex Sponſis repromittere etiam poſt temporis intervallum, dummodo is, qui fidem dedit, in eadem voluntate tempore repromiſſionis perſiſtat, quia donec non revocet ſuum conſenſum, ſemper dicitur conſentire, & ita ſuperveniens aſſenſus alterius dicitur ſimultaneus, & contemporaneus*, & dixi ſupra *diſceptat.* 58. *num.* 15.

Eo magis autem ingraveſcit præſumptio, quod Fœmina Apocam ſubſcripſerit incontinenti, dum ejus repromiſſio eſt magis ſtricta, & obligatoria, quam illa Viri dum addidit: *E promette non pigliare per altro Conſorte, che il ſudetto Matteo*, quæ promiſſio ſtrictior, ſicuti denotat majorem affectionem Fœminæ erga Virum ad ejus Matrimonium dumtaxat obtinendum, ita præſumit ſimultaneam, & contemporaneam repromiſſionem nulla interpoſita mora; nam quæ maxime concupiſcimus, non differimus, ſed acceleramus juxta illud, Tacit. 12
libr. 3. *Annal.* ibi: *Feſtinare, & urgere, ut Provinciam, ut Legiones ſolus habeat*, quæ tamen ad exuberantiam dicta ſint, quia ſufficiens eſt primum fundamentum, quod promiſſio Viri, & promiſſio Fœminæ ſub una, eademque die annotata in principio Apocæ contemporaneæ factæ præſumatur.

NUCERINA PAGANORUM
Beneficii.

ARGUMENTUM.

Unio Beneficii facta per Epiſcopum Seminario quando ſit nulla ob non adhibitum Conſilium quatuor Deputatorum juxta *Concilium Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *de reformat.* & quando conſtet, vel non adhibitum fuiſſe hujuſmodi Conſilium. Reſignatio in favorem beneficii uniti in manibus Papæ remanet nulla ob non factam mentionem Unionis.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Exponitur ſeries facti.*
2 *Beneficium unitum non poteſt reſignari, aut impetrari.*
3 *Unio Beneficii facta Seminario corruit non adhibito Conſilio Deputatorum.*
4 *Probatio Conſilii Deputatorum, an reſultet ex eorum atteſtatione.*
5 *Vel ex aſſertione Epiſcopi ſaltem adminiculata & num. 6. & 7.*
8 *Statur atteſtationi Officialium in re, ubi intereſſe non habent.*
9 *Qui adhibentur ad majorem Cauthelam non nocent.*
10 *Reſignatio Beneficii uniti non facta mentionis Unionis eſt nulla, ſecus ſi fiat mentio.*
11 *Papa non ſolet præjudicare Unionibus pro indigentiis Seminarii.*
12 *Papa etiam pro prima vice denegat ſuſpenſionem Unionis.*
13 *Quando non competat Reſignanti regreſſus ad Beneficium nulliter reſignatum.*
14 *Reo, & Poſſeſſori ſufficit vincere per non jus Actoris.*
15 *Actor non poteſt excipere de jure Tertii.*
16 *Reſolutio Cauſæ, & ſenſus Auctoris.*
17 *Littera in forma gratioſa nullam exigunt juſtificationem.*
18 *Familiaritas Cardinalis ex quo probetur.*
19 *Reſervatio ex ea inducta durat etiam poſt diſceſſum a familiaritate.*
20 *Exceptio Unionis non retardat ultimum ſtatum collativum.*
21 *Unio facta Seminario prohibetur ſuſpendi per reſignationem.*
22 *Papa poteſt ſuſpendere Unionem, ſed aliquando non ſolet, & de ratione.*
23 *Reſignatio non facta mentione Unionis reddit eam ſubreptitiam.*
24 *Concilium prohibet retardari effectum Unionis per reſignationes in favorem.*
25 *Status de libero attenditur ſi eſt ultimus ad ſubſtinendam proviſionem non obſtante exceptione Unionis, & num. 26.*
27 *Epiſcopus Seminario per Taxam, & Unionem Beneficiorum ab initio factam proviſo, an poſſit facere novam unionem, & num. 28. 29. 30. 31. 32. & 33.*

DISCEPTATIO LXXVIII.

CUm Epiſcopus Nucerinus ad ſubveniendum red-
ditibus exhauſtis Seminarii Puerorum ſuæ Diœ-
1 ceſis feciſſet illi Unionem Beneficii ſimplicis S. Mat-
thæi de Archiponticulo tunc poſſeſſum ab Orontio
de Dura cum clauſula *nunc pro tunc* quando per ceſ-
ſum, vel deceſſum, aut alias quomodolibet factus
eſſet locus vacationi, Orontius ad eludendam Unio-
nem reſignavit in manibus Papæ Beneficium ad fa-
vorem Andreæ de Dura abſque ulla mentione Unio-
nis, & poſt reportatam in Partibus executionem Li-
terarum reſignationis, Andreas appellante Semina-
rio deductus fuit ad Tribunal Sacr. Rotæ, ubi di-
ſputato Dubio, *an interet arbitrium*, favorabile, ne-
gativum reſponſum obtinuit mediante deciſione con-
tumaciali ſub die 6. Julii 1712. quæ fuit utraque
Parte audita, deinde confirmata ſub die 28. Novem-
bris ejuſdem anni, coram Reverendiſſimo Criſpo;
Mihi autem Reſolutio viſa fuit inſubſiſtens ſaltem
circa ſecundum fundamentum, cui Rota adhæſit,
ut inferius ſermo erit.

Scribens enim pro Seminario dicebam, quod Li-
teræ reſignationis ſunt evidenter ſubreptitiæ veluti
2 cadentes ſuper Beneficio auctoritate ordinaria præ-
cedenter unito favore Seminarii, cum ſit recepta re-
gula, quod Beneficium unitum non poteſt reſignari
aut impetrari in præjudicium ejus, cui facta eſt unio
juxta Doctrinam Felin. *in cap. In noſtra num. 23. verſ.
Si poſt unionem de reſcript.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 5.
§. 7. num. 14.* Caſtropal. *Oper. moral. tract. 13. de benef.
diſput. 6. punct. 12. §. 1. num. 5.* Rot. *deciſ. 310. num. 10.
part. 16. rec.* Franceſc. *de Eccleſ. Cathedral. cap. 8. nu-
mer. 67. & in Burgi Sancti Sepulchri Parochialis 5.
Junii 1670. §. Nec adverſantur, coram clar. memor.
Card. Caprara.*

Nec adverſatur ſuppoſita nullitas Unionis, ex quo
Epiſcopus non ſervaverit formam Sac. Concil. adhi-
bendo ſcilicet conſilium quatuor Deputatorum, nem- 3
pe duorum de Capitulo, & totidem de Clero ut in
cap. 18 ſeſſ. 23. de refor. Etenim reſpondebam proba-
ri in facto præexiſtentem deputationem hujuſmodi
quatuor Perſonarum necnon earum conſilium fuiſſe
adhibitum, & per conſequens adimpletam remanſiſ-
ſe formam Conciliarem juxta ea, quæ deducunt An-
tonell. *de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 8. num. 22.* Ricc. *in
prax. part. 1. reſol. 390. num. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Can-
cell. gloſ. 5. §. 7. num. 68. & ſeqq.*

Non relevante, quod hæc probatio adhibiti Con-
ſilii Deputatorum non reſultet niſi ex eorum atte- 4
ſtationibus, cum enim Concilium Tridentinum non
dederit formam probandi hoc factum Conſilii adhi-
biti, utique hoc probari poteſt ex omnibus illis mo-
dis, ex quibus de Jure probatio deſumitur Maſcard.
de probat. tom. 2. quæſt. 11. num. 22 Barboſ. *ad Concil.
ſeſſ. 25. cap 9. de reform. num. 21.* Rot. *coram Cavaler.
dec. 560. num. 1. & cor. Cerro dec. 183. num. 18.*

De Jure autem adducebam ſufficientem probatio-
nem hujus conſilii adhibiti, dum Ordinarius in In-
ſtrumento Unionis teſtatur hujuſmodi Conſilium
adhibuiſſe, licet enim non ſufficiat atteſtatio Ordi-
narii circa cauſam Unionis, attamen ſufficit, quoad
probandum interventum ſolemnitatis de Jure vel
Concilio requiſitæ, ut eſt opinio magis communis, 5
de qua in puncto Cæſar. de Graſſis *dec. 1. num. 15.
& ſeqq. de reb. Eccleſ. non alienan.* ibi: *Placuit Domi-
nis in caſu propoſito conſtare ſufficienter de Conſilio
Deputatorum, quia licet ſolemnitas extrinſeca regula-
riter non præſumatur, tamen hoc fallit in hoc caſu no-
ſtro tum ex ipſa enunciatione, de qua in Unione, tum
quia tempore Unionis ea intervenire potuit, &c. & cum
vere ſimus in ſpectantibus ad Officium Epiſcopi, & ei
per Sacr. Concilium commiſſis videtur ſibi eſſe creden-
dum concordat* Corrad. *in prax. Benef. libr. 4. cap. 8.
num. 34.*

Hoc ipſum probat Garz. *de Benef. part. 12. cap. 2.
num. 121. & 123. cum ſeqq.* ubi allegat rationem, quia 6
præſumitur pro decreto, vel actu Judicis, in quo
enunciantur ſolemnitates donec contrarium probetur
Turricell. *de Union. cap. 10. num. 13.* Rot. *deciſ. 318.
num. 12. & 13. part. 5. & dec. 222. num. 17. & ſeqq. par.
9. recent.* ubi etiam diſtinguit inter cauſam, & ſo-
lemnitatem, dicendo, quod ſtetur aſſertioni Ordina-
rii quoad ſolemnitatem, ſecus autem circa cauſam,
& cor. Cavaler. *dec. 439. num. 7.*

Quæ concluſio nullam habet difficultatem quan-
do concurrit aliquod adminiculum, quod veriſimi-
lem reddat atteſtationem Ordinarii, quo caſu ſtatur 7
aſſertioni Ordinarii non ſolum circa ſolemnitatem,
ſed etiam circa cauſam Cæſar de Graſſ. *dicta dec. 1.
num. 19. de reb. Eccleſ. non alien.* ibi, *& ſtante quod hu-
juſmodi aſſertio ſit veriſimilis*, Rot. *dicta deciſ. 222.
num. 23. part. 9. recent.* ibi: *adhibuerunt autem Domi-
ni fidem aſſertioni Ordinarii, quia eſt veriſimilis, &
adminiculata, & in Monaſterien. Vicaria 20. Martii
1713. §. Aſſumentes, cor. Rev. Criſpo.*

Veriſimilitudo autem, & adminiculum eſt evi-
dens, primo ſcilicet, quia conſtat fuiſſe præcedenter
factam deputationem horum quatuor Deputatorum,
& ſecundo, quia ipſimet Deputati, qui conſilium
dederunt teſtantur illud fuiſſe adhibitum ab Ordina-
rio ante Unionem, regulariter enim ſtari debet At-
teſtantibus aliquid in facto proprio, & maxime Of-
ficialibus, ut ſupra deputatis, quorum confeſſio ple- 8
nam conſtituit probationem, præſertim in re, ubi
proprium non habent intereſſe, Rot. *coram Cavaler.
dec. 10. num. 12. & coram Seraph. dec. 792. num. 3. &
coram Buratt. dec. 910. num. 8. & dec. 427. num. 7.* &
comprobat Rot. *d. dec. 222. ſub num. 23.*

Hinc

Digitized by Google

Hinc corruit, quod Epiſcopus requiſiverit etiam conſenſum Blaſii de Vitulo per Capitulum deputati, cum enim adhibuerit conſenſum quatuor Deputatorum, nihil officit, quod abundaverit in cautela adhibendo etiam conſilium quinti Deputati, quia per hoc dicitur potius adimpleta pinguius ſit ma Con-
9 ciliaris, optimum namque, & integrum eſt judicium, quod plurimorum Sententiis confirmatur, ut ait Text. *in cap. prudentiam de offic. delegat.* & generaliter de iis, quæ ad maiorem cautelam adhibentur per Text. *in leg. Teſtamentum* 17. *Cod. de Teſtament.* tradit Rot. *coram Coccin. decis.* 355. *num.* 2. *& in recent. deciſ.* 104. *numer.* 5. *& deciſ.* 110. *num.* 14. *part.* 19. *& in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembr.* 1704. *§. finali, coram bon. mem. Muto.*

Denique non obſtat, quod etiam ſtante validitate Unionis, adhuc valide fieri potuerit reſignatio Beneficii uniti, eo quia facta fuit favore certæ perſonæ, quæ vacationem Beneficii non inducit, ad differentiam reſignationis ſimplicis, ea ratione, quod reſignatio in favorem non præjudicat Unioni, ſed ſolum ſuſpendit ejus effectum.

Iſte enim diſcurſus de facili ſuperatur per magiſtralem diſtinctionem communiter receptam per Doctores, quod nempe, aut in reſignatione Beneficii uniti, quæ fit coram Papa, Reſignans facit men-
10 tionem de Unione, & tunc vera eſt propoſitio, reſignationem eſſe validam, quia Papa ſcivit Unionem, & adhuc voluit eam ſuſpendere admittendo reſignationem, aut vero in reſignatione nulla facta fuit mentio de unione Beneficii, quod reſignatur, & tali caſu reſignatio remanet nulla, & ſubrepsitia ea defectu intentionis Papæ inferendi præjudicium unioni etiam circa ejus ſuſpenſionem, ſeu dilationem, hæc eſt originalis diſtinctio, Joann. Andr. *ad ſpeculator. lib.* 4. *in rubr. de prabend. litt. A. in fine*, ubi allegat rationem, quod alias ſequeretur abſurdum, quod continuando permutationes, & reſignationes, Unio in æternum ſuſpenſa, & inutilis remaneret, & ſequitur Rot. *dec.* 3. *de rer. permutat. in antiq. num.* 2. ubi repetit eandem ratione abſurdi, Felin. *in cap. In noſtra ſub numer.* 23. *de reſcript.* ibi: *Quia ſecundum hoc poſſibile eſſet, quod unio remaneret inefficax propter frequentes impetrationes, quod eſſet abſurdum, cum unio iſta legitima recipiat cauſam neceſſariam, &c. niſi fiat mentio de Unione, quia Papa non intendit per ſuas litteras præjudicare Juri alteri quæſito niſi exprimat hoc in litteris, ſive ſit præjudicium extinctivum, ſive dilativum, ergo cum hic auferat jus alterius ſaltem ad tempus, videtur, quod non valet ad idem cap. Tibi qui de reſcript. in* 6. *& cap. Capitulum ſupra eodem ubi plus eſt, quod Papa non intendit tollere Jus ad rem primi Impetrantis, niſi de eo fecerit mentionem etiamſi ſit præjudicium dilativum, ut quod ſecundus præferatur primo, ergo multo minus debemus intelligere, ut auferat licet temporaliter effectum Juris quæſiti in re per unionem.*

Communiter Theoricam hanc amplectuntur Oldrad. *conſ.* 257. *per tot. ſignanter num.* 20. *cum pluribus ſeqq.* Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 21. *&* 42. Selva *eodem tract. pars.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 75. Pariſ. *de reſign. lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 14. *cum plurib. ſeqq.* Corrad. *in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 8. *verſic. & in terminis* ubi in puncto loquitur de unione facta Seminario dicens pro validitate gratiæ faciendam eſſe mentionem unionis.

Et iſte fuit ſenſus Sacræ Rotæ, ut coram Puteo *deciſ.* 347. *num.* 8. *&* 9. *libr.* 1. *in correct.* ibi: *Item fateor, quod ex quo ſecunda gratia non faciebat mentionem de unione præcedenti, quod eſſet ſubreptitia, & in Eugubina beneficii Sancti Stephani* 10. *Decembris* 1590. *coram Pamphilio* relata apud Garz. *de benefic. part.* 11. *cap* 4 *num.* 42. ibi: *Fuit reſolutum unionem factam per Leonem, & Clementem Congregationis Montis Oliveti fuiſſe purificatam, &c. non obſtante reſignatione, &c. ad favorem Lectantii, quæ tanquam nulla propter non factam mentionem unionis, &c. quæ reſignatio non expreſſa unione fuit nulla, & ſubreptitia, &c. Proviſio Papæ non tollit effectum unionis niſi fiat mentio de Unione, quæ alias de facili poſſet reddi inutilis propter frequentes renunciationes.*

Cum igitur hæc ſit communis opinio omnium magni nominis Canoniſtarum, ac etiam Sacræ Rotæ, ad nihil inſervit ratiocinium generale, quod reſignatio in favorem vacationem non inducat, quodque hæc ſit mera ſuſpenſio Unionis; Hoc enim ſolum probat, quod ſi facta fuiſſet mentio Unionis, & Papa conceſſiſſet, reſignatio valeret, ſecus autem reticita Unione, in quibus terminis gratia remanet ſubreptitia, quia Papa non ſolet præjudicare 11
Unionibus maxime emanatis pro cauſa neceſſaria Seminarii etiam circa dilationem, & ſuſpenſionem, ut de Jure probat Felin. ubi ſupra, & in praxi teſtatur, Rebuff. *in prax. Benef. tit. de revocat. union. num.* 32. ibi: *Papa tamen non ſolet conferre, alias uniones eſſent inutiles, quia ſemper poſſet ita conferre, ideo ſolet caſſari illa clauſula, quæ in Signatura impetrationis poni ſolet, & cum ſuſpenſione quarumcunque Unionum*, & concordat Corrad. *in prax. Benef. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 8. *verſ. Et in terminis*, ubi teſta- 12
tur ſe vidiſſe hujuſmodi ſuſpenſionis petitionem etiam pro prima vice denegari, ex quo corruit reſponſio illa, juxta quam ſupponitur Unionem etiam Papæ expreſſam eum non retraxiſſe ab admiſſione reſignationis, & de cætero quoties Canoniſtæ firmant ſubreptionem reſignationis non facta mentione Unionis, jam ſupponendum eſt, quod mentio hæc Papam vel retraxiſſet, vel difficilius induxiſſet, & ulterius quia ubi aſſiſtunt auctoritates in puncto ad nihil ſuffragantur generalitates concluſionum.

Neque hic intrat exceptio, quod ſtante nullitate Unionis competere poſſit regreſſus Reſignanti ad Beneficium nulliter reſignatum, cum enim ipſe ſciret hanc Unionem ſui Beneficii, & adhuc reſigna- 13
verit non facta mentione Unionis, intravit ſtatim effectus Unionis favore Seminarii, neque competere potuit regreſſus Reſignanti, ut in individuo firmarunt, Reboff. *in prax. Benefic. titul. de Vicarii perpet. numer.* 19. *&* 20. Garz. *de Benef. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 43. Pariſ. *de reſign. libr.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 20. *&* 21.

Quod dicitur ex abundanti; nam de cætero ſufficit reſignationem eſſe nullam, intrare arbitrium pro retardatione litterarum, & Proviſum, qui eſt Reſignatarius, nullum Jus habere tanquam Actorem in Judicio executionis Litterarum Apoſtolicarum, per contrarium autem Seminario, quod eſt Reus, & Poſſeſſor, ſufficit vincere per non Jus A-
ctoris Rot. *coram Penia deciſ.* 417. *nu.* 1. *& coram Caputaq. deciſ.* 11. *per tot. part.* 1. *& in Nolana Beneficii* 30. *Januarii* 1690. *§. finali, &* 9. *Junii ejuſdem anni §. finali, coram clar. mem. Card. Caprara*, nec pro- 14
pterea licitum eſt Actori dare exceptionem de Jure 15
Tertii conſiſtentem in regreſſu, qui non convalidat ſuas litteras ex firmatis per Rot. *in Forolivien. Canonicatus Theologalis* 25. *Junii* 1700. *§. Nihilominus, coram bon. mem. Anſalde.*

Quamvis ergo prædictis non obſtantibus contrarium fuerit deciſum, juxta Deciſiones ſuperius relatas; Ego tamen cenſeo eas non ſubſiſtere ſaltem quoad ſecundum fundamentum, in quo firmatum fuit validam fuiſſe reſignationem in Manibus Papæ 16
non facta expreſſione Unionis Beneficii favore Seminarii, quod eſt contra communem opinionem Canoniſtarum ubi ſupra, & poſt hæc Ego hujus meæ opinionis approbationem obtinui ſcribendo in alia Cauſa, nempe *Tudertina Benef.* 9. *Jun.* 1721. *§. Neque vero, coram Rever. Patre Dom. Cerro*, ut ex Deciſione quæ ſequitur.

R. P. D.

R. P. D. CERRO.

Tudertina Beneficii,

Lunæ 9. Junii 1721.

PErpetuum ſimplex Beneficium ſub Invocatione SS. Antonii, & Martini in Via plana, quod uſque ab anno 1664. quo tempore poſſidebatur ab Hippolyto Melchiorio Epiſcopus Tudertinus vigore facultatis ſibi attributæ a S. Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. univerat Seminario Puerorum, & ſucceſſive non curata tali Unione libere ab eodem Hippolyto reſignatum fuerat in manibus Summi Pontificis, qui de illo providerat Laurentium Leonium, vacavit per iſtius obitum ſub initio anni 1719. & ex eo, quod ipſe Familiaris Eminentiſs. D. Card. Mariſcotti jam olim extiterat, ſan. mem. Clemens XI. Illud contulit, utpote reſervatum vigore regularum Cancellariæ 4. & 32. de conſenſu prælaudati Emin. D. Card. Dominico Antonio de Joanninis ejus pariter familiari. Hanc autem proviſionem Apoſtolicam eludere satagentes Adminiſtratores Seminarii eum clypeo memoratæ Unionis Beneficii poſſeſſionem nanciſci feſtinarunt, unde re ad Judicium delata primum, cor. Eminent. Card. Prodatario, ſubinde vero, cor. R. P. D. Tanario Executore in Literis interim expeditis deſignato, hic rejecta Seminarii oppoſitione pronunciavit illas eſſe exequendas. Quocirca delegata mihi ex appellationis remedio Cauſæ cognitione ſub conſueta clauſula: *parito Literis arbitrio Rotæ, appoſito ſequeſtro*, diſceptandum propoſui Dubium: *An intret arbitrium pro retardatione executionis Literarum Apoſtolicarum in caſu, &c.* & negativum habui reſponſum.

Non enim dubitari poterat de literarum juſtificatione tam circa valorem Beneficii, quam reſpectu Clericatus, & cæterarum qualitatum Proviſi, cum hæc omnia ex hoc ſolummodo perſpecta dici deberent, quod a Papa aſſerantur in Literis in forma
17 gratioſa expeditis, nullamque idcirco exigentibus juſtificationem juxta paſſim firmata per Rot. *dec.* 343. *n.* 6. *par.* 16. *rec. in Salamantina Beneficii* 27. *Jun.* 1703. §. *Quod enim, cor. bo. me. Muto, & in Savonen. Plebania* 11. *Junii* 1712. §. *Juſtificatio, cor. bo. me. Kaunitz.* Neque ſimiliter ullo pacto impugnari reſervatio profluens a Familiaritate Eminent. Card. quoties ad eam concludendam afferebatur matricula, ſeu ut vocant Rotulus Familiarium, in quo per plures annos fuerat deſcriptus Leonius, & huic concors erat depo-
18 ſitio plurium Teſtium talem familiaritatem affirmantium, ex quibus ſimul junctis illius plenam reſultare probationem, late firmatum fuit in *Romana Beneficiatus S. Petri* 9. *Dec.* 1720. §. *Indubia enim, & ſeqq. cor. Me.* Quod profecto locum habet tametſi ultimus Poſſeſſor in Familiaritate prædicta uſque ad obitum nequaquam continuaverit; nam ſemel, quo Beneficium ex hujuſmodi cauſa affectionem contraxit,
19 eam utique ſemper retinet, licet Beneficiatus a familiaritate receſſerit, & extra illam obierit, ut ad litteram regulæ tradit Mandoſ. *in reg.* 3. *Cancellar. q.* 3. *n.* 4. Ventrigl. *par.* 2. *annot.* 2. §. 2. *n.* 41. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 51. *n.* 62. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 32. *n.* 75. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 277.

Conſtito itaque litteras fuiſſe in omni ſui parte juſtificatas, ad earum executionem propediendam non videbatur opponi poſſe unio Beneficii jampridem Seminario expleta; nam cum verſemur in Judicio executivo regulariter abſolvendo ad tramites nudæ, & præſentis poſſeſſionis, necnon inſpecto actuali ſtatu Beneficii, exceptio unionis requirens altiorem inda-
20 ginem, & involvens implexam Juris quæſtionem, extranea dignoſcitur, & rejicienda eſt ad ſuum congruum Judicium petitorium juxta tradita per Poſthum, *de manutent. obſerv.* 42. *n.* 44. *verſ. Ubi de except. unionis*, Rot. *poſt eundem dec.* 236. *n.* 12. *dec.* 47. *n.* 2. *cor. bo. me. Anſaldo, dec.* 59. *n.* 8. *&* 9. *par.* 11. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 971. *n.* 8. *& in Novarien. Parochialis Loci Ceſti* 27. *Januarii* 1710. §. *Hujus profecto, cor. clar. me. Card. Priolo*, in modum, ut retardare non valeat executionem Litterarum præſeferentium proviſionem controverſi Beneficii, quod ad normam ultimi ſtatus retinet adhuc figuram, & qualitatem collativi, neque præcedenti unioni certitudinaliter ſubeſſe dici poteſt; Nemo enim ignorat quantum in hoc Judicio, quod vere exiſtimatur executivum, & poſſeſſorium, ultimo ſtatu deferatur ad firmata per Rot. *dec.* 433. *cor. Bich. dec.* 38. *n.* 4. *& dec.* 44. *num.* 17. *cor. Priolo dec.* 1367. *n.* 5. *cor. Emerix Jun. dec.* 106. *num.* 8. *part.* 11. *dec.* 215. *n.* 5. *&* 6. *part.* 15. *& dec.* 310. *n.* 11. *part.* 16. *recent. in Bononien. Beneficiorum de Caſtello ſuper executione litterarum* 12. *Decemb.* 1712. *cor. Rev. Archiepiſc. Ravennaten.* §. *fin. in Gerunden Parochial. ſuper unione* 18. *Junii* 1714. §. *Nec minus, cor. bon. mem. Anſaldo, & in Aſtoricen.* 8. *Junii* 1716. §. *Concurrente, cor. R. P. D. Foſcaro.*

Quod autem juxta ultimum ſtatum Beneficium cenſeri debeat vere collativum patet ex eo, quia poſt unionem anni 1664. illud vacavit per reſignationem ab Hippolyto Melchiorio in manibus Papæ ſponte factam anno 1698. ibi: *Per liberam reſignationem dilecti filii, &c. in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, apud Sedem eandem vacaverit, & vacet ad præſens, &c.* & ex hac vacatione facta fuit proviſio tanquam de reſervato in perſonam Leonii, qui non ſolum abſque ulla Seminarii contradictione poſſeſſionem adeptus fuit, ſed etiam pacifice per decennium, & ultra eam continuavit, quando tamen certum eſt Seminario non defuiſſe rationem impugnandi præmiſſam collationem per viam reſi-
gnationis factam, utpote quia Sac. Concilium ſtatuat 21
uniones Beneficiorum eidem expletas, nequaquam ſuſpendi poſſe per reſignationem, ut ex *Seſſ.* 23. *c.* 18. *de reform.* ubi Barboſ. *n.* 46. Pariſ. *de reſignat. q.* 9. *n.* 14. *&* 15. Valenzuel. *conſ.* 22. *n.* 16. Rebuff. *in prax. benef. tit. de revoc. union. n.* 32. Rot. apud Garz. *de benef. par.* 11. *cap.* 4. *n.* 42. Cum igitur hujuſmodi oppoſitionem ſibi Jure permiſſam non fecerit, ſed acquieverit proviſioni in præjudicium unionis admiſſæ, conſequens eſt exinde inductam fuiſſe penes Sanctam Sedem poſſeſſionem conferendi Beneficium unione non obſtante ad firmata per Rot. *deciſ.* 65. *n.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 106. *n.* 8. *par.* 11. *deciſ.* 729. *n.* 6. *cor. Emerix Junior, & in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Præcipue, cor. bon. mem. Anſaldo.*

Neque vero juſta ratione vis ultimi ſtatus evitari contendebatur ſub prætextu, quando reſignatio non ſit contraria unioni, ex quo Summus Pontifex tali medio providendo ſuſpendere ſoleat effectum unionis, quodque in omnem caſum in collatione per viam reſignationis expleta non verificetur vera, & propria
vacatio, ob quam induci potuerit poſſeſſio conferen- 22
di in præjudicium unionis; Quandoquidem ſubmovetur prima objecti pars, animadvertendo nullam certe adeſſe dubitationem, quin Papa ſi velit, ſuſpendere valeat in reſignatione admittenda effectum unionis, licet hoc non practicari teſtetur Rebuff. *in prax. benef. tit. de revocand. union. n.* 32. alias uniones evaderent inutiles, ut tradit etiam Cottad. *in prax. benef. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 8. *verſ. Et in terminis;* Aſt hoc ſemper eſſet intelligendum in eo caſu, quo Papæ narrata fuiſſet unio, & ipſe providendo appoſuiſſet clau-
ſulam *cum ſuſpenſione unionis*, ſecus tamen ubi ema- 23
naverit proviſio abſque ulla mentione unionis, tunc etenim abſolutum eſt Papam indefinite conferre voluiſſe, & ſolummodo ſuppetebat remedium habenti unionem ſe opponendi proviſioni Apoſtolicæ tanquam ſubreptitiæ ex ſententia, Rot. apud Garz. *de benef. par.* 11. *cap.* 4. *n.* 42. quod cum non fecerit, immo paſſus ſit per adeo longum tempus Gratiam Apoſtolicam ſuum ſortiri effectum, inde impreſſus remanſit ſtatus de libero, nec ultro admitti poteſt in Judicio poſſeſſorio ſubreptionis exceptio ad notata per Rot. *deciſ.* 236. *n.* 15. *& dec.* 645. *n.* 25. *cor. Bichio.*

Exinde etiam ceſſat altera pars objecti, quod per reſignationem non verificetur vera, ac propria vacatio, quia cum diſpoſitio Concilii provideat retardari effe-
ctum Unionis per reſignationes in favorem, ut *in cap.* 24
18. *ſeſſ.* 23. *& cap.* 5. *ſeſſ.* 21. *de reform.* & notat Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 1. *& ſeqq.* eo ipſo, quod Semina-

rium

rium ſe non oppoſuit reſignationi, quam impedire
poterat, ejuſque vigore paſſum fuit Beneficium con-
ferri uti liberum, nihil refert, an vacatio ſucceſſe-
rit per obitum, aut reſignationem in favorem, in
qua vera, ac propria vacatio non datur, niſi in fa-
vorem Reſignatarii, cum utroque caſu ſemper im-
preſſus fuerit ſtatus unioni contrarius, nempe colla-
tivus, ac de libero, qui ſatis eſt ad ſubſtinendam
25 proviſionem Apoſtolicam Roſa *de execut. Literar. A-
poſtolicar. part. 1. cap. 7. num. 101. & 104.* Rot. *coram
Cavall. deciſ. 54. num. 6. & coram Ottobon. deciſ. 132.
num. 14. & in recent. deciſ. 92. num. 11. part. 12.* & no-
viſſime pendente extenſione hujus Deciſionis in his
terminis dictum in *Zamoren. Parochialis de Canizo
4 Julii currentis anni, §. Efficacius coram R. P. D. de
Herrera.*

Præſertim, quia Seminarium non ſolum ſe non
oppoſuit Reſignationi de anno 1658. ſed nec etiam
defuncto Reſignante de anno 1703. per cujus obi-
tum Unio effectuari debebat, inſtetit pro Immiſſio-
ne ad poſſeſſionem Beneficii uniri, prout inſtare
tunc ſaltem debuiſſet allegando nullitatem reſigna-
tionis ob reticitam Papæ prætenſam Unionem, ſed
adhuc acquievit ſpatio aliorum ſexdecim annorum,
donec Reſignatarius deceſſit, in quibus terminis for-
tius evadit ultimus ſtatus, cujus idcirco effectus re-
26 tardare non valet exceptionem Unionis, ut infra
turbidæ, & altiorem indaginem requirentis, ut in
puncto Beneficii, cujus unio allegabatur dixit Rot.
cor. Emer. Jun. deciſ. 1307 num. 5. Roſa *de Execut. Li-
terar. Apoſtolicar. part. 1. cap. 17. num. 102. & in d. No-
varien. Parochialis Loci Ciſta*, impreſſa apud Modern.
Ramon. *de controv. Patron. alleg. 5. ſub num. 25. & in
d. Zamoren. Parochialis de Cannizo 4 Julii currentis
anni, §. Qualitas, §. Ita, & §. Collativa cum ſeqq. cor.
R. P. D. Herrera.*

Præterea quemadmodum ex hucuſque firmatis un-
dequaque clarus, & limpidus apparuit ultimus ſta-
tus, cui poſſeſſio providendi tanquam de libero in-
niti valeret, ita e converſo admodum obſcurus, &
turbidus videbatur titulus Unionis, qui ad hujuſ-
modi poſſeſſionem turbandam in medium profereba-
tur. Contra etenim Unionis ſubſiſtentiam pugnabat
præ cæteris ea exceptio, quod Epiſcopus non habet
facultatem uniendi Beneficia, niſi in caſibus in Ju-
27 re expreſſis, aut Jure novo Concilii Tridentini di-
ſpoſitis, quod propterea cum permittat Epiſcopis pro
congrua ſubſtentatione Seminarii in ejus primæva
erectione imponere Taxam una cum unione Bene-
ficiorum ſimplicium, ut in *ſeſſ. 23. cap. 18. de reform.*
Seminario jam proviſo per Taxam, & Unionem
ab initio factam, non poterat Epiſcopus ad novam
Unionem devenire tanquam ceſſante Cauſa ulterius
providendi indigentiis Seminarii, juxta ſententiam
noſtri Auditorii *in deciſ. 174. num. 6. coram Emerix
Jun. repetit. in deciſ. 101. num. 6. & 7. part. 15. recent.*
quidquid ſecus ſi indigentia ſuperveniſſet ob reddi-
tus Seminarii poſtea diminutos, ut explicat Corrad.
in prax. benef. lib. 4. cap. 8. num. 88.

Nec obſtare videbantur verba illa ejuſdem S. Con-
cilii in *d. cap. 8.* ibi: *Succedente vero caſu, quo per
28 uniones Beneficiorum effectum ſuum ſortientes, vel ali-
ter Seminarium in totum, vel in partem dotatum re-
periatur, tunc portio ex ſingulis Beneficiis, ut ſupra
detracta, & incorporata ab Epiſcopo, prout res ipſa
exegerit in totum, vel pro parte remittatur*, ex qui-
bus inferebant Scribentes pro Seminario, quod ſi
Concilium voluit remiſſionem taxæ in parte, vel in
totum, ubi Seminarium reperitur dotatum per unio-
nes effectum ſuum ſortientes, voluerit etiam poſſe
Epiſcopum devenire ad alias uniones ad effectum re-
mittendi taxam allegando reſolutionem Sacr. Congr.
apud Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. num. 107.* Pigna-
tell. *conſult. 81. num. 32. tom. 9.* Ventrigl. *in prax. tom.
2. annot. 29. §. Unico num. 44* Frances *de Eccleſ. Cath.
cap. 28 num. 505.*

Etenim non carebat gravi difficultate, an Epiſco-
pus ad effectum providendi Seminario, ſed onus
Taxæ, quæ illum quoque premebat, omnino tol-
lendi, haberet hanc facultatem, quotquot Beneficia
occurrerent, uniendi, cum hæc facultas ei data non
videatur ex verbis Concilii ſupra relatis, quæ cum 29
ſupponant futurum contingens Seminarii jam dotati,
vel per uniones effectum ſortientes, vel aliter, non
idcirco diſponunt, quod Epiſcopus hujuſmodi unio-
nea facere poſſit, aut debeat ultra illam ſibi permiſ-
ſam in primæva erectione Seminarii, dum commo-
de intelligi valent de iſta, & aliis eventualibus u-
nionibus, quæ Apoſtolica auctoritate fieri contin-
gat, ut apud Monacell. *in formul. part. 1. tit. 12. for-
mul. 1. n. 4.* & de prima unione non facta ab Epiſco-
po intuitu providendi ſuos familiares loquitur reſolu-
tio apud Garz. & alios ſupra in contrarium relatos.

Urgebant etiam graves rationes, ſicut enim Con-
cilium ubi voluit, expreſſam facultatem uniendi con-
ceſſit Epiſcopus in primæva erectione Seminarii pro
ejus ſubſtentatione, ita ſi voluiſſet expreſſam quoque
facultatem conceſſiſſet faciendi etiam unionem non
pro ſubſtentatione Seminarii, ſed remiſſione Taxæ, 30
& propterea loquendo conditionaliter de futuro con-
tingenti unionum, & aliorum redditunm, quibus
Seminarium ſufficienter proviſum remaneret, ut e-
xinde remittenda foret Taxa, præſumendum non eſt,
quod implicitam, & ſubauditam uniendi facultatem
dare voluerit Epiſcopis, quando verba præſuppoſiti-
va futuri eventus, ſeu caſus accidentalis nunquam
diſponunt *ad Text. in Clement. 1. in fin. de præbend.*
Rot. *cor. Gregor. dec. 208. num. 2 & in rec. dec. 194. n.
4. part. 4. tom. 2. & dec. 328. num. 13. part. 14.*

Præterea urgebat ratio, quod Taxa eſt prima pro-
viſio voluta per Concilium in ſubſtentationem Semi-
narii. Unio autem eſt remedium mere ſubſidiarium,
poſtquam nempe præceſſit Taxa, ut tradunt Mona-
cell. *in formul. par. 1. tom. 2. form. 9. num. 1.* Caſtropal. 31
tract. 13. de benef. diſp. 6. punct. 52. §. 3. numer. 15. Bar-
boſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 77. num. 2.* Rot. *deciſ. 837.
num. 5. cor. Merlin.* nec proinde videtur, quod unio
fuerit ordinata ad effectum tollendi Taxam, quo
caſu iſta potius e converſo dicenda foret ſubſidiaria
contra communem ſententiam Doctorum, quod a-
deo verum eſt, ut urgente neceſſitate Seminarii, Ta-
xa in futurum etiam augeri poſſit, ut apud Mona-
cell. *tom. 1. tit. 12. form. 2. num. 7.*

Inſuper contrario aſſumpto obſtare videbatur pra-
xis univerſalis, juxta quam in omni Diœceſi viget
Taxa *pro* Seminariis, licet ab antiquo erectis, quan-
do tamen, ſi verum foret, Epiſcopis datam fuiſſe
poteſtatem uniendi Beneficia ad effectum tollendi
Taxam, hæc amplius non vigeret in Diœceſibus,
ſaltem pro Seminariis ab antiquo erectis urgente et-
iam abſurdo, quod fierent ſtrages Beneficiorum in
qualibet Diœceſi, ſi ex ſolis Beneficiis uniendis ejus 32
ſubſtentamentum deſumendum foret ſublata Taxa,
quando tamen ad hunc effectum uniri non poſſe
omnia Beneficia firmarunt Barboſ. *ad Concil. d. ſeſſ.
23. cap. 18. num. 35.* Ventrigl. *in prax. par. 2. annot. 29.
§. unico n. 45.* Pax Jordan. *tom. 2. lucubrat. lib. 7. tit. 4.
num. 62.* Ricc. *in prax part. 2 reſol. 383. num. 4.*

Et demum quia Taxa eſt merum onus adjectum ſin-
gulis Beneficiis, quo non obſtante ſunt collativa tam
Epiſcopi, quam Sedis Apoſtolicæ, unio autem eſt
ſuppreſſio, & mors Beneficiorum, unde impercepti- 33
bile quodammodo videtur, quod ad effectum exgra-
vandi Beneficia ab oneribus Concilium voluerit illo-
rum extinctionem, permittendo, quod eſt plus ad ef-
fectum tollendi, quod eſt minus contra *Text. in auth.
Multo magis C. de Sacroſ. Eccleſ. & in cap. Cum in cun-
ctis de elect. & in cap. Cum illorum verſ. Cum majora
de ſentent. excommun.* ibique Fagnan. *n. 10.* Jo: Andr.
n. 6. Butr. *n. 18.* Barboſ. *axiom. 180. ſub n. 2.*

Hæc autem delibaſſe ſufficiat, non ut quidquam
firmetur ſuper iſtiuſmodi gravi articulo, ſed ſolum-
modo, ut inde clarius emergat neceſſitas inhæren-
di in præſenti Judicio ultimo ſtatui; & pleniorem
diſcuſſionem validitatis unionis mature faciendam
rejiciendi ad Judicium petitorium, ut in proximis
terminis ſervatum fuit in *Caſſanen. beneficii 27. Mar-
tii 1613. §. Major. igitur, coram Rever. P. Dom. mea
Lancetta Decano.*

Et ita utraque.

MAN.

Digitized by Google

MANTUANA BONORUM.

ARGUMENTUM.

Terminata Inveſtitura, an poſſit Eccleſia retinere pro ſe Bona devoluta, vel teneatur renovare ſorores ultimi Inveſtiti propter conſuetudinem immemorabilem renovandi.

SUMMARIUM.

1 *In Emphyteuſi Eccleſia appellatione Deſcendentium veniunt tantum maſculi.*
2 *Eccleſia poteſt retinere pro ſe Bona Emphyteutica in caſu devolutionis ob lineam finitam.*
3 *Immemorabilis renovandi præſumit qualitatem coactivam.*
4 *Contrarium probatur n. 4. & ſeqq.*
5 *In facultativis etiam tempus mille annorum non impedit Domino repetitionem rei ſuæ.*
6 *Immemorabilis in quo caſu præſumat qualitatem coactivam.*
7 *Ammenſatio eſt actus facultativus Eccleſiæ.*
8 *Non obſtante Immemorabili probanda eſt qualitas coactiva, & de ratione ibidem numer. 9.*
10 *Immemorabilis in caſu ſimplici non extenditur ad mixtum.*
11 *Qualitas coactiva requiritur etiam in Immemorabili conſuetudine renovandi, & declarantur auctoritates contrariæ, num. 12. 13. & 14. & 32.*
15 *Non attenditur Immemorabilis Conſuetudo renovandi ſimpliciter affirmativa, & de ratione.*
16 *Bona tranſeunt in Feudatarium ſub conditione data per Dominum.*
17 *Conſuetudo Immemorabilis renovandi non attenditur in caſu, quo Eccleſia propter neceſſitatem ſuam velit ammenſare.*
18 *Conſuetudo renovandi Extraneos non favet Proximioribus, & de ratione.*
19 *Conſuetudo non probatur per illationes, & argumenta.*
20 *Aliud eſt renovatio Proximiorum, & aliud nova conceſſio Extraneis, & n. 21.*
22 *Probatio per poſſibile non concludit, nec ſufficit.*
24 *Taciturnitas, & acquieſcentia refertur ad non Jus petentis.*
25 *Conſuetudo concedendi Extraneis bona devoluta quando excludat Jus proximiorum.*
26 *In Regione Mantuæ non ſervatur æquitas Bartoli quoad renovandos Proximiores.*
27 *Confeſſio Epiſcopi quando vigorem non habeat.*
28 *Negativa quando non ſit probata ex perquiſitione.*
29 *Beneplacitum Apoſtolicum requiratur in bonis concedi ſolitis, ſed ammenſatis.*
30 *Conceſſio per verba* de novo, & de gratia ſpeciali *non important renovationem.*
31 *Verba* de gratia ſpeciali *excludunt actum Juſtitiæ.*
32 *Deficiente ſuppoſito deficit illatio.*
33 *Vaſſalli non poſſunt allegare melioramenta, quæ non fecerunt.*
34 *Melioramenta facta a Primis non tranſeunt ad Vaſſallos ſucceſſores.*

DISCEPTATIO LXXIX.

POſtquam Epiſcopus Mantuæ obtinuerat, coram Auditore Cameræ, & in Rota devolutionem bonorum in Feudum honorificum olim conceſſorum per obitum Sigiſmundi, & Ferdinandi Fratrum del Matto contra eorum Sorores ob terminatam Inveſtituram factam *pro ipſis, & eorum hæredibus ex eis legitime deſcendentibus*, quorum appellatione judicatum fuit venire tantum Maſculos, non 1
autem Fœminas, ut in deciſionibus Me ſcribente emanatis, *coram Cardin. Caprara deciſ. 735. & 751.* memoratæ Sorores Anna, & Julia del Matto, deinde prætenſionem excitarunt pro renovatione Inveſtituræ ad ipſarum favorem, viceverſa Epiſcopo prætendente ammenſationem, unde diſputato dubio: *An ſit locus ammenſationi, ſeu potius facienda ſit renovatio*: Me contrarium ſubſtinente, prodiit deciſio negativa quoad primam partem, & affirmativa quoad ſecundam pro renovatione facienda Sororibus del Matto, ut in *deciſ. 14. Januarii 1707. coram bon. memoria Molines*, in cujus ſequelam emanavit prima ſententia Rotalis confirmata per alias duas præviis totidem deciſionibus *ſub die 7. Maii* 1708. *coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano, & 12. Aprilis 1709. coram bonæ memoriæ Kaunitz.*

Ego autem, qui in toto curſo litis contrarium ſubſtinebam favore Eccleſiæ præcipue in ſecunda Inſtantia inſiſtebam pro revocatione ſententiæ, cum durum videretur ſpoliandam eſſe Eccleſiam propriis bonis, quando volebat illa retinere pro ſe poſt terminatam Inveſtituram.

Dicebam igitur Regulam eſſe pro Epiſcopo, ut poſtquam factus eſt locus devolutioni, nullatenus teneatur reconcedere, & renovare inveſtituram, quando pro ſe retinere intendit, ne alias bona Eccleſiæ tranſeant in æternum ſpolium, & Dominus directus privatus remaneat omni ſpe rehabendi proprium Patrimonium ſibi pleno jure donatum ex largitate piorum Imperatorum pro eorum animæ ſuffragiis, juxta Theoricam Abbat. *in cap. Bona in ſecundo num. 28. de poſtul. Prælat.* Gratian. *diſcept. 88. num. 5.* Mareſcot. *variar. reſol. libr. 1. cap. 3. nu. 11.* Pacion. *de locat. cap. 62. num 42.* Rota *deciſ. 131. numer. 4. part. 9.* cum aliis relatis *in Piſana Devolutionis* 16. *Januarii* 1702. §. *Præfata, coram bonæ memoriæ Molines, & 24 Januarii 1701. §. Neque ad impediendam, coram bon. memoria dell' Olmo.* 2

Non obſtat duplex limitatio, quam huic Regulæ aſſignant relatæ deciſiones; Altera ſcilicet quando concurrit immemorabilis conſuetudo renovandi, & altera quando res emphytheutica de tempore primæ conceſſionis erat ſterilia, ſaxoſa, & paludoſa.

Corruit enim prior limitatio tam in Jure, quam in facto, quoniam in puncto Juris Sacra Rota in hac materia firmavit concluſionem, quod hujuſmodi Conſuetudo immemorabilis renovandi dicatur 3
probata, licet conſiſtat in ſimplici facto affirmativo, nempe renovationum pro tempore factarum, abſque eo quod requiratur qualitas coactiva, quod ſcilicet in curſu tanti temporis venerit caſus, quod Eccleſia voluerit ammenſare, ac retinere pro ſe, nec retinere potuerit, ſed coacta remanſerit renovare, & inveſtire Proximiores, ex quo Immemorabilia præſumit titulum meliorem, & ſic etiam pactum coactivum, *ut in deciſ. 14. Januarii 1707. §. Nec porro, coram bon. mem. Molines, & 7. Maii 1708. §. Quando quidem, coram Reverendiſſ. Aldrovando Decano.*

Quæ concluſio videtur inſubſiſtens, ut patet examinando materiam etiam per ſua principia, & per numerum, ac pondus auctoritatum, ex quibus indubitatum remanet, neceſſariam fore circumſtantiam qualitatis coactivæ, quod aſſumptum probatur ex Regula infallibili, quod actus ammenſationis eſt mere facultativus, & repoſitus in arbitrio 4
Epiſcopi, qui in caſu devolutionis bonorum poſſet pro ſui libito ea ammenſare, vel reconcedere; Unde cum potuerint Epiſcopi pro tempore in caſu iſto recognoſcere ſibi ipſis non expedire bona devoluta ammenſare, & per tempus longiſſimum ammenſare noluerint, talis actus negativus procedens ex mera Epiſcopi facultate numquam con-

clu-

cludit, quod ſi aliquando Epiſcopus ammenſare velit, quia expediat ita facere ad commodum, & utilitatem Eccleſiæ, ſeu, prout in præſenti ob paupertatem Menſæ ex notis bellorum invaſionibus, remaneat impeditus ammenſare, ex eo ſolum quia per tantum tempus non ammenſavit; In facultativis enim
5 etiam tempus mille annorum non impedit Dominum rem ſuam repetere, & quod ſuum eſt ſibi applicare ex Regula *Text. in l. Proculus, digeſtis de damn. infect. & in leg. Viam publicam, digeſtis de via publ. & in leg. Quia luminibus, digeſtis de ſervit.* late Trobat. *de effect. immemorabil. quæſt.* 11. *num.* 114. ibi: *Ea quæ ſunt meræ facultatis nullum jus, nullamque actionem producunt etiam per tempus immemorabile*, Menoch. *conſ.* 201. *num.* 62. *& ſeqq.* Gabriel. *tit. de præſcript. lib.* 5. *concluſ.* 10. *num.* 6. Caſtill. *de tert. decim. cap.* 32. *num.* 2. Alex. *conſ.* 173. *num.* 2. *lib.* 6. Rota *dec.* 400. *n.* 3. *part.* 4. *recent. & cor. Emerix Junior. deciſ.* 1255. *num.* 4.

Nil obſtante, quod hujuſmodi concluſio procedat in conſuetudine ſimplici, non autem in immemorabili, quæ præſumendo meliorem titulum de Mundo, præſumit etiam qualitatem coactivam; Etenim hujuſmodi diſtinctio procedit in actibus, qui non ſunt meræ facultatis, ſed ex quibus poteſt deduci
6 actio in judicio, ut in exemplo *non ſolventis collectas per tempus immemorabile, non adeuntis hæreditatem, non exercentis jus offerendi, & ſimilibus*, ſecus vero eſt in actibus meræ, ac puræ voluntatis, *ut ſi quis per mille annos non ædificet in ſolo, non tranſeat per viam*, & in ſimilibus actibus, qui dicuntur mere facultativi, & negativi, ubi ſi quis facultatem ſuam non exerceat etiam per tempus immemorabile, nunquam impeditur exercere, niſi probetur, quod eveniente caſu exercendi, voluerit, & fuerit repulſus cum acquieſcentia ſubſecuta, ita diſtinguunt Gabriel. *concluſ. lib.* 5. *tit. de præſcript. concluſ.* 10. *n.* 8. *&* 9. Trobat. *de effect. immem. q.* 11. *n.* 79. *& n.* 96. *cum ſeqq. & n.* 114. *cum ſeqq* Balb. *de præſcrip. par.* 5. *principal. par.* 4. *q.* 1. *num.* 3. *&* 4. *fol. mihi* 174. Menoch. *conſ.* 201. *n.* 61. *& ſeqq.* Bordon. *de legat. cap.* 26. *n.* 98. *& ſeqq.*

In præſenti cum ammenſare ſit actus, qui pendet ex libero arbitrio Epiſcopi, ex cujus libito dependet tam ammenſare, quam non ammenſare exemplo Do-
7 mini domus, qui poteſt locatione finita relocare, vel retinere pro ſe quando ſibi placeat, ut in puncto, quod actus ammenſandi ſit mere facultativus, tenuit Rota *cor. Royas deciſ.* 132. *n.* 13. ibi: *Et remanet Jus mere facultativum Eccleſiæ, in qua non poteſt conſiderari immemorabilis*, Spada *conſ.* 108. *numer.* 7. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 218. *num.* 11. *&* 12. *par.* 16. inde ſequitur, ut ſuper hoc actu negativo non ammenſandi nulla dici valeat inducta Conſuetudo etiam immemorabilis, niſi probetur qualitas coactiva, ut bene Rota *cor.*
8 *Coccin. dec.* 1392. *n.* 4. *&* 5. ibi: *In facultativis, &c. ad inducendam præſcriptionem, & immemorabilem requiritur, quod actus fuerit factus Parte contradicente, & poſtea acquieſcente, alias cum actus ſit factus ex voluntate Partis, in cujus facultate erat admittere, & non admittere, non intrat præſcriptio etiam immemorabilis*, Seraphin. *dec.* 813. *num.* 5. ibi: *Nec relevat prætenſa probatio immemorabilis, tum quia non probatur, tum quia ſumus in facultativis, in quibus non cadit præſcriptio.*

Et ratio eſt, quia Conſuetudo renovandi eſt affirmativa, & procedens per actus affirmativos liberæ voluntatis, ex quibus non valet argumentum ad Conſuetudinem negativam, ſcilicet non ammenſandi, in quo
9 nulla adeſt Conſuetudo probata, ideoque ſi vera eſt regula, quod ſolum attenditur Conſuetudo in ſpecie caſus, de quo loquitur, & tantum habet de potentia, quantum de actu, utique ex Conſuetudine renovandi non infertur ad Conſuetudinem negativam non ammenſandi, quando Epiſcopus bona pro ſe retinere velit, quia eſſet extenſio Conſuetudinis extra limites ſuos, niſi Conſuetudo affirmativa ſit qualificata ex actibus coactis, & prohibitivis, ex quibus reſultat probatio conſuetudinis negativæ, ut bene Rota *coram Mantic. deciſ.* 10. *num.* 9. *&* ibi: *Fuit reſponſum, hoc non ſufficere, niſi in ſpecie probetur conſuetudo, quod pro ſe non poſſit retinere, &c. neque enim conſuetudo plus habet potentia, quam uſus ei conceſſerit, &c. & ideo cum non probetur Eccleſiam voluiſſe, & non potuiſſe pro ſe retinere conſuetudo ad iſtam caſum extendi non poteſt*, Honded. *conſ.* 31. *n.* 49. *& ſeq.* ibi: *Si in ſpecie non probetur conſuetudo; quod voluerit, & non potuerit pro ſe retinere, conſuetudo illa renovandi ad iſtum caſum extendi non poteſt*, Gratian. *diſcept.* 88. *num.* 17. *&* 18. ibi: *Ratio quia ſunt caſus diverſi, quod Eccleſia renovaverit, & quod pro ſe non potuerit retinere, unde de uno non infertur ad aliud, cum conſuetudo non debeat habere majorem potentiam, quam uſus ei conceſſerit.*

Hoc aſſumptum communiter probatur per Doctores, & Sac. Rotam etiam in terminis immemorabilis, & in puncto noſtræ quæſtionis ea ratione, quia Immemorabilis non habet talem virtutem, ut ſe ex- 10
tendat de caſu ad caſum totaliter diverſum, neque titulus ab ea præſumptus intrare poteſt ultra ſpeciem, & naturam actuum, de quibus loquitur, ergo cum loquatur de actibus renovandi, non poteſt intelligi de actibus non ammenſandi, qui ſunt diverſi, cum neque Immemorabilis introducta in caſu ſimplici extendatur ad mixtum, ſeu diverſum, & diverſa ratione munitum, ita firmat Spada *conſ.* 101. *n.* 11. *in fine lib.* 3. ibi: *Eſſet etiam probandum, quod Eccleſia voluerit pro ſe retinere, & non potuerit*, ſequitur Honded. *dict. conſil.* 31. *n.* 50. *lib.* 2. *licet quoad hoc ultimum contrarium dicat ſupradicta deciſio* 11. *part.* 2. *rec. &c.*

Et fuit opinio tam antiqua, quam moderna Sacræ Rotæ; Etenim primo in Æſina Bonorum 27. 11
Martii 1637. coram Buccabella firmatum fuit, quod Immemorabilis ad effectum excludendi ammenſationem non probetur ex conſuetudine renovandi, niſi probetur cum qualitate coactiva in caſu præciſo, quo Eccleſia voluerit pro ſe retinere, & non potuerit, quam deciſionem nullibi impreſſam refert Royas *deciſ.* 96. *n.* 5. *&* 6. *& ſeq.*

Secundo in Foroſempronien. Bonorum 16. Martii 1640. coram Royas, idem judicatum fuit per hæc verba; *Nec relevat articulus immemorabilis, cum non extet articulatum, quod etiam quando Eccleſia, ut in caſu noſtro, voluerit pro ſe retinere, fuerit coacta per præcepta, ſententias, vel alios actus judiciarios renovari Communitati, cum conſuetudo probanda ſit in caſu individuo, de quo agitur, ut in dec.* 96. *n.* 5. *& ſeqq. cor. Royas.*

Tertio idem Royas in eadem cauſa in ſecunda deciſione confirmatoria præcedentis edita 4. Martii 1641. inter ejus impreſſas *deciſ.* 132. *n.* 13. ibi: *Cum Epiſcopi Foroſempronien. poſſint etiam non concedere, aut renovare Communitati præfata bona in emphyteuſim, cum non ſit probata coactiva ceſſat omnis difficultas, & remanet jus mere facultativum Eccleſiæ, in quo non poteſt conſiderari immemorabilis.*

Quarto Rota *moderna in Piſana Devolutionis* 24. *Januarii* 1701. §. *Etenim, coram bonæ memoriæ dell'* *Olmo* ibi: *Aſſerta immemorabilis conſuetudo non ammenſandi, &c. plene, & concludenter probari debuiſſet, &c. & quidem cum qualitate coactiva, quod ſcilicet menſa non valeat pro ſe retinere, ſed cogi debeat ad faciendam renovationem in favorem Proximiorum.*

Quibus non obſtant doctrinæ in contrarium adductæ, nam Rota *deciſion* 11. *part.* 2. *recent.* expreſſe retorquetur, quia illam examinando, poſtea eadem Rota *coram Royas dict. deciſion.* 96. *numer.* 7. reſpondit procedere quando Immemorabilis eſt cum 12
qualitate coactiva, ibi: *Nec repugnat deciſion.* 11. *part. ſecunda recentiorum, ubi quod ab immemorabili conſuetudine inducitur neceſſitas renovandi, quamvis Eccleſia vellet pro ſe retinere, quia illa eſt intelligenda, quando fuit probata immemorabilis cum qualitate compulſionis in caſu præciſo, quo Eccleſia voluerit pro ſe retinere, & non potuerit.*

Ita etiam Card. de Luc. *de emphyt. diſc.* 8. *n.* 2. loquitur de qualitate coactiva inducta ex antiquo Sta-
13 tuto Abbatiæ Farfen. ibi: *Cum ita expreſſe diſponat antiquum ejuſdem Abbatiæ Statutorum ab antiquiſſimo, & immemorabili ſervatum*, & in iiſdem terminis Statuti Farfen, inducentis coactivam loquitur Rot. *in deciſ.* 71. *part*, 19. *recent.* ubi ſub num. 3. 4. & 5. conſtat conſuetudinem fuiſſe firmatam in contradictorio Judicio ibi: *Firmant quoque ſententiæ Miniſtrorum ipſius Eminentiſſimi Abbatis, qui in Contradictorio Judicio ad normam ejuſdem conſuetudinis definierunt, & tandem Decretum Congregationis ad id deputatæ a ſan. me. Alexandro VII.*

Et demum Rota *in Nullius, ſeu Senogallien. Bonorum, cor. bon. memor. Muto*, contrarium firmat, ſci-
14 licet requiri qualitatem coactivam, ut in prima *dec.* 13. *Junii* ; . 5. §. *Quod autem cum ſeqq.* ibi: *Quod autem in recenſitis bonis adſit renovandi ſolitum, ſeu conſuetudo, & quidem coactiva ab immemorabili tempore patenter emergit ex confeſſionibus ipſorum Abbatum, &c. & iſta probatio importat etiam neceſſitatem coactivam, &c. quod tollit omnem dubietatem in relata concordia, &c. hac immemorabilis, & coactiva conſuetudo renovandi narratur, & in ſecunda deciſione* 23. *Januarii* 1697. §. *tametſi* ibi: *Coactiva deducitur ex antiquis ſententiis Vicarii Abbatialis proximioribus renovationem concedentibus*, ita & taliter, quod nunquam Sac. Rota variaſſe videatur in hac opinione, quod Conſuetudo immemorabilis renovandi probari debeat cum qualitate coactiva ad effectum excludendi ammenſationem,

Præſertim urgente contra Eccleſiam maximo præjudicio, dum ex ſolo non uſu ammenſandi introducto, vel ex negligentia Prælatorum, vel quia regulariter Succeſſores ſequuntur veſtigia Prædeceſſorum, vel quia non expedit Eccleſiæ rehabere in ſe hæc, vel
15 illa bona, vel demum quia nulla urget neceſſitas; Si talis non uſus ammenſandi remaneret præſcriptus, eſſet ligare manus Domino, ne poſſet habere rem ſuam, & eſſet præferre Extraneum ipſi Domino, quod reſpectu Eccleſiæ ſapit læſionem magnam uſque ad illicitum, & prohibitum, ut reſolvit Rota *in dicta Æſina Bonorum* 27. *Martii* 1637. *cor. Buccabella*, Teſte Royas *dicta dec.* 132. *n.* 14. ibi: *Ultra quod conſuetudo, ſi qua adeſſet immemorabilis tanquam legibus contraria, & illicita non poteſt obſtare Eccleſia volenti pro ſe bona retinere*, Gratian. *dicta diſceptat.* 88. *n.* 19. & 20.

Si hoc aſſumptum eſt verum in jure, quia nulla adeſſe videtur contraria auctoritas, quæ dicerit in hoc individuo articulo ſufficere Immemorabilem cum iſta ampliatione etiam quando non probetur qualitas coactiva, eo magis procedere debet in caſu quo dicebam concurrere titulum donationum Imperialium, quæ loquuntur de his bonis, & expreſſe diſponunt, quod Eccleſia donataria non poſſit arceri, ſeu impediri a rehabitione bonorum non obſtante allegatione Immemorabili apud Gob. *de monet. quaſt.* 8. *ſub n.* 57. hoc enim caſu enervata remanet quæcunque vis Immemo-
16 rabilis in præjudicium Eccleſiæ, dum tali ſub lege hæc bona acceptavit Deus pro Eccleſia, cui præjudicium inferri non poteſt, itaut bona hac lege donata tranſire non potuerint in Feudatarios, niſi ſub tali conditione, ut bene Rota *cor. Royas d. deciſ.* 132. *n.* 10. Gratian. *diſcept.* 88. *n.* 19. & 20.

Vel ſaltem, hæc ſuppoſita Immemorabilis excludere non valet ammenſationem in caſu, quo Eccleſia indiget, ut in præſenti addebam militare hanc circumſtantiam propter incurſiones Militum, & Bellorum, nec non alteram incurſionem factam per Padum ſecundum devaſtatorem pauperrimæ Menſæ, qui de anno 1705. & 1706. in ruinam dedit 1500. bubulcas Terræ fertilis, dirutis pluribus ædificiis cum damno notabiliſſimo, ex quo Menſa redacta eſt ad ingentem paupertatem; Nunquam enim Immemorabilis ſuffragari valet, ſeu extendi etiam ad caſum neceſſitatis Eccle-
17 ſiæ, niſi probetur etiam in caſu neceſſitatis Epiſcopum ammenſare non poſſe, licet meo judicio Conſuetudo in his terminis non valeret tanquam ſpoliativa Eccleſiæ, & vergens ad iniquitatem ſi Dominus in indigentiis ſe juvare non poſſet cum bonis ſuis, & præſertim Eccleſia, & in hoc ſenſu bene illicitam vocavit hanc immemorabilem, Rota coram Royas *d. dec.* 132. *num.* 14. & ita etiam loquitur Theorica Abbat. *in cap. Bona il* 2. *ſub n.* 28. *verſ. vel forte de poſtulat. Prælat.* ibi: *Quia Eccleſia indiget nunc, & tempore conceſſionis non indiget.*

Corruit etiam talis Conſuetudo in facto, quia examinando omnia in contrarium adduci ſolita, non conſtat, quod iſta Conſuetudo renovandi Proximiores per ullum minimum actum probata remaneat, ſed immo tota Conſuetudo eſt, bona devoluta iterum concedendi ſolis Extraneis, non autem Proximioribus, ut probari dicebam ex numeroſa ſerie Conceſſionum, quæ Conſuetudo imperceptibile eſt quo pacto facere debeat diverſam figuram, & intelligi pro conſuetudine
renovandi Proximiores, propter diverſitatem immen- 18
ſam unius caſus ab altero; Conſuetudo enim renovandi proximiores eſt actus æquitatis habentis originem ab opinione Bartholi; Conſuetudo autem concedendi Extraneis bona devoluta eſt mere voluntaria, & gratioſa conceſſio, quæ fit Extraneis ex integro, & independenter ab omni æquitate, ſolumque innixa voluntati Epiſcopi, qui bona devoluta ob lineam finitam unius familiæ concedere voluit alteri familiæ extraneæ, ideoque ſi conſuetudo tantum habet de potentia, quantum de acto, Mihi videtur, quod adſit Conſuetudo concedendi bona devoluta Extraneis juxta merum arbitrium Epiſcopi, non autem renovandi Proximiores, nec ideo talis Conſuetudo extendi poteſt de uno caſu ad alium non ſolum diverſum, ſed etiam contrarium, & contrariſſimum, Surd. *dec.* 131. *num.* 8. *cum duob. ſeqq.* Rot. *dec.* 278. *n.* 8. *part.* 12. & *dec.* 282. *n.* 31. *par.* 15. & *dec.* 96. *n.* 22. *par.* 17. *rec.* & *coram Dunoz. Jun. deciſ.* 616. *num.* 4. & *cor. Emerix. Junior. deciſ.* 407. *n.* 7.

Nec valet reſponſio deciſionis, quod conſuetudo inveſtiendi Extraneos probet, quod Epiſcopi bona devoluta non ammenſaverint, quodque id non tollat Jus renovandi Proximiores, quia forſan id accidere potuit, quia Proximiores non petierint renovationem, vel quia Extranei obtulerint meliores conditiones.

Etenim hoc dicitur argumentari ex facto conſuetudinis, & trahere ex illa Conſequentias, & interpretationes, quando tamen in Conſuetudine, quæ tota facti eſt, non poſſumus dicere, quod ſucceſſerit hoc, & hoc, propter illud, vel illud, cum dicatur argumentari, quod non licet in terminis Conſue-
tudinis etiam ab identitate, vel majoritate rationis, 19
præſertim in præjudicium Eccleſiæ, & Epiſcopi habentis pro ſe aſſiſtentiam Juris circa ammenſandum, vel concedendum bona perſonis ſibi beneviſis, ut in puncto, quod Conſuetudo ſit probanda in ſpecie caſus inquit Gratian. *dict. diſcept.* 88. *numer.* 17. Mant. *dict. dec.* 10. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 118. *num.* 11. *par.* 6. *recentior.* quodque in conſuetudine non liceat arguere ab identitate, vel majoritate rationis tradunt relati apud Me *diſceptat. Eccleſiaſt.* 16. *num.* 5. Cardinalis de Luca *de Jurepatronatus diſc.* 12. *numer.* 6. & 12. & *in Jannen. Abbatia* 5. *Decembris* 1689. §. *Si vero, cor. Manuel.* & *in Derthuſen. juriſdictionis* 4. *Martii* 1697. §. *fin. coram bon. mem. Pio*, ibi: *non admittitur extenſio in materia præſcriptionis etiam ad caſus ſimiles, acceſſorios annexos, & connexos, ac etiam ex identitate, vel majoritate rationis*, & præciſe Cardin. Caprara *deciſ.* 569. *num.* 11. ibi: *Cum agatur de probanda Conſuetudine, illa non eſt firmanda cum illationibus, & argumentis, ſed concludenter juſtificanda.*

Cum ergo Conſuetudo præſeferat, quod Epiſcopi pro tempore bona devoluta conceſſerint Extraneis, erit quidem probata Conſuetudo pro Epiſcopo, ut habeat liberum arbitrium ſaltandi Proximiores ultimi Inveſtiti, & gratificandi hos, vel illos Extraneos ad arbitrium, non tamen erit probata Conſuetudo renovandi Proximiores, quod eſt argumentum imperceptibile, quia renovare Proximiores eſt

ligare

ligare Epiſcopum; concedere autem quibuſcunque
Extraneis eſt exercere liberum arbitrium, & domi-
nium in re ſua de illam concedendo perſonis ſibi
beneviſis, & proinde contra Actrices, & petentes
20 renovationem ſufficis Epiſcopo dicere conſuetudo
de re non loquitur, immo conſuetudo reſiſtit Pro-
ximioribus, quando continuata apparet erga ſolos
Extraneos, ea ratione, quod aliud eſt renovatio;
quæ fit Proximioribus, aliud vero conceſſio, quæ
fit Extraneis, & quæ vocatur nova conceſſio, &
nova Inveſtitura, non autem renovatio, ut dicunt
Valaſc. *de jur. Emphyt. q. 21. num. 15. ad finem*, Cald.
de renovat. emphyt. q. 3. num. 1. Camma *dec. 222. n. 7.*
Rota *deciſ. 5. n. 15. & ſeqq.* apud Balducc. *in collect.
deciſ. & rer. judicat. tit. 5. & in Bononien. Emphyteuſis
27. Junii 1707. §. Nec tranſitum, & §. Fertius, cor.
bon. mem. Omana, & in Nullius, ſeu Senogallien. Bo-
norum ſuper manutentione* 23. *Januarii* 1697. *§. Ta-
metſi, cor. bo. me. Moto.*

Nec etiam particulariter conſideratæ in aliquo
ſtringunt animadverſiones in contrarium relatæ; Non
quidem prima, quod Conſuetudo inveſtiendi Ex-
traneos probet, quod Epiſcopus non retinuerit pro
ſe; Etenim tranſeat, quod probet merum factum,
quod non retinuerit pro ſe, non tamen probat,
quod non potuerit, nec poſſit retinere pro ſe,
21 immo apertiſſime probat, quod poſſit, dum ſi E-
piſcopus potuit concedere quibuſcunque Perſonis
extraneis ad ſui arbitrium omittendo Conſangui-
neos, & Proximiores, multo magis potuit reti-
nere pro ſe quando voluiſſet, & ſic argumentum
non concludit, niſi ut ſuperius dicebam concurrat
qualitas coactiva concedendi Extraneis, juxta fir-
mata apud Mantic. *dicta deciſion. 10. num. 12.* Tro-
bat. *de effect. immem. quæſt. 11. num. 114.* Royas *dict.
deciſion. 96. num. 5. & deciſ. 132. num. 13.* cum aliis
ſuperius adductis.

Minus ſecunda, quod Proximiores potuerint non
petere renovationes, vel Extranei meliores conditio-
nes offerre, quia non juvat poſſibilitas illi, qui eſt
Actor, & probare tenetur intentionem ſuam median-
te conſuetudine adverſus Epiſcopum fundatum in aſ-
22 ſiſtentia Juris, ſed ſufficit repellere Actorem ex defe-
ctu probationis, quæ non concludit, qualis dicitur
probatio per poſſibile, Rota *deciſ. 15. num. 7. part. 6.
& deciſ. 103. num. 14. par. 7. & deciſ. 74. num. 26. par.
17. recent.* ideo tenetur Actor probare, quod inveſti-
ti fuerint Extranei propter meliores conditiones Ec-
cleſiæ oblatas, quodque Proximiores neglexerint pe-
tere renovationem, cum iſta interim non præſuman-
tur, immo cum agatur de Immemorabili, non præ-
ſumitur iſta poſſibilitas, quod Proximiores ſemper,
& ab Immemorabili negligere voluerint Jus petendi
23 renovationem, ſi tale habuiſſent, ſed potius præſu-
mitur, quod eorum taciturnitas, & acquieſcentia
proceſſerit ea eorum non jure, ex firmatis per Ro-
tam *dec. 41. n. 20. verſ. quinto*, poſt Vivian. *de Jure-
patr. & coram Ubal. dec. 24. n. 14. & ſeq.* Balducc. ad
Ramon. *conſil. 24. num. 34. & in recent. deciſ. 679. n.
14. part. 18.*

Accedebam ad factum probando, quod Fœminæ
proximiores fuerint excluſæ, & bona in earum con-
curſu conceſſa Extraneis poſtquam devoluta extite-
runt, & applicata Menſæ per Sententias fœmina-
rum excluſivas, quod ſine dubio probat extitiſſe Pro-
ximiores, & fuiſſe excluſos per Sententias in contra-
dictorio Judicio latas, & per conſequens impoſſibi-
le eſt, quod Conſuetudo concedendi Extraneis poſ-
24 ſit juvare Proximiores, cum ſit omnino contradi-
ctoria, nec ſuper illa Proximiores fundare poſſint,
Rot. *deciſ. 279. num. 7. & 8. & deciſ. 217. num. 18.
part. 17. recent. & coram Bichio deciſ. 417. numer.
18. & deciſ. 452. numer. 20. & in recent. deciſ. 520.
numer. 8. part. 19. & coram bon. memoria Anſald.
deciſ. 78. numer. 45.*

Adſtipulatur etiam ratio excluſiva Proximiorum,
quia nempe in Epiſcopatu Mantuano non ſervatur
æquitas Bartoli circa renovandam inveſtituram Pro-
25 ximioribus, ſed adeſt Conſuetudo concedendi bona
pro eorum libito quibus velint, excluſis proximiori-
bus Inveſtiti, licet reclamantibus, de qua conſuetu-
dine teſtantur Doctores Mantuani, nempe.

Gobb. *conſult. 79. num. 1.* ibi: *devoluta vel aliter
ad Eccleſias, cæteroſque Dominos directos reverſis
proprietatibus emphyteuticis, aut feudalibus conſuetu-
do eſt in hac Patria, ut de novo a Prælatis, & le-
gitimis Adminiſtratoribus pro eorum libito cui velint,
Proximioribus etiam inveſtiti excluſis, & reclaman-
tibus concedantur.*

Burſatt. *conſ. 60. num. 26.* ibi: *Poſſent Moniales uti
proximiores licet tranſverſales petere, inveſtiri etiam,
quod eſſent devoluta, & a denegatione Inveſtituræ
reclamare, juxta magis communem opinionem, quæ
tamen Mantuæ nunquam uſu recepta fuit, quando in-
diſtincte Domini directi de re devoluta pro libito
diſponunt reclamantibus adhuc proximioribus de-
functi.*

Idem Burſatt. *conſ. 127. num. 5.* ibi: *Proximiores in-
veſtiendos fore ex communi ſententia ſecundum quali-
tates prioris conceſſionis, quod tamen de proximioribus
dictum Mantuæ nunquam ſervatum vidi, & alias de-
doxi in conſ. 60. &c. Prælati enim, & Domini dire-
cti pro libito res devolutas concedunt, ac ut plurimum
propriis Conſanguineis, & Agnatis non autem defun-
cti proximioribus.*

Idem hoc ipſum repetit *conſ. 80. num. 20.* ibi: *Poſ-
ſet per viam querelæ petere ſe uti proximiorem ab Ec-
cleſia inveſtiri, juxta doctrinam communem Bartoli
licet doctrina hæc de proximiore, Mantuæ ex conſue-
tudine minime ſervetur præcipue ab Eccleſia, prout re-
go in practica ſemper, ac ſæpius hanc conſuetudinem
attendi, videlicet Rectores Eccleſiarum ad eorum be-
neplacitum inveſtire, quem ſibi magis placeat de re de-
voluta, excluſo penitus Proximiore.*

Mell. *obſerv. 4. n. 4.* reprobando, quod alias dixe-
rat in ſuis allegationibus, ibi: *Si Feudum, vel Em-
phytheoſis ad Eccleſiam revertatur in abſoluta Epiſco-
pi, aut Rectoris reſidet voluntate ad libitum de eo in
quem maluerit diſponere Juris æquitate neglecta, quæ
proximioribus prælationem præbet, &c. Iſtudque locum
ſibi vindicat ob alteram conſuetudinem in illis regioni-
bus practicatam, & de qua* Burſatt. *conſ. 60. vigore cu-
jus relictis proximioribus, extranei ad Inveſtituram
admiſſi fuerunt, & non ſine fondamentali ratio-
ne, quia quidquid alias de Jure obſervandum in hac
materia renovationis veniret, conſuetudo prapon-
derat.*

Corruit etiam objectum, quod non concurrat unus
actus ammenſationis, quodque negativa probetur ex
confeſſione Epiſcopi; Etenim Epiſcopus ſolum dixit
quod: *credeva per vero queſto fatto, ma richieſto,
&c. riſpoſe che ſtava per concederlo, e lo concedeva,
ſe l' Archiviſta Zampoli non aveſſe ſoggiunto, &c. che
non poteva farlo*, quæ verba non ſunt directa ad fa-
tendum, ſed ad credendum ibi: *Credeva per vero que-* 26
ſto fatto: qui autem credit de facto ſine inſtructione,
& re mature non cognita dicitur credere per imagina-
tionem gratuitam, nec vocatur confeſſio, ſed mera
credulitas, quæ nihil ponit in eſſe, præſertim quan-
do Epiſcopo agnoſcendo, quod in facto antiquo, &
alieno nihil certum affirmare poterat ſe, abſtinuit a
Confeſſione, unde incongruum videtur propoſitum
confitendi, ſeu ſimplicem velleitatem, & propenſio-
nem, appellare Confeſſionem Eccleſiæ præjudicialem,
ut tradunt Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 26.
num. 5.* Caſtren. *conſ. 160. num. 2. lib. 2.* Barboſ. *axiom.
230. n. 3.* Rot. *cor. Duran. dec. 379. n. 6. & cor. Coccin.
dec. 1517. num. 17.*

Perquiſitiones autem factæ in Archivio non
concludunt negativam Ammenſationum, quia de-
ficit perquiſitio apud acta Judicis feudorum, in
quibus regiſtrari ſolent incorporationes bonorum
feudalium, & probat Caſſador. *deciſ. 4. numer. 5.
de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Rocc. *diſputation. Jur.
capit. 149. numer. 25.* Rut. *deciſion. 323. numer. 4.* 27
*verſic. ſufficit part. 2. & deciſion. 29. numer. 70. part.
7. & coram Gregor. deciſ. 353. num. 2. & cor. Bichio
deciſ. 400. num. 17.*

Verum ulterius progrediebar probando ipſa etiam effectiva exempla Ammenſationum ex documentis, ubi legitur plura bona fuiſſe ibi: *Devoluta, tranſlata, commiſſa pariter, & applicata*, quod adeo verum eſſe dicebam, ut propter talem applicationem, ideſt Ammenſationem, neceſſarium tunc fuerit Epiſcopo facere conceſſionem mediante beneplacito Apoſtolico, & hanc circumſtantiam ad
28 hunc effectum ponderat *Deciſio hujus Cauſæ, coram bona memor. Molines 14. Januarii 1707. §. Quemadmodum in fine*, ea ratione, quod Beneplacitum Apoſtolicum requiritur etiam in Bonis concedi ſolitis quando hæc reperiuntur ammenſata ante novam conceſſionem, Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 4. *numer.* 32. Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de contract. quæſtion. 9. numer.* 15. Saminiat. *controv.* 2. *num.* 15. *tom.* 2.

Concurrentibus aliis conceſſionibus, quæ leguntur de novo, & cum Clauſula *de gratia ſpeciale*, quæ verba non important renovationem, ſed me-
29 ram conceſſionem de novo Seminiat. *controverſ.* 14. *numer.* 9. Manſ. *conſult.* 738. *numer.* 16. & optime Rota *in dicta Bononien. emphyteuſis 17. Junii 1707. §. Nec tranſitum, coram bona memoria Omana*, cui non obſtat exemplum aſſeriæ renovationis conceſſæ filiis Marchioniſſæ Mundinæ, quia non bene ſupponitur, quod eſt in quæſtione, ſcilicet, quod conceſſio facta filiis Marchioniſſæ fuerit renovatio, dum verum quidem eſt, quod præceſſit lis ſuper comprehenſione ejuſdem Marchioniſſæ deciſa in favorem Epiſcopi, non tamen lis fuit ſuper renovatione, ſed Epiſcopus per viam Concordiæ devenit ad conceſſionem favore filio-
30 rum cum Clauſula *de novo, & de gratia ſpeciali* receptis tercentum duplis pro hac gratia ſpeciali, ex quo convincitur hanc conceſſionem non fuiſſe renovationem, ſed meram Concordiam, in qua facta legitur gratia ſpecialis excludens actum juſtitiæ, & neceſſitatis, ut in terminis terminantibus advertit Mell. *alleg.* 69. *ſub n.* 7. & 8.

Alia limitatio ad excludendam ammenſationem deſumitur ex natura bonorum ſterili, ſaxoſa, aut paludoſa, juxta æquitatem *Tert. in cap. ad aures de reb. Eccleſ. non alienan.* quam Rota cenſuit eſſe præſumendam attenta conſuetudine immemorabili renovandi tribuente meliorem titulum de Mundo, quæ tamen limitatio ceſſat ex facto, quia nulla adeſt conſuetudo renovandi Proximiores, ſed bene conſuetudo faciendi ad libitum conceſſiones quibuſcunque Perſonis extraneis, & ſic deficiente præſuppoſito renovationum factarum Proximioribus, corruit illatio
31 exinde deducta, *l.* 1. §. *Hujus rei, ff. de Offic. ejus leg. Rectoris, ff de itin. actuque privat.* Craveit. *conſ.* 231. *num.* 2. Monac. *deciſ. Florent.* 29. *n.* 16. Mant. *deciſ.* 15. *num.* 5. & *deciſ.* 199. *num.* 9. Rot. *deciſ.* 240. *numer.* 8. *par.* 16. *recent.*

Cumque exhibeatur Conſuetudo, juxta quam fuerunt ſemper inveſtiti modo illi, & modo alii Extranei, excluſis Proximioribus etiam reclamantibus, juxta relatas ſententias, & atteſtationes Doctorum, de quibus ſupra, utique præſumi non poteſt titulus rei ſterilis, ſeu paludoſæ, qui ſi interveniſſet, non conſtaret de conſuetudine concedendi Extraneis, ſed renovandi ſemper Proximiores, ultra aliam reſponſionem ſuperius adductam, quod ad hunc effectum non relevaret etiam Immemorabilis renovandi Proximiores, niſi eſſet qualificata cum circumſtantiis coactivis contradictionis ſcilicet, & acquieſcentiæ,
32 ſine quibus non poteſt intrare titulus præſumptus impeditivus Ammenſationis, ut declarata *deciſ.* 11. *part.* 2. *recentiorum*, quæ in contrarium adducitur bene fundat Rot. *coram Royas deciſion.* 132. *numer.* 13. & *ſeqq.*

Minus qualitas bonorum probata remanet ex Inſtrumentis, ex quibus conſtare dicitur controverſa bona poſita in Villa Quingentularum fuiſſe paludoſa, & ſterilia, & ſic præſumantur meliorata expenſis Vaſſallorum; Etenim advertebam ceſſare in facto hujuſmodi ſuppoſitum, & juſtificabatur, quod aliqua Bona in Inſula Reveris continente Curiam Podii, & Quingentularum erant ſubjecta inundationibus, quodque de portione hujuſmodi bonorum facta fuerat Inveſtitura in perſonam Aloyſii de Gonzaga ex Ducibus Mantuæ, ut ratione conceſſionis illorum extrueret Aggeres ad Ripas Padi, ex quibus liberaret tam prædicta bona, quam omnia alia ejuſdem Inſulæ Reveris ab inundationibus, & devaſtationibus aquarum, prout Aloyſius de Gonzaga propriis expenſis præmunivit totam Inſulam Reveris cum Aggeribus impedientibus impetum Padi, cujus rei teſtimonium perhibet, Gobb. *in tract. de permiſſ. feud. alien. quæſt.* 11. *num.* 40. & Mell. *allegat.* 8. *num.* 9. & Rot *deciſ.* 237. *num.* 4. *verſic. cum maxime part.* 12. *recent.*

Si ergo non fuerunt Vaſſalli particulares, qui ſingulariter, & ſinguli expenſas fecerint in tollendo qualitatem paludoſam, & ſterilem terrenorum Inſulæ Reveris, ſed tun tantum Familia Gonzaga, non videbam quo fundamento juvari poſſent ceteri Vaſſalli, qui Bona paludoſa non receperunt, utilitate, & melioramentis factis ex burſa alienæ familiæ de Gonzaga; Nemo enim commodum reportare valet ex alienis melioramentis, præſertim contra Eccleſiam, cujus intuitu, & ad cujus utilitatem 33
Aloyſius Gonzaga ſuſcepit in ſe onus meliorandi habita retributione per conceſſionem partis bonorum Inſulæ Reveris, ut in puncto, quod nequeant Vaſſalli allegare melioramenta, quando ipſi ea non fecerunt, ſed unice attendendum ſit in quo ſtatu bona receperint tradunt Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 3. *num.* 21. Rot. *coram Cerro dec.* 504. *num.* 7. & 8. & Me ſcribente tenuit Rota *in dict. Bononien. Emphyteuſis 17. Junii 1707. §. Prout etiam, coram bon. mem. Omana.*

Præſertim vero, quia ex originariis Conceſſionibus factis erga Familiam del Maro conſtabat eas fuiſſe factas tanquam de bonis fructiferis, cum non ſit vera concluſio, quod melioramenta facta a primis Vaſſallis tranſeant in Succeſſores titulo emptionis, Rota *coram Bichio deciſ.* 483. *num.* 19. *verſ. pariterque, & coram Cerro dicta deciſ.* 504. *num.* 7. & 34
8. *in recentior. deciſion.* 118. *numer.* 10. & *ſequentibus part.* 12. & *in dicta Bononien. emphyteuſis 17. Junii 1707. §. Prout etiam, coram bona memoria Omana.*

Ex quibus cum excluſa remaneret utraque limitatio adducta ad impediendam ammenſationem, concludebam retardare non poſſe aſſiſtentiam Juris, quæ militat pro Epiſcopo, ut poſſit pro ſe retinere Bona devoluta, quando in fortioribus recepta eſt opinio; quod ubi agitur contra Epiſcopum petentem manutentionem in Bona devoluta ob lineam finitam, tunc nunquam admittitur exceptio renovationis, niſi ea clare reſultet per rem judicatam, vel per confeſſionem Partis, juxta punctualem deciſionem Rotæ *in Piſaura devolutionis 16. Januarii 1702. §. Et licet, coram bo. me. Molines.*

Quibus omnibus non obſtantibus Rota contrarium judicavit, ut ſuperius præmiſſum eſt, & ſolum reſervavit particulari diſputationi, an in caſu, quo Extranei meliorem afferrent Eccleſiæ conditionem, quam Proximiores poſſent illi ab Epiſcopo in renovatione præferri proximioribus excluſis, ut in *deciſ. 7. Maii 1708. §. final. coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano*; Hoc autem judicatum, an fuerit ſubſiſtens, vel non, judicandum relinquo illis, quibus placet, aut ponderare præjudicium Eccleſiæ, aut æquitatem ſupponere erga ſanguinem ultimi Inveſtiti.

RO.

ROMANA CAPITULI ODOARDUS.

ARGUMENTUM.

Clericus obæratus an gaudeat privilegio, *Cap. Odoardus de ſolut.* Si conduxit Bona, ſeu Tenutas Agrorum Eccleſiaſticorum, & an requiratur trina monitio ad eum privandum hoc privilegio.

SUMMARIUM.

1 *Clericus nec etiam ſponte renunciare valet privilegio Ordinis Clericalis.*
2 *Privatur beneficio* Capituli Odoardus *quando eſt publicus Negotiator declara, ut ibi.*
3 *Sacri Canones permittunt Clerici Agriculturam, & quando.*
4 *Clericus conducendo magnas Tenutas exinde non probatur id lucri Cauſa feciſſe.*
5 *Ad excludendam Cauſam lucri attenditur, an Clericus ſit pauper, vel non.*
6 *An illicite Clericus contrahat cambia paſſiva, & quid activa.*
7 *Qua Ratione Sacri Canones prohibeant Clericis Agriculturam, & in quibus procedat prohibitio.*
8 *Clerici prohibentur exercere Agriculturam in Terris Secularium.*
9 *Secus Terris Eccleſiaſticorum.*
10 *Privilegium Clericale ob illicitam negotiationem non amittitur niſi poſt trinam monitionem.*
11 *Quando Clericus amittat privilegium* Cap. Odoardus *ob conductionem magni Prædii.*

DISCEPTATIO LXXX.

CUm ea Cauſa affictus Tenutarum, ſeu Terrarum ſpectantium ad Eccleſiaſticos, Clericus Alghiſius debitor remanſiſſet, & quidem in ſtatu obærato, Cauſam introduxit, cor. R. P. D. Locumtenente Cardinalis Vicarii Urbis pro admiſſione ad Beneficium *cap. Odoardus de ſolut.* & re delata ad Contradictorium Judicium adverſus Creditorem, qui ei impugnabat competentiam hujus Privilegii, Ego ſcribens pro Clerico dicebam ipſum eſſe admittendum ad Privilegium per
1 Sacros Canones conceſſum Clericis obæratis in *cap. Odoardus de ſolution.* cum enim probet ſe eſſe in caſu legis privari poteſt ejus beneficio, maxime conceſſo in favorem Ordinis Clericalis, cui nec etiam ſponte renunciari valet ea late deductis per Fagnan. *in d. cap. Odoardus n. 79. & ſeqq.* Amat. *lib. 1. reſol 41. num 5.* Giurb. *dec. 41. num. 22.* cum aliis apud Scannarol. *de Viſit. Carcerat. lib. 3. §. 2. cap. 6. num. 2.*

Non obſtat quod hujuſmodi beneficio ſe reddiderit indignum per exercitium illicitæ negotiationis, juxta
2 firmata *in Romana, ſeu Lycien. Capituli Odoardus 12. Maji 1702. §. Dixerunt, coram bo. me. Anſald.* quoniam hujuſmodi deciſio loquitur in caſu Clerici, qui erat publicus Campſor, ſeu Negotiator, & cum tali qualitate, & denominatione declaraverat contrahere debita, ut legere eſt ibi: *Reſultabat ex qualitate publici Negotiatoris, tum qua Januarius poſteive contrahere declaraverat debita, &c. in hoc utique caſu ob as contractum ſub hac explicita qualitate Publici Campſoris, ſeu Negotiatoris amplius non fruitur d. beneficio Capituli Odoardus.*

Nec proinde credebam hujuſmodi deciſionem applicari ad caſum, ubi Clericus Alghiſius ſolum aſſumpſit nonnullos Affictus Bonorum, & Tenutarum; In his enim terminis non poteſt dici publicus Negotiator, nec minus operam dediſſe negotiationibus illicitis,
3 quia Sacri Canones non improbant, quod Clericus poſſit exercere Agriculturam pro ſe, ſuæque familiæ ſubſtentatione, ut legitur in *Can. 1. diſtinct. 91.* ibi: *Proprio artificio, vel Agricultura ſibi neceſſaria inveniat, & in Can. Clericus eadem diſtinct.* ibi: *Clericus Victum, & Veſtitum ſibi Artificiolo, vel Agricultura paret*, Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. par. 3. cap. 3. n. 37.* Antonell. *de Jurib. & oner. Clericor. par. 1. lib. 1. cap. 7. n. 7.* Pignatell. *conſult. 41. num. 16. tom. 2.* Panimoll. *dec. 71. num. 26. & 29.*

Non relevante, quod Alghiſius non exercuerit Agriculturam pro ſe, ſuorumque ſubſtentatione, ſed cauſa lucri, & mercimonii, ex quo conduxit plures; & plures Tenutas ingentis quantitatis rubrorum, publice negotiando, & vendendo frumenta. Etenim reſpondebam, quod exceſſivitas Tenutarum non probat; 4
quod conduxerit cauſa lucri, niſi concludatur, quod ex hujuſmodi Affictibus tantam retraxerit utilitatem, ut præter ſubſtentationem ſui, & familiæ, etiam enormes quæſtus fecerit, alias enim magnitudo Affictus, & conductionis non juſtificat magnitudinem lucri, quod eſt repoſitum in incerto, & poteſt eſſe, & non eſſe ſecundum annorum ubertatem, vel ſterilitatem ad *Text. in l. ſi quemadmodum, §. Si navis tua, verſ. idemque labeo, ff. ad Legem Aquiliam*, & obſervat Rot. *cor. Bichio deciſ. 16. n. 6. 10. & 21.*

Et exemplificando addebam, quod ſicut Clericus pauper, ut quæreret victum ſibi, & ſuis, ſi exerceret Officium Procuratoris, quod cauſa lucri ſimul cum Agricultura reperitur prohibitum per Sacros Canones *in cap. pervenit diſtinct. 86. & cap. 1. ne Clerici, vel Monaci* ex hujuſmodi exercitio habendo magnum quæſtum, exinde tamen non diceretur negotiari illicite, ita etiam dicendum foret, ſi magnas, ſeu exceſſivas Tenutas conduceret, ea ratione, quod ad dignoſcendum, an quis cauſa lucri, vel potius neceſſi- 5
tatis, negotium exerceat, vel Agriculturæ, vel Procurationis, ſolum attenditur initium, an ſcilicet ſit pauper, vel non pauper, data enim paupertate, & ſic neceſſitate Agricultura, & Procuratio dicuntur negotia licita, ut reſultat ex *Text. in dict. cap. 1. ne Clerici, vel Monaci, & in dict. Canon. 1. & Canon. Clericus diſtinct. 91.*

Minuſque dicebam Clericum prædictum ſe qualificaſſe pro Mercatore contrahendo Cambia, quia cum 6
fuerint paſſiva, & contracta ex cauſa emendi animalia pro Agricultura, nihil illicitum exinde deſumi valet, ut probat Antonell. *de Jurib. & oner. Clericor. par. 1. lib. 1. cap. 7. num. 7.* Rot. *dec. 209. n. 19. & 20. part. 15. rec.* ubi etiam refert maxime ob indigentiam licita eſſe Cambia activa Clericis primæ Tonſuræ, ſeu Minorum Ordinum, ſcilicet non Beneficiatis, & poſt hæc ſcripta firmavit Rot. *in Romana Pecuniaria 14. Martii 1712. §. Aſt quoad Clericos, cor. Eminentiſſ. D. meo Card. Falconerio*, ubi quod Clerici hujuſmodi non Beneficiati valent impune Cambiis negotiari, & mercaturam exercere, licet hanc deciſionem impugnare placuerit bon. mem. Fattinell. *reſponſ. 6. num. 44. tom. 2.* ſuper quo videnda ſunt ea, quæ habentur in *diſc.* Card. de Luc. impreſſo apud Zaul. *ad Stat. Faven. ad rubr. 6. lib. 3. n. 40. & ſeqq.*

Sed ubi etiam res non eſſet in caſu Affictus ſuſcepti ob neceſſitatem, adhuc ſubjungebam non videri privandum eſſe Clericum beneficio *cap. Odoardus* ex duplici fundamento; Et primum eſt, quod Sacri Canones prohibent Eccleſiaſticis Agriculturam, ne diſtrahantur a ſervitio Eccleſiæ, in qua reperiuntur intitu- 7
lati, ut in *Can. Clericus diſt. 91.* ideoque prohibitio iſta reſtringitur ad Sacerdotes, vel Beneficiatos habentes reſidentiam, nec ullatenus idcirco comprehendit Clericos primæ Tonſuræ, ut quidquid dixerit Fagnan. eſt communis Doctorum opinio, quam ponit Panormit. *in dict. cap. 1. ne Clerici, vel Monaci numer. 12. verſ. ex his nota*, Redoan. *de ſpol. q. 2. n. 60. & q. 15. num. 15.* Bellet. *diſquiſ. Cleric. q. 1. tit. de diſciplin. Cleric. §. 21. n. 19.* Solon. *de Juſt. & Jur. q. 67. art. 4. controv. 4. n. 5. & 6.* Gail. *de credit. cap. 2. tit. 7. q. 5. nu. 2137.* Antonell. *de regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 7. n. 4.* Paciun. *de locat. c. 10. n. 72.* Genuen. *in prax. Archiepiſ. cap. 62. n. 9.* Bertacchin. *Voto dec. 6. n. 6.* Rot. *dec. 209. n. 22. par. 15. & dec. 353. n. 5. par. 19. rec.*

Alterum vero eſt, quod iidem Sacri Canones prohibent Clericis Agriculturam dumtaxat in Terris, & Tenutis Sæcularium, ut docet *Text. clarus in d. c. 1. ne Cler. vel Monaci* ibi: *Conductores Sæcularium rerum, &*

Procuratores eſſe, idemque ait *Text. in Can. perveniens diſtinct.* 86. ibi: *conducere poſſeſſiones, aut miſceri ſecularibus Poſſeſſionibus poſſe*, & propterea eorum cenſura locum non habet in Clericis, prout hic condu-
9 ctoribus Bonorum Eccleſiaſticorum, ut deciſum fuit per S. Congregationem Epiſcoporum 19. Januarii 1593. & refert Diana *oper. moral. par. 5. in fine tit. declarationes S. Congreg. n.* 44. Panimoll. *dec. 6. annot. 5. n.* 11. ibi: *non moleſtari debent Clerici Cultores Agrorum ſuorum, ſeu Conductores Agrorum Eccleſiaſticorum titulo negotiationis illicitæ*, & *dec.* 71. *n.* 27. ibi: *Limita quinto in Clericis Cultoribus ſuorum Agrorum, ſeu Conductoribus Agrorum Eccleſiaſticorum*, Ventrigl. *in prax. par. 1. annot.* 13. §. *unico n.* 5. & 6. Pacion. *de locat. cap.* 10. *n.* 70. Bellet. *diſquiſ. Clerical. tit. 1. de diſciplin.* §. 28. *num.* 37. Nicol. *in floſcul. in verb. Clericus n.* 8. & quod Clerici in propriis Caſalibus poſſint licite Agriculturam exercere per ſeipſos citra incurſum illicitæ Negotiationis, & Spolii declaravit ſan. mem. Clemens VIII. in ejus *Conſtit.* 72. §. 5. *Bullar. Roman. tom.* 3.

Et demum, ubi etiam per malam hypotheſim prædicta pateremus difficultatem, adhuc ex illicita ne-
10 gotiatione nunquam privilegium Clericale amittitur, niſi præceſſerit Canonica monitio, quia cum privatio hujuſmodi privilegii ſit pœnalis, locum non habet non conſtito de contumacia per trinam monitionem Superioris, ut eſt *Text. expreſſus in cap. final. de vit. & honeſtat. Clericor.* ibique Panormit. n. 4. ibi: *ut Clericus perdat privilegium etiam in negotiatione oportet, quod fuerit tertio monitus, & a ſuo Superiore*, Barboſ. n. 4. ibi: *notatur ad hoc, quod trina monitio præcedere debet, ut Clericus Negotiator amittat privilegia*, Graſſus *de effect. Clerical. effect.* 1. *n.* 847. Borell. *in ſumm. deciſion. tom. 1. tit. 7. de Cleric. & Sacerdot. num.* 70. ibi: *declara tertio Clericum negotiantem, ut amittat privilegia, debere præcedere trinam monitionem*, Farinacc. *in fragment. Criminal. in verb. Clericus num.* 180.

Hæc pauca ſcribebam in hac Cauſa, ut Clericus admitteretur ad beneficium *Cap. Odoardus* etiam infosmando in voce in pluribus Contradictoriis deſuper
11 habitis, cor. R. P. D. Locumtenente Cardin. Vicarii ſub diebus 13. & 17. Auguſti & 14. Septembr. 1606. ſed Judex contrarium judicavit ex motivo, quod Clerici conducere non debent magna Prædia, ſed ea tantum, quæ ſunt ſufficientia ad ſuam, & ſuæ Familiæ ſubſtentationem, adhærendo duabus auctoritatibus in contrarium allegatis, nempe Redoan. *de Spoliis q.* 2. *n.* 15. & Graſſ. *de effect. Clerical. effect.* 5. *n.* 30. ſed iſta concluſio ſic indiſtincte firmata reflectenti ad veritatem Mihi non placuit, cum pendeat ex facti circumſtantiis dignoſcere, an lucri, vel cupiditatis cauſa Clericus conduxerit Prædia, vel Tenutas magnas, alias enim cum propter neceſſitatem non ſit interdicendum Clericis juſtum negotium, ut ait *Text. in cap.* 1. *ne Clerici vel Monachi*, compatibile eſt, quod propter neceſſitatem ad providendum nempe indigentiæ ſuæ Familiæ numeroſæ Clericus cogatur conducere magna Prædia, quando revera eſt pauper, ac etiam quia magnitudo ſola Prædii conducti non infert neceſſario cauſam lucri habendi, quia incerta eſt alea quæſtus contingibilis, vel non contingibilis ex quocunque affictu etiam magni Prædii, dum aliquando magnitudo Prædii in majori periculo Conductorem Clericum conſtituit, faciendi nempe majorem jacturam ob incertitudinem ubertatis, vel ſterilitatis, quia ſemper pendet ab incerto hoc lucrum, ſeu quæſtus, & contingere poteſt, quod in affictu Prædii magni Clericus poſſit perdere, & non lucrari, ita ut exinde nec etiam reportet, quod ſufficiat ad indigentiam, & ſubſtentationem ſuam, & ſuæ Familiæ, & conſequenter hæc circumſtantia conductionis Prædii magni ſine aliis circumſtantiis Mihi ad rem iſtam concludere non videtur; Unde judicatum Mihi viſum fuit inſubſiſtens argentibus præſertim aliis rationibus ſupra deductis.

BARCHINONEN. JURIUM

Parochialium,

ARGUMENTUM.

Familiares, & inſervientes Monaſterio Monialium viventes in ejus Atrio, an ſint exempti ab exercitio Jurium Parochialium, & electio Conſervatoris quando dicatur illegitime facta per Moniales.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Inſervientes Monaſterio, ut ſint exempti probare debent requiſita Concilii, & qualia hæc ſint num.* 3.
4 *Inſervientes tam Monaſterio, quam aliis non dicuntur habere unum ex requiſitis Concilii.*
5 *Quales intelligantur vivere intra ſepta Monaſterii.*
6 *Et quando intelligantur Inſervientes vivere ſub obedientia Regularium, & quando non, & num.* 7.
8 *Habitantes in Cortili Monaſterii Monialium non gaudent exemptione.*
9 *Præſertim accedente obſervantia favore Parochi.*
10 *In Concurſu prævalet poſſeſſio ejus, qui habet aſſiſtentiam Juris.*
11 *Cadaver eſt exhumandum ubi ſepultum fuit extra Eccleſiam Parochialem, ubi erat tumulandum, & quidem cum reſtitutione funeralium.*
12 *Perſonæ Sæculares non poſſunt tumulari, & eligere Sepulturam in Eccleſiis Monialium.*
13 *Electio Conſervatoris, ut ſit legitima quales conditiones habere debeat.*
14 *Conditiones iſtæ requiruntur tempore deputationis, nec attenditur ſi ſuperveniant.*
15 *Conſervator non exhibitis intra Menſem Patentibus per Acta Ordinarii nulliter agit.*
16 *Cauſa incepta, coram Ordinario non poteſt avocari per Conſervatorem.*
17 *Conſervator non poteſt ſe ingerere in Cauſis involventibus cognitionem, & telam Judiciariam.*
18 *Et quam Juriſdictionem habeat.*
19 *Ordinarius an poſſit excommunicari per Conſervatorem.*
20 *Conſervator turbando Juriſdictionem Ordinarii poteſt ab eo excommunicari non obſtantibus privilegiis, & n.* 21.

DISCEPTATIO LXXXI.

INtra limites Parochiæ S. Mariæ de Mari Civitatis Barchinonæ ſitum eſt Monaſterium Monialium SS. Antonii, & Claræ Ordinis S. Benedicti, quod ultra ſuum Recintum, Clauſtrum, ſeu Clauſuram, habet etiam quoddam extrinſecum Atrium, ſeu Cortile, in quo præter alias ſitæ ſunt quatuor Domus, habentes januas in Cortile prædicto, quarum primam inhabitat Hebdomadarius, ſeu Cappellanus Monialium cum ſuis fratre, ſorore, & famulis, alteram Spenditrix, quam Nos vulgo dicimus *Fattora* cum ſuo Viro, filiis, & familia; tertiam Olitor cum Uxore, filiis, & famulis; quartam vero Piſtor cum Uxore pariter filiis, famulis, & Miniſtris, qui inibi Furnum retinet, Panemque coquit tum Monialium, tum cæterorum quorumcunque Exterorum.

Occaſione, qua de menſe Februarii anno 1711. infirmatus eſt Piſtor, auſus fuit Cappellanus Monialium irrequiſito Parocho, eidem Sanctiſſimum Euchariſtiæ & Extremæ Unctionis præbere Sacramentum, ac inſuper

ſuper eo defuncto, præſumpſit illius Cadaver ab eadem Domo levare, ac proceſſionaliter ad eandem Eccleſiam Monialium aſportari facere, aſſociare, ibique Funera explere, ac tandem Eccleſiaſticæ Sepulturæ in ea tradere.

Vicarius Generalis Barchinonen. ad inſtantiam Parochi mandavit Cadaver exhumari, & ad prædictam Domum reportari, ut inde Parocho aſſociante Eccleſiaſtica Sepultura traderetur in Eccleſia per defunctum electa; exhumatum fuit Cadaver, reportatum ad Domum ſuam, & ſubinde delatum Parocho aſſociante ad Januas Eccleſiæ Monaſterii, ubi electa extiterat Sepultura, & recuſante ejus receptionem Cappellano Monialium de ordine Vicarii illud in Eccleſia Parochiali loco depoſiti humatum eſt.

Hinc cum Parochus inſtaret, coram Vicario pro deciſione hujus Cauſæ, Moniales ut ejus Judicium evitarent, deputarunt Priorem certæ Collegiatæ in Conſervatorem, qui ſtatim præcepit Vicario Generali, ut retractatis ab eo geſtis Cadaver ad Eccleſiam Monialium reportari mandaret comminatis Cenſuris in caſu inobedientiæ, per contrarium vero Vicarius caſſatis hujuſmodi actibus per Conſervatorem geſtis illi mandavit, ut ſuam monitionem ſub eadem Cenſurarum pœna revocaret.

Placuit utrique Parti adire ad S. Congregationem Concilii, cui propoſita fuerunt Dubia, de quibus infra ad effectum decidendi.

Primo: *An Hebdomadarius Clericus, Piſtor, Olitor, & Spenditrix, habitantes in Cortili Monaſterii SS. Antonii, & Claræ Ordinis S. Benedicti habeant requiſita Concilii.*

Secundo: *An iidem ſint exempti ab exercitio Jurium Parochialium Parochi Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Mari.*

Tertio: *An exhumatio Cadaveris Franciſci Rocca ab Eccleſia dictarum Monialium ſubſtineatur, & reſtituenda ſint emolumenta, ſeu potius d. Cadaver ſit reſtituendum Eccleſiæ Monialium.*

Quarto. *An Electio Conſervatoris facta in caſu quo agitur, fuerit legitime expleta.*

Quinto: *An, & qua relaxatio, ſeu comminatio Cenſurarum ſubſtineatur.*

Scribens Ego favore Parochi, illique Adhærentium dicebam quoad primum Dubium eſſe negative reſpondendum.

Etenim Hebdomadarius, Piſtor, & alii Habitantes in Cortili Monaſterii cum ſubjaceant Parochiæ
2 Sanctæ Mariæ de Mari, intra cujus limites eorum
domus exiſtunt, ſi prætendunt ſe exemptos ſub prætextu, quod ſint addicti, & inſervientes Monaſterio, tenentur Moniales hanc exemptionem ſuo favori attrogantes concludenter oſtendere, quod prædicti Inſervientes habeant requiſita Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *de reformat.* cum iſta tanquam quid facti non præſumantur, ut in ſpecie probat Marius Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 5. *& ſeqq.* Bertacchin. *vot. deciſ.* 141. *n.* 20. Rot. *in Toletana juriſdictionis* 10. *Januarii* 1689. §. *Et quoad primum coram bon. mem. Molines.*

3 Hæc autem requiſita conſiſtunt in tribus, quod
nempe prædicti Piſtor, Olitor, & alii actualiter inſerviant Monaſterio, reſideant intra ejus Clauſtra, & ſimul vivant ſub immediata obedientia Regularium, ut proſequitur Antonin. *dict. reſolut.* 18. *n.* 21. Cardin. de Luc. *de juriſdict. diſc.* 4. *n.* 7. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 70. *nu.* 42. *&* 43. *part.* 13. *rec.* Bertacchin. *d. vot.* 141. *n.* 20. *& in Brixinen. juriſdict.* 5. *Julii* 1688. §. *Cæterum, cor. clar. me. Card. Caprara.*

4 Nullum autem ex his requiſitis in præſenti con-
currit, prout copulative concurrere debent, non quidem primum, quia Piſtor, necnon Olitor nequaquam ſervitium præſtant ſoli Monaſterio, ſed ad publicum, & communem Populi utilitatem omnibus aliis Exteris inſerviunt, & ſignanter Piſtor univerſæ Civitati coquit Panem, in quibus terminis dici non poſſunt Perſonæ ſpecialiter inſervientes Monaſterio, ex quo communiter etiam aliis inſerviunt, ut probant Bordon. *Oper. Moral. tom.* 2. *reſol.* 51. *n.* 126. Pellizzar. *in manual. regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 4. *ſubſect.* 2. *ſub n.* 146. Pignatell. *conſult. Canon. tom.* 2. *conſultat.* 23. *n.* 2.

Deficit clarius alterum requiſitum, quod vivant
intra ſepta, hoc enim intelligitur quando manent 5
intra Clauſuram, nec ſufficit habitatio extra illam in domibus Monaſterio adjacentibus, ut per Gloſſ. *in Clement.* 1. §. 1. *in verb. ſepta de ſtat. Monachor.* communiter probant Mar. Antonin. *dict. reſolut.* 18. *num.* 4. *verſ. & dum replicaretur* Pignatell. *tom.* 2. *conſult.* 21. *n.* 17. Paſſerin. *de ſtat. homin. quæſt.* 189. *art.* 8. *num.* 492. Card. de Luc. *de regul. diſc.* 1. *ſub numer.* 31. *& de juriſdict. diſc.* 4. *n.* 9. Bertacchin. *vot. deciſ.* 141. *n.* 20. ubi in terminis de Colonis, Furnariis, aliiſque familiaribus Monaſterii exiſtentibus extra Clauſtra firmavit non intrare exemptionem ex defectu requiſitorum Concilii.

Deficit tandem tertium requiſitum, ex quo neque Hebdomadarius, neque Piſtor, Olitor, & Spenditrix vixerunt unquam, aut vivunt ſub obedientia
Regulari, quæ intelligitur ubi tales inſervientes Col- 6
legialiter convivunt cum Superiore Regulari, & ſub ejus oculis in uno loco Card. de Luc. *de juriſdict. d. diſc* 4. *ſub n.* 9. *& diſc.* 101. *ſub n.* 10. *& de regul. diſc.* 1. *n.* 31. Rot. *in d. Toletana juriſdictionis* 10. *Jan.* 1689. §. *fin. cor. bo. me. Molines.*

Et tamen Hebdomadarius, Piſtor, & alii prædicti tantum abeſt, quod vivant ſub obedientia regulari, & veluti Clauſtrales, ut potius vivant more populari adinſtar cæterorum Laicorum habitando in ſuis domibus cum Uxoribus, & familia, & haben-
do liberum ingreſſum, & egreſſum ſine ullo fræno 7
Clauſtralitatis, ex qua ſola circumſtantia hujuſmodi Perſonas carere requiſitis Concilii firmavit Card. de Luc. *de regul. diſc.* 1. *n.* 31. ibi: *Secus autem ubi extra ſepta cum Uxoribus, & familia more Populi, quamvis in aliquo adjacenti ejuſdem Monaſterii, vel domus regularis ambitu, ſeu recintu vivant, & de juriſdict. diſc.* 4. *ſub n.* 9. *& ſeqq.* Pignatell. *dict. conſult.* 21. 22. *&* 23. *per totas tom.* 2. Rot. *in dicta Toletana juriſdictionis* 10. *Januarii* 1689. §. *fin.* ibi: *Tandem quoad Colonos, Factores, & Affictuarios Domini putarunt hos gaudere exemptione ſi habitent, & convivant in domibus Religionis quaſi collegialiter, & ad inſtar Clauſtri, & ſub oculis Superioris ibi præſentis, qui eos videat, & corrigat, ſecus ſi habitent in ipſorum propriis domibus, ſeu ruralibus Religionis more cæterorum Laicorum.*

Ex his autem oritur reſolutio ſecundi dubii, quod nempe prædicti Inſervientes non ſint exempti ab exercitio Jurium Parochialium Parochiæ, intra cujus limites exiſtunt, ut clare probant Doctrinæ ha-
ctenus relatæ, & ſignanter, Card. de Luca ubi ſu- 8
pra, & Bertacchin. *dict. vot.* 141. *num.* 20. & ſæpius reſolvit Sacra Congregatio ſignanter *in Faventina Juriſdictionis* 17. *Septembris* 1667. apud Pignatell. *dict. conſultat.* 23. *num.* 4. *in fine, & in terminis terminantibus reſolvit in Lauden. Jurium Parochialium ſub die* 14. *Aprilis* 1685. ubi cenſuit hujuſmodi Miniſtrus habitantes intra cortile Monaſterii Monialium non gaudere exemptione, & eſſe tumulandos, & ſacramentandos per Parochianum, & in eiſdem terminis habitantium in Atrio Monaſterii fuit ab eadem Congregatione reſolutum in *Spoletana Jurium Parochialium* 19. *Aprilis* 1692. & conferunt tradita apud P. Mattheucc. *Official. Cur. & regul. cap.* 29. *numer.* 19.

Doctrinis adeo claris accedit obſervantia, quæ omnem tollit difficultatem non ſolum quia iſti Inſervientes, & Habitantes in Atrio Monaſterii communiter reputati ſemper fuerunt pro Parochianis, & ſubjectis Parochiæ, ſed etiam quia Parochus benedixit domos in Atrio Monaſterii exiſtentes in Sabbato
Sancto, eoſdem Inſervientes deſcripſit in libro Ani- 9
marum, ſacramentavit in Paſchate, & in infirmitate, eoſdemque Defunctos in propria Eccleſia tumulavit, vel in caſu electionis Sepulturæ in alia Eccleſia uti proprius Parochus aſſociavit, qui ſane actus non ſolum inſerviunt pro obſervantia interpretativa, ad effectum excludendi prætenſam exemptionem, ut firmavit Rot. *dec.* 226. *num.* 1. *dec.* 233. *num.* 3. *&*

dec. 258. n. 1. *part.* 1. *recent.* & *dec.* 402. *n.* 12. *part.* 5. & *dec.* 185. *n.* 11. *par.* 19.

Verum etiamſi qui actus in contrarium adeſſent favore Monaſterii remanerent omnino inutiles, ſive tanquam clandeſtini, ex defectu ſcientiæ, & pati-
10 entiæ Parochi, ſive etiam, quia ſtante aſſiſtentia Juris, quæ militat favore Parochi poſſeſſio Eccleſiæ Parochialis prævalet alteri cuicunque poſſeſſioni, Rot. *dec.* 1135. *n.* 4. *coram Seraphin. coram Coccin. deciſ.* 1089. *num.* 20. & 21. *coram Bichio dec.* 48. *num.* 13 & *in recent. dec.* 282. *n.* 12. *par.* 16. & *in Civitatis Plebis Jurium Parochialium ſuper manutentione* 3. *Julii* 1705. §. *Nihil obſtante*, *coram bon. mem. Molines*, & *in Caſſanen. Jurium Parochialium* 6. *Jun.* 1707. §. *Praterea*, *coram bon. mem. Caſſarello*, & *in Brixinen. Juriſdictionis* 5. *Julii* 1688. §. *Et fruſtra*, *cor. bon. mem. Card. Caprara*.

In conſequentiam venit exhumationem Cadaveris ab Eccleſia Monialium ſuſtineri, & eſſe locum reſtitutioni emolumentorum funeralium, cum enim Franciſcus Rocca eſſet ſubjectus Parochiæ tanquam Piſtor,
11 qui non ſolum inſerviebat Monaſterio, ſed etiam omnibus de Civitate nullum habens requiſitum Concilii, inde ſequitur ejus Cadaver non potuiſſe tumulari in Eccleſia Monialium, & propterea exhumandum, & reſtituendum venit ſuæ Eccleſiæ Parochiali non cum reſtitutione funeralium, *juxta Text. litteralem in cap. cum liberum de ſepultur.* ibi: *Mandamus quatenus ſi ita eſſe inveneritis præfatos Monachos compellatis, ut oſſa præfata Mulieris, & beneficia quæ occaſione Sepulturæ ipſius recepiſſe noſcuntur memoratis fratribus cum integritate reſtituant*, *ubi gloſſ. in verbo beneficia explicat* ibi: *Oblationes, & quidquid propter hoc perceperunt*. *Et in cap. ex parte* ibi: *compellas, ut memoratis Canonicis prædicti Parochiani corpus reſtituant. Et in cap. in noſtra de Sepultur.* ibi: *Univerſa, quæ ipſius intuitu receperunt Priori reſtituant memorato. Et reſolvit S. Congregatio Concilii in Lunen. Sarzanen. reſtitutionis Cadaveris* 28. *Novembris* 1711.

Tanto magis licita, & debita fuit exhumatio, quia in Eccleſiis Monialium Perſonæ Sæculares non poſſunt tumulari minuſque eligere Sepulturam, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium, ut ex
12 Decretis Sacræ Congregationis apud Nicol. *in floſc. in verbo Sepultura n.* 9. Pignatell. *conſult.* 177. *per tot. tom.* 4. Monacell. *in formul. par.* 1. *tit.* 11. *formul.* 13. *num.* 5. *allegans ita noviſſime deciſum in Vercellen.* 18. *Maii* 1696. *referente Eminentiſſimo D. Card. Pamphilio*, & *plene Eminentiſſimus D. meus Card. Petra ad Conſtit. Apoſt. tom.* 2. *ad Conſtit.* 3. *Cæleſtini III. ſect.* 1. *n.* 29. *pag.* 189.

Ad quartum Dubium reſpondendum eſt Electionem Conſervatoris non fuiſſe legitime expletam tanquam factam contra Conſtitutionem Gregorii Decimiquinti, §. 2. ibi enim expreſſe ſtatuitur, quod Perſona in
13 Conſervatorem eligenda non ſolum eſſe debeat qualificata, ſeu conſtituta in Dignitate Eccleſiaſtica, ſed etiam habere qualitatem Judicis in Synodo Diœceſana deputari, ut firmant in ſpecie, Pellizzar. *in manual. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8. *ſect.* 4. *n.* 88. P. Mattheuc. *in Official. Cur. reg. cap.* 11. *num.* 2. ubi addit ex Conſtitutione Innocentii Decimi, fuiſſe prohibitum eligere Conſervatores præter formam ſtatutam in Conſtitutione Gregoriana, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, Pignatell. *conſult.* 162. *numer.* 3. *tom.* 4. Novar. *in ſumm. Bullar. part.* 1. *comment.* 47. *num.* 2. ubi quod aliter facta Electio Conſervatoris eſt irrita, & nulla, & num. 6. addit id procedere etiam-
14 ſi qualitates ſuperveniant poſt factam Electionem in Conſervatorem.

Nec ſolum ex hoc capite illegitime expleta fuit Electio Conſervatoris, ſed etiam ex alio reſultante ob omiſſam alteram formam Conſtitutionis Gregorianæ ordinantis, quod a die deputationis Conſervatores documentum ſuæ Electionis intra menſem penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur ſub pœna nullitatis, ut tradunt Pellizzar. *in manual. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8. *ſect.* 4. *num* 86. Mattheucc. in *Official. Curia regul. cap.* 11. *numer.* 9. Peyrin. *tom.* 2. *ad Conſtit.* 5. *Gregorii XV.* §. 5. *numer.* 31.

Hinc deſcendendo ad quintum, & ultimum dubium reſpondendum eſſe dicebam ſuſtineri cenſuras la- 15
tas, ſeu comminatas per Vicarium Generalem, non autem illas latas, ſeu comminatas per Conſervatorem, iſte enim nullam habere potuit juriſdictionem propter ſuam Conſervatoriam, quæ fuit nulla ex deductis in dubio antecedenti, & maxime quia cum non exhibuerit Conſervator intra menſem per acta Ordinarii litteras patentes ſuæ Conſervatoriæ quidquid fecit, fuit ipſo Jure nullum, & per contrarium fuit validus proceſſus Ordinarii attenta Conſtitutione Gregoriana ubi ſupra, quæ non exhibitis litteris Conſervatoriæ per acta Ordinarii, diſponit Regulares eſſe conveniendos, coram Ordinario, & interim geſta per Conſervatorem eſſe omnino invalida, & nulla, ut optime advertit Mattheucc. *in official. Cur. regul. cap.* 11. n. 9. ubi refert ita declaratum per Sacr. Congregationem ſub Innocentio Decimo deputatam, Ventrigl. *in praxi part.* 1. *annotat.* 27. §. *Unico num.* 1. & 2. & 7. Novar. *in Lucern. Regular. in verbo Conſervatores numer.* 10. Campanil. *in diverſ. Jur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *ſub numer.* 27. Barboſ. *in Summ. Apoſtol. deciſ. collect.* 216. *numer.* 18. Pignatell. *tom.* 8. *conſultat.* 33. *num.* 11. eoque magis quia cauſa erat in- 16
cœpta, coram Ordinario, quæ non potuit per Conſervatorem avocari, aut in illa ſe ingerere, Ricc. *deciſ.* 191. *par.* 3. Donat. *in prax. tom.* 1. *tract.* 17. *de Conſerv. quæſt.* 17. *num.* 1. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 106. *num.* 53.

Ulterius nullæ fuerunt cenſuræ comminatæ per Conſervatorem, dum cauſa hæc involvebat cognitionem judiciariam, in qua Conſervator manus appo-
nere non poterat, dum Conſervatores ſunt deputati 17
pro manifeſtis injuriis, quæ inferri poſſent Regularibus, non autem pro cauſis judiciariis, qualis erat iſta reſpiciens articulum juriſdictionalem, & per viam Juris in Foro contentioſo decidenda, ut communiter tradunt Ventrigl. *in prax. par.* 1. *annot.* 27. *n.* 28. Lezzan. *in ſumm quæſt. regul. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 10 *num.* 62. & 63. *in fine*, Pignatell. *conſult.* 165. *n.* 4. *tom.* 3. *conſult.* 1. *num.* 2. & 6. & *tom.* 8. *conſult.* 33. *per tot.* ubi refert ita deciſum per Sac. Congregationem 14. Martii 1657.

Ideoque excuſari non valet exceſſus hujuſmodi Conſervatoris, qui appoſuit manus in hac cauſa ſolam judiciariam habente cum diſcuſſione puncti juriſdictionalis, quando Officium Conſervatoris habet
valde curtas habenas, veluti reſtrictas ad ſe interpo- 18
nendum in ſolis cauſis alicujus manifeſtæ injuriæ de facto per modum extrajudicialem, & magis de facto, quam more juridico, & judiciali, ut plene ſcripſerunt Fagnan. *in cap. Si Clericus n.* 23. *de foro competent.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 106. *num.* 53. *in fine*, & *in ſumm. Apoſt. deciſ. collect.* 206. *num.* 10. a Spirit. Sanct. *in direct. regul. tom.* 2. *diſput.* 1. *ſect.* 4. *n.* 211. & *ſeqq. verſ. tertio*, Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. ubi ſupra num. 5. Card. de Luc. *in Miſcell. Eccleſ. diſc.* 1. *num* 67. ubi quod hujuſmodi Conſervatores male opinantes ſe habere amplam Juriſdictionem ſunt nimium faciles ad excommunicandos Vicarios Epiſcoporum, & quod male faciunt eo quia eorum poteſtas eſt reſtricta ad manifeſtas injurias, ſeu violentias, & declaravit etiam ſan. memor. Innocentius Decimus in ſua Conſtitutione 14. Maji 1641. quam refert Pignatell. *conſult.* 1. *numer.* 5. *verſ. ex mente tom.* 3. P. Mattheucc. *in Official. Cur. regul. cap.* 11. *num.* 13.

Facilius hæc omnia in majorem nullitatem geſtorum a Conſervatore conſpirant reflectendo, quod
comminatus eſt cenſuras antequam fuiſſet deputatus 19
in Conſervatorem, & ſic proceſſit antequam haberet titulum procedendi, ultra quod auſus eſt fulminare cenſuras contra ipſummet Ordinarium, qui tamen excommunicari non poteſt, etiam in caſu manifeſtæ violentiæ, ſed erat procedendum ad petitionem, & deputationem Arbitrorum, ut decernitur in Conſtitutione Gregoriana §. 7. & tradunt Pellizzar. *in manual. tom.* 2 *tract.* 8. *cap.* 8. *ſect.* 4. *num.* 136. Novar.

in

Digitized by Google

in ſumm. Bullar. *part.*1. *comment.*47. *n.*21. Pignatell. *conſultat.* 165. *n.* 6. & 7. *tom.* 1. Card. de Luc. *in miſcell. Eccleſ. diſc.* 1. *n.*67.

Firmata nullitate cenſurarum Conſervatoris, conſequens eſſe dicebam, quod ſubſtineantur illæ latæ ab Ordinario contra Conſervatorem; Cum enim iſte non eſſet Conſervator legitime electus juxta formam præſcriptam in Conſtitutione Gregoriana, & ideo proceſſerit tanquam privatus, & maxime non habendo Juriſdictionem in hac Cauſa, utique ſe ingerendo, & turbando Juriſdictionem Eccleſiaſticam
20 Ordinarii, dicitur incurſus in cenſuras Bullæ in Cœna Domini, & potuit ab Ordinario per cenſuras compeſci, ut in individuo contra hujuſmodi Conſervatores firmarunt Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annotatione* 27. §. *Unico num.* 10. Theſaur. *in prax. Eccleſ. part.* 2. *in verbo Conſervatores cap.* 1. *verſ. ultimo* Peyrin. *to.* 2. *in addit. ad Conſtitut.* Gregorii XV. *cap.*7. *n.*16. Pignatell. *conſultat.*24. *n.*8. *verſ. ita quidem tom.*2. non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, quæ habent Regulares tanquam revocatis in relata Con-
21 ſtitutione Gregoriana, Pignatell. *dict. conſult.* 1. *numer.* 4. 5. & *ſeqq. tom.* 3. & *conſultat.* 33. *num.* 22. *tom.* 8.

Ita ſcribebam in hac Cauſa, quâ plene examinata per Sacram Congregationem, prodiit ſub die 21. Januarii 1713. infraſcripta reſolutio, nempe ad primum *negative*, ad ſecundum *negative*, ad tertium *affirmative quoad primam partem*, & *negative quoad ſecundam*, ad quartum *negative*, ad quintum *ſubſtineri comminationem cenſurarum factam per Vicarium, non autem cenſuras latas a prætenſo Conſervatore, ſed non eſſe moleſtandos*, & *amplius.*

COLONIEN. CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

Primariæ preces quæ competunt Imperatori non ſpectant ad alios, nempe Epiſcopos, vel Archiepiſcopos in eorum Diœceſibus, & an eis competant ex conſuetudine ad Officia temporalia, quæ naturam beneficii non habent, nempe ad Canoniſſatus Mulierum, de quibus in *Cap. indemnitatibus de Elect. in* 6. & *in Clement. Attendentes de ſtat. Monach.*

SUMMARIUM.

1 *Ad obtinendam adjudicationem beneficii requiritur Canonicus Titulus.*
2 *Primariæ preces fuerunt ſublatæ per Concilium Tridentinum, exceptis illis Imperatoris.*
3 *Nominatus de mandato alterius dicitur nominatus a Mandante.*
4 *Doctori non creditur in his, quæ ſunt facti, amplia ut ibi.*
5 *Allegatio Tituli ex Conſuetudine excludit Titulum Mandati.*
6 *Ceſſio ex quibus excludatur.*
7 *Mandatum expirat morte Mandantis, & Mandatarii.*
8 *Primariæ preces Imperatoris referuntur per Speculatorem.*
9 *Sunt quædam prærogativæ perſonalis non tranſitoria ad Extraneos.*
10 *Quomodo delegari poſſit alteri jus primariarum precum.*
11 *Verba*, per Te, *ſunt perſonaliſſima.*
12 *Clauſula* quatenus, & *in* quantum *teneretur quid importet.*
13 *Primariæ preces non competunt aliis, quam Imperatori, & refertur Breve Apoſtolicum BENEDICTI XIII. Summi Pontificis Regnantis.*
14 *Prohibitio primariarum precum ex quo Concilii deſcendat.*
15 *Valet Conſuetudo, quod Epiſcopus creare poſſit novum Canonicum in Eccleſiis pro jucundo ejus adventu.*
16 *Item conſuetudo Eccleſiæ Salamantinæ circa duos Canonicos Expectantes.*
17 *Prohibitio primariarum precum an procedat in Officiis temporalibus, n.*18.
19 *Canoniſſæ non reputantur Perſonæ Eccleſiaſticæ, & de aliis reſpicientibus earum ſtatum, & Præbendas, n.* 20. 21. & 22.
23 *Collegia mixta Canonicorum, & Canoniſſarum ſunt reprobata per Sedem Apoſtolicam.*
24 *Preciſtæ datur terminus menſis ad acceptandum, & a quo tempore iſte currat.*
25 *Preciſta poteſt omiſſo primo, & aliis acceptare quodcunque vacaturum.*
26 *Primariæ preces qualia beneficia comprehendant, vel non.*
27 *Habilitas Preciſtæ, an requiratur tempore acceptationis, vel collationis.*

DISCEPTATIO LXXXII.

Dicebam non eſſe adjudicandom Canonicatum Joanni Paulo, quia nullum habet Canonicum 1
Titulum prout requiritur ad obtinendum adjudicationem Beneficii Lotter. *de re benef. lib.*2. *q.*18. *n.*63. & 64.

Fundat enim Titulum ſuum in nominatione de ſe facta per Sereniſſimum Electorem Colonien. vigore primariarum Precum ad primum vacaturum, qui ſane Titulus eſt omnino invalidus, quia hujuſmodi primariæ Preces tanquam gratiæ expectativæ fuerunt 2
penitus abrogatæ, & ſublatæ per *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.*19. *de reformat.* ubi derogatur Indultis conceſſis etiam Cardinalibus, Senatibus, & aliis ſingularibus Perſonis, adeout ſolas primarias Preces Imperatoris in tali derogatione non comprehendi reſolutum fuerit per Sacram Congregationem Concilii in una *Cameracen.* quam referunt per extenſum Fagnan. *in cap. Nulla n.*9. *de conceſſ. prabend.* & Cochier. *in tract. primar. Precum impreſſ. poſt ejus additiones ad Regul. Cancell. fol* 2. *a tergo*, & *generaliter*, Gonzal. *ad Regul.*8. §.1. *proœm. n.* 57. Lotter. *de re Beneſ. in apparat. n.*16. & *lib.*2. *q.*25. *n.*4. Rot. *cor. Penia dec* 244. *n.*2.

Neque adverſatur, quod Sereniſſimus Elector Colonien. gaudeat hac prærogativa primariarum Precum ea Ceſſione, & Mandato Cæſaris, ideoque no- 3
minatus ab eodem Electore, cenſeatur nominatus a Cæſare, ex regula, quod nominatus de mandato alterius cenſetur nominatus a Mandante, ut ait Cochier. *in Tract. primar. Precum ſect.*2. *in verb. quod ſi per te lit. A.*

Etenim ut objectum procedat, neceſſarium eſt probare, quod Elector Colonien. habeat Ceſſionem, & Mandatum Cæſaris, ad quem effectum exhiberi debet documentum hujus Ceſſionis, ſeu Mandati, neque enim in hac parte deferri poteſt Teſtimonio, 4
& aſſertioni ejuſdem Cochier. cum trita ſit Regula, quod Doctori non creditur circa ea, quæ ſunt facti juxta *deciſ.* Mohedan. 3. *de conſuetud.* ibi. *Doctori aſſerenti aliquid*, &c. *non credatur niſi vere, & legitime probetur, quia illud conſiſtit in facto, quod poteſt ignorari per alium Doctorem, cui non eſt data facultas aſſerendi ea quæ ſunt facti, ſed interpretandi jura, & nemini eſt credendum ſine Juramento*, & *cor. Coccin. dec.*123. *num.*27. & *dec.*1539. *num.*18. Mantic. *dec.*257 *num.*6. *verſ. Præterea*, Gregor. *dec.* 274. *n.* 4. & 5. & *in rec. dec.* 101. *n.* 14. *part.* 10. quod ampliatur, ut procedat etiamſi Doctor teſtetur circa factum in iis locis, in quibus ipſe verſatus eſt, Rot. *cor. Coccin. d. dec.*1539. *n.*18. Card. de Luc. *de Beneſ. diſc.*13. *n.* 9.

Quod revera Elector Colonien. non habeat tale Mandatum Cæſaris probatur ex duplici Capite, non 5
ſolum quia in primariis precibus Joanni Paulo conceſſis aſſeruit eas ſibi competere: *Ex laudabili, & hactenus obſervata conſuetudine:* qui Titulus conſuetudinis excludit Titulum Ceſſionis, & Mandati, Lotter. *de re Beneſic. libr.* 2. *quæſtion.* 46. *numer.*

31. Ve-

Digitized by Google

31. Vetall. *dec.*304. *num.*1. *part.*2, Gregor. *dec.* 467.
num. 7.

Sed etiam quia conſtat poſt aſſertionem Cochier
6 fuiſſe ſæpiſſime conceſſas primarias Preces ab Im-
peratore ad Canonicatus Eccleſiæ Colonien. ut *de-
ciſ.*976. *cor. Dunoz. Jun.* & *dec.*634. *cor. Cerr.* &
dec. 298. *part.* 14. *rec.* quod aperte demonſtrat Ele-
ctorem Colonien. non habere Ceſſionem Imperato-
ris circa primarias Preces.

Ultra quod Cochier facit mentionem de Man-
dato, quod habebat Elector Colonien. ab Impera-
tore ibi: *qui Nominatus de Mandato alterius cen-
ſetur nominatus a Mandante*: unde loquitur de
Mandato particulari, quod fortaſſe habere potuerat
7 Elector tunc temporis a Cæſare, & conſequenter
hujuſmodi Mandatum morte Mandantis, & Manda-
tarii extinctum remanſit, niſi probetur illud fuiſſe
datum perpetuo omnibus pro tempore Electoribus
Colonienſibus, *Clement. ultim. de Procurat.* Patiſ.
*de Reſignat. libr.*9. *queſt.*24. *num.*1. & 2. & *q.* 28.
num. 4. Rot. *coram Coccin. deciſ.* 700. *n.* 2. & *dec.*
770. *num.* 5.

Præterea etiamſi oſtenderetur Mandatum, ſeu
Ceſſio perpetua, non credo quod ſuffragari vale-
ret, quoniam jus iſtud primariatum Precum eſt
prærogativa competens ex mera indulgentia Sedis
8 Apoſtolicæ Dignitati Imperatoris ad gratificandum
eidem, de quibus precibus facit mentionem *Specu-
lat. in ſpecul. titul. de præbend. & dignitat. §. Re-
ſtat n.*8. *ibique* Joann. Andr. *in verb. fuit*, Gratian.
*diſcept.*478. *n.* 14. & *ſeqq.*

Et proinde cum ſit quædam prærogativa perſo-
9 nalis Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 75. *num.* 19,
non poteſt cedi favore Inferioris, ne quod datum
fuit ex affectu, & gratitudine erga Cæſarem ad Ex-
traneos tranſeat, ut docet *Text. in l. Pater filiæ.
ff. de Servit. legat.* ibi: *Ne quod affectu filiæ datum
eſt, ad exteros ejus heredes tranſire videatur*: *l. Si
Mulier, §. Si ex aſſe ff. de Vir. dot. lato* Olea *de
ceſſ. Jur. tit.*3. *q.* 1. *n.* 2.

Nihil obſtante, quod vices ſuas poſſit Imperator
alteri delegare, quia procedit quando daret Man-
datum primariarum Precum pro certa Perſona ex-
preſſa, in quibus terminis intelligi debet Cochier,
10 ſecus quando transfert Jus nominandi Perſonam in
genere eligendam per Ceſſionarium, hoc enim ca-
ſu totus favor eſt in Nominante, qui poteſt Perſo-
nam ſibi bene viſam nominare, & nihil favoris
remanet in Imperatore, qui propterea hoc Jus dele-
gare non poteſt juxta *Text. in cap. Is cui de Offic.
Delegat. in* 6. qui ita diſtinguit Sanchez *de Matr.
lib.*3. *diſp.*7. *n.*18.

Fortius quia in Indulto primariarum Precum
conceſſo Imperatori, & impreſſo apud Cochier *ubi
ſupra* adeſt Clauſula nominandi cum illis verbis *per*
11 *Te* quæ ſunt perſonaliſſima, & ſolum favorem Per-
ſonæ important, ut tradunt Canoniſtæ *in cap. fin.
§.* 1. *de Offic. Delegat. ubi* Barboſ. *num.*8. Cavalcan.
*dec.*46. *n.*384. *part.*1. Ricc. *dec. Cur. Archiepiſcopal.
part.* 1. *dec.*88. *n.*5.

Quibus omnibus non obſtat, quod Capitulum
admiſerit nominationem Sereniſſimi Electoris fa-
ctam vigore primariatum Precum, quia admiſſio
12 facta fuit conditionaliter: *Quatenus, & in quantum
teneretur*: quæ Clauſula operatur, ut non dicatur
admiſſa talis nominatio, quatenus de Jure admit-
tenda non eſſet Rot. *cor. Gregor. deciſ.* 417. ibique
Addeo. *num.*12. & Me ſcribente *in Lauden. Cano-
nicatus* 3. *Martii* 1697. *§. Eoque certius, cor. bon.
mem. Tremoville.*

Ita ex prædictis, quæ Ego deducebam in hac
Cauſa in Tribunali Sac. Rotæ, judicatum fuit jux-
ta *Deciſionem* editam *die* 21. *Junii* 1704. *cor. bon.
mem. Molines*, & quod primariæ Preces Imperatori
competentes, non competant aliis, nempe Archie-
13 piſcopis, & Epiſcopis Germaniæ deciſum fuit ſuc-
ceſſive in *Treviren. Canonicatus* 6. *Martii* 1716.
coram Reverendiſs. Criſpo, & Summus Pontifex fe-
liciter Regnans BENEDICTUS XIII. audito, quod
Sereniſſimus Elector, & Epiſcopus Colonien. conce-
deret primarias Preces ad Canonicatus, Præben-
das, aliaque Sacerdotia, mandavit Capitulo, &
Canonicis Collegiatarum Civitatis, & Archidiœceſ-
ſis Colonien. ut Preciſtas nullatenus admitterent
juxta Breve Apoſtolicum editum ſub data 28. Julii
1724. quæ prohibitio deſcendit ex cenſura Conci- 14
lii Lateranen. in *capit. nulla de conceſſ. præben.* ac
etiam Concilii Baſilien. Teſte Rebuff. *in prax. Be-
nefic. tit. de ſpectation. num.* 10. & demum *Sacr.
Concil. Trid.* quod abrogavit hujuſmodi expectati-
vas, & gratias ad vacatura *ſeſſ.*24. *capit.* 19. *de re-
format.* juxta cujus diſpoſitionem, neque etiam eri-
gi poſſunt in Eccleſiis Collegialibus Canonici ſu-
pranumerarii cum expectativa ad futuram Præben-
dam, ut apud Barboſ. *ad Concil. ubi proxime n.* 2.
Gonzal. *ad regul.*8. *§.*1. *proœmial. n.*63. & *ſeqq.*

Valida autem eſt conſuetudo, quod Epiſcopus
pro jucundo ejus adventu poſſit creare novum Ca-
nonicum in qualibet Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, cui 15
ſtatim provideatur de portione Rot. *deciſ.* 12. *de
conſuetud. in antiq.* & apud Me *diſcep.* 17. *num.* 76.
tom. 1. prout etiam Concilium Tridentinum *ubi ſu-
pra* circa expectativas non comprehendit conſue-
tudinem immemorabilem ante, & poſt Concilium 16
obſervatam, & a Pio IV. confirmatam circa duos
Canonicos in Eccleſia Salamantina, qui ſunt ex-
pectantes ad Præbendam vacaturam, ut deciſum
refert Garz. relatus apud Barboſ. *ad Concil. ubi ſu-
pra num.*3.

Hæc prohibitio reſpicit primarias Preces ad Ca-
nonicatus, Beneficia, & Præbendas, ac etiam Of- 17
ficia Eccleſiaſtica, quæ vere, & proprie Beneficio-
rum naturam habent, ſecus autem ubi agitur de
Officiis temporalibus; In his enim non militat Cen-
ſura Concilii Lateranen. *in cap. Nulla de conceſſ.
præbend.* uti ibidem limitat Barboſ. *num.* 5. Gratian.
*diſcept.*818. *n.*38. Melchior. Phæbus *dec. Luſitan.* 2.
*n.*9. & 10. Mandoſ. *in Regul.*21. *de Impetr. Benefic.
viven. q.*7. *num.*2. & 3. etiamſi agatur de Officiis
mixtis, nempe partim temporalibus, & partim ha-
bentibus aliquid ſpiritualitatis, ut proſequitur Man-
doſ. ubi proxime *num.* 3. *verſic. Tertius*, & *verſic.
Concludo*, & ſic prohibitioni huic ſubjectæ non vi-
dentur primariæ Preces, ſi acquiſitæ fuerint ex uſu,
& conſuetudine legitima, juxta quam Archiepiſco-
pi, & Epiſcopi pro ipſorum jucundo introitu ad
Epiſcopatum habeant Jus primariatum Precum ad
Officia exiſtentia in ſuis Diœceſibus, quando ta-
men non reſpiciunt vacationem per obitum certæ, 18
determinatæque Perſonæ, ubi militaret Votum Ca-
prandæ Mortis, ſed reſpiciunt vacationem per obi-
tum incertæ Perſonæ, puta ad primum Vacaturum
Officium in Collegio, vel Senatu, ſeu alia Adu-
nantia, in quibus terminis ceſſat Votum Captan-
dæ mortis conſiſtens in ſubjecto Perſonæ Particu-
laris, ut firmant Fontanell. *deciſ.*213. *num.* 12. Ma-
ſtril. *de Magiſtrat. lib.*1. *cap.*25. *num.*25. Solorzan.
de Jur. Indiar. tom. 2. *lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 29. Rocc.
*diſput. Jur. cap.*90. *n.*5. & *ſeqq.* Bottilier. *de Succeſſ.
theorem.*44. *n.*10.

Quo ſtante irritat quæſtio, quæ Mihi alias pro-
poſita fuit ad decidendum in ſenſu veritatis, an va-
leat conſuetudo, juxta quam aliquis Epiſcopus Ger-
maniæ concedere ſolet primarias Preces ad primum
Canoniſſarum Vacaturum in Collegiis Mulierum,
quæ Canoniſſæ appellantur, de quibus in *Clement.* 19
Attendentes de Stat. Monach. & *in cap. Indemni-
tatibus de elect. in* 6. quæ Canoniſſæ non reputan-
tur Perſonæ Eccleſiaſticæ, ſeu Religioſæ, ſed haben-
tur uti mere Sæculares, & Laicales Tond. *q. benef.
part.*2. *cap.*3. *§.* 9. *n.* 45. Rot. *cor. Buratt. dec.* 840.
*n.*4. nec earum Canoniſſatus, & Præbendæ ſunt pro- 20
prie Beneficia Eccleſiaſtica, nec Beneficiorum appella-
tione continentur, ſed ſunt meræ præſtationes tem-
porales nil habentes Spiritualitatis, & paſſim vendi
poſſunt abſque vitio ſimoniæ Lotter. *de re Benefic.
lib.*1. *q.*19. *n.*15. Tondut. *ubi ſupra n.*47. Corrad. *in
prax. Benef. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 143. & *ſeqq.* & *apud* Me
de controv. Patron. alleg. 48. *n.* 17. nec Sedes Apoſto- 21
lica approbat, ſed tantum tolerat hujuſmodi Colle-

gia

gia Fœminarum, quæ quoties volunt, nubunt, & Matresfamilias efficiuntur, ut plene de his omnibus videre eſt apud Rot. *in Monaſterien. Canonic.* 29. *Novembris* 1688. §. *Rurſus cum ſeqq. cor. bo.me. Molines* a qua deciſione licet receſſum fuerit ſucceſſive ſub *die* 28. *Martii* 1689. *cor. eodem*; attamen receſſus, ſeu revocatio non emanavit quoad ſupradictas concluſiones reſpicientes ſtatum, & conditionem hujoſmodi Canoniſſarum, ſed ex alio diverſo Capite, dum prima deciſio declaraverat Litteras Reſignationis Canoniſſatus factæ in manibus Papæ per unam ex his Fœminis non ſubſtineri, nec eſſe exequendas ex defectu voluntatis Papæ, tanquam ipſe ſuppoſuiſſet conferre Beneficium Eccleſiaſticum, & collativum, & collationem ad ſe pertinere, quando non agebatur de Beneficio, & in ſecunda deciſione receſſum fuit ex motivo, quod Papa ſcienter admiſerat reſignationem, non tanquam de Beneficio Eccleſiaſtico, ſed tanquam de re Laicali habente aliquid Spiritualitatis in ſe annexum, habito nimirum reſpectu ad ſervitium, quod Canoniſſæ præſtare tenentur earum Eccleſiis, in quibus habent onus reſidendi, & recitandi divina Officia, & habitu etiam reſpectu ad Præbendas tanquam bona Deo dicata, ſcilicet pro Servitio Cultus divini, & donata Eccleſiis inferioribus, quæ uti filiæ ſubſunt Eccleſiæ Romanæ, & diſpoſitioni Papæ, qui eſt dominator in cunctis, adducendo exemplum reſignationis Hoſpitalis laici, quæ poteſt fieri in Manibus Papæ ad favorem alterius Laici, addito ſtylo, juxta quem Dataria conſuevit reſcribere in his Canoniſſatibus, juxta Corrad. *in prax. Benefic. lib.* 1. *cap.* 5.
22 n.143. *& ſeqq.* licet, ex quo ſtatus hujuſmodi Canoniſſatuum non eſt approbatus, illæ non gaudeant privilegio *Canon. ſi quis ſuadente*, neque Cancellaria det eis litteras contra ſuos injuriantes, ut teſtatur Bellamera *in cap. Dilecta ſub num.* 4. *verſ. Et per hoc de majorit. & obedient.* & quod prædicta fuerunt motiva ſecundæ deciſionis revocatoriæ præcedentis, patet ex lectura illius, ut dixi editæ 28. *Martii* 1689. §. *Edoctum, coram bon. mem. Molines*, ubi notandum quoque eſt, quod Collegia Mulierum,
23 *ſimplicia*, ſunt illa, quæ Sedes Apoſtolica non approbat, ſed tantum tolerat, ut in *dict. cap. Indemnitatibus de Elect. in* 6. *& Clement. Attendentes*, §. *Illas autem de ſtat. Monach.* alia vero Collegia, quæ ſunt *mixta*, nempe ubi exiſtunt maſculi, & fœminæ, ſcilicet Canonici, & Canoniſſæ, & vocari ſolent Collegia *utriuſque ſexus*, Sedes Apoſtolica non tolerat, ſed expreſſe reprobat *in Canon. perniciosſam* 18. q.2. Rot. *in dict. Monaſterien. Canonicatus* 28. *Martii* 1689. §. *Prout non efficit, coram bon. mem. Molines*. In hac autem materia qualis exigatur Conſuetudo, & an neceſſaria ſit Immemorabilis, aut Centenaria, vel potius ſufficiat Quadragenaria cum titulo colorato, Judex exiſtimabit.

Circa primarias preces breviter notandum eſt, quod datur Preciſtæ terminus unius menſis ad acce-
24 ptandum, qui menſis non computatur a die vacationis Canonicatus, ſed a die habitæ ejus notitiæ, Cochier. *de primar. precib. ſect.*4. *verſ. intra menſem* Piring. *in Jur. Can. tom.*3. *titul.*5. *numer.* 377. Rot. *coram Cavalier. deciſ.*614. *num.*4. 5. *&* 6. neque currit hic terminus Impedito, ſicut non currit Ignoranti, Vivian. *de Jurepatr. lib.*7. *cap.*2. *n.*7. *&* 11. & apud Me *diſcept.*4. *num.* 50. intra quem menſem Preciſta poteſt fieri capax beneficii per diſpenſationem, vel per acquiſitionem habilitatis, & requiſiti neceſſarii juxta regulas, de quibus Rot. poſt Vivian. *de Jurepatronat. deciſ.* 147. *num.* 19. *cum aliis apud* Me *de controv. Patron. allegat.*61. *n.*14. *& alleg.*85. *ſub n.*4.

Ulterius cum primariæ preces concedant Preciſtæ: *primum vacaturum, quod ipſe duxerit acceptandum*: idcirco poteſt ille omiſſo primo, ſecundo, &
25 aliis pro tempore vacatis, acceptare quodcunque aliud vacaturum, abſque eo quod dicatur ſibi præjudicaſſe, ſi primum, vel alterum non acceptavit, ob facultatem acceptandi quod voluerit, ſeu quod duxerit acceptandum juxta *Text. in c.*1. *& in c.ne captanda de conceſſ.præbend. in* 6. *gloſſ. in cap. Mandato, verſ. nota quoad beneficium, & in verb. ad illius de præb. in* 6. *ibique*, Barboſ. *num.*6. immo etiamſi Preciſta ſemel acceptaverit unum Beneficium, poteſt deinde variare acceptando aliud, ex quo primariæ preces dantur in forma mandati de providendo, quæ non recipiunt perfectionem, neque remanent conſumptæ, niſi poſtquam Executor devenit ad actualem collationem, ſeu poſſeſſionem, ut firmavit Rot. *cor. Cerr. deciſ.*634. *num.*5. *& ſeqq. & cor. Emerix Sen. dec.*3. *num.*4. *&* 5. *dec.*5. *num.*3. *& ſeqq.*

Hujuſmodi primariæ preces non comprehendunt
Beneficia de Jurepatronatus Laicorum, vel mixto, 26
ſed ſolum Beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, vel ex mero privilegio, conſuetudine, ſeu præſcriptione, Cochier. *de primar. precib. ſect.*2. *in verb. præſentationem*, Piring. *in Jus Canonic. libr.*3. *titul.*5. *ſect.*9. *num.*367. Reinffeſtuel. *libr.*3. *titul.*5. §. 20.
*numer.*583. an autem habilitas Preciſtæ requiratur 27
tempore acceptationis, vel collationis tangit Cochier. *de primar. precib. fol.*75. §. *Sed quid ſi precet*, qui per hæc verba reſolvit: *quid ſi tempore nominationis non erat in ætate ſufficienti, ſed tempore acceptationis, & collationis, erat, ſubſiſtet, nec ne collatio, &c. ſubſiſtet, ſi Lucio credimus in placitis Curiæ Pariſien. &c. quia in beneficialibus attenditur ſtatus præſens, & ſufficit, quod quis reperiatur habilis tempore collationis factæ*: qui Auctor ponit quæſitum tempore acceptationis, & Collationis, & poſtea firmat ſufficere, quod quis reperiatur habilis tempore Collationis factæ; Ego autem reflectendo ad naturam primariarum precum, quæ dantur in forma mandati de providendo, & quarum acceptatio non tribuit jus conſiderabile acceptanti, ut in *dec.*3. *num.*4. *&* 5. *dec.*5. *n.*3. *cor. Emerix Sen.* probabilius crederem non requiri habilitatem de tempore acceptationis, ubi Preciſta Jus non acquirit, nec gratiam conſumit, & poteſt pro libito variare, ſed ſatis eſſe, ut hæc interveniat tempore Collationis, Ventrigl. *in prax. part.*2. *annot.*6. §.1. *num.*8. *in fin.* Marant. *reſponſ.*85. *n.*26. *in fin. tom.*5. Rot. *in Illicien. benefic. coram Kaunitz, impreſſ. apud* Me *de controv. Patron. alleg.*100. *num.* 679.

OSCEN. DIGNITATIS.

ARGUMENTUM.

Quando non ſit incompatibilis in eadem Eccleſia retentio Dignitatis cum Canonicatu Lectorali ſimul & Pœnitentiario, attenta conſuetudine ipſius Eccleſiæ, & concordia per Summum Pontificem approbata.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Ex conſuetudine Hiſpaniarum in eadem Eccleſia retineri poteſt Dignitas cum Canonicatu etiam Theologali, & Lecturali, &* num.3.
4 *An hoc procedat ſi etiam Canonicatus eſſet Pœnitentiarius, & de diſtinctione ibi numer.* 5. *&* 6.
7 *Quando ex narratis Papa cenſeatur diſpenſaſſe ſuper incompatibilitate retinendi Canonicatum cum Dignitate.*
8 *Diſpenſatio poteſt deduci etiam ex neceſſario antecedenti, & n.*9.
10 *Quando non dicatur adeſſe incompatibilitas propter Curam Animarum.*
11 *Reſolutio Sacræ Congregationis.*

DISCE.

DISCEPTATIO LXXXIII.

IN Eccleſia Cathedrali Oſcen. adeſt certus numerus Canonicatuum, hoc eſt vigenarius, inter quos duo reperiuntur. Alter nuncupatus *de Taberna* nomine Theologalis deſtinatus Magiſtro in
1 Theologia, qui ſunt lectoralis, & ſimul Pœnitentiarius, & hujuſmodi Canonicus indiſtincte vocatur Theologalis, Lectoralis, & Pœnitentiarius, exercetque in Eccleſia publice munus legendi, vel Sacram Scripturam, vel Theologiam Moralem, & audiendi Confeſſiones.

Alter vero nuncupatur *dell'otto*, qui ſolum, & privative vocatur Pœnitentiarius, nec ullum aliud munus exercet, quam audiendi Confeſſiones, & ad illum non admittuntur, niſi conſtituti in ætate 40. annorum, ad differentiam prædicti Canonicatus Theologalis talem ætatem non requirentis.

Ultra Canonicatus adſunt in eadem Eccleſia plures Dignitates, quæ per Canonicos ejuſdem Eccleſiæ etiam cum ſuis Canonicatu, & Præbenda abſque diſpenſatione Apoſtolica ſunt ſolitæ obtineri; Cumque orta fuiſſet diſcordia inter Epiſcopum, & Capitulum ſuper Collatione hujuſmodi Dignitatum, quas Epiſcopus prætendebat poſſe libere conferre cui maluiſſet: Capitulum vero non niſi Canonicis de numero vigenario conferri poſſe contendebat, propter diſpoſitionem Statutorum Eccleſiæ; hinc proinde facta fuit concordia inter ipſos, in qua prævia conventione ſervandi Statuta Eccleſię in ſuo primævo robore ſtabilitum fuit, quod electio Præpoſiti, quæ ex una eſt Dignitatibus ſpectaret ad Capitulum, facienda uni ex Canonicis de numero vigenario ſecundum Statuta Eccleſiæ; Cæteræ autem ſex Dignitates, nempe Cantoria, & duo Archidiaconatus ſpectarent ad liberam Collationem Epiſcopi, hoc eſt, ut eas Canonicis ejuſdem Eccleſiæ conferre non teneatur, licet poſſit, ſi velit, Alios vero duos Archidiaconatus, & Cappellaniam majorem teneatur conferre uni ex Canonicis ejuſdem Eccleſiæ de numero vigenario, mediante aſſertiva, quod iſtæ Dignitates obtineri conſueverunt per Canonicos abſque diſpenſatione Apoſtolica, & cum expreſſa declaratione, quod ſi Epiſcopus Dignitates conferret alteri, quam uni ex Canonicis ſupradictis, in hoc caſu Proviſio, & Collatio ſit nulla, & Jus eligendi, & conferendi Archidiaconatus, & Cappellaniam majorem devolvatur ad Capitulum cum onere conferendi uni ex Canonicis de numero vigenario. Poſtea vero in eadem Concordia facta fuit mentio generalis Canonicatuum, ſed in ſpecie expreſſi fuerunt tres ex illis, nimirum Canonicatus de Terna, de Igriea, & Canonicatus Lectoralis, & inſimul Pœnitentiarius nuncupatus *de Tabernas*, quam Concordiam confirmavit ſan. mem. Innocentius X. cum omnibus ſupradictis conditionibus in ea contentis.

Cum autem de menſe Martii 1694. vacaſſet Dignitas Cappellaniæ majoris, in vim ſupradictæ Concordiæ collata fuit ab Epiſcopo uni ex Canonicis, videlicet Joanni Layu, & Vinagua poſſidenti Canonicatum Lectoralem ſimul, & Pœnitentiarium nuncupat. *de Tabernas*.

Quæritur propterea, an pro ea parte, qua Canonicus eſt Pœnitentiarius, & habet onus audiendi Confeſſiones, ſit incompatibilis cum Cappellania majori, quæ etiam ipſe habet onus audiendi Confeſſiones in vim annexionis Curæ Animarum; itaut ad effectum retinendi Dignitatem, & Canonicatum requiratur, nec ne diſpenſatio Apoſtolica; In quo articulo Ego ſcribens in Sac. Congregatione Concilii de anno 1694. dicebam eſſe reſcribendum, *Dignitatem non eſſe incompatibilem cum Canonicatu, nec eſſe neceſſariam diſpenſationem* juxta formam dubiorum, quæ ut infra habetur, reſoluta fuerunt.

Et quidem ad excludendam incompatibilitatem aſſiſtit generalis Conſuetudo Hiſpaniarum, & ſignan-
2 ter hujus Eccleſiæ Oſcen. quod poſſit ſine diſpenſatione Apoſtolica obtineri Dignitas cum Canonicatu in eadem Eccleſia, ut legitur in allegata Concordia, & teſtantur ex declarationibus hujus Sac. Congregationis, Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 245. & 246. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 10. *ſub n.* 42. Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 28. *n.* 29.

Quæ conſuetudo valida eſt, & ſervanda etiam ſi agatur, prout in caſu iſto de retinenda dignitate cum Canonicatu qui ſit Theologalis, & Lectora- 3
lis, ut in ſpecie notant Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 40. Garz. *dict. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 253. Antonel. *de regimen. Eccl. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 15. *in fine*.

Abſque eo quod obſtare valeat qualitas illa Pœnitentiarii; Hæc enim urgere poſſet, ubi eſſet uni- 4
ca, ac principalis, quando nimirum ageretur de Canonicatu, cui ad formam Concilii *Seſſ.* 24. *cap.* 14. *de reform.* annexum eſſe ſolum officium rigoroſum Pœnitentiarii, ut eſſet in caſu iſto Canonicatus nuncupatus *dell'otto*, mere Pœnitentiarius, & requirens ætatem 40. annorum ad formam prædicti Concilii, & tradunt Corrad. *in prax. benef. libr.* 2. *cap.* 5. *n.* 29. & *ſeq.* Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 12. §. 2. *n.* 9.

Secus autem in ordine ad Canonicatum, de quo agitur, qui eſt Lectoralis, & habet qualitatem Pœnitentiarii, non quidem principalem, ſed acceſſoriam ſub ſe, veluti Officium quoddam mortuum, 5
& extinctum reſpectu Præbendæ, ut firmat Monet. *de option. cap.* 4. *n.* 12. & 13. Hoc enim caſu non obſtat qualitas Pœnitentiarii, cum ad hunc effectum eſſe debeat principalis, non autem acceſſoria, & conſiderari debeat tale Officium, cui ſit annexus Canonicatus, non autem Canonicatus cum tali onere, ut diſcurrit Garz. *dict. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 150. Corrad. *d. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 39. *verſ. quamvis*, Antonell. *de reg. Eccleſ. libr.* 3. *capitul.* 3. *num.* 19. *in fine*.

Quodque hujuſmodi Canonicatus non habeat principale officium Pœnitentiarii, eſt evidens, tum quia non requirit ætatem 40. annorum cæteroquin 6
neceſſariam in Canonicatibus Pœnitentiariis erectis ad formam Concilii; Tum etiam quia adeſt in Eccleſia alter Canonicatus mere Pœnitentiarius talem ætatem requirens, Unde ille non cenſetur Pœnitentiarius principaliter, ſed acceſſorie, & mediante onera illi adiecto pro decenti cultu Eccleſiæ Cathedralis, ut obſervat, Card. de Luc. *de benef. diſcur.* 53. *num.* 19.

Præſertim quia hujuſmodi Canonicatus habet officium Lecturæ, propterquod dici non poteſt Pœnitentiarius rigoroſo modo, & ad formam Concilii, cum hæc Lectura ſit incompatibilis cum officio veræ Pœnitentiariæ, requirentis continuum exercitium audiendi Confeſſiones abſque divagatione, & diſtractione in alio munere, præſertim gravi, & profundo, prout eſt illud legendi Sacram Scripturam, & Theologiam Moralem.

Sed ceſſat omnis difficultas, quia concurrit Conſuetudo Eccleſiæ, juxta quam Dignitatem conferuntur uni ex Canonicis de numero vigenario abſque diſpenſatione Apoſtolica, prout etiam ita diſponunt Statuta Eccleſiæ, & accedit Concordia, ubi conventum fuit Dignitates prædictas, & ſignanter Cappellaniam majorem debere ab Epiſcopo conferri uni ex Canonicis de numero vigenario ſub pœna nullitatis collationis alteri factæ, & devolutionis illius ad Capitulum, juncta conventione ſervandi Statuta Eccleſiæ in ſuo primævo robore. Unde cum Papa expreſſe confirmaverit omnes hujuſmodi Conventiones, Conſuetudines, & Statuta, habendo certam notitiam, quod inter numerum vigenarium Canonicatuum deerat præciſe iſta Lectoralis, & Pœnitentiarius nuncupat. *de Tabernas*, propter expreſ- 7
ſionem illius particularem, & ſpecialem factam in Concordia, hinc cenſetur diſpenſaſſe, ſeu approbaſſe Conſuetudinem, & Statuta Eccleſiæ retinendi Dignitates cum quolibet ex Canonicatibus de numero vigenario, etiam habente qualitatem Pœni-

ten-

nitentiarii, ut advertit Rot. *dec. 179. nu. 6. part. 2. rec.* ibi: *Cum ex narratis a Pompejo in ſua gratia Canonicatus poſſet colligi iſta Incompatibilitas, cenſendum eſt Pontificem ſuper ea diſpenſaſſe*, Card. de Luc. *de benef. diſc. 55. n. 21.* & in puncto videtur eſſe de mente Garz. *dict. part. 11. cap. 5. n. 254.* ubi loquitur, quando eſt facta narrativa Summo Pontifici, quod Dignitas obtineri conſuevit abſque diſpenſatione Apoſtolica per unum ex Canonicis Eccleſiæ, Corrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 6. num. 9. & n. 11. verſ. quod ſi ex conſuetudine, & n. 42. verſ. Nihilominus, n. 43. & 45.*

Alias Concordia prædicta eſſet de vento, ſi admittendum foret Papam non diſpenſaſſe circa retentionem Dignitatis ſimul cum Canonicatu Pœnitentiario; Si enim tam conſuetudo, quam Statuta Eccleſiæ ordinabant, quod Dignitates conferrentur uni ex Canonicis de numero vigenario, prout fuit Papæ narratum, & iſta approbavit conventionem conferendi Dignitates uni de numero vigenario, certe per neceſſarium antecedens dicere oportet diſpenſaſſe ſuper retentione Canonicatus Pœnitentiarii cum Dignitate, & e contra, cum inter numerum vigenarium Canonicatuum adſint duo Pœnitentiarii nuncupat. *dell'otto* & *de Tabernas*, quorum Canonicis, ſi collatio Dignitatum fieri non valeret abſque diſpenſatione Apoſtolica, abſurdiſſime eſſet fatendum Papam non confirmaſſe Concordiam, ſeu omnia in ea contenta, dum non poſſet ſervari nec conſuetudo, nec conventio conferendi Dignitates uni de numero vigenario, ſed potius uni de numero 18. Eſt autem certum, diſpenſationem poſſe deduci etiam ex neceſſario antecedenti, ſine quo conſequens haberi
8 non poteſt, Panormit. *in cap. quia in tantum n. 4. de prabend.* Tondut. *de benef. cap. 92. n. 5.* Rot. *cor. Duran. dec. 439. n. 5. & dec. 462. n. 17.*

Tanto magis, quando fuit Papæ narratum, quod dignitas Cappellaniæ majoris obtineri conſueverat per Canonicos Eccleſiæ de numero vigenario abſque diſpenſatione Apoſtolica. Immo expreſſum fuit, quod inter Canonicatus de numero vigenario aderat iſte Lectoralis ſimul, & Pœnitentiarius nuncupat. *de Tabernas*, quo caſu diſpenſatio redditur manifeſta, alias Papa non approbaſſet narrativam conſuetudinis conferendi Dignitates uni ex Canonicis de numero vigenario abſque diſpenſatione Apoſtolica, ſed iſtam ſibi reſervaſſet, cum ſtare non poſſit, quod eodem tempore Papa approbaverit conſuetudinem retinendi Dignitates cum Canonicatibus abſque diſpenſatione, & per contrarium requirere voluerit diſpenſationem, quæ ſunt de directo contraria, & inter ſe totaliter repugnantia Menoch. *de præſumpt. libr. 2. præſumpt. 20. num. 29. & 31.* Selu. *de benef. part. 2. q. 8. n. 42. & 44.* Sanchez *de matrimon. lib 8. diſp. 4. num. 1. & ſeqq.* Pax Jordan. *lucubr. lib. 9. titul. 1. numer. 49.*

Itaut concluſive urgeat dilemma inſuperabile, quod aut Papa approbavit Concordiam, & per neceſſe etiam approbavit conſuetudinem retinendi Dignitates cum Canonicatibus abſque diſpenſatione tanquam ſibi expreſſe narratam una cum expreſſione Canonicatus Pœnitentiarii *de Tabernas*, aut vero dicendum eſt ipſum non approbaſſe hanc conſuetudinem, & in conſequentiam dicendum nec minus approbaſſe Concordiam fundatam in hac conſuetudine ſibi enarrata, quod videtur abſurdum.

Minus incompatibilitas deduci poteſt, ex quo Dignitas Cappellaniæ majoris habeat annexam Curam Animarum, quia non eſt Beneficium curatum cum incumbentia actus, & habitus adminiſtrandi Sacramenta, ſed habet Curam acceſſoriam, & illam exercere facit per Vicarium, quo caſu ceſſat incompatibilitas, Antonell. *de regim. Eccl. libr. 3. capit. 3. §. 2. n. 15.* Card. de Luc. *de Benef. diſc. 55. n. 17. & 18.* Barboſ. *de officio Paroch. cap. 1. n. 50.* Lotter. *de re Benef. lib. 1. q. 30. n. 114.* Rot. *dec. 37. n. 7. & 8. dec. 206. n. 7. part. 13. recent.*

Et quatenus adeſſet aliqua incompatibilitas, adhuc ſtante conſuetudine Eccleſiæ per Papam ut ſupra approbata, quod hæc Cappellania obtineri ſoleat per unum ex Canonicis de numero vigenario abſque diſpenſatione Apoſtolica, utique poteſt licite retineri cum Canonicatu, ut in puncto tenet Franc. *in c. ſuper eo de præb. in 6. n. 4.* quem refert, & ſequitur Corrad. *in prax. Benef. lib. 2. c. 6. n. 7. verſ. Dicens.*

D U B I A

Primo: *An Dignitas Cappellaniæ majoris incompatibilitas ſit cum Canonicatu acceſſorie Lectorali, ſive Pœnitentiario? & quatenus affirmative?*

Secundo: *An pro ejus retentione cum dicto Canonicatu opus ſit Indulto Apoſtolico.*

Tertio: *An dictum Indultum ſit concedendum?*

R E S O L U T I O N E S

Sacra Congregatio Concilii die 11. Septembris 1694. reſcripſit: *Exhibeatur per extenſum Concordia, & illius confirmatio Apoſtolica*: Exhibita autem hujuſmodi Concordia, & confirmatione, eadem Congregatio die 12. Martii 1695. reſpondit ad primum: *negative*: ad ſecundum, & tertium cenſuit *non indigere reſponſione.*

OSCEN. CANONICATUS POENITENTIARII.

A R G U M E N T U M.

Agitur de Diſpenſatione ad cautelam pro retentione in una, eademque Eccleſia Dignitatis cum Canonicatu Pœnitentiario; Habens primum incompatibile, poteſt eligi ad ſecundum pariter incompatibile, cum ſit capax aſſequendi ſecundum, licet incapax utrunque retinendi abſque diſpenſatione.

S U M M A R I U M.

1 *Canonicatus cum Dignitate in eadem Eccleſia poteſt retineri ubi adeſt conſuetudo.*

2 *Stante erectione unius Canonicatus Pœnitentiarii, an poſſit fieri erectio alterius Pœnitentiarii.*

3 *Inferior nequit commutare diſpoſitionem Superioris.*

4 *Quidquid operatur diſpenſatio particularis, operatur generalis.*

5 *Papa cenſetur diſpenſare narrata ſibi conſuetudine retinendi Canonicatum cum Dignitate in eadem Eccleſia, n. 6.*

7 *Diſpenſatio in præjudicium concedentis latiſſime interpretatur.*

8 *Reſolutiones Sacrarum Congregationum vim legis habent, & faciunt ſtatum.*

9 *Juſta cauſa an requiratur in Diſpenſatione ad cautelam.*

10 *Datur diſpenſatio ad obtinendum cum Dignitate Canonicatum Pœnitentiarium in eadem Eccleſia.*

11 *Cauſa diſpenſationis in hac materia quales ſint, n. 12. & 13.*

14 *Incompatibilitas quoad ſecundum non cadit in conſequendo, ſed retinendo.*

15 *Retentio intelligitur per poſſeſſionem una cum perceptione fructuum.*

16 *Habens primum incompatibile poteſt eligi ad ſecundum.*

17 *Habens majorem partem Votorum dicitur Electus ad excluſionem Electi per minorem.*

18 *Titulus* pro devoluto *eſt contrarius Titulo de* Electo.

19 *Reſolutio Sacræ Congregationis in hac cauſa.*

DISCEPTATIO LXXXIV.

JUxta caſum ſuperius expoſitum in *diſceptatione præcedenti* poſtquam de anno 1644. confirmata fuerat Concordia per Sedem Apoſtolicam, in qua approbata fuerat Conſuetudo Eccleſiæ, juxta quam Dignitates conferri deberent uni ex Canonicis de numero vigenario, facta expreſſione inter hos de Canonicatu nuncupato *de Tabernas* Lectorali ſimul, & Pœnitentiario, Capitulum devenit de anno 1681. ad Erectionem Canonicatus Pœnitentiarii per annexionem Præbendæ nuncupatæ *dell' otto*, quo tempore Concordiæ erat ſimplex, & de numero vigenario Præbendarum, ſeu Canonicatuum, quo Canonicato Pœnitentiario noviſſime vacato proviſus fuit de illo Archidiaconus Montoya prævio concurſu juxta notorias Conſtitutiones Apoſtolicas Sixti IV. Leonis X. & Gregorii XV. in Regnis Hiſpaniarum vigentes, qui Proviſus dubitando, an ſine diſpenſatione retinere poſſet una cum Dignitate Archidiaconatus bujuſmodi Canonicatum Pœnitentiarium, petiit in Dataria novam proviſionem cum diſpenſatione ad cautelam retinendi ſimul Dignitatem cum Canonicatu, cumque ſeſe oppoſuiſſet quidam Rallol unus ex illis, qui fuerat in concurſu excluſus, petendo ſibi provideri ad Canonicatu Jure devoluto, Dataria remiſit ad Sac. Congregationem Concilii diſputationem dubii, an eſſet relaxanda ſupplicatio ſupradicti Archidiaconi Montoya pro diſpenſatione, ut ſupra, & dato dubio, Ego in Sacra Congregatione ſcribens, ex motivis, de quibus infra, dicebam eſſe relaxandam ſupplicationem rejecta oppoſitionem Rallol impetrantis.

Et ſane deducebam, quod non petitur diſpenſatio ex neceſſitate, ex quo ſcilicet illa requiratur pro retentione Canonicatus Pœnitentiarii cum Dignitate ſub eodem Tecto, ſeu Eccleſia, ſed petitur ad meram cautelam, & potius ad exuberantiam, ut tollatur occaſio dubitandi, & cujuſcunque litis fomes avertatur, reflectendo, quod licet retentio Canonicatus ſimul cum Dignitate in eadem Eccleſia abſque diſpenſatione Apoſtolica non permittatur juxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & Sac. Con-
1 cilii Tridentini, hoc tamen locum non habet in illis Eccleſiis, ubi adeſt conſuetudo retinendi utrunque citra diſpenſationem, Gloſſ. *in cap. Gratia in verbo de jure teneri verſ. Vel dic quod littera eſt de reſcript. in 6. & in cap. Super eo in verb. diſpenſatio verſ. Niſi Conſuetudo Eccleſiæ de Præbend. in 6.* Barboſ. *in cap. Eam te n. 7. de reſcript.* & ita deciſum per Sac. Congregationem Concilii teſtatur, Corrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 6. num. 3. & ſeqq.* ubi etiam *num.* 8. refert Datariam Apoſtolicam paſſim admittere hujuſmodi conſuetudinem, & *n.* 15. ubi teſtatur de conſuetudine Hiſpaniæ Garz. *de benefic. part. 11. cap. 5. num. 245. & 246.* Pax Jordan. *tom. 2. lucubr. lib. 10. tit. 28. n. 29.* Gonzol. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 10. ſub num. 42.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 62 num. 21. verſ. Ex privilegio* Calor. Anton. de Luca ad Ventrigl. *in prax. part. 1. cap. 17. annot. 1. num. 4. in fine*, Panimoll. *deciſ. 31. num.* 4. & optime Rot. *deciſ. 256. num. 6. & ſeqq. part. 9. recent.* ubi quod Sacr. Congregatio Concilii ſub die 13. Januarii 1594. cenſuit per Decretum Concilii *cap. 7. ſeſſ. 24. de reform.* hujuſmodi conſuetudini non fuiſſe derogatum.

Neque adverſatur hanc conſuetudinem procedere non poſſe ad effectum retinendi cum Dignitate Canonicatum Pœnitentiarium, quidquid enim ſit, an iſte Canonicatus *dell' otto* dici poſſit Pœnitentiarius, dum in Eccleſia extat alter Canonicatus *de Tabernas* ab antiquo erectus vigore Litterarum Apoſtolicarum S. Pii V. cum applicatione Præbendæ pro officio Lectorali, & Pœnitentiario, ut patet ex Concordia an. 1644. & probatur etiam ex *deciſion.* 198. 230. 295. 335. & 403. *coram Millino*, ita &
2 taliter, quod moderna erectio Canonicatus, ſeu Præbendæ *dell' otto* in Pœnitentiarium facta de anno 1681. auctoritate Capituli, ſive etiam Epiſcopi habeatur pro non facta tanquam ipſo jure nulla; dum Concilium Tridentinum non dat Epiſcopis facultatem erigendi niſi unum Canonicatum Pœnitentiarium in qualibet Cathedrali, quo erecto deficit facultas alium ſecundum erigendi in Pœnitentiarium, maxime contra diſpoſitionem Litterarum Apoſtolicarum S. Pii, qui voluit unam Præbendam erigi pro utroque officio Lectorali, & Pœnitentiario, ut in terminis præciſis de erectione alterius Canonicatus Pœnitentiarii olim alias facta per Capitulum judicavit, Rot. *in Oſcen. Indulti, coram Millin. dict. deciſ. 198. ſub num. 7. verſ. Non obſtat*, cum inferior nequeat commutare diſpoſitionem ſu- 3
perioris per *Text. in cap. Cum inferior de major. & obed. & in cap. Cum dilecto de Præbend.* Lotter. *de re benef. lib. 1. qu. 14. ſub num. 30.* Barboſ. *de Canon. cap. 3. ſub num. 3.* Card. de Luc. *eodem tract. diſc. 6. ſub num. 4.* Rot. *in Melevitana Decretorum 21. Martii 1706. §. Circa nanque, cor. bon. mem Anſaldo.*

Urget reſponſio, quod conſuetudo hujus Eccleſiæ retinendi abſque diſpenſatione Apoſtolica Canonicatum cum Dignitate locum habet etiam quoad Canonicatum Pœnitentiarium, juxta litteralem Concordiam anni 1644. auctoritate Apoſtolica ſan. mem. Innocentii X. ampliſſime confirmatam; Ubi autem Summus Pontifex approbavit hujuſmodi conſuetudinem, quod quicunque Canonicatus etiam Pœnitentiarius in hac Eccleſia retineri poſſet citra diſpenſationem Apoſtolicam, tali caſu ceſſat in radice omnis incompatibilitas tanquam ſublata per conſuetudinem ab ipſo Summo Pontifice approba- 4
tam, quia quicquid operatur diſpenſatio particularis, hoc ipſum operatur diſpenſatio generalis, ut tradunt Gambar. *de offic. legat. libr. 7. ante n. 233.* Corrad. *in prax. diſpenſ. lib. 1. cap. 3. ſub num. 2. verſ. Ad hæc diſpenſatio, & in prax. lib. 2. cap. 6. n. 40. in fine, num. 43. & 45.* Rot. *in Monaſterien. Canonicatus 13. Maii 1715. §. Neque dicta vacatio, cor. Eminentiſſ. Falconerio.*

Quod autem Summus Pontifex approbaverit conſuetudinem retinendi in Eccleſia Dignitatem cum Canonicatu Pœnitentiario aperte reſultat ex verbis Concordiæ, ubi expreſſum legitur, quo Canonici & Canonicatus erant in numero vigenario, quodque: *Omnes Dignitates per Canonicos ejuſdem Eccleſiæ etiam cum ſuis Canonicatu, & Præbenda abſque diſpenſatione Apoſtolica ſunt ſolita obtineri:* cum pacto in eadem Concordia ſtabilito, quod Dignitates conferri deberent uni ex Canonicis de numero vigenario, non ſolum facta expreſſione in genere omnium Canonicatuum de numero vigenario, ſed etiam facta expreſſione ſpeciali Canonicatus *de Tabernas* Lectoralis inſimul, & Pœnitentiarii ibi: *Canonicatu Lectorali, & inſimul Pœnitentiario, & ejus Præbenda de Tabernas nuncupata:* Si enim Papa habita notitia de numero vigenario Canonicatuum, & habita notitia, quod inter illos extabat Canonicatus *de Tabernas* Pœnitentiarius, adhuc approbavit pactum, quod Dignitates ſimul cum Canonicatibus obtineri poſſet juxta conſuetudinem ſibi narratam, quod omnes Dignitates per Canonicos in ſuis Canonicatibus ſolitæ erant retineri abſque diſpenſatione Apoſtolica, in his terminis nulla cadit ratio dubitandi, quod Papa diſpenſave- 5
rit, ſeu approbaverit conſuetudinem hujus Eccleſiæ circa retentionem Dignitatis cum quolibet Canonicatu Pœnitentiario, ut in ſpecie, Roſa *de Execut. litter. Apoſtolic. part. 1. cap. 6. n. 307. & 308.* ibi: *Si utrunque conſuevit retinere ſimul per legitimam conſuetudinem in illis Beneficiis, in quibus hæc dari poteſt ſufficit, ut exprimatur conſuetum, ut ſupra diximus de Canonicatu, & Dignitate nam abſque eo quod petatur diſpenſatio ſuper retentione ſatis erit, ut exprimatur, quod conſuetum hoc fuerit: & ſupra, num. 166.* Corrad. *in prax. benefic. lib. 2. capit. 6. numer. 10. & ſeqq.* Rot. *in Paderbonen. Præpoſitura 10. Maii 1717. per totam, coram bon. mem. Anſaldo*, & habetur ſupra *diſcept. 83. num. 7. & ſeqq.*

Et

Et quidem ſi juxta Concordiam Dignitates con-
ferri debeant uni ex Canonicis de numero vigena-
rio, juxta conſuetudinem Eccleſiæ ibi expreſſam,
quod Canonicatus, & Dignitates inſimul retine-
rentur abſque diſpenſatione Apoſtolica, & Papa ad-
huc Concordiam approbavit, pernecceſſe approbata
fuit etiam conſuetudo retinendi Dignitatem cum
Canonicatu Pœnitentiario, tum quia talis Cano-
nicatus fuit expreſſus inter numerum vigenarium,
tum etiam quia alias non verificaretur pactum Con-
cordiæ circa Dignitates conferendas uni ex Cano-
nicis de numero vigenario, ſed numero inferiori,
quando tamen approbatum fuit hoc pactum confe-
rendi Dignitates uni de numero vigenario, & ſic
approbatio Apoſtolica in totum prout ſonat acci-
pi debet, comprehenſo etiam Canonicatu Pœniten-
6 tiario juxta *Text. in cap. Porro, & cap. Recepimus
de privileg. & cap. in iis eod. tit. & c. Quia circa
eodem tit.* Rot. *dec.*254. *n.* 24. *part.* 7. *& dec.* 400.
num. 23. *part.* 19. *& dec.* 299. *num.* 37. *part.* 12. *re-
centior.*

Præſertim ubi agitur de materia diſpenſationis,
quæ concernit ſolum Jus ipſius Papæ concedentis,
ſeu approbantis Concordiam, in quibus terminis
cum non agatur de præjudicando alicui Tertio,
7 idcirco in præjudicium concedentis ſemper Privile-
gium, & gratia latiſſimam recipit interpretationem
juxta Doctrinam Alexand. *in cap. Quia circa n.* 4.
de privil. Felin. *in cap. cauſamque n.* 11. *&* 12. *de
reſcript.* Rot. *dec.*199. *n.*27. *part.*12. *rec. & coram
Emerix Jun. dec.* 262. *n°* 1.

Neque de cætero opus eſt ulteriori diſcurſu ad
perſuadendum, quod vigore Concordiæ per Sum-
mum Pontificem approbatæ ceſſet incompatibilitas
retinendi in hac Eccleſia Dignitatem cum Cano-
catu Pœnitentiario, quando extat reſolutio in his
terminis facta per Sac. Congregationem in alio ca-
ſu, in quo dubitatum fuit, an Dignitas Cappella-
niæ majoris eſſet incompatibilis cum Canonicatu *de
Tabernas* Pœnitentiario, itaut opus fuiſſet diſpen-
ſatione, & datis tribus dubiis, primo: *An dicta
Dignitas eſſet incompatibilis cum Canonicatu acceſſo-
rie Lectorali, ſeu Pœnitentiario? & quatenus affir-
mative?* ſecundo: *An pro ejus retentione cum dicto
Canonicatu opus ſit Indulto Apoſtolico?* & tertio:
An Indultum ſit concedendum? Sac. Congregatio die
11. Septembris 1694. agnoſcendo diſpenſationem
factam in Concordia, de qua ſupra, reſcripſit Me
tunc ſcribente: *exhibeatur Concordia per extenſum:*
& deinde repropoſita cauſa 12. Martii 1695. *ad
primum* cenſuit *negative* ſcilicet non eſſe incompa-
tibilem cum Canonicatu Pœnitentiario *ad ſecundum*
vero & tertium: *non indigere diſpenſatione*: quæ
reſolutio emanavit, ut dixi Me ſcribente, & alle-
gante diſpenſationem Apoſtolicam deductam ex re-
lata Concordia anni 1634. quam idcirco Sac. Con-
gregatio videre voluit per extenſum juxta primum
reſcriptum, & deinde judicavit juxta decorem Con-
cordiæ ab ipſa recognitæ, quod claram induceret
diſpenſationem, & approbationem conſuetudinis re-
tinendi Dignitatem cum Canonicatu etiam Pœniten-
tiario.

Quoties igitur in puncto præciſo caſus Sac. Con-
gregatio ita judicavit juxta Concordiam, non eſt
amplius immorandum in ejus interpretatione, aut
dubitandum ſuper compatibilitate Canonicatus Pœ-
nitentiarii cum Dignitate; Si enim Sacrarum Con-
8 gregationum Reſolutiones, & Decreta vim legis
habent, & faciunt Statum etiam pro aliis cauſis di-
verſis Fagnan. *in c. Quoniam de Conſtit.* Rot. *dec.* 7.
num. 3. poſt Antonell. *de jurib. & oner. Cleric. & cor.
Anſald. dec.* 72. *n.* 4. Rot. *in Mindonien. prætenſæ
obſervationis Conſtitutionis* 12 *Januarii* 1705. §. *Ad-
ſtipulabantur, coram eod.* quanto magis ſervanda eſt re-
ſolutio S. Congregationis edita pro iſta Eccleſia in
terminis Concordiæ. & in terminis retinendi Digni-
tatem cum Canonicatu Pœnitentiario, ut dixit Rot.
in Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo 2. *Julii*
1700. §. *Atque id, coram bon. mem. dell'Olmo.*

Probata igitur ad evidentiam compatibilitate Di-
gnitatis cum Canonicatu etiam Pœnitentiario, jam
exinde patet diſpenſationem, quæ hodie petitur non
eſſe ad neceſſitatem, ſed ad cautelam, & exube- 9
rantiam, in quibus terminis nemini illa denegatur
etiam ſine cauſa, quia ſatis juſta cauſa eſt, quod
diſpenſatio præciſe non ſit neceſſaria, ſed dubitati-
ve, & pro ſimplici cautela petatur, & requiratur,
cum ſolum in caſibus meræ neceſſitatis, ubi clare
conſtat de incompatibilitate requiratur juſta cauſa
ad diſpenſandum, quoniam in dubio an ſit neceſ-
ſaria, vel non diſpenſatio regulariter concedi ſo-
let, ut ex Reſolutione edita *in Romana Penſionis.*
20. *Junii* 1693. quam refert, & ſequitur, Rot. *in
Peruſina penſionis* 11. *Maii* 1716. §. *Id quod, &
§. Reſponſione, cor. Rev. Herrera.*

Verum non deficiunt ſufficientes cauſæ habiles
ad concedendam diſpenſationem, quæ eſſet neceſ-
ſaria propter incompatibilitatem claram, & non
dubiam, juxta punctualiſſimam auctoritatem Garz. *de
benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 252. teſtantis, quod ex
gratia, & diſpenſatione Apoſtolica Canonicus Pœ- 10
nitentiarius obtinet ſimul cum Canonicatu Digni-
tatem in eadem Eccleſia, referendo exemplum in
Eccleſia Salamantina, & de cætero pro juſta diſ-
penſandi cauſa ſufficiens eſt ipſa prærogativa ma-
joris litteraturæ, dum agitur hic de Canonicatu,
qui conferri ſolet magis habili prævio examine per
concurſum inter Oppoſitores, juxta Bullas Apoſto-
licas Sixti IV. Leonis X. & Gregorii XV. editas
pro Eccleſiis Cathedralibus Hiſpaniæ: nam qui vir-
tute ſuperavit alios in concurſu, dicitur ob præro-
gativam litteraturæ diſpenſatione dignus, ad utilita-
tem Eccleſiæ juxta *Text. in Extravag. execrabilis,
& cap. de multa de Prabend. ibique* Barboſ. *num.* 15.
Fragoſ. *de regim. Reipub. part.* 2. *lib.* 3. *diſp.* 9. *num.* 43.
Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſ. ad plura Benefic. n.* 43.
& in tract. de privileg. Scholar. n. 39. Ricc. *in prax.
part.* 2. *reſol.* 446. *n.* 1.

Fortius accedente prærogativa meritorum, cum
agatur de viro doctiſſimo, qui docuit in Cathedris 11
utramque Juriſprudentiam, ab Univerſitate nomi-
natus fuit in Magiſtrum majorem, & Examinato-
rem, & a Tribunali Sac. Inquiſitionis in librorum 12
Reviſorem, & de præſenti eſt Vicarius Generalis
Diœceſis Oſcen. nec non Viſitator Generalis, Of-
ficialis Eccleſiaſticus, Examinator, ac Judex Syno-
dalis, ut ex litteris Teſtimonialibus Reverendiſſi-
mi Epiſcopi, qui ſane cumulus meritorum, ſicut
maximam ſupra alios demonſtrat Virtutis eminen-
tiam, ita majoris cauſæ ſuffragium ſubminiſtrant
ad diſpenſandum, cum Eccleſiæ utilitas in littera-
tiſſimis Viris conſiſtat, & majori nobilitas ſit illa,
quæ ex virtute, quam quæ proficiſcitur ex Sangui-
ne, & Proſapia majorum, Panormitan. *in cap. de
multa de Prabend. n.* 5. *ibique* Barboſ. *n.* 14. *de Juſtis
de diſpenſ. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 57. Gonzal. *ad reg.* 8. *Can-
cell. gloſſ.* 4. *n.* 26. *&* 27. Fragoſ. *de regim. Reipub. d.
diſp.* 9. *n.* 43.

Sed concurrunt etiam Nobilitas generis, gravitas,
non tam ætatis, quam morum, necnon ſumma in 13
omnibus prudentia, concurrit etiam defectus præ-
judicii circa ſervitium Eccleſiæ, ex quo Dignita-
tes non habent reſidentiam in hac Eccleſia, ut te-
ſtantur Epiſcopus, & Capitulum, & inſuper con-
currit cauſa extinguendi litem perniciloſam, & con-
ſervandi Pacem Eccleſiæ, & demum accedit non
ſpernendum Judicium tam Epiſcopi, quam Capitu-
li ſuper cauſis legitimis ad diſpenſandum, in quibus
ſane circumſtantiis non cadit amplius umbra dubi-
tandi ſuper rationabili cauſa, ob quam concedenda
veniat diſpenſatio Fagnan. *in cap. nimis, num.* 6. *de
filiis Presbyt.* Corrad. *in prax. diſpen. lib.* 1. *capit.* 1.
n. 12. Filiuc. *tract.* 41. *de benef. cap.* 7. *n.* 37. *circa
medium de Juſtis de diſpenſ. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 51. *&
ſeqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 48. *n.* 133. Azzor.
Inſtit. Moral. part. 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *q.* 2.

Neque huic diſpenſationi ſe opponendi jus aliquod
habet Imperator, cum ſua impetratio emanaverit
ſub motivo, quod collatio controverſi Canonicatus
devoluta fuerit ad Sedem Apoſtolicam ob electionem

in

in concurſu factam de Montoya obtinente Archi-
diaconatum incompatibilem, necnon Collationem
in ejus Perſona ſecutam abſque diſpenſatione, aut
ſine conditione diſpenſationis, quod ſane motivum
eſt ſatis erroneum in Jure noſtro, ubi data etiam in-
compatibilitate Archidiaconatus cum Canonicatu,
incompatibilitas primi non prohibet ſecundi incom-
14 patibilis aſſecutionem, ſeu collationem, ſed dunta-
xat utriuſque retentionem, ut eſt communis diſtin-
ctio, de qua Roſa *de Executor. Litter. Apoſt. p.1. cap.5. n.72.* Rocca *diſput. Jur. cap.190. n.42.* Card.
de Luc. *de Benefic. diſc.59. num.1. & 2.* Rot. *cor. Cavaler. dec.450. n.6. & coram. Merlin. dec.354. n.19. & cor. Celſ. dec.324. n.6. & in Derthuſen. Beneficii 27. Junii 1703. §. non relevante, coram bon. mem. Omana, & in Monaſterien. Canonicatus 9. Decembris 1712. §. Re itaque, coram Reverend. Aldrovando, & in Nullius Piſcien. Beneſ. 5. Maii 1719. §. Jam vero, cor. R.P.D. Gamaches.*

Ad effectum vero ut verificetur retentio utriuſque
15 incompatibilis, non ſufficit ſola captura Poſſeſſionis
ſecundi, ſed requiritur etiam perceptio omnium,
vel majoris partis fructuum, & tamen Montoja
nullos fructus hucuſque percepit, alias non data
perceptione, fructuum, non dicitur facta retentio
utriuſque, nec inducitur vacatio ob incompatibilita-
tem per *Text. in cap. ſi tibi conceſſo de præben. in 6.* Garz. *de beneſ. part.11. cap.5. num.123. & ſeqq.* Ventrigl. *in prax. part.1. annot.17. num.7. & 11.* Card. de Luc. *de Beneſ. diſc.119. n.12.* Pax Jordan. *tom.2. lucubr. lib.10. tit.28. n.82.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloſſ.15. n.14.*

Et propterea collatio ſecundi facta habenti pri-
mum incompatibile ſemper validiſſima eſt, cum in-
telligatur facta prout de Jure, relicto ſcilicet arbitrio
16 eidem Proviſo de ſecundo, aut obtinendi diſpenſa-
tionem, ſi vult retinere utrumque, vel dimittendi
primum, ſi vult habere cum effectu ſecundum, ut
bene Lotter. *de re beneſ. lib.3. q.17. n.256. & ſeq.* Piringh. *in Jus Canonic. lib. 3. cap. 5. ſect.5. n.143.* Eminent. Petra *ad Conſt. Apoſt. tom 4. ad Conſtit. 2. Innocentii VI. n.29.* itaut ſit æquivocum in ter-
minis ſupponere, quod in habente primum incom-
patibile deficiat capacitas, & idoneitas paſſivæ ele-
ctionis ad ſecundum, cum nulla concurrat incapa-
citas ad effectum aſſequendi, ſed ſolum ad effectum
retinendi utrumque ſine diſpenſatione Apoſtolica,
ut ait Rot. Me ſcribente *in Nullius, ſeu Piſcien. beneſ. 12. Maii 1720. §. Nec ſubſiſtit, cor. R.P.D. Gamaches*; Ex quo ſequitur, ut Imperator non ſit
legitimus Contradictor ad impediendam diſpenſa-
tionem ad cautelam, & male ſe aſſerat unum ex
electis in concurſu, cum fuerit excluſus, & non
electus, propter electionem factam in Perſonam
17 Montoyæ per majoritatem Votorum, juxta notam
regulam, quod qui habet majorem partem illorum,
dicitur electus ad excluſionem alterius electi per mi-
norem *cap. quoniam de Jur. pat.* Garz. *de beneſ. p.9. cap.2. ſub n.257.* Rot. *cor Gregor. dec 452. ſub n.6.* & poſt Vivian. *dec 248. n.5.* præſertim quia Reje-
18 ctus acquievit, nec reclamavit, immo obtinuit no-
vum Titulum *Jure devoluto*, qui eſt contrarius Ti-
tulo *de electo*, ut Me ſcribente advertit Rot. *in Auguſtana Canonicatus 15. Februarii 1717. §. Et ne ultra, cor. R. Criſpo, & 6. Maii 1718. §. Ne magis, cor. R.P.D. Cerro.*

Propoſita cauſa ſub die 15. Januarii 1724. Sacr.
Congregatio Concilii reſolvit *eſſe relaxandam Sup-*
19 *plicationem*, quæ fuit pro nova proviſione cum diſ-
penſatione *quatenus opus ſit* retinendi Archidiaco-
natum.

ASTEN. OFFICII FABRICERII.

ARGUMENTUM.

An ſuſtineatur Electio ad Officia Capitularia Canonici habentis Coadjutorem, & an iſte Canonicus ſit excuſandus ab acceptatione Officii ad quod fuit electus, & teneatur inſervire per ſe ipſum, vel per ſuum Coadjutorem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Electio præſumitur valida, niſi contrarium probetur.*
3 *Dicitur concluſa per majoritatem Votorum.*
4 *Omiſſio Voti præſumitur ex inadvertentia, & non malitia.*
5 *Vota incerta habentur pro non adiectis.*
6 *Actio non fundatur ſuper poſſibili.*
7 *Quando electio non dicatur concluſa.*
8 *Prima impedit ſecundam, declara, ut ibi.*
9 *Inter duos electos eſt locus gratificationi.*
10 *Vitium ſecundæ non influit in primam electionem.*
11 *Non valet conſuetudo, ut non ſtetur majori parti Capituli.*
12 *Coadjutus non prohibetur votare in Capitulo, & num. 21.*
13 *Coadjutor an poſſit votare in Capitulo.*
14 *Si Coadjutori data ſit facultas votandi in litteris Coadjutoriæ intelligitur in abſentia Coadjuti.*
15 *Coadjutus eſt eligibilis ad Officia Capitularia.*
16 *Coadjutor non poteſt exercere Officium, ad quod electus fuit Coadjutus.*
17 *Obſervantia inducta ex facto ipſius Contradictoris maxime attenditur.*
18 *Coadjutus non excuſatur ab Officiis, ad quæ electus eſt.*
19 *Canonici jurant obſervare Statuta, & conſuetudines Eccleſiæ in actu ingreſſu.*
20 *Coadjutoria pro quibus detur.*
22 *Coadjutus non excuſatur a reſidentia in loco Beneficii.*
23 *Coadjutores non veniunt nomine Canonicorum.*
24 *Coadjutoria non excuſat Coadjutum ab iis, pro quibus conceſſa non extitit limita, ut ibi, num. 25.*
26 *Obſervantia declarat Coadjutoriam, amplia ut num. 27.*
28 *Ex quibus excludatur mala valetudo.*
29 *Ætas ſexagenaria a quibus muneribus non excuſet, n. 30.*
31 *Statuta declarantur ex obſervantia.*
32 *Coadjutus licet non teneatur per ſeipſum, poteſt per ſuum Coadjutorem exercere Officium, ad quod fuit electus.*
33 *Qui per alium ſervit per ſe ipſum ſervire videtur.*
34 *Coadjutus ob Coadjutoriam non excuſatur ab exercitio onerum per ſuum Coadjutorem.*
35 *Negligentia Coadjutoris cedit damno Coadjuti.*
36 *Reſolutio in Cauſa.*

DISCEPTATIO LXXXV.

CONgregatio Capituli, & Canonicis Eccleſiæ Aſten. ad effectum eligendi novos Officiales pro adminiſtrandis variis Officiis Capitularibus, hinc ad Officium Fabricerii electus fuit Canonicus Goria, qui ex numero decem & octo Canonicorum reportavit undecim ſuffragia affirmativa, & ſeptem negativa, Canonicus autem Ramellius decem affirmativa, & ſeptem negativa; Cum au-

tem

tem Goria tanquam Canonicus ſenex, qui habebat
Coadjutorem prætenderet, aut Electionem de ſeipſo
factam per majoritatem Votorum non ſubſtineri, aut
eſſe excuſandum ab acceptatione Officii Fabricerii,
data fuerunt tria Dubia Sacræ Congregationi Con-
cilii.

Primo: *An Electio ad officium Fabricerii D.
Canonici Goria ſubſtineatur, & quatenus affirma-
tive?*

Secundo: *An Canonicus Goria ſit excuſandus
ab acceptatione dicti Officii, & quatenus negati-
ve?*

Tertio: *An exercere teneatur per ſeipſum; vel
exercere valeat per ſuum Coadjutorem, aut alium
ex Beneficiatis Cathedralis ab ipſo ſubſtituen.*

Scribens Ego in Sac. Congregatione pro Capitulo
contra Canonicum Goria, dicebam primum dubium
eſſe *affirmative* reſolvendum; Cum enim agatur de
Officio Capitulari, Electio unius ex Canonicis,
ſcilicet Goria, præſumitur de Jure valida, tam ra-
tione formæ, quam Perſonæ, niſi contrarium con-
cludenti probationis genere convincatur juxta no-
2 tam theoricam Lapi *in cap. licet Epiſcopus num. 3. &
ſeqq. de Prabec. in 6.* paſſim receptam in Sac. Rot. Au-
ditorio, ut *in dec. 289. n. 25. & 26. part. 6. & deciſ.
241. n. 34. part. 8. rec. & in Albarracinen. Canonicatus
10. Maii* 1700. *§. Sed antequam, cor. bo. me. Molines*
impreſſa apud Me *diſcept. Eccleſ. 4. n. 124.*

Ex parte formæ nihil proponitur, quod Electio-
nem Canonici Goria deſtruere poſſit, dum ex ſuf-
fragiis decem & octo ipſe reportavit undecim affir-
3 mativa, & ſeptem negativa, & ſic Electio ejus fa-
vore concluſa remanſit per majoritatem Votorum
*juxta Text. in cap. 1. de his, quæ fiunt a majori par.
Cap.* nihil obſtante, quod in contemporanea Electio-
ne alterius Canonici Ramelli irrepſerit error omit-
tendi unum ſuffragium, quod potuit eſſe affirmati-
vum ad conſtituendam paritatem cum Canonico Go-
ria; quia votum illud, quod in deſcriptione fuit
omiſſum, erat negativum, & per inadvertentiam
omiſſum in deſcribendo, & numerando, ut reſul-
tat ex declaratione, ſeu Secretarii Capitularis, & at-
teſtatione Miniſtrorum Capituli, qui detulerunt Ur-
nas, in quibus extabant ſuffragia, quibus in facto
4 proprio deferendum eſt, attenta etiam præſumptio-
ne Juris, quæ omiſſionem tribuit inadvertentiæ, &
non malitiæ, *Text. in leg. Penultima in fine, C. de
his, qui ſibi adſcrib. in Teſtam.* ibi: *Credo te magis
errore, quam malitia incidiſſe;* Rot. *deciſ.* 135. *num.
5. & ſeqq. part. 2. diverſ. & in Comen. Cappellania* 16.
Februarii 1690. *§. Et ſane, coram clar. mem. Card.
Caprara.*

Præterea ex hoc defectu unius Voti non deſcri-
pti, nil aliud inferri poteſt niſi incertitudo, an fue-
rit affirmativum, vel negativum, ideoque dici non
valet, quod potuerit eſſe affirmativum ad inducen-
dam conſequentiam paritatis Votorum utriuſque Ele-
ctionis, quia cum præciſive etiam ab atteſtationi-
bus, ut ſupra, ad omne pejus incertum remaneat,
an fuerit affirmativum, vel negativum, hæc incer-
titudo, quæ facit unum, vel aliud eſſe, & non eſ-
ſe poſſe, ſolum operatur, ut illud Votum pro ele-
5 ctione Canonici Ramelli habeatur pro non adjecto,
itaut computari non debeat, juxta *Text. in cap. In
electionibus de Elect. in 6.* firmantem non computari
in Electionibus hujuſmodi Vota incerta, ſed habe-
ri pro non adjectis, & ſequuntur Paſſerin. *de elect.
cap.* 18. *num.* 24. Lavor. *de elect. cap.* 19. *num.* 60. Ro-
ta *deciſ.* 156. *n.* 8. *part.* 12. *rec. & in Albaracinen. Ca-
nicatus, cor. bo. mem. Molines impreſſa apud* Me *di-
ſcept. Eccleſ.* 4. *n.* 135.

Nunquam vero operatur, ut hujuſmodi Votum
per poſſibile acceptum, ſit computandum inter af-
firmativa ad effectum reddendi in paritate Votorum
primam, & diverſam alterius Electionem, quia poſ-
ſibilitas, quæ habet aliam poſſibilitatem in contra-
rium nunquam fundat intentionem Actoris, & præ-
ſertim ad duriſſimum, & odioſum effectum annul-
6 landi aliam Electionem in ſuo genere perfectam, &
validam, neque reperitur in Jure noſtro hoc genus

actionis fundatum ſuper poſſibile, quod poteſt eſſe,
& non eſſe, *l. Non hoc Cod. Unde legit.* Rot. *deciſ.*
194. *n.* 8. *part.* 17. *rec.* ibi: *Nihil valet argumentum
deductum a poſſibili, quod ſcilicet, &c. dare potue-
ris, &c. quia poſſibile eſt etiam, quod non dederis:
& coram Emer. jun. dec.* 630. *n.* 7.

Sed quando Canonicus Ramellius habuiſſet etiam
ipſe parem numerum 11. Votorum, inde non ſe-
queretur, quod eſſet duplex Electio in paritate Vo-
torum, & ſic neutra concluſa, cum hoc procedat
quando Capitulum ſcinditur in duas partes æqua-
les, exempli gratia in Capitulo decem Votantium
quinque eligunt unum, & quinque alterum, tunc
enim electio dicitur nulla, veluti non concluſa in 7
paritate Votorum, ut apud Me *diſcept. Eccleſ.* 4. *n.* 31.
Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 30. *n.* 3. Paſſerin. *de elect.
cap.* 19. *n.* 18. *&* 19. Lotter. *de re Benef. lib.* 3. *qu.* 17.
n. 179. *verſ. Et in prætendentibus, & n.* 70.

Secus autem quando utraque Electio eſt facta per
majorem partem Capituli cum æqualibus Votis,
quia tunc dicitur concluſa, & tali caſu, vel ſubſti-
netur prima, quæ dando Jus Electo impedit ſecun-
dam ob prohibitam variationem, niſi plures contem- 8
poranee eligantur ex uno, eodemque Scrutinio, ad
Text in cap. Conſideravimus de Elect. Rot. *in Hippo-
regien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. *§. Conſtito, cor. bon.
me. Molines*, vel ſubſiſtente utraque Electione quan-
do eſt peracta ex uno, eodemque Scrutinio, ſemper
utraque dicitur concluſa, & tanquam in duobus co-
qualiter Electis in majoritate, & æqualitate Voto-
rum datur locus gratificationi arbitrio Superioris,
& hoc dicit *Text. in Can. Si forte diſt.* 63. Lotter. *de* 9
re Benef. lib. 3. *qu* 17. *num.* 170. Rot. *in Eugubina Ca-
nonicatus* 4. *Maii* 1699. *§ Non enim, coram bo. me.
Lancetta impreſſa apud* Me *diſcept. Eccleſ.* 4. *n.* 105.
& cor. Cerr. dec. 26. *n.* 22.

Ulterius nihil ad rem concludit virium ſecundæ
Electionis, ſi adeſſet, quod certe non influit in Ele-
ctionem primæ Canonici Goria nullum errorem, 10
ſeu vitium habentis, & concluſæ per majorem par-
tem, ſed ſufficit, non curatis Votis ſuperfluis, ſeu
abundantibus ultra majorem partem; Cum enim Jus
commune tam Civile, quam Canonicum ſtatuat fa-
ctum a majori parte Capituli cenſeri factum ab o-
mnibus, non valet Conſuetudo, quod non ſufficiat
major pars Capituli, ſed major numerus exigatur, 11
& ſic pluralitas ſupra majorem partem, ut firmant
omnes Canoniſtæ in *cap.* 1. *de his, quæ fiunt a major.
part. capit. ſignanter Imola num.* 8. ibi: *Nota quod
non valet conſuetudo, ut in actibus gerendis per Ca-
pitulum non ſtetur majori parti Capituli, quod eſt
notandum: & n.* 29. Butr. *n.* 11. *ibique etiam Anania*,
n. 7. ibi: *Non valet conſuetudo: quod in actibus ge-
rendis per Capitulum non ſtetur majori parti, &c.
etiam ſi eſſet longiſſimo tempore præſcripta:* Panorm.
n. 8. Henric. Boich. *n.* 1. *&* 2. Jo. Andr. *n.* 6. Zabarell.
n. 1. *in fin. Affiict. dec.* 1. *n.* 4.

Ex parte autem Perſonæ nihil adverſatur, quod
Electio facta fuerit de Canonico habente Coadjuto-
rem, quia nullo jure cautum reperitur, Canoni-
cum, cui proviſum fuit de Coadjutore, non eſſe
eligibilem, ſeu privatum voce paſſiva in Capitulo; 12
Sicut enim Coadjutus non prohibetur intervenire,
& votare in Capitulo, & ſic habere vocem acti-
vam, ita nec paſſivam, ut probat Fagnan. *in cap.
Ex parte n.* 22. *de Cleric. ægrot.* Cecoper. *lucubr. Ca-
nonic. libr.* 4. *n.* 52 *verſ. Prout vice verſa* Givant. *in
Manual. in verb. Coadjutor in addit. n.* 27. Barboſ. *de
Canonic. cap.* 29. *n.* 54. Garz. *de Benef. part.* 4. *capit.* 5.
num. 106. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 13. *§. unico
n.* 50. Caſtropal. *Oper. moral. tract.* 13. *de Benef. diſp.* 1.
punct. 10. *num.* 24.

Et quidem circa vocem activam Coadjuti in Ca-
pitulo nulla eſt difficultas, cum certum ſit, quod 13
neque etiam in abſentia Coadjuti poteſt Coadjutor
Capitulis intereſſe, & Votum dare, niſi aliter ca-
veatur in literis Coadjutoriæ, ut reſolvit Sacra Con-
gregatio *in Narnien.* 20 *Maii* 1649. *apud* Monacell.
in Formul. tom. 2. *tit.* 13. *formul.* 2. *numer.* 69. *fol.* 62.
ibi: *Quamvis hi Coadjutores etiam Coadjutis abſen-*

N *tibus*

ribus non poſſint Capitulis intereſſe, & Votum dare, nec Officia Antianitatis exercere, niſi eis in literis Apoſtolicis jura hæc expreſſe non concedantur, ut Partibus auditis cenſuit eadem Congregatio in Narnien. 20. Maii 1649. & optime Pignatell. *conſult.* 84. *num.* 7. *tom.* 9. Unde ſi etiam in abſentia Coadjuti non poteſt Coadjutor votare in Capitulo, niſi in literis Coadjutoriæ id ſibi concedatur, conſequenter Coadjutus habet jus votandi in Capitulo, ut firmat Garz. *de Benefic. part.* 4. *cap.* 5. *numer*, 137. cum aliis proxime allegatis.

Quod adeo verum eſt, ut licet in literis Coadjutoriæ concedatur facultas votandi; attamen hæc intelligitur in abſentia Coadjuti, itaut Coadjutor ne-
14 queat intereſſe Capitulo quando intervenit Coadjutus, juxta reſolutiones Sacræ Congregationis relatas apud Pignatell. *conſult.* 360. *tom.* 1. Monacell. *in Formul. tom.* 1. *tit.* 2. *formul.* 4. *num.* 29. Jo: Baptiſt. Piton. *in Conſtitut. & deciſ. pro Canonicis num.* 603. & comprobat Caſtropal. *Oper. moral. tract.* 13. *de Benefic. diſp.* 1. *punct.* 10. *n.* 5. *verſ. Quod ſi roges.*

Circa vero vocem paſſivam, quod nempe Coadjutus ſit eligibilis ad Officia Capitularia, neque ejus eligibilitas impedita remaneat ex datione Coadjuto-
15 ris, nedum manifeſtum remanet per conſequentiam, dum Canonicus, cui competit vox activa, habet etiam paſſivam Garz. *de Benefic. part.* 4. *cap.* 5. *n.* 88. Caſtrop. *Oper. moral. tract.* 13. *de Benefic. diſputat.* 1. *punct.* 10. *n.* 17. ſed indubitatum pariter eſt ex communi opinione omnium Beneficialiſtarum, qui firmarunt poſſe eligi Coadjutum ad Officia, & illud
16 Officium, ad quod ipſe Coadjutus electus fuit, non poſſe Coadjutorem exercere, ut optime Ventrigl. *in praxi part.* 2. *annotat.* 13. §. *unico num.* 26. ibi: *Verum ſi fuit electus ad aliquod Officium Coadjutus non poteſt Coadjutor illud exercere:* Gavant. *in Manual. in verb. Coadjutor in addit. numer.* 25. ibi: *Non poteſt exercere Officia, ad quæ Coadjutus ſit electus:* Garz. *de Benefic. part.* 4. *cap.* 5. *numer.* 88. ibi: *Non tamen poterit Coadjutor exercere Officia, ad quæ Coadjutus electus eſt:* Barboſ. *de Canonic. capit.* 29. *num.* 40. ibi: *Non poteſt exercere Officia, ad quæ Coadjutus electus eſt: & de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 81. Caſtropal. *Oper. moral. tract.* 12. *de Benefic. diſput.* 1. *punct.* 10. *num.* 17. ibi: *Nunquam tamen poterit exercere Officia, & omnia ad quæ Coadjutus electus eſt, quia illa Officia non competunt Coadjuto ratione Præbendæ, ſed ratione Perſonæ, ac proinde non poteſt Coadjutor in illis ſuccedere.*

Quo ſtante nulla eſt dubitatio, quod electio ſubſiſtatur facta in perſonam Coadjuti, dum omnes Doctores ſupponunt Coadjutum eligi ſolere ad Officia Capitularia, firmando Coadjutorem non poſſe illa Officia, ad quæ Coadjutus eſt electus, exercere, & de cætero Coadjutoria non tollit Coadjuto eligibilitatem tam activam, quam paſſivam, attenta præſertim obſervantia, juxta quam Canonicus Gotta ſemper interfuit, & votavit in Capitulis, & exercuit laborioſum Officium Cappellæ Puerorum, ad quod electus fuit etiam quando habebat Coadjutorem, quæ obſervantia magis in aperto conſti-
17 tuit validitatem Electionis, maxime cum proveniat ex facto ipſius Contradictoris Lotter. *de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 39. *n.* 160. Rot. *dec.* 135. *num.* 14. *part.* 9. *& dec.* 225. *n.* 38. *part.* 10. *& dec.* 152. *n.* 56 *part.* 12. *& deciſ.* 260. *n.* 14. *part.* 16. *& dec.* 582. *n.* 9. *part.* 19. *rec. & cor. Emerix jun. dec.* 212. *n.* 2.

Quoad ſecundum Dubium negativa inſtat reſolutio; Cum enim agatur de Canonico de jure obſtricto ad omnia Officia, quæ incumbunt Collegio,
18 ſeu Capitulo, nullo modo excuſationem habere poteſt ab Officio, ad quod capitulariter electus extitit, præſertim quia concurrit Statutum Eccleſiæ, in quo cavetur nullum ex Canonicis electum ad aliquod Officium illud recuſare poſſe, excepta tantum aliqua legitima cauſa, quæ probata fuerit per Capitulum occultis ſuffragiis; Noti autem juris eſt, quod Statutum veluti Jus municipale Eccleſiæ inviolabiliter eſt obſervandum, & maxime ab omni-
19 bus Canonicis, qui in ingreſſu Eccleſiæ juramentum emittunt de obſervandis ejus Conſuetudinibus, & Statutis, ut tradunt Ceccoper. *lucubr. Canonic. lib.* 4. *numer.* 123. Rot. *in Giennen. Adjunctorum* 27. *Martii* 1705. §. *Tertio convincitur*, *cor. bo. me. Molines* ibi: *Cum in actu eorum ingreſſus ſinguli Canonici medio juramento pollicentur illorum obſervantiam.*

Neque juſta cauſa ad excuſandum eſſe poteſt gratia Coadjutoriæ, quæ datur ad favorem Coadjuti, itaut alias ipſe non gauderet beneficio exemptionis ab oneribus Canonicatus in gratia conceſſæ; Etenim Coadjutoria datur ſolum ad ea, quæ competunt ratione Præbendæ, ut eſt officiatura Chori, & onus functionum Eccleſiaſticarum, non autem extenditur ad ea, quæ competunt ratione perſonæ ipſius Coadjuti, ut eſt electio ad Officia Capitularia, 20
ut tradit Caſtropal. *ubi ſupra diſp.* 1. *punct.* 10. *num.* 17. & probant Reſolutiones Sacræ Congregationis, necnon auctoritates ſupra relatæ communiter affirmantes, quod Coadjutor eligi non poteſt ad officia Capitularia, ad quæ Coadjutus eligi ſolet, ut *in Piſaurien.* 4. *Julii* 1654. *lib.* 19. *Decretorum pagin.* 363. *& in Narnien.* 5. *Maii* 1646. *apud* Monacell. *in Formular. Fori Eccleſiaſt. tom.* 2. *tit.* 13. *formul.* 12. *n.* 69. *fol.* 62.

Ergo ſi Coadjutoria non datur ad Electionem, & exercitium hujuſmodi Officiorum, non poteſt excuſare Coadjutum, nam ea, pro quibus Coadjutor datus non extitit remanent ad onus Coadjuti, ut in terminis juris intereſſendi, & votandi in Capitulo, 21
a quo Coadjutus non excuſatur, ſi in literis Coadjutoriæ hoc non fuerit ſpecialiter conceſſum Coadjutori, tradit Pignatell. *dict. conſult.* 84. *num.* 7. *tom.* 9. *& Sacra Congregatio in dict. Narnien. apud* Monacell. *ubi ſupra formul.* 2. *numer.* 66. propter quod, & alia, a quibus exemptus non eſt Coadjutus, indubitatum eſt iſtum teneri ad reſidentiam in loco Beneficii, nec ab illa excuſari propter Coadjuto- 22
riam, ut reſolvit Sac. Congregatio *in una Cartaginen.* 1. *Decembris* 1618. *lib.* 11. *decretorum pag.* 213. *a tergo*, quam refert & ſequitur, Rot. *in Friſingen. Canonicatus* 2. *Julii* 1714. §. *Etenim*, *coram bo. me. Anſaldo.*

Et ſane ratio eſt evidens, quia nempe ad Officia Capitularia juxta Statuta, & Conſuetudinem Eccleſiæ eligi debent Canonici, cum autem appellatione Canonicorum non veniant Coadjutores, qui tales non ſunt tanquam Canonici ficti, ut dicunt Ventrigl. 23
in prax. part. 4. *annot.* 13. §. *Unico n.* 31. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 9. *n.* 117. Caſtrop. *Oper. moral. d. diſp.* 1. *punct.* 10. *n.* 44. Barboſ. *de Canon. cap.* 29. *n.* 6. *& vot. dec.* 46. *n.* 4. *&* 6. Pignatell. *dicta conſult.* 84. *n.* 3. *tom.* 9. Rot. *coram Penia deciſ.* 314. *n.* 6. idcirco ſicut Electio ad hæc Officia, ita etiam onus 24
illarum remanet ſolis Canonicis Coadjutis, neque Coadjutoria excuſare poteſt ab iis, pro quibus conceſſa non extitit, juxta ea, quæ notarunt Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 52. *n.* 38. *&* §. 5. *proœmial. n.* 6. Riccius *deciſ. Curiæ Archiepiſc. part.* 1. *deciſ.* 29. *n.* 7. Guttier. *pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 31. *num.* 7. Rot. *coram Mantic. deciſ.* 232. *n.* 9. *& coram Coccin. deciſ.* 1456. *n.* 14. *& dec.* 2288. *num.* 3. quidquid ſit, ubi in literis Coadjutoriæ data fuiſſent Coadjutori ea omnia, 25
quæ competunt Coadjuto, ſcilicet vox activa, & paſſiva, itaut eligere, & eligi poſſit ad omnia, ad quæ poterat Coadjutus, ut in *dec.* 398. *cor. Penia*, & explicat Pignatell. *Conſult.* 84. *tom.* 9.

Sed hoc declaravit etiam obſervantia individualis, dum juxta illam etiam Canonici habentes Coadjuto- 26
rem exercuerunt Officia Capitularia, ad quæ fuerunt electi, qui licet excedentes ætatem ſexagenariam, & habentes ſuum Coadjutorem, adhuc electi ad officia Capitularia, ſcilicet illud Fabriceriæ, necnon Cappellæ Puerorum, & exactionis taxæ Beneficiorum, illa per ſeipſos adminiſtrarunt, abſque eo, quod unquam promota fuerit hujuſmodi excuſatio ob Coadjutoriam; Si enim Coadjutoria daret excuſationem ab Officiis Capitularibus, ſaltem adduceretur aliquis caſus electionis non acceptatæ per Canonicos habentes Coadjutorem, unde ſi non conſtat de actu in contrarium, ſed oſtenditur tot Canonicos

Coad-

Coadjutos ſemper exercuiſſe Officia toties quoties ad illa fuerunt electi, manifeſtum redditoe ca hac obſervantia, quod Coadjutoria ab bis Officiis excuſationem non præſtat, Rot. *coram Penia deciſ.* 281. *n.* 10. *& cor. Pamphil. dec.* 630. *n.* 5. *& cor. Ubago dec.* 33. *n.* 9. *& cor. Emerix jun. dec.* 483. *n.* 6. *& cor. Priolo dec.* 46. *n.* 19. *& cor. Ottbobon. dec.* 166. *n.* 10. *& in rec. dec.* 233. *n.* 14. *part.* 13.

Præſertim quia ipſe etiam Canonicus Goria eſt ille, qui alias electus ad Officium Cappellæ Puerorum illud acceptavit, & per duos annos exercuit non obſtante, quod haberet Coadjutorem, unde fortior inſurgit obſervantia, veluti etiam inducta 27 ex facto proprio ipſius Contradictoris, qui ſine ullo fundamento juridico, adducit Coadjutoriam pro motivo excuſationis, Rocc. *diſput. Jur. cap.* 136. *num.* 17. *&* 18. Rot. *deciſ.* 39. *n.* 6. *part.* 3. *& dec.* 285. *n.* 11, *&* 12. *part.* 9. *tom.* 1. *& dec.* 235. *n.* 33. *part.* 16. *rec. & cor. Ubago dec.* 34. *n.* 32. *& cor. Emerix Jun. dec.* 275. *n.* 3. *& cor. Celſo dec.* 190. *n.* 5.

Hanc vero excuſationem, quam Coadjutus ex Coadjutoria obtinere non poteſt, in vanum dedu- 28 cere prætendit ex ſuppoſita mala valetudine, aut ætate ſexagenaria; Etenim motivum malæ valetudinis non ſubſiſtit in facto, dum ipſe adeo validæ, & proſperæ valetudinis ſemper fuit, ut in abſentia ſui Coadjutoris ad lucrandas diſtributiones in rigore hyemis, & calore æſtatis non trepidaverit frequentare officiaturam Chori in Eccleſia, cujus etiam probationem certam ſubminiſtrat aſſiduum ejus exercitium in laborioſo ſolatio venationis, unde corruit ſuppoſitum malæ valetudinis Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 13. §. *Unico n.* 42. & remanet tantum illud ætatis ſexagenariæ, quæ nullo modo excuſat Canonicos a muneribus Capitularibus, quia dicuntur munera rei propriæ cohærentia, a quibus ætas 29 non excuſat, ut eſt Text. *in l. Sunt munera* 11. *ff. de vacat. & excuſat. muner.* ibi: *Sunt munera, quæ rei propria cohærent, de quibus neque liberi, neque ætas, neque merita, &c. jure tribuit excuſationem, & in l. Neque* 5. *C. de muner. Patrimon. lib.* 10. *& in l. Fin.* §. *Ab hujuſmodi, ff. de muner. & honor.* Narbon. *de ætat. annot.* 70. *qu.* 14. *n.* 13.

Et multo magis, quando agitur de Officio non habente laborem corporalem, dum nullam habet ſuperintendentiam dominus Capituli, vel Prædia ruſticis, ſed ſolam ſuperintendentiam Fabricæ, cujus materialem laborem ſupportat particularis Miniſter, 30 ſeu Sollicitator per Capitulum deputari ſolitus, in quibus terminis agitur de ſimplici labore intellectua, a quo pariter ætas nullatenus excuſare ſolet ad Textum *expreſſum in l.* 2. §. *Corporis, ff de vacat. & excuſat. muner.* ibi: *Corporis debilitas eorum munerum excuſationem præſtat, quæ tantum corpore implenda ſunt, cæterum, quæ conſilio prudentis Viri, vel Patrimonio ſufficientis in honores obiri poſſunt, niſi certis, & receptis probabilibus cauſis non remittuntur, & in l. a muneribus, C. de Decurion.* Cohell. *ad Bullam bon. Regim. cap.* 19. *n.* 30. Narbon. *de ætat. annor.* 70. *qu.* 13. *n.* 1.

In quo etiam concurrit obſervantia præciſa, & individualis, quia nempe Canonici habentes Coadjutorem licet exiſterent in ætate ſeniori, & majori quam habeat Goria; attamen Officia Capitularia, ad quæ fuerunt electi, exercuerunt, nec unquam allegare excogitarunt hujuſmodi motivum excuſationis ob ſenilem ætatem, quando tamen, ſi ætas fuiſſet cauſa ſufficiens ad excuſandum veriſimile non eſt, quod tot alii Canonici ſe non excuſaſſent quando præſertim Statuta Eccleſiæ admittunt excuſationem 31 ex juſta, & legitima cauſa capitulariter probanda ex ſuffragiis Eccleſiæ, ergo talis obſervantia oſtendit Statuta admittentia excuſationem ex cauſa legitima non intelligi de iſta ratione ætatis Rocc. *diſp. jur. cap.* 37. *num.* 37. Rot. *cor. Buratt. deciſ.* 87. *numer.* 17. *& in rec. deciſ.* 71. *num.* 13. *part.* 7. *& cor. Ubald. deciſ.* 14. *num.* 8. *& cor. Ottbobon. deciſ.* 161. *num.* 11. *& cor. Emerix Jun. deciſ.* 275. *num.* 9. *& cor. Cerro deciſ.* 766. *num.* 12.

Ex his deſcendit reſolutio affirmativa quoad primam partem tertii dubii, quod Coadjutus exercere teneatur per ſeipſum, ſicut fert obſervantia, & probant rationes hactenus deductæ; Verum Capitulum contentatur, & non impugnat illum exercere poſſe officium per medium ſui Coadjutoris, ut quæritur in ſecunda parte dubii, in quo ſane nihil dubitationis amplius ſupereſſe poteſt, ſed motivum Coadjutoriæ, vigore cujus prætendit Coadjutus ſe exemptum, & excuſatum apertiſſime retorquetur, ſi enim 32 Coadjutor datus illi fuit ad ſupplendas ejus vices in Choro, & functionibus Eccleſiaſticis, & eo magis, prout ſupponitur, etiam in aliis cunctis oneribus, inde ſequitur, ut ipſe ad omne pejus teneatur exercere officium per Coadjutorem, ea ratione, quod Coadjutoria non tollit onera, quæ incumbunt Coadjuto, ſed eorum exercitium ſolummodo transfert in Coadjutorem ad ſublevandam Perſonam Coadjuti, & conſequenter cum Coadjutus fuerit vali- 33 de electus ad controverſum officium, aut teneatur exercere per ſeipſum, aut per Coadjutorem, cum unum ex his duobus effugere non valeat, alias ſequeretur abſurdum, quod Canonicus Coadjutus eſſet jubilatus, non autem Coadjutus, & tamen Coadjutoria datur ad effectum, ut Canonicus omnia adimpleat per Coadjutorem ſuum, ex nota regula, quod qui per alium ſervit per ſe ipſum inſervire videtur *l. tres Tutores*, §. *Non ſolum*, *& l. ita autem*, §. *geſſiſſe*, *ff. de adminiſtr. Tutor. l. vero Procuratori*, *ff. de ſolution.* Gratian. *diſcept.* 663. *n.* 23. *& ſeqq.* Rota *Januen. deciſ.* 14. *num.* 2. *&* 3. *& in rec. dec.* 381, *num.* 19. *part.* 9.

Quemadmodum enim eſſet inepta propoſitio, ſi Coadjutus diceret ſe eſſe excuſatum ab oneribus Chori, & functionibus Eccleſiaſticis ad effectum, ut 34 non teneretur hæc onera adimplere per Coadjutorem, veluti datum ad ſupplendas ejus vices, ita æque abſurda eſt propoſitio, quod Coadjutus propter Coadjutoriam excuſandus ab exercitio per ſeipſum, non teneatur exercere per ſuum Coadjutorem, Rot. *coram Penia dec.* 341. *n.* 4. *& deciſ.* 398. *n.* 3. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 13. § *unico n.* 9.

Et de cætero intolerabile videtur, quod Coadjutus poſſit ſubſtinere hoc aſſumptum, ut ex motivo Coadjutoriæ, ipſe neque per Coadjutorem adimplere velit onera ſibi tanquam Canonico incumbentia, dum Coadjutos non deſinit eſſe Canonicus, neque eſt exemptus ab inſerviendo per ſuum Coadjutorem, cujus negligentia punctatur ipſi Coadju- 35 to, ac etiam ejus culpa adſcribitur damno Coadjuti remanente ei tantum, actione pro damnis, & intereſſe contra ſuum Coadjutorem, ut in reſolutionibus Sacræ Congregationis in *Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. *& in Patavina* 8. *Maii* 1617. *apud* Barboſ. *de Canon. cap.* 29. *num.* 15. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 13. §. *unico*, *n.* 43.

Propoſita hac Cauſa ſub die 2. Octobris 1721. Sac. Congregatio Concilii ad primum Dubium reſpondit *affirmative*, ad ſecundum *negative*, ad tertium *negative* quoad primam partem, *affirmative* ad ſecundam, & *negative* ad tertiam.

JANUEN. LEGATI.

ARGUMENTUM.

Legatum factum in certa quantitate per Patrem favore filii Religioſi pro expenſis Bullarum in caſu ejus aſſumptionis *a qualche Titolo, o Dignità Eccleſiaſtica*, an debeatur per promotionem Filii ad beneficia inferiora Dignitate Epiſcopali, & an totum debeatur ſi expenſæ ſint minores quantitate legata.

SUMMARIUM.

1 *Series facti*,
2 *Dictio ſi conditionem importat*.
3 *Legatum conditionale non debetur conditione non impleta*.
4 *Nomine Dignitatis Eccleſiaſtica non veniunt Beneficia quæcunque limitatur*, *numer*, 12. & 13.
5 *Verbum*, aſſumere, *adaptatur promotioni ad Epiſcopatum; Contrarium*, *n*. 16.
6 *Regulares ſunt incapaces Beneficiorum Sæcularium inferiorum*, *ſecus Epiſcopatuum*.
7 *Legatum eſt interpretandum ſecundum ſubjectam materiam*, & *qualitatem Perſonæ Legatarii*,
8 *In alternativis ſufficit unam partem verificari*.
9 *Appellatione Tituli Eccleſiaſtici veniunt omnia Beneficia*, *quæ dantur in Titulum*.
10 *Qui poſſidet Eccleſiam*, *dicitur eam habere in Titulum*,
11 *Legatum relictum filio venit large interpretandum*.
14 *Nomen* Tituli *de omni*, & *quacunque Dignitate prædicatur*.
15 *Cauſa ſubſtentat legatum*, *illudque determinat*, & *regulat*,
17 *Verbum* aliquis *adjunctum Dignitati comprehendit omnem ſpeciem Dignitatis*.
18 *Qui conſiderat conſequens conſiderare præſumitur* & *antecedens*.
19 *Legatum relictum pro certis expenſis faciendis debetur pro rata expenſarum tantum cum duobus*, *n*. *ſeqq*. *explicatur n*. 29.
22 *Summa certa legata ſtat demonſtrative non taxative*; *Contrarium n*. 24.
23 *An Cauſa reſpiciens favorem Legatarii poſſit operari augmentum*, *vel decrementum refertur diſtinctio Bartoli*.
25 *Cauſa reſpiciens favorem Legatarii illud non coarctat*, *niſi quando operari poteſt augmentum*, & *n*. 27.
26 *Dictio* tantum *taxativam inducit ad unicam vicem*.
28 *Legatum relictum favore conjunctæ Perſonæ debet late interpretari*.
30 *Cauſa adjecta Legato reſpicit favorem Legatarii*.

DISCEPTATIO LXXXVI.

LEgatum ab Excellentiſſimo quondam Domino Antonio ex Dominis de Paſſano factum favore Reverendiſſimi Patris Leonardi Mariæ ejus filii
1 Ordinis Prædicatorum, ita cantat: *Ordina*, *laſcia*, *e vuole*, *che ſe per alcun tempo il M. R. Padre Fra Leonardo Maria ſuo filio legitimo*, *e naturale dell' Ordine di S. Domenico foſſe aſſunto a qualche Titolo*, *ò Dignità Eccleſiaſtica*, *e che perciò le convenifſe haver pagare Bolle*, *in tal caſo ſe li paghino prontamente dall' infraſcritti ſuoi heredi proprietarii pezze mille da otto della ſtampa vecchia di Spagna una volta tanto*, *perche le ſervino per la ſpeditione di dette Bolle*.

Cum autem idem Leonardus Maria prævia diſpenſatione Apoſtolica promotus fuerit ad quatuor Beneficia Sæcularia de Jurepatronatus ſuæ domus, nempe Abbatiam, ſeu Præpoſituram S. Mariæ *della Croce*, Rectoriam S. Laurentii in Levanto, & duas inſuper Cappellanias S. Matthæi, & S. Annæ contingit ſuper infraſcriptis duobus dubiis diſputari.

Primo, *An legatum debeatur?*

Secundo, *An debeatur in totum*, *ſeu potius pro rata expenſarum factarum in Expeditione Bullarum?*

Super quibus articulis Ego in ſenſu veritatis requiſitus re diligenter examinata, cenſeo, ut infra verius, de Jure reſpondendum.

Et quidem aggrediendo examen prioris articuli videtur negative reſpondendum, quia cum Teſtator legaverit ſupradictas pezzas mille conditionaliter ibi: *Se in alcun tempo foſſe aſſunto a Titolo*, *ò Dignità Eccleſiaſtica*: quæ dictio ſe conditionem importat 2
ad *Text. in l. prima*, *ff. de condit.* & *demonſtr. l. quibus diebus*, §. *Quidam Titio*, *ff. eod.* Bald. *conſ.* 150 *n*. 7. *verſ. Reſtat l.* 5. *cum infinitis* apud Barboſ. *d*. 364. *n*. 1. ſequitur, ut legatum non debeatur tanquam conditione non impleta *l. pecunia*, *ff. ſi cert. pe-* 3
tat. Rot. *dec*. 146. *n*. 4. *part*. 11. & *dec*. 30. *n*. 4. *p*. 12. *rec*.

Non fuiſſe autem impletam conditionem Legati patet ex eo, quod Teſtator conſideraſſe videtur Leonardum Mariam ejus filium eſſe aſſumendum ad Dignitatem Eccleſiaſticam, ſub cujus nomine non veniunt beneficia ſimplicia, nec minus Reſidentialia,
aut habentia nomen Præpoſituræ, Abbatiæ, & Re- 4
ctoriæ, cum ad æſtimandam Dignitatem requiratur, quod illa habeat adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum Juriſdictione Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *qu*. 5. *num*. 37. & *ſeqq.* & *qu*. 16. *num*. 47. & *lib*. 3. *qu*. 9. *num*. 4. Pignatell. *conſult*. 130. *num*. 2. *tom*. 4. qualis non eſt Præpoſitura, & Rectoria, ad quas fuit promotus Legatarius.

Fortius autem quia Teſtator uſus eſt illis verbis: *foſſe aſſunto*: ex quo edocemur intelleſiſſe de Dignitate cum Juriſdictione, dum hoc verbum *aſſum-* 5
ptio proprie cadit in Dignitate Juriſdictionem habente, ideſt in Epiſcopo, qui dicitur aſſumi ad Dignitatem Epiſcopalem.

Addendo etiam, quod cum Regulares ſint incapaces Beneficiorum Sæcularium inferiorum, & per 6
contrarium capaces Dignitatis Epiſcopalis per *Text. in cap. nullus* 28. §. *Ad Dignitatem de elect.* idcirco Teſtator non videtur de alia Dignitate ſenſiſſe, quam de Epiſcopali, utpote ea, quam filius Religioſus poterat aſſequi regulariter, & de Jure; nam ſecundum ſubjectam materiam, & qualitatem Perſonæ Legatarii, Legatum eſt interpretandum *l. ple-* 7
num 12. §. *Equitis*, *ff de uſu*, & *habit*. Trentacinq. *conſ*. 35. *n*. 6. *lib*. 1. id etiam ſuadente quantitate legata *in pezzis mille*, quæ uti exceſſiva reſpectu beneficiorum inferiorum, & adaptata Epiſcopatibus, & Dignitatibus majoribus, de iſtis, non de illis cogitaſſe Teſtatorem præſumendum eſt.

Quibus tamen non obſtantibus negotio melius examinato in puncto Juris, & in obſequium veritatis, cenſeo legatum deberi tanquam purificata, & impleta conditione, ſub qua fuit relictum.

Moveor primo ex illis verbis: *Se per alcun tempo foſſe aſſunto à qualche Titolo*, *ò Dignità Eccleſiaſtica*: quæ verba *Titolo*, *ò Dignità*, cum ſint alternata per illam dictionem, *O*. latine, *aut*, *vel* & *ſive* operantur, ut legatum debeatur quoties una pars alternativæ verificatur juxta *Text. in l. Cum Pupillus*, §. 1. & *l. Si heredi plurium*, *ff. de condit.* & *demonſtrat. c. in alternativis de regul. Jur. in* 6. Rot. *cor. Coccin. dec.* 139. *n*. 1. & *cor. Cerr. dec*. 719. *n*. 5. & *in rec. dec*. 248. *n*. 8. *p*. 1. & *dec*. 719. *n*. 2. *p*. 2. & *dec*. 191. *n*. 4. & *dec*. 387. *n*. 23. *p*. 5. & *dec*. 83. *n*. 7. *p*. 8.

Cum ergo legatum ſe non reſtringat ad Dignitatem Eccleſiaſticam, ſed comprehendat etiam aliquem *Titulum Eccleſiaſticum* ibi; *qualche Titolo*, *O*, *Dignità*: proinde impleta eſt conditio, dum Pater Leonardus
Maria aſſecutus eſt, non unum, ſed quatuor Titulos 8
Eccleſiaſticos, cum appellatione Tituli Eccleſiaſtici contineatur omne genus beneficii, quod datur in Titulum perpetuum, cum omnis Beneficiatus dicatur habere Titulum, & eſſe intitulatus in Eccleſiis, ut ait Fagnan. *in cap. ad evidentiam il* 2. *nu*. 103. & *ſeqq. de reſcript.* ibi: *propter beneficia quis intitulatur*, & *obliga-*
tur Eccleſia, &*c. pro eodem aſſumuntur beneficium*, 9
& *Titulum*: & omnis qui poſſidet Eccleſiam dici-
tur eam habere in Titulum Eccleſiaſticum *Text. in* 10
l. 1. *Tit*. 6. *in uſibus feudor. in principio* ibi: *Eccleſiarum*, *quæ eis ſubjecta ſunt*, & *Tituli vocantur*; & egregie, *gloſs. in c. dudum il* 2. *de elect. in verb. intitulatum* ibi: *dicitur Titulus ipſa Eccleſia*, &*c. unde ſinguli tantum Clerici per ſingulos tantum Titulos ſunt ponendi*, *ideſt Eccleſias*, *unde in Ordinationibus quando vocantur Clerici dicitur Talis ad Titulum Talis Plebis*, *item Titulus dicitur Clericatus*, *vel Canonicatus in aliqua Eccleſia*, *unde dicitur*

inti-

intitulari , &c. Unde dicitur titulus quilibet Ordo Eccleſiaſticus, & qualibet Dignitas, & qualibet Prælatura, unde dicitur quis intitulari in aliqua Eccleſia, ideſt ordinari, vel præfici.

Et optime Fagnan. *in cap. cum pridem n.* 117. *de pact.* ubi hæc ſingulariter ait: *quilibet Titulus Eccleſiaſticus eſt quædam ſpiritualis poteſtas, ſeu jus ſpirituale ad aliquos actus ſpirituales exercendos*; & conſequenter eo ipſo, quod Legatarius aſſecutus eſt Eccleſiam Sæcularem, in qua eſt intitulatus, & habet Titulum Eccleſiaſticum, verificata eſt conditio legati, quod uti favorabile, nempe in favorem filii
11 ad ſublevandum eum ab expenſis Bullarum occaſione Tituli Eccleſiaſtici, venit large intelligendum, & interpretandum ad *Text. in l. cum rem alienam Cod. de legat.* Rot. *deciſ.* 309. *n.* 13. *verſ. nam fuit reſponſum part.* 1. *rec.* Pacion. *alleg.* 58. *n.* 10. Card. de Luc. *de legat. in Summ. n.* 12.

Moveor ſecundo ex quo dato etiam per malam hypotheſim, quod pro conſequendo legato requireretur aſſecutio Dignitatis, adhuc Præpoſitura, quam habet P. Leonardus Maria, eſt Dignitas, cum Præ-
12 poſiti dicantur habere Dignitatem, ut in ſpecie Pinatell. *conſult.* 130. *numer.* 2. *verſ. tales autem tom.* 4. Rot. *dec.* 483. *num.* 7. *part.* 3. *rec.* Marinquez *de præced. qu.* 4. *n.* 1.

Neque requiritur, quod Præpoſitus habeat Juriſdictionem; nam quidquid ſit ad aliud propoſitum, certum eſt, quod ad hunc effectum ſufficit adminiſtratio aliqua cum ſimplici præeminentia ad hoc ut vere, & proprie dicatur Dignitas, ut late probat
13 Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 34. *num.* 23. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 515. *num.* 4. Azzor. *Inſtit. moral. part.* 1. *cap.* 13. *lib.* 3. *qu.* 2. *ad finem* Hojed. *de incompatib. benef. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 4. Pignatell. *d. conſult.* 130. *n.* 3. *& ſeqq. tom.* 4.

Quod patet ab obſervantia, dum Præpoſitus anteceſſor fuit electus in Judicem Synodalem, ex quo aſſequimur Præpoſituram eſſe Dignitatem, dum non poteſt deputari Judex Synodalis, niſi qui aut habet Dignitatem, aut Perſonatum, aut eſt Canonicus Cathedralis juxta *Text. in cap. ſtatutum* 11. *de reſcript. in* 6. *& Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 10. *de reform.*

Immo jungendo verba legati in ſuo toto ibi: *Titolo, ò Dignità*; hæc etiam copulative ſumpta oſtendunt Teſtatorem eatenus præpoſuiſſe nomen *Tituli*, illique adjeciſſe nomen *Dignitatis* quatenus voluit comprehendere omnem, & quamcunque Dignitatem latiſſimo modo ſumptam, & ſic etiam bene-
14 ficium *Dignitatem* nuncupatam, ut explicat præambulum nomen *Tituli*, quod de omni, & quacunque Dignitate prædicatur, juxta auream *gloſſam in d. cap. dudum il* 2. *de elect.* in illis verbis ſupra tranſcriptis, & hic neceſſario repetendis ibi: *Unde dicitur Titulus quilibet Ordo Eccleſiaſticus, & qualibet Dignitas, & qualibet Prælatura:*

Accedente inſuper cauſa legandi, quæ legatum veſtit, & informat; Hæc enim fuit ſublevare filium, ſeu ei providere de expenſis neceſſariis pro expeditione Bullarum, quæ ratio, cum militet in caſu iſto, immo generaliter pro omni beneficio, pro quo in Dataria Apoſtolica expediri debent Bullæ, conſequenter legatum omnino debetur tanquam regularum a cauſa expenſarum repetita in principio, & fine ibi: *E che pertiò lo convenîſſe havere a pagare Bolle*: & infra, *perchè le ſervino per la ſpedizione di dette Bolle*; nam cauſa eſt illa, quæ ſubſtentat
15 legatum, illudque determinat, & regulat, ad *Text. in l.* 10. *ff. de annuis legat.* Rot. *dec.* 231. *num.* 9. *part.* 17. *rec.*

Non obſtat contraria, etenim quod Dignitas debeat eſſe cum Juriſdictione, ſublatum eſt ſupra; quod vero illud verbum *aſſumo* proprie prædicetur de aſſumptione ad Epiſcopatum, eſt erroneum in Jure, cum illud ſit verbum generale, quod prædicatur etiam in proviſis de beneficiis inferioribus, ut in Vi-
16 cariis perpetuis eſt *Text. in Clement. unica de Offic. Vicar.* ibi: *Eccleſiarum Parochialium Vicariis; & aſſumptis ad eas*, & in terminis Præpoſiti eſt *Text. in cap. per inquiſitionem de elect. in fin.* ibi: *Eundem*

ab officio Præpoſituræ penitus amoventes, faciatis Virum idoneum ad officium illud aſſumi.

Quod Teſtator ſenſerit de Epiſcopatu, cujus Regulares ſunt capaces, non autem de inferioribus Beneficiis, eſt falſum, quia eſt contra verba legati, cujus litera occidit; nam illud generaliter loquitur de Titulo, aut Dignitate Eccleſiaſtica, pro qua neceſſaria eſt expenſa Bullarum, ideoque hæc verba effrenata reſtringere dumtaxat ad Dignitatem Epiſcopalem eſſet violare literam, dum excluderet omnes alias Dignitates inferiores, quando Teſtator clare ſuppoſuit comprehendere Dignitates inferiores ſub illo verbo, *à qualche Titolo, ò Dignità* notando hic verbum illud *qualche*, quod eſt univerſale, & com- 17
prehendit omnem ſpeciem Dignitatis *gloſſ. final. in cap. ſi propter de reſcript. in* 6. Cephal. *conſ.* 347. *num.* 14. *& ſeqq.* Cravett. *conſil.* 294. *numer.* 4. Surd. *conſ.* 33. *num.* 20. *& conſ.* 103. *num.* 8. Menoch. *conſ.* 609. *num.* 18.

Quantitas autem petiarum mille non repugnat incluſioni etiam Dignitatum inferiorum, & Beneficiorum, cum poſſit dari caſus, quod pro Canonicatu in Cathedrali, pro Abbatia Sæculari, ac etiam Præpoſitura, Archipresbyteratu, ſeu Plebanatu poſſit contingere hujuſmodi ſumptus pro expeditione Bullarum, addita etiam expenſa pro Bullis diſpenſationis Perſonæ Regularis, quod conſiderare debuit prudens Teſtator, eo ipſo quod ſe non reſtrinxit ad ſolam Dignitatem Epiſcopalem, ſed omnes compre- 18
hendere intellexit; nam qui conſiderat conſequens conſiderare præſumitur & antecedens *l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de Prætor. l. legatis, ff. de adimen. legat.* Barboſ. *axiom.* 54. *num.* 1. Grat. *diſcept.* 594. *num.* 19. Rot. *deciſ.* 142. *num.* 17. *part.* 10. *& dec.* 353. *num.* 18. *part.* 19. *& deciſ.* 11. *n.* 10. *& deciſ.* 58. *n.* 5. *part.* 16. *rec.*

Tranſeundo ad diſcuſſionem poſterioris articuli, videtur prima fronte negative reſpondendum, ſcili- 19
cet legatum non deberi in totum, ſed pro rata expenſarum factarum, juxta *Text. in l. Lucius Titius §. A te peto, ff. de legat.* 2. *& doctrinam* Bald. *in l. ſi quis ad declinandam Cod. de Epiſcop. & Cler.* Genuen. *in practicabil. Eccleſ. quæſt.* 526. Card. de Luc. *de Teſtam. diſc.* 45. *num.* 9. ubi quod ſi Teſtator mandet diſtribui centum pro male ablatis, ubi non ap- 20
pareant iſta aſcendere ad tantam ſummam, id quod ſupereſt debetur hæredi ex auctoritate præallegati, *Text. in dicta l. Lucius Titius, §. A te peto*, ubi quod Teſtatore legante decem aureos pro ejus cor- 21
pore humando, ſi Executor in demandatum opus minus expendat, quod ſupereſt ad hæredem pertinere deciditur.

Augetur ratio, quia cauſa finalis legendi eſt pro expenſis Bullarum, ut denotat illa dictio: *perchè le ſervino per la ſpedizione di dette Bolle*: Unde ſi expenſa eſt minus, minus debetur, cum ſumma legata in petiis mille cenſeatur ſtare demonſtrative, 22
non taxative Card. de Luc. *de legat. diſc.* 30. *n.* 3. *&* Rovit. *dec.* 57. *per totam.*

Sed contrarium verius de Jure puto ex magiſtrali Theorica Bart. *in l. libertis* 4. *ff. de alim. & cibar. legat. n.* 5. ubi diſtinguendo firmat, quod ubi, prout in caſu noſtro, cauſa adjecta reſpicit favorem Legatarii, tunc aut poteſt operari augmentum legati, & illud coarctat, & reſtringit, aut non poteſt operari 23
augmentum, & non operatur reſtrictionem legati.

Applicando ad rem, certum eſt, quod cauſa ſolvendi expenſas Bullarum pro filio promovendo ad aliquem Titulum, ſeu Dignitatem Eccleſiaſticam non poteſt operari augmentum legati, ſi enim ex. gr. fuiſſet caſus, quod expenſæ Bullarum excederent quantitatem legatam petiarum mille, hæres non teneretur ſupplere, quia legatum eſt taxativum in petiis mille tantum, & reſtringitur ſuper certa quan- 24
titate, ut eſt *Text. in d. l. Libertis, ff. de alim. & cibar. legat.* ubi legatis prædiis, ut ex eis conſtituantur cibarii, & Veſtiarii, ſi iſtorum expenſæ important minus, quam redditus prædiorum, reſolvitur quod ſuperfluum eſt, non ad hæredem pertinere, ſed ad legatarios, quem Textum dicit Bartolus exemplifi-

care Legatum, cujus cauſa reſpiciens favorem Legatarii non poteſt operari augmentum, & ideo nec minus reſtrictionem, ſi cibarii, & veſtiarii important minus.

Sicut ergo ſi attento Epiſcopatu, vel alia majori Dignitate expenſæ Bullarum ſuperaſſent petias mille, aliud prætendere non potuiſſet Legatarius, ſed de proprio ſupplere debuiſſet, ita dum expenſæ ſunt minores ſumma legata, non poteſt reſtringi legatum,
25 quia cauſa reſpiciens favorem legatarii illud non coarctat, niſi quando operari poteſt augmentum juxta Bartol. *in dicta l. liberis, ff. de aliment. & cibar. legat. num.* 5. ibi: *Si vero contineat favorem legatarii, & tunc aut talis adjectio poteſt operari augmentum legati, & operatur, aut non poteſt operari augmentum, & non operatur reſtrictionem legati, ut hic;* qui loquitur in ſpecie in cauſa de futuro, prout hic in cauſa futura expenſarum pro Bullis.

Facilius autem reflectendo, quod poteſt P. Leonardus Maria in futurum promoveri ad Epiſcopatum, pro cujus Bullis ſunt neceſſariæ ingentes expenſæ, & tamen in iſto caſu non poteſt prætendere contra hæredem illud ſuperfluum, quod nunc
26 controvertitur, quia legatum eſt pro unica vice tantum ibi: *per queſto valta tanto:* quæ dictio *tantum* taxativam inducit ad unicam vicem *l. qui aliena §. Libertas, ff. de negot. geſt. l. qui Sella, §. qui altum, ff. de ſervit. ruſtic. prædior. cum aliis apud* Barb. *dict.* 402. *numer.* 2. & proinde ſuperfluum ultra expenſas hodie factas pro Dignitate inferiori, non poteſt retineri ab hærede, ſed cedere debet commodo Lega-
27 tarii, cui tota ſumma fuit relicta, ad *Text. in l. Si quis Titio, ff. de legat.* 2. *& probat.* Rot. *deciſ.* 25. *n.* 1. *part.* 3. *recent.*

Alias enim darentur repugnantiæ, & legatum remaneret irrationabile, quia nempe in caſu, quo expenſæ exceſſiſſent ſummam legatam, hæres ſupplere non teneretur, & tamen ſi illæ non adæquarent eandem ſummam, poſſet lucrari illud ſuperfluum, & inſuper ſi in futurum Legatarius promoveretur ad Dignitatem Epiſcopalem, prout alias fuit in proximo, hæres illud ſuperfluum non deberet tradere Legatario, quia Legatum eſt pro prima vice tantum, quæ omnia involvunt intelligentiam contrariam menti Teſtatoris, & in præjudicium ejus filii Legatarii, quando illi voluit providere de expenſis neceſſariis in ejus promotione, quæ eſt actus reiterabilis, dum unuſquiſque poteſt de Dignitate minori aſcendere ad majorem, & de uno etiam Epiſcopatu transferri ad alium, in quibus caſibus expenſæ ſunt reiterabiles, nec proinde hæres lucrari poteſt in præjudicium Legatarii etiam eventuale, & poſſibile, ſed Legatum in ſuo toto debetur integrum, & non dimidiatum, urgente regula, ut favore Con-
28 junctæ Perſonæ illud debeat late interpretari, & mitiori intelligentia recipi Surd. *conſ.* 88. *num.* 16. Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 10. *n.* 13. Franciſcus Palma *conſult.* 89. *n.* 6. Stainban. jun. *deciſ.* 80. *num.* 6. Rot. *deciſ.* 260. *ſub n.* 5. *&* 6. *part.* 9. *tom.* 1. *rec.*

Nec obſtat *Text. in l. Lucius §. a te peto ff. de legat.* 2. cum aliis ſupra in objecto allegatis, quia
29 procedunt in Executore, & nudo Miniſtro, non autem in Legatario, cujus Perſona fuit contemplata, ut late Rot. *d. deciſ.* 25. *n.* 1. *in fine part.* 3. *rec.* & ubi cauſa adjecta Legato reſpicit favorem Legatarii juxta doctrinam Bartol. ſupra allegatam, &
30 concordat, Bald. *in l. ſi habitatio §.* 1. *n.* 1. *ff. de uſu, & habitat.* & ita in ſenſu veritatis hoc anno 1704. mihi concludere viſum fuit, & ita judicavit Sacr. Congregatio particularis cl. mem. Cardinalium *Acciajoli, Colloredi, & Sperelli* per Sententiam publicatam die 29. Januarii 1706. per Acta Belli A. C. Notarii.

ALEXANDRINA CLERICATUS

ARGUMENTUM.

An Clericus, qui commiſſo delicto reaſſumpſit habitum, & Tonſuram gaudeat privilegio fori quoad Perſonam, & bona; Quando reaſſumptio habitus dicatur facta in fraudem Fiſci vel non.

SUMMARIUM.

1 *Reaſſumptio habitus poſt delictum non privat Clericum privilegio Fori quoad Perſonam, & bona.*
2 *Cauſa conſecutiva judicari non poteſt donec pendet principalis.*
3 *Quando non ſubſtineantur Judicia ordine præpoſtero facta.*
4 *Clericus reaſſumens habitum in fraudem Fiſci adhuc gaudet privilegio Fori quoad Perſonam.*
5 *Sententia Epiſcopi ſuper reaſſumptione habitus in fraudem Fiſci quando non ſubſtineatur.*
6 *Delegatio Cauſæ comprehendit omnia neceſſaria.*
7 *Reaſſumptio habitus non præſumitur facta per Clericum in fraudem Fiſci Laici.*
8 *Clerico ſufficit præſtatio ſervitii Eccleſiæ, licet non probetur adſcriptio facta ab Epiſcopo.*
9 *Reaſſumptio habitus poſt delictum non dicitur in fraudem Fiſci Laici, amplia, ut n.* 10. *declara, ut n.* 11.
12 *Quando reaſſumptio habitus dicatur facta in fraudem Fiſci Laici, & n.* 13.
14 *De diſtinctione inter ſuſceptionem Clericatus poſt delictum, & reaſſumptionem habitus.*
15 *Diffamatio de crimine intelligitur de judiciali.*
16 *Articulatio Procuratoris ſine mandato ſpeciali non attenditur.*
17 *Quando Teſtes non probent negativam coarctatam.*
18 *Delatio habitus Clericalis intelligitur moraliter, & quomodo.*

DISCEPTATIO LXXXVII.

SUſtinebam in Sac. Congregatione Immunitatis de anno 1714. quod Clericus Balbus gaudere debeat privilegio Fori, tam in Perſona, quam in bonis, non obſtante, quod reaſſumpſerit habitum poſt delictum, ut Fiſcus Laicus prætendebat, ab ipſo commiſſum, ut deciſum alias fuit per Sacram Congregationem 11. Decembris 1646. relata apud Ricc. *in Sinopſ. decret. & reſol. Sacræ Congregationis in verbo Clerici, quoad reaſſumptionem habitus n.* 4. ibi: *Reaſſumens habitum, & Tonſuram poſt prætenſum delictum a ſe commiſſum gaudere debet privilegio Fori Eccleſiaſtici, tam quoad Perſonam, quam quoad bona:* Et magis recenter reſolvit Sacra Congregatio Concilii in una *Nicien.* 30. Maii 1676. relata apud Monacell. *in formul. Fur. Eccleſ. tom.* 2. *tit.* 15. *formul.* 4. *num.* 17. ibi: *Clericus prima Tonſura, a die, quo fuit ordinatus, per ſeptem annos continuos non inceſſit in habitu, & Tonſura, &c. commiſſo delicto fuit a Judice Laico inquiſitus, citatus, & demum ſiſtere juſſus, ſed arrepta fuga, reaſſumptoque habitu, cœpit Eccleſiæ inſervire pro ſua directione, ſupplicat Epiſcopus Nicien. declarari, an iſte Clericus gaudeat privilegio Fori, &c. an poſſit Epiſcopus hanc cauſam ſibi vindicare, an debeat? Die* 30. *Maii* 1676. *Sacra Congregatio Concilii, reſpondit ad omnia affirmative, & concordant antiquiora Decreta emanata* 10. *Decembris* 1599. *& in Papien.* 23. *Maii* 1626.

Fundata autem intentione Clerici in hac baſe

elemen-

elementari, quod gaudeat privilegio Fori in Perſo-
na, & bonis, ſententia Epiſcopi non ſubſtinetur ex
capita evidentis nullitatis, & injuſtitiæ quatenus
daclaravit Clericum reaſſumpſiſſe habitum in frau-
dem Fiſci Laici.

Nullitas autem eſt apertiſſima, quia reaſſumere
habitum in fraudem Fiſci nil aliud eſt, quam præ-
ſupponere per neceſſarium antecedens, quod Cleri-
cus ſine dubio commiſerit delictum, & plene de il-
lo conſtet, tunc enim verificatur iſte terminus frau-
dis, quæ eſt machinatio doloſa in præjudicium al-
terius, ergo ad effectum, ut habitus dici poſſit re-
aſſumptus in fraudem, neceſſe eſt, ut prius conſtet
de delicto, nam alias non probato delicto, non eſt
verificabilis iſta fraus contra Fiſcum; Ideoque cla-
rum remanet, quod Epiſcopus procedere non pote-
rat ad ſententiam declaratoriam reaſſumptionis ha-
bitus in fraudem, ſed expectare debebat exitum litis
2 ſuper aſſerto delicto; nam ubi una cauſa dependet
ab altera, non poteſt cauſa, quæ eſt conſecutiva,
cognoſci, & judicari, antequam decidatur cauſa
principalis, & ut dicunt Doctores, præjudicialis, ut
probat Tondut. *de prævent. part.* 1. *cap.* 15. *n.* 22. *&
ſeqq.* Farin. *in prax. Crim. quæſt.* 100. *n.* 59. *& ſeq.* Ad-
den. ad Greg. *deciſ.* 470. *n.* 17. Rot. *cor. Coccin. deciſ.*
132. *n.* 3. *&* 4. *& cor. Burat. dec.* 415. *n.* 1. *&* 2.

Ea ratione, quod cum eſſe poſſit cauſam ſuper
delicto terminari in favorem Rei, hoc caſu ſenten-
tia ſuper reaſſumptione habitus in fraudem remane-
ret eluſoria, & de ſubjecto non ſupponente, dum
excluditur fraus, & inde comprobatur nullitas ſen-
tentiæ, quia non potuit judicari ſuper incerto, &
futuro exitu litis ſuper delicto, ponendo currum an-
te Boves, & prius judicando fraudem, antequam
3 conſtaret de cauſa fraudandi; quæ proinde judicia,
tanquam ordine præpoſtero facta non ſubſtinentur
*per Text. in leg. Litigatores, ff. de recept. arbitr. &
leg. Quia,* §. 1. *ff. de legat.* 1. Rot. *deciſ.* 216. *num.* 1.
cum ſeq. part. 19. *rec. & in Romana Trebellianica* 15.
Januarii 1691. §. *Præter has cor. cl. me. Card. Poiolo.*

Eo magis autem, quia juxta receptas reſolutio-
nes Sac. Congregationum Clericus etiam reaſſumens
habitum in fraudem Fiſci Laici, adhuc gaudet pri-
4 vilegio Fori quoad Perſonam, quidquid ſecus quoad
bona, itaut Judex Laicus nequeat procedere contra
Perſonam, quia iſta ſemper eſt Clericalis, & habet
Characterem indelebilem, neque quoad Epiſcopum,
& Juriſdictionem Eccleſiaſticam Clericus non ince-
dendo in habitu ſe eximit ab Eccleſiæ poteſtate, niſi
tali privilegio fuerit per ſententiam Judicis Eccleſia-
ſtici denudatus, ut videre eſt apud Panimol. *deciſ.*
24. *annot.* 3. *n.* 9. Pignatell. *conſult.* 46. *n.* 1. *& ſeqq. &
per tot. tom.* 1. *& conſult.* 20. *n.* 40. *tom.* 3. ibi: *Cleri-
cus poſt dimiſſionem habitus reaſſumens illum in frau-
dem gaudet tantum, quoad Perſonam, non quoad bo-
na eadem Sac. Congregatio in Reatina* 10. *Septembris*
1629. *& in Cuſentina* 16. *Septembris* 1630. *apud* Ricc.
*in Synops. decret. Sacr. Congregat. Immunit. in verbo
Clerici, quoad habitus reaſſumptionem, num.* 1. Mo-
nacell. *in formul. For. Eccleſ. tom.* 2. *tit.* 15. *formul.* 4.
num. 18. ibi: *Quod ſi in reaſſumptione habitus adſit
fraus, quam Judex Eccleſiaſticus inſpicere debet,
tunc Judex Laicus poterit proſequi cauſam, & proceſ-
ſum, quoad bona, ſeu propoſitionem Clerici, non au-
tem quoad Perſonam* ubi refert plures reſolutiones
Sacræ Congregationis, de quibus videre eſt etiam
Apud Bertachin. *voto deciſ.* 62. *n.* 4. *& ſeqq.* Fagnan. *in
cap. Magnus n.* 28. *& ſeq. & n.* 73. *de obligat. ad ra-
tioc. non ordin.* Otil. ad Campan. *obſerv.* 4. *num.* 18.
verſ. S. Congregatio Cartar. dec. Crim. 17. *n.* 25.

Unde Epiſcopus poterat facere proceſſum quoad
Perſonam ſuper delicto; & præventive de illo cogno-
ſcere ad effectum poſtea judicandi, an reaſſumptio
5 habitus eſſet, nec ne in fraudem Fiſci, quod cum
non fecerit, ſententia ſubſtineri non valet, tanquam
lata ſuper ſubjecto non ſupponente, ſcilicet ſuper
fraude Fiſci Laici, quæ ſine probatione delicti uſ-
que ad rem judicatam non poterat verificari, & ve-
rificatio non erat deſumenda ex proceſſu, & ſen-
tentia, Judicis Laici tanquam nullis, & attentatis,

ex quibus Curia Epiſcopalis moveri non debet, ut
firmat Clar. *in* §. *fin. qu.* 36. *in fine verſ. ultimo* Craſ.
de effect. Cler effect. 4. *n.* 291. Ciarlin. *contr.* 114. *num.*
71. Sperel. *deciſ.* 17. *n* 8. *cum ſeq.*

Neque excuſari poteſt Epiſcopus ex delegatione
cauſæ ſuper reaſſumptione habitus ſibi facta per Sa-
cram Congregationem, quando enim alicui datur
Juriſdictio aliquid faciendi, intelligitur, prout de
Jure, & Juris ordine ſervato, & ſic requirebatur,
ut Epiſcopus proceſſum prius compilaret ſuper deli-
cto, ut poterat ratione Juriſdictionis in Perſonam
Clerici, de qua apud Cartar. *dicta dec. crim.* 17. *n.*
25. Sperel. *deciſ.* 17. *n.* 33. antequam pronunciaret per
ſententiam ſuper reaſſumptione habitus in fraudem
Fiſci, cum omne reſcriptum cenſeatur datum pro- 6
ut de Jure juxta notum *Text. in cap. Cauſam, quæ
de reſcript.* & delegatio non ſolum comprehendat
cauſam delegatam, ſed etiam cognitionem omnium
eorum, quæ ſunt neceſſaria ad effectum judicandi
capit. Præterea de offic. delegat. ibi: *Etiam ſi literæ
commiſſionis id non contineant, quia ex eo, quod
cauſa ſibi committitur ſuper omnibus, quæ ad cau-
ſam ipſam ſpectare noſcuntur plenariam recipit pote-
ſtatem:* bon. mem. Anſald. *deciſ.* 68. *n.* 23. Rot. *deciſ.*
310. *n.* 22. *part.* 18. *& deciſ.* 353. *n.* 18. *part.* 19. *rec.*

Injuſtitia autem ſententiæ eſſe non poteſt eviden-
tior, cum enim conſtaret de Clericatu, & reaſſum-
ptione habitus cum requiſitis Concilii, nempe ſer-
vitio præſtito Eccleſiæ, ſine ullo fundamento Epi-
ſcopus reaſſumptionem habitus judicavit factam in
fraudem Fiſci, quando fraus, quæ eſt delictum, non
præſumitur de jure, niſi claris probationibus con-
vincatur, alias militat contraria præſumptio, quod 7
Clericus reaſſumendo habitum uſus fuerit Jure ſuo
adimplendo, & ſervando obligationem, ad quam
ratione Clericatus tenebatur ex præſcripto Sacrorum
Canonum, & Sacri Concilii Tridentini, ut inquit
Rot. *coram Gregor. dec.* 195. *n.* 10. *&* 11. *& deciſ.* 459.
n. 7. *& ſeq. & coram Bich. dec.* 69. *n.* 13. *& dec.* 166 *n.*
7. *& in rec. deciſ* 226. *n.* 18. *&* 19. *part.* 17. *& coram
Emerix jun. dec.* 1337. *n.* 17. & in terminis noſtris
firmat Pignatell. *conſult.* 105. *n.* 10. *tom.* 1. Farinac. *de
Inquiſit. qu.* 8. *n.* 112. Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 12. *n.*
4. Cartar. *dec. crimin.* 17. *n.* 17.

Neque ſuffragatur, quod poſt reaſſumptionem ha-
bitus non fuerit præſcriptum ſervitium Eccleſiæ de 8
mandato Epiſcopi, qui adſcripſerit, quia talis adſcri-
ptio, ſeu mandatum Epiſcopi non requiritur pro
forma ſubſtantiali, ſed ſufficit ſervitium Eccleſiæ ſi-
ne ejuſdem Epiſcopi mandato, cum etiam per tale
ſervitium finis Concilii adimpletus remaneat, ut de-
claravit Sacra Congregatio Concilii apud Fagnan.
in cap. ſi quis n. 20. *de foro competen.* Pignatell. *con-
ſult.* 176. *n.* 4. *tom.* 1. Sperell. *deciſ.* 26. *n.* 31. Panimol.
dec. 14 *n.* 42. *& ſeq.* & plene Emus Petra *ad Conſtit.
Apoſt. tom.* 4. *ad Conſtit.* 10. Martini V. *n.* 22.

Neque fraus colligi valet ex eo tantum, quod
reaſſumptio habitus facta fuerit poſt commiſſum aſ- 9
ſertum delictum, hoc enim nullo modo fraudem
concludit, ex quo alias caſſare oporteret reſolutio-
nes Sacræ Congregationis, tam Immunitatis, quam
Sacri Concilii Tridentini, in quibus firmiter decla-
ratum ſemper fuit, quod Clericus gaudeat ſemper
privilegio Fori in perſona, & bonis, quando reaſ-
ſumpſit habitum poſt prætenſum delictum a ſe com-
miſſum, juxta allegata ſuperius *num.* 1. & propterea
fraus ex aliis circumſtantiis petenda venit, ut quod
reaſſumptio habitus ante carcerationem ſufficiat Cle-
rico ad effectum gaudendi privilegio Fori reſolvit
Sacra Congregatio in *Roſſanen.* 18. *Martii* 163 . *apud*
Pignatell. *conſult.* 30. *numer.* 33. *tom.* 3. ibi: *Clericus,
qui ante carcerationem reaſſumpſerat habitum Fori,
privilegio gaudet:*

Et quod reaſſumptio habitus non dicatur fraudo-
lenta, ſed conſervet Clerico privilegium Fori tam in 10
perſona, quam in bonis, ſi facta fuerit etiam poſt
captam Informationem de delicto per Judicem lai-
cum, antequam tamen fuerit citatus, reſolvit Sacra
Congregatio Immunitatis in una *Nicien.* 22. *Auguſti*
1662. *apud* Pignatell, *tom.* 1. *conſult.* 436. *num.* 1. ibi,

„ An Clericus primæ Tonſuræ, qui dimiſſo habitu
„ Clericali, quem geſtabat, inceſſit per octo annos
„ circiter in habitu laicali gerens ſe in omnibus pro
„ laico, in quo etiam deliquit, cumque Judex ſæcu-
„ laris cœpiſſet contra eum informationem ſumere de
„ delictis, de quibus erat diffamatus habitum, &
„ Tonſuram Clericalem ſtatim reaſſumpſit, & Eccle-
„ ſiæ inſervire cœpit, antequam tamen coram Judice
„ citatus fuerit, an inquam privilegium Clericale re-
„ cuperaverit non ſolum quoad perſonam, ſed etiam
„ quoad cauſam, & bona, ita ut Judex laicus, qui
„ cœpit inquirere Proceſſum proſequi non poſſit nec
„ contra bona procedere? Affirmative ita cenſuit Sac.
„ Congregatio Immunitatis in una Nicien. 22. Auguſti
„ 1662. injunxitque Epiſcopo, ut procederet in Cauſa.
Ex quo patet reaſſumptionem habitus non cenſeri
in fraudem Fiſci, non ſolum quando facta extitit poſt
commiſſum delictum, ſed etiam poſt inceptam in-
11 formationem ſuper delicto, dummodo Clericus non
fuerit citatus, ita ut per citationem fuerit inducta
litis conteſtatio contra Reum, & præventio Judicis
laici, ut ſequendo allegatam reſolutionem in *dicta
Nicien.* proſequitur Panimoll. *deciſ.* 14. *num.* 22. ubi
antecedenter *num.* 21. refert aliam reſolutionem ſu-
perius adductam *in Roſſanen.* in qua deciſum fuit,
gaudere privilegio Fori Clericum, qui ante carce-
rationem reaſſumpſit habitum, Diana *poſt part.* 5.
*reſol. moral. tit. declarationes Sacr. Congregationis, nu-
mer.* 23. & 27. & de Clerico, qui poſt inquiſitionem,
& citationem Judicis laici reaſſumpſit habitum, lo-
quitur reſolutio Sac. Congr. Conc. in altera *Nicien.*
30. *Maii* 1676. ſuperius tranſcripta, & relata apud
Monacell. *d. tit.* 15. *n.* 17.
Hinc magis rigoroſa apud Scribentes opinio eſt,
quod tunc reaſſumptio habitus cenſeatur in fraudem
12 Judicis ſæcularis, quando Clericus ante hujuſmodi
reaſſumptionem ſaltem fuit citatus, ſeu conventus
coram eodem Judice, cum de cætero alii etiam re-
quirant, quod fuerit condemnatus, vel captus, ſe-
cus ſi reaſſumptio facta fuerit ante condemnatio-
nem, capturam, vel ſaltem citationem Judicis ſæ-
cularis, ut ex Capra *concl.* 97. *num.* 111. & aliis, be-
ne probat Farinacc. *de Inquiſit. qu.* 8. *ſub num.* 66. ibi:
Quid ſi tempore delicti habitum non geſſerit, an
„ gaudeat Clericus Fori privilegio, ſi illum poſt de-
„ lictum reaſſumpſerit; videtur dicendum, quod ſic
„ &c. dummodo tamen Clericus habitum reaſſumat
„ ante condemnationem, vel capturam, quia ſi ex-
„ pectet ſe condemnari, vel capi non gerens habitum,
„ illius reaſſumptio tanquam in fraudem facta, nihil
„ poſtea ſibi proderit, &c. ubi quod Clericus reaſſumen-
„ do habitum, quem dimiſit, recuperat privilegia Cle-
„ ricatus, ſcilicet quoad ea, in quibus non fuiſſet præ-
„ ventus, alias ſecus, utpote quia jam fuiſſet conven-
„ tus coram Judice ſæculari pro delicto commiſſo tem-
„ pore, quo habitum non deferebat, &c. iſto caſu re-
„ aſſumptio habitus in fraudem facta præſumitur:
Hoc ipſum firmavit Cartar. *deciſ. crimin.* 17. *num.*
22. & 24. ibi „ Ad probandam fraudem in reaſſum-
„ ptione habitus conjectura deducitur ex inquiſitione,
„ quia Clericus poſt inquiſitionem, accuſationem,
„ capturam, vel condemnationem habitum reaſſu-
„ mens præſumitur, illum in fraudem reaſſumere,
„ &c. hæc tamen conjectura in facti ſpecie non ex-
„ tabat, quoniam ille Clericus poſt reaſſumptionem
„ habitus, & Tonſuræ fuit de crimine deſertionis
„ accuſatus, comprehenſus, & in vincula conje-
„ ctus, quo caſu Capra, & Farinacc. conveniunt,
„ habitum non cenſeri in fraudem reaſſumptum. „
Ad differentiam alterius caſus, quando ſcilicet agi-
tur de ſuſceptione Clericatus, quæ exiſtimatur in
fraudem, ubi non ſolum poſt inquiſitionem, ſed etiam
poſt publicatam diffamationem criminis Aliquis ſu-
ſcepit Clericatum, ut diſtincte loquendo de uno, &
altero caſu videre eſt apud Farinac. *de inquiſit. d. qu.*
8. *n.* 100. ubi agendo de ſuſceptione Clericatus, eam
dicit factam in fraudem, quando ſucceſſit poſt dif-
famationem, & antecedenter *n.* 66. quoad reaſſum-
13 ptionem habitus dicit, fraudem probari quando il-
la ſuccedit poſt citationem, condemnationem, &
capturam Judicis laici, ſecus ſi ante, & Panimoll.
d. deciſ. 14. *annot.* 3. *n.* 11. Bertachin. *vot. deciſ.* 66. *n.*
66. & ratio differentiæ eſt evidens; nam aliud eſt
ſuſcipere Clericatum, & ſic novum ſtatum antea
non adeptum, quæ mutatio ſtatus magis ſuſpecta
reputatur; Aliud vero eſt reaſſumere habitum Cle-
ricalem, cum ſit actus continuativus prioris ſtatus,
ubi quis dicitur uti Jure ſuo, & conſervare priſti-
num ſtatum, in quo caſu major conjectura fraudis
requiritur, quæ proinde non poteſt deſumi ex ſola
diffamatione criminis, ut de Clerico jam diffamato,
qui poſt diffamationem reaſſumpſit habitum, reſol-
vit Sac. Congregatio *in dict. Nicien.* 22. *Auguſti* 1662.
apud Pignatell. *d. conſult.* 103. *n.* 1. ibi: *cumque Judex
ſæcularis cæpiſſet contra eum informationem ſumere
de delictis, de quibus erat diffamatus:* & Panimoll.
d. deciſ. 14. *n.* 22. ibi: *poſt captam informationem a
Judice laico delictis, de quibus erat diffamatus.*
Ultra quod diffamatio de crimine intelligitur de 14
Judiciali, ſcilicet inducta per inquiſitionem, & ac-
cuſationem, & ita intelligunt DD. allegati apud Pa-
nimoll. *dict. deciſ.* 14. *annot.* 2. *n.* 11. ibi: *poſt infama-
tionem, ſeu inquiſitionem:* Farinac. *de Inquiſit. dict. q.*
8. *num.* 111. ibi: *delicti accuſatio, ſeu diffamatio:* &
ſic etiamſi ageretur de aſſumptione Clericatus, & 15
ſuſceptione novi ſtatus, nunquam cenſeretur in frau-
dem, niſi poſt accuſationem, & inquiſitionem de
delicto, fortius in caſu reaſſumptionis habitus, quæ
eſt continuatio prioris ſtatus, ubi fraus nunquam
præſumitur, niſi ſaltem poſt citationem Clerici jux-
ta reſolutiones Sac. Congregationis *in d. Nicien.* &
aliis, de quibus ſupra *n.* 11.
Applicando ad rem dicebam probari in facto re-
aſſumptionem habitus ſecutam fuiſſe ante Inquiſi-
tionem Judicis laici, itaut dici non poſſit facta in
fraudem Fiſci ſæcularis ex auctoritatibus ſuperius al-
legatis, & ſignanter Cartar. *deciſ. crimin. deciſ.* 17. *n.*
14. abſque neceſſitate diſputandi, an dicta reaſſum-
ptio ſucceſſerit potius de menſe Decembris, quam
Novembris juxta ea, quæ articulata fuerunt ex par-
te Clerici Balbi, quia etiamſi ſucceſſerit de menſe
Decembris ſemper illa facta dignoſcitur ante Inqui-
ſitionem, quod ſufficit ad excludendam præſumptio-
nem fraudis.
Ultra quod articulatio de menſe Decembr. facta
extitit per Procuratorem Clerici Balbi non haben- 16
tem ad hoc mandatum ſpeciale, prout ad iſtum ef-
fectum requirebatur, & conſequenter attendi non
poteſt, ut in puncto *de Angel. de confeſſ. lib* 2. *qu.* 2.
num. 6. Rot. *apud* Poſth. *de manut. deciſ.* 166. *num.* 51.
& ſeq. Gregor. *deciſ.* 407. *n.* 3. Coccin. *dec.* 84. *n.* 7. &
in Tarraconen. Inſignium 12. *Decembris* 1712. §. *Mi-
nus, cor. bon. mem. Muto.*
Neque obſtare valent tres Teſtes Fiſcales, qui aſ-
ſerunt vidiſſe Balbum indutum veſte Clericali poſt
medietatem Januarii 1712. Quoniam iſtorum dictum
non probat negativam coarctatam ex eo tantum,
quod viderint in medio Januarii Balbum indutum
veſte Clericali, ſed requirebatur, ut deponerent,
quod de menſe Novembris, & Decembris anni præ- 17
cedentis vidiſſent Balbum indutum veſte laicali ad
effectum, ut eſſent contrarii depoſitionibus aliorum
Teſtium, qui deponunt de continua geſtatione ha-
bitus *a* menſe Novembris citra, & per totum men-
ſem Januarii, Farinac. *de teſtibus quæſt* 65. *num.* 11.
Rot. *deciſ.* 368. *num.* 11. *part.* 15. & *deciſ.* 269. *num.* 9.
part. 16. *recent.*
Quod aliqui Teſtes affirment, aliquando Balbum
fuiſſe indutum habitu ſæculari, dum manebat Do-
mi propriæ, & nocturno tempore ſemel inceſſiſſe ha-
bitu ſæculari, non eſt alicujus momenti, nam Domi
propriæ poteſt quis ſe induere eo modo, quo ſibi pla-
cet, & maxime quia Teſtes ſemel tantum *aſſerunt*,
vel Domi, vel nocturno tempore extra illam habitu 18
ſæculari fuiſſe indutum, quod nihil detrahit privile-
giis Clericalibus, dum habitus delatio intelligitur
moraliter, non autem ita Judaice, ut ſemel, vel bis
ejus dimiſſio tempore, & loco opportunis faciat *amit-
tere* privilegia, nil enim in Jure eſt tam conti-
nuum, ut non admittat aliquam interpolationem,
ut

Digitized by Google

ut in ſubjecta materia late tradit Pignatell. *conſult.* 31. *n.* 13. *& ſeqq. tom.* 7. Cardin. de Luc. *in annot. ad Concil. diſc.* 24. *n.* 32. del Bene *de immunit. cap.* 4. *dub.* 8. *n.* 17. *& ſeqq.* cum aliis relatis apud Panimoll. *dec.* 14. *num.* 38.

MEDIOLANEN. ANNUÆ

Præſtationis.

ARGUMENTUM.

Facta unione Abbatiæ ad ſubſidium Hoſpitalis cum onere ſolvendi Penſionem perpetuam certis Beneficiatis in tot ſcutis auri in auro poſtea ſubrogatis in alia moneta aurea, an ſit locus reductioni Penſionis, ſi valor auri ita excreverit, ut læſionem enormiſſimam producat reſpectu Hoſpitalis, ad materiam *Text. in cap. Suggeſtum de decim.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quando aureus eſt in obligatione ſolvendi ſicut non attenditur decrementum, ita nec augmentum ad commodum, & incommodum Penſionarii.*
3 *Fortius ſtante obſervantia ſolvendi juxta valorem augmenti.*
4 *Quando dicatur læſio enormiſſima.*
5 *Eſt locus reductioni contractus ob nimiam læſionem in reſpicientibus tractum ſucceſſivum.*
6 *Locum habet Concluſio etiam in augmento monetæ.*
7 *Non obſtante obſervantia.*
8 *Adminiſtratores non præjudicant Eccleſiæ.*
9 *Vel ei competit reſtitutio in integrum.*
10 *Penſio regulariter non imponitur, niſi in tertia parte fructuum.*
11 *Non debet plus percipere Penſionarius, quam Titularis.*
12. *Reductio Penſionis ad quam ſummam ſit arbitranda.*
13 *Penſio ad ſummum non conceditur niſi uſque ad medietatem fructuum.*

DISCEPTATIO LXXXVIII.

SUpponitur in facto, quod anno 1561. Summus Pontifex Abbatiam S. Mariæ Morimundi Mediolanen. Diœceſis cum omnibus ſuis redditibus univerit V. Hoſpitali Majori Civitatis Mediolani, & in
1 Bulla Unionis impoſitum fuerit Hoſpitali onus ſolvendi diverſis Beneficiatis annuam penſionem perpetuam ſcutor. mille auri in auro.

Supponitur etiam, quod redditus Abbatiæ tunc eſſent in lib. octuaginta millibus, & ſcutum aureum tunc temporis valeret lib. 5. 18. Mediolani, cumque poſtea exoletus fuiſſet uſus ſcuti aurei de conſenſu Hoſpitalis, & Beneficiatorum in locum ſcuti aurei ſubrogata fuerit dimidia dupla Mediolani.

Supponitur demum, quod cum valor dimidiæ duplæ de tempore in tempus excreverit valore extrinſeco, Hoſpitale ſolutionem fecerit Beneficiatis ad rationem valoris aucti, ſeu currentis, & ſignanter cum anno 1688. dimidia dupla excreverit uſque ad valorem lib. 11. 15. Hoſpitale ſolvit Penſionem Beneficiatis ad rationem lib. 11. 7. 6. & ab eodem anno 1688. uſque ad 1723. incluſive continuata fuit hæc ſolutio uniformis.

Verum noviſſime per Ædictum Principis aucto valore dimidiæ duplæ ad libras 12. 5. Hoſpitale recuſat ſolvere hoc augmentum, contrarium ſuſtinentibus Beneficiatis, quo articulo mihi in ſenſu veritatis delegato ad effectum illum decidendi prout de Jure, propterea examinatis omnibus, quæ mihi ſuppoſita fuerunt in brevi, & valde ſuccinto folio, cenſeo prout infra reſpondendo.

Et quidem cum Penſio reſervata fuerit in ſcutis auri in auro ſubrogata in ejus locum dimidia dupla auri Mediolani, abſoluta eſt regula; quod Hoſpitale tenetur ſolvere ad valorem currentem, quia juxta intentionem Summi Pontificis ſemper aureus eſt in obligatione ſol- 2
vendi, cujus proinde valor ſive creſcat, ſive decreſcat, augmentum, ſeu decrementum cedit commodo, vel incommodo Penſionarii, ut in ſpecie firmat Gigas *de penſion. quæſt.* 98. *per tot.* Anton. Sola *in tract. de monet. cap.* 27. *n.* 1. Tondut. *de penſ. cap.* 40. *nu.* 14. 15. 22. *&* 23. Cardin. de Luc. *de benef. diſc.* 89. *n.* 16. *in fin.* Rot. *dec.* 430. *n.* 1. *p.* 4. *tom.* 1. *rec.* & apud Ceuſ. *de Cenſib. dec.* 219. *n.* 9.

Huic legali principio accedit obſervantia per ſpatium 35. annorum continuata ab anno ſcilicet 1688. uſque ad 1723. incluſive, juxta quam excreto valore dimidiæ duplæ in libris 11. 15. continuata fuit ſolutio in valore aucto lib. 11. 7. 6. cum tenui diſcordantia ſolidorum duorum cum dimidio, quæ obſervantia eo magis demonſtrat obligationem Hoſpitalis ſolvendi aureum ad rationem currentem, & juxta ejus con- 3
tingibile augmentum, Gloſſ. *in capit. Cum olim in verb. triginta ſex de Cenſib.* Budell. *de monet. concluſ.* 1. *numer.* 25. Surd. *conſil.* 220. *numer.* 18. Spad. *conſil.* 547. *numer.* 3.

Quo ſtante ſola dubitandi ratio conſiſtit in exceſſivo augmento monetæ aureæ, propter quod ex parte Hoſpitalis majoris allegatur læſio enormiſſima; Etenim de tempore, quo impoſita fuit penſio favore Beneficiatorum, ſcutum auri importabat valorem librarum 5. 18. & ſic annua penſio ſcut. 3000. auri conſtituebat annuas libras 17700. modo autem ob excreſcentiam valoris extrinſeci monetæ aureæ, ſcilicet dimidiæ duplæ in libris 12. 5. penſio aſcendit ad libras 36750. unde ſine dubio conſtat de exceſſivo augmento uſque ad læſionem enormiſſimam, dum augmentum ſuperavit in valore currenti ſuum Capitale juxta valorem antiquum, ita, & taliter, ut penſio, quæ erat ſcutorum termille auri, facta ſit ſcutorum ſexmille auri, & ultra, juxta rationem antiqui temporis, quo 4
fuit impoſita, cum læſio dicatur enormiſſima ubi ſuperat duas partes ex tribus, & tamen in caſu iſto ſuperat totum, & plus, ut firmant Caball. *conſil.* 245. *num.* 249. *lib.* 1. Altograd. *conſ.* 102. *nu.* 48. *tom.* 2. Barz. *dec.* 86. *num.* 50. *&* 51. Rot. *cor. Corr. deciſ.* 440. *numer.* 1.

In his autem terminis intrat notiſſima æquitas *Text. in cap. Suggeſtum de decim.* ut nempe ſit locus reductioni Contractus, Privilegii, vel cujuſcunque alterius 5
diſpoſitionis, quoties iſta tractu temporis continet iniquitatem, ſeu nimiam læſionem alterius, ut plene firmavit Rot. *in Nullius Tudela, ſeu Teraſonen. Decimarum* 3. *Julii* 1702. §. *Hac autem, coram clar. mem. Card. Tremoille, & in Burgen. Decimarum de Bellorado* 1. *Junii* 1707. §. *finali, coram Eminentiſſimo Scotta, &* 26. *Novembris* 1714. §. *Iſtamque, coram Reverendiſſimo Criſpo, &* 12. *Junii* 1716. §. *Et in hanc ſententiam, coram bon. mem. Foſcaro.*

Et in terminis punctualibus, quod ubi augmentum monetarum ſit nimis exceſſivum, & ad læſionem magnam aſcendat ſit locus reductioni ad ju- 6
ſtam menſuram firmarunt Cardin. de Luc. *de Regal. diſc.* 42. *num.* 10. Mellius *allegat.* 40. *numer.* 13. *lib.* 2. Gobb. *in tract. de monet. quæſtion.* 6. *numer.* 98. *fol. mihi* 303. nimia enim exorbitantia, & læſio enormiſſima in omni Conceſſione, ſeu Diſpoſitione ſemper cenſetur excepta, ſive ad illam non porrigitur mens Concedentis, aut Contrahentis, & in puncto exceſſivi augmenti monetæ firmavit etiam Theſaur. *dec.* 226. *per tot. & ſignanter numer.* 2. *&* 3. ubi refert ita reſolutum Adden. ad Rot. *dec.* 67. *num.* 73. *&* 75. *par.* 9. *recent.*

Quod procedit non obſtante, quod concurreret ſolutio facta ad rationem augmenti monetæ exceſſivi, cum iniquitas, & læſio enormiſſima non tollatur per temporis obſervantiam, ut in ſpecie Theſaur. *dict. dec.* 7
226. *num.* 4. Rot. *in Caſtellana aperitionis Oris* 19. *Novembris* 1703. §. *Non relevante, cor. bon. mem. Molines,*

ac

Digitized by Google

ac etiam quia cum agatur de præjudicio Hoſpitalis majoris, & ſic loci Pii gaudentis privilegio Eccle-
8 ſiæ, ſolutio facta per Adminiſtratores, ſeu Miniſtros non præjudicat cauſæ piæ, Card. de Luc. *de benefic. diſc.* 89. *n.* 17. Rot. *deciſ.* 430. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 1.
9 *recentior.* & omnem caſum ſemper competit Hoſpitali reſtitutio in integrum, Card. de Luc. *de penſion. diſcurſ.* 34. *n.* 15.

Ego autem in ſubjecto caſu facilius inclinarem ad æquitatem reductionis inſpecta mente Summi Pontificis; cum enim ipſe applicaverit Abbatiam, ejuſque fructus Hoſpitali Majori cum onere penſionis ad favorem Beneficiatorum certe intellexit primo loco, & principaliter indulgere, & providere Hoſpitali, ejuſque indigentiis, ſeu majori commodo, ſecundario autem conſulere Beneficiatis, dum alias applicaſſet Abbatiam Beneficiatis cum onere Penſionis favore Hoſpitalis, non autem a contra, & hoc oſtendit ipſum factum penſionis conceſſæ Beneficiatis, quæ re-
10 gulariter imponi non ſolet, niſi in tertia parte fructuum, duabus partibus remanentibus favore Titularis, ut firmant Gigas *de penſ. qu.* 9. *ſub num.* 1. & 2. & *n.* 5. *in fin.* Rot. *cor. Bich. deciſ.* 410. & *in rec. dec.* 379. *n.* 11. *par.* 19.

Prout ſupponitur tempore Unionis annuum redditum Abbatiæ importaſſe libras octoginta millia, ex quibus deductis libris 20000. pro ſalariis Miniſtrorum, & expenſis reparationum remanerent annuæ libræ 60000. ubi Summus Pontifex imponendo penſionem ſcutorum termille auri tunc importantium libras 17700. palam remanet, quod gravaverit Hoſpitale pro tertia parte fructuum, & minus; repugnat itaque menti Concedentis, quod hodie penſio abſorbeat duas partes redditRuum, & ultra in annuis libris 36750. itaut neque intacta remaneat tertia pars pro
11 Hoſpitali majori, quod ſapit abſurdum juxta quod non ſolum plus perciperent Penſionarii, quam ipſe Titularis, ſeu Hoſpitale ejus loco ſubrogatum, ſed immo ipſum Hoſpitale ſtaret loco Penſionarii habendo inſuper ſibi ipſi adjunctum onus adminiſtrationis cum ſolutione Quindenniorum ratione Unionis debitorum Rev. Cameræ Apoſtolicæ, ſuper quo ſane abſurdo admittendo deficit mens Summi Pontificis concedentis, ut advertit Rot. *deciſ.* 81. *n.* 43. *part.* 18. *recentiorum*, & comprobat Panormit. *in cap. Extirpanda ſub numer.* 6. *de præbend.* Rebuff. *de Congr ſub numer.* 69.

His accedit notabilis circumſtantia quod Hoſpitale coactum fuit ſolvere pro melioramentis debitis antiquo Emphyteutæ bonorum Abbatiæ ingentem ſummam lib. 157500. quæ ſolutio operatur, ut pro ejus rata Bona Abbatiæ habeantur pro evictis, neque computandis ad commodum Penſionariorum cauſam mere Lucrativam foventium, unde ſi deducatur quidquid importat fructatum pro capitali librarum 157500. & deducatur annua ſumma lib. 2000. pro ſalariis, & expenſis, ut ſupra, profecto Hoſpitali parum remaneret in fructu, ſi correſpondenda eſſet Beneficiatis penſio, juxta exceſſivum augmentum monetæ auri, una cum periculo majoris in futurum juxta quod contingeret abſorberi ab ipſis Penſionariis omnes redditus Abbatiæ unitæ.

Ex quibus reſolutive concludendo crederem faciendam eſſe deductionem omnium onerum, & expenſarum, quæ ſunt ab Hoſpitali pro manutentione bonorum Abbatiæ una cum quindenniis, & ſimul quantitatis de capitali lib. 157500. quando hæc ſolutio facta
12 fuerit poſt ubiectam Unionem, quibus deductis totum illud annui redditus, quod reſtabitur in duas partes dividendum eſt, quarum una medietas fixa, & intacta remaneat favore Hoſpitalis majoris, alia vero medietas ſolvatur Penſionariis, & non ultra, ea ratione, quod nunquam fuit de mente Summi Pontificis, quod Penſionarii plus perciperent, quam Hoſpitale, ſed potius, quod hoc magis percipere deberet, veluti principaliter contemplatum, & ſubrogatum loco Titularis, ac etiam propter magnum favorem Infirmorum, pro quibus in Bulla Unionis mentem ſuam declaravit, quod nempe Hoſpitale converteret fructus in alimenta Pauperum, quo ſtante admittendo penſionem cum augmento monetæ, illam juxta mentem Summi Pontificis, & Sacrorum Canonum in *d. cap. Suggeſtum de decim.* coercendam eſſe cenſeo, ut non excedat medietate fructuum Abbatiæ, ut ſic ſaltem æquales ſint Hoſpitale, & Penſionarii, licet de Jure plus percipere deberet Hoſpitale loco Titularis ſubrogatum, & moveor ex illo principio, quod agitur de duobus Conſociis fructuum, ſeu duobus Uſufructuariis, quorum æqualis cauſa eſſe debet, præſertim attento ſtylo, juxta quem Papa ad ſom- 13
mum non concedit Penſionem niſi uſque ad medietatem, Gigas *de penſ. q.* 9. *n.* 1. Rot. *dec.* 444. *n.* 1. *p.* 2. *rec.* & *deciſ.* 255. *n.* 10. *coram Bich.* & *in rec. deciſ.* 379. *n.* 13. *p.* 19.

A U G U S T A N A
Coadjutoriæ.

A R G U M E N T U M.

Quando ſit locus Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione in Epiſcopatibus Germaniæ, & de requiſitis neceſſariis ad eam obtinendam, & an ſimul concedatur retentio alterius Epiſcopatus, necnon Canonicatuum favore Coadjuti.

S U M M A R I U M.

1 *Quæ ſit vigilantia Summi Pontificis circa Eccleſias, quibus præſunt Epiſcopi infirmi.*
2 *Coadjutoria conceduntur ex cauſa utilitatis, ſeu neceſſitatis Eccleſiæ.*
3 *Pro Coadjutoria ſufficit conſenſus naturalis Capituli, & n.* 6.
4 *Oppoſitio objectiva non admittitur in actu votandi contra Vocales.*
5 *Oppoſitionis frivola in actu Electionis non attenduntur.*
7 *Libertas Electionis an poſſit coarctari ad tres Eligibiles.*
8 *Quando non liceat mutatio voluntatis.*
9 *Coarctatio Eligibilium quid operetur.*
10 *Gratia Coadjutoria pendet ex ſola voluntate Papæ, & quare requirat conſenſum Coadjuti, & Capituli.*
11 *Quando attendatur diſſenſus Coadjuti, & quando non.*
12 *Coadjutoria an dentur per Papam ſine conſenſu Coadjuti?*
13 *Papa dependere non debet ab alieno arbitrio.*
14 *Papa requirit conſenſum Capituli in Coadjutoriis, & qua ratione.*
15 *Variatio Eccleſiaſticis prohibetur.*
16 *Quando non requiratur conſenſus Coadjuti in Coadjutoria.*
17 *Retentio plurium Epiſcopatuum quare concedatur in Germania, & de exemplis.*
18 *Reſolutio Sac. Congregationis.*

D I S C E P T A T I O LXXXIX.

INdefeſſa Summi Pontificis Vigilantia Eccleſiarum utilitatibus, ne depereant, aſſidue intenta, maxime ob languentium Paſtorum, qui illis præſunt, men- 14
tis, & corporis infirmitates, quemadmodum bene dicebat oraculum Divi Gregorii *in Canon. quamvis* 7. *q. prima*, ibi: *Sollicitudo regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo magna nos Eccleſiis cura proſpicere, ne qua earum poſſit utilitas deperire, &c. ne languente Paſtore, Grex, quod abſit, Inſidiatoris laniandus dentibus exponatur. vel Eccleſiæ ipſius utilitates depereant, cauta nos neceſſe eſt proviſione tractare,* direxit oculos ad urgentem Auguſtani Epiſcopatus neceſſitatem ratione diuturnæ ægritudinis, qua premebatur Sereniſſimus Alexander Sigiſmundus Comes Palatinus Rheni Princeps, & Epiſcopus Auguſtæ, ob quam Gregi ſibi commiſſo ſedulo præeſſe, & invigilare nequi-

nequibat, unde conſiderans plurima in Eccleſiam deterrima mala redundare poſſe, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, præſertim in Diœceſi undique circumdata Potentiis Acatholicis, nullum aliud opportunius, neque aptius ad ea evertenda mala remedium adhiberi poſſe cenſuit, quam ut Sereniſſimo Epiſcopo Coadjutor adjungeretur, cujus ſtrenua, fideliquc opera infirmus Epiſcopus ab onere Paſtorali ſublevaretur, & Propterea Paterna ſolicitudine direxit Breve Hortatoriam ad Reverendiſſimum Capitulum Auguſtanum, ut ſedula, & matura diſcuſſione eligeret, ac deſignaret Perſonam aptam, cui munus Coajutoris cum futura ſucceſſione eſſet committendum accedente aſſenſu Sereniſſimi Auguſtani, & Sacræ Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis piiſſimo deſiderio.

Hinc Reverendiſſimum Capitulum, convocatis Capitularibus, habendo pro oculis ſolum bonum publicum, concordibus Votis, tribus tantum exceptis, conſenſum dedit in Perſonam Celſiſſimi Principis, ac Epiſcopi Conſtantien, qui præcedenter impetraverat Breve eligibilitatis, quique erat de gremio Capituli, ac Vir Pietate, & ſumma rerum experientia præſtantiſſimus, quem inter cæteros huic muneri regendo aptiorem, & digniorem cenſuit, & tranſmiſſo Inſtrumento conſenſus; Sac. Congr. Conſiſtorialis reſolvit pro gratia Coadjutoriæ, ut infra.

Dicebam Ego ſcribens pro gratia, quod ad illam aſſequendam concurrebant omnia requiſita neceſſaria, ſcilicet conſenſus Epiſcopi Coadjuti, necnon Capituli, una cum principali requiſito, quod conſiſtit in utilitate, ſeu neceſſitate Eccleſiæ propter ægritudinem, & infirmitatem Epiſcopi Auguſtani, quæ cauſa publica non meretur in dubium revocari, cum probata remaneat ex Supremo Oraculo Summi Pontificis in ejus Brevi Hortatorio, necnon confeſſione ipſius Coadjutis, quæ utilitas, ſeu neceſſitas Eccleſiæ eſt baſis fundamentalis deveniendi ad Coadjutorias, eaſque confirmandi, juxta *Text. expreſſum in dict. Canon. quamvis*
3 *7. q. 1.* & Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 7. de reformat.* Remocamp. *de Coadjut. cap. 2. n. 9. & cap. 9. num. 3. & 9.* Rot. *cor. Merlin. dec. 768. ſub n. 3.* & in terminis Matt. *in concordat. German. n. 172.* impreſſ. poſt Remocamp. *de Coadjutor.*

Accedit, quod Perſona Coadjutoris non poteſt eſſe magis apta, & digna regimini Epiſcopatus, quodque conſenſus Capituli eſt univerſalis, tribus tantum exceptis, quando ſufficeret major pars, neque actus Capitularis ullum habet defectum, aut habere poteſt, cum tali caſu, omiſſis quibuſcunque ſolemnitatibus, ſufficiat conſenſus naturalis quomodolibet datus, ut tradunt Matta *de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 22. numer. 86. & ſeqq.* ibique Matald. *numer. 66. & in concordatis 175. & 180.* Card. de Luc. *de Canonic. diſc. 38. n. 4. & ſeqq. & diſc. 27. num. 25.*

Nec obſtare credebam proteſtationem trium Capitularium contra Decanum, qui illi reſponſiones congruas dederat, maxime cum fuerit oppoſitio reſpiciens materiam objectivam, quæ in actu votandi non admittitur, cum Canonicatus, & Vocalis exiſtens in poſſeſ-
4 ſione ſui Voti, tunc nequeat excludi per hujuſmodi affectatas oppoſitiones, ut in puncto teſtatur Cardin. de Luca *de Canon. diſc. 27. n. 19. & 20.* Caſtellin. *de Elect. cap. 13. n. 20. & 21.* Paſſerin. *de Elect. c. 14. n. 95.* Barboſ. *vot. dec. 47. n. 183. & ſeqq.*

Eademque reſponſio militabat quoad alias contradictiones duorum Capitularium, tanquam frivolas, quas veluti nullatenus attendibiles, Capitulum meri-
5 to neglexit, neque in ulla conſideratione habuit, prout de Jure non eſſe attendendas hujuſmodi frivolas oppoſitiones in actu Electionis tradunt Innoc. *in cap. Cum nobis num. 1. de elect.* Paſſerin. *de elect. cap. 32. numer. 6.* Lavor. *eodem tract. cap. 17. nu. 25.* Sigiſmund. a Bonon. *de Elect. cap. 8. num. 11.* Rot. *dec. 40. num. 3. & 4. p. 19. tom. 1. rec.*

Cæterum hujuſmodi oppoſitiones, ſeu proteſtationes tunc ſolum merentur examinari, quando agitur de vero, & proprio actu electionis Canonicæ juxta formam *Text. in cap. Quia propter de Elect.* ſecus autem quando tractatur de præſtatione conſenſus pro Coadjutoria, ad effectum deſignandi Summo Pontifici Perſonam aptam, ipſique Capitulo gratam; Hoc enim caſu ſufficit *conſenſus Naturalis* quomodocunque datus, itaut attendantur etiam Vota eorum,
qui non exiſtunt in Sacris, nec attendantur quæcunque oppoſitiones, quæ nunquam tollunt conſenſum naturalem conſiſtentem in materiali voluntate Capitularium, quæ ſufficit undecunque collecta, & quomodolibet explicata, ut in præciſis terminis tradunt Card. de Luca *de Canon. diſc. 38. n. 7. & 8. & de Regular. diſc. 35. n. 18.* Matta *de concordat. num. 168. 175. & 180. & de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 22. n. 86. & ſeqq.* & probat Textus apertus *in cap bona 4. in fin de poſtul. Prælator.* ubi Summus Pontifex proviſionem fecit Archiepiſcopatus, attento conſenſu naturali Capitularium, licet nulliter dato. 6

Minus obſtabat, quod Epiſcopus poſtquam conſenſum dederat liberum, & illimitatum deputationi, ſeu electioni Coadjutoris faciendæ per Capitulum, deinde mutaſſet voluntatem, præſcribendo Capitulo, quod eligeret tres tantum Perſonas, ſcilicet Sereniſſimum Principem de Lotharingia, Præpoſitum Cathedralis Conſtantien. necnon Comitem de Spaur ejus Canonicum. Cum enim Summus Pontifex in Brevi Hortatorio dederit Capitulo illimitatam facultatem eligendi, ſeu deſignandi Perſonam in genere magis aptam muneri Coadjutoris, & ſimul Sereniſſimus Epiſcopus liberum præſtiterit conſenſum, ut Capitulum deveniret ad electionem Coadjutoris in genere, non potuit poſtea recedere, & mutare voluntatem, circa tres tantum Perſonas in præjudicium Eccleſiæ, cui fuerat jus quæſitum circa electionem liberam, & non coarctatam, ex quo Electoribus relinquenda eſt plena libertas ad effectum, ut eligere
valeant Perſonam Digniorem, & aptiorem regimini 7
Eccleſiæ, cujus præjudicium eſt coarctare ad certas Perſonas, quia per talem reſtrictionem impeditur jus eligendi Digniores, ut declaravit Sac. Congreg. apud Puervis. *in Additament. ad Conſtit. Clem. VIII. cap 5. n. 32.* Caſtellin. *de Elect. cap. 3. n. 7.* Sigiſmund. *de Elect. dub. 52. n. 5.* Lavor. *eodem tract. cap. 21. n. 11.*

Qui omnes aſſerunt non poſſe coarctari libertatem Electionis ad tres, ſeu quatuor Perſonas, quia præjudicat bono publico præficiendi Digniores, unde cum Epiſcopus hanc libertatem dederit Capitulo, & qui-
dem favore Eccleſiæ, cui fuerit jus quæſitum, non 8
potuit mutare voluntatem, & recedere ab eo, quod erat Eccleſiæ favorabile pro Dignioribus præficiendis, ut tradunt Fagnan. *in cap. Cum dilectus num. 11. & 12. de Conſuetud.* Rot. *dec. 65. n. 6. cum duobus ſeqq. part. 1.*
rec. ubi quod talis coarctatio operatur, ut minus Ido- 9
nei præferantur magis Idoneis, unde quod ſi eligatur alius præter tres Deſignatos, debeat confirmari, ſi iſte alius ſit æque Dignus, tradit Donat. *in Prax. quæſt. regular. tom. 2. tract. 1. de Elect. qu. 10. n. 15.*

Præterea nihil ſuffragari videbatur iſta variatio Conſenſus Epiſcopi, ex quo gratiæ Coadjutoriæ pendet ex
ſolo arbitrio, & voluntate Summi Pontificis indepen- 10
denter ab omni conſenſu tam Epiſcopi, quam Capituli, ut eſt communis opinio, de qua Card. de Luca *de Canon. diſc. 27. n. 4. & diſc. 38. n. 4. in fin. & n. 9. & de Regular. diſc. 53. n. 14.* catenus autem in his Coadjutoriis deſiderari ſolet conſenſus Coadjuti, & Capituli, quatenus Papa certificari intendit de animo Capitularium, & Coadjuti, an Coadjutor ſit Habilis, & Benemeritus, ut potius Inhabilis, & inviſus utrique, non quidem ex neceſſitate, ſed ex mera congruentia, & urbanitate tantum, ut proſequitur Card. de Luca *de Regular. diſc. 53. n. 14. & 16.* Matta *de concord. n. 175.* Card. de Luc. *de Canon. diſc. 38. n. 5.*

Unde fit, quod ſi concurrat vera indigentia, & neceſſitas Eccleſiæ, ſive Coadjutus velit, ſive nolit Coadjutorem in genere, ſive hunc potius, quam illum, id nullum præſtat impedimentum gratiæ faciendæ per Summum Pontificem, qui non dependet, nec dependere debet ab aliorum arbitrio, ſed imo independenter ab ipſo conſenſu Coadjuti, gratiam concedere ſolet propter Eccleſiæ neceſſitatem, excepto tantum caſu, quo diſſenſus Epiſcopi, pro hac, vel illa Perſona eſſet
fundatus in aliqua gravi, & juſta cauſa, E. G. ſi age- 11
retur

Digitized by Google

retur de Coadjutore, qui eſſet Inviſus Sacræ Cæſareæ Majeſtati, aut eſſet inhabilis, aut alias notabiles exceptiones pateretur, & quod ſtante juſta cauſa providendi Eccleſiæ, conſenſus Coadjuti, qui ex quadam congruentia tantum adhibetur, negligi poſſit, & ſoleat, aperte teſtatur Card. de Luc. *de Regul. diſc.* 53. *n.* 16. ubi etiam tradit requiſitum hujus conſenſus non reperiri ſcriptum in his Coadjutoriis per Doctores, *n.* 17. concordat Carol. Anton. de Luca *in obſervat. ad Ventrigl. in prax. p.* 2 *annot*, 13. §. *unico nu*, 11. *&* 12. Mattu *de concord. n.* 175. poſt Remocamp. *de Coadiu. Mandoſ. in regul.* 11. *Cancell q.* 6. *n* 2. ubi quod Coad-
12 jutoriæ dantur per Papam etiam ſine conſenſu Coadjuti, cum ipſe in hac materia ſit Dominus abſolutus.

Si igitur Summus Pontifex, a quo tantum dependet gratia Coadjutoriæ quando urget Eccleſiæ neceſſitas, poteſt, ac ſolet negligere conſenſum Coadjuti, imo ei etiam invito deputare Coadjutorem, juxta doctrinam Jo: Andr. *in cap. Conſultation. n.* 1 *c. de Cler. ægrot.* Card. de Luca, & alii ubi ſupra, fortius attendere valet primum conſenſum Epiſcopi liberum, & magis conformem præſcripto Sacrorum Canonum, ut ſic Capitulum habeat libertatem eligendi digniorem, & negligere mutationem voluntatis ſine ulla rationabili cauſa factam excluſive ad Perſonas æque dignas, & digniores, quod quidem attendere non eſſet congruentia, ſed neceſſitas faciendo, quod non Summus Pontifex eſſet abſolutus Dominus, prout eſt, concedendi Coadjutorias, ſed conſtringi deberet ab alieno arbitrio, contra finem congruentiæ,
13 & urbanitatis, qui conſideratur in hujuſmodi conſenſu apud Card. de Luca *de Regul. diſc.* 53. *num.* 16, *&* 27. Matt. *de concordatis n.* 175. *&* docet *Text. in cap. Bona* 4. *de poſtulat. Prælator. in illis verbis ibi: Et Judicium noſtrum ex eorum arbitrio pendere videretur*.

Reflectebam ulterius, quod conſenſus Capituli eſt magis neceſſarius de honeſtate, quam ille Coadjuti, ex quo mediante Coadjutoria cum futura ſucceſſione, Capitulum amittit jus eligendi Prælatum in caſu obitus Coadjuti, ſeu impeditur, ne habeat jus eli-
14 gendi, ut apud Mattam *de cauſ. Conſiſtor. ſect.* 22. *n.* 100. *& de concordat n.* 185. *&* 189. ubi quod Papa requirit conſenſum Capitulorum honeſtatis, & urbanitatis cauſa, ad quam quodammodo adſtringi videtur Remocamp. *de Coadjutor. cap.* 10. *n.* 32. ubi quod talis conſenſus præſtatur, ut jus eligendi Capitula conſervent, ſeu ne videatur neglectum jus eorum, qui illud habent Sede Vacante. Unde voluntas, & conſenſus Capituli præponderare debet, non attenta mutatione voluntatis Epiſcopi, poſtquam liberum Capitulo dederat conſenſum, cum talis variatio potuerit
15 ex ſuggeſtione intereſſe habentium provenire, & ſemper ſit ſuſpecta, & per Sacros Canones Viris Eccleſiaſticis prohibita, & maxime contra utilitatem Eccleſiæ per *Text. in cap. Cum autem de Jurepatr. & c. Nulli de elect. in* 6. *& in c. Mutare de regul Jur. in* 6. *& Clem unic de renunc.* Patil. *de reſign. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 4. *& ſeqq. & lib.* 6. *q.* 1. *n.* 32. Card. de Albic. *de incoſtant. in Judic. q.* 11. *n* 26. ultra conſiderationem, quod infirmitas Coadjuti aliquando ejus conſenſum in Coadjutoria etiam ex congruentia non admittit, ut apud
16 Gonzal. *ad regul.* 8. *gl.* 5. §. 9. *n.* 93. Remocam. *de Coadjutor. c.* 8. *n.* 8. *& c.* 10. *n.* 11. *per Text. in c. unic. de Clerico ægrotante in* 6.

Conſtito ex his de indigentia Eccleſiæ per Summum Pontificem in ejus Brevi Hortatorio approbata, necnon aliis requiſitis, de quibus ſupra, dicebam pro hujus gratiæ conceſſione eſſe locum Prudentiali Conſilio, & Voto Sac. Congreg. de quo Card. de Luc. *de Canon. diſc.* 38. *n.* 9. *& de Regular. diſc.* 53. *n.* 14. & prout paſſim practicatur, & ſignanter reſolvit Me ſcribente Sacra Congregat. Particularis in Moguntina Coadjutoriæ 7. Junii 1711.

Una cum gratia confirmationis Coadjutoriæ, ſupplicabat Celſiſſimus Coadjutor etiam pro gratia retentionis Epiſcopatus Conſtantien. & duorum Canonicatuum, alterius nempe Eccleſiæ Auguſtanæ, & alterius Eccleſiæ Herbypolen. juxta notoriam praxim Sanctæ Sedis, & numeroſa exempla in Partibus Ger-
17 maniæ, ubi indulgetur paſſim retentio plurium, non dum Canonicatuum, & Dignitatum, ſed etiam Majorum Epiſcopatuum ad effectum habendi potentiam reſiſtendi finitimis Principatibus Achatolicorum, eorumque viribus, quemadmodum teſtantur Matta *in Commentar. ad concordat. German. n.* 130. Pyring. *in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *ſect.* 5. *tit de Prebend. n.* 191. *& ſeqq.* ubi ait has gratias concedi ad publicam utilitatem, idem Matta *de cauſ. Conſiſtor. ſect.* 16. *n.* 35. *&* 36. Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *c.* 17. §. 2. *n.* 29. Fagnan. *in c. Dudum n.* 29. *de elect.* ubi teſtatur de caſu retentionis quinque Epiſcopatuum in Germania, Card. Pallavic. *in hiſtor. ad Concil. lib* 24. *c.* 12. *n.* 17. *circa fin.* Rot. *in Auguſtana Canonicatus* 27. *Junii* 1714. §. *Eoque magis*, *cor. Reverendiſs. Criſpa*.

Allegabatur exemplum Epiſcopi Monaſterien. habentis retentionem Epiſcopatus Paderbonen. & duarum Præpoſiturarum Oſnaburgen. ac etiam Electoris, & Archiepiſcopi Colonien. habentis retentionem plurium Epiſcopatuum, addito exemplo Sereniſſimi Franciſci Ludovici Comitis Palatini Rheni, qui occaſione confirmationis Coadjutoriæ Archiepiſcopatus Moguntini, obtinuit retentionem Eccleſiarum Vvormatien. & Uratiſlavien. ac Præpoſituræ Elvacen. prout conceſſit Sacra Congregatio Particularis in Moguntina Coadjutoriæ 7. Julii 1711. Me tunc ſcribente in ejus favorem.

Reſolutio Sac. Congreg. Conſiſtorialis in hac Cauſa eſt illa tenoris ſequentis.

Cum ob gravem, atque diuturnam R. P. D. Alexandri Sigiſmundi ex Sereniſſimis Principibus Neoburgicis, & Palatinis Rheni ægritudinem, ad ea evertenda pericula, & detrimenta, quæ in Eccleſiam ſuam Auguſtanam manare poterant, Sanctiſs. Dom. Noſter per litteras in forma Brevis Capitulum, & Canonicos illius Cathedralis adhortatus fuerit, ut aliquem ei proponendum deſignaret, cui munus Coadjutoris committere poſſet; Sac. Congreg. rebus Conſiſtorialibus præpoſita, diligenter inſpecto, perpenſoque Inſtrumento conſenſus Capitularis ſuper hoc præſtiti, cenſuit, ſi Santiſs. D. Noſtro placuerit, deputandum eſſe Coadjutorem cum futura ſucceſſione prædicto R. P. D. Alexandro Sigiſmundo in Eccleſia Auguſtana R. P. D. Joan. Franciſcum Schenck Epiſcopum Conſtantien. ut hujus ſtrenua, fidelique opera, ille, qui adverſæ nimium valetudini aſſidue obnoxius eſt, in ſuſtinendo deinceps Paſtorali onere ſublevetur: Eidemque R. P. D. Joanni Franciſco liberam ad ſui vitam retentionem Canonicatus Herbipolenſis concedendam eſſe, Epiſcopatus vero Conſtantienſis, & Canonicatus Auguſtani, ſolummodo, donec ſucceſſionis locus factus fuerit, qua eveniente, uterque vacare debeat eo ipſo, & de Canonicatu non niſi per Sedem Apoſtolicam diſponi poſſit; id vero, caſſatis, irritatis, nulliſque declaratis articulis, & pactionibus omnibus tam nomine Coadjuti exhibitis, quam a Coadjutore cum Capitulo Conſtantienſi jam ante initis, ac modo repetitis, & improbato, rejectoque toto eo, quod ex documentis Sacræ Congregationi exhibitis, atque ex præfato Inſtrumento conſenſus integræ libertati Capituli, & Canonicorum, necnon Eccleſiæ juribus officere poſſe dignoſcitur; Et facta per me infraſcriptum Secretarium relatione Sanctitas Sua Sacræ Congregationis Sententiam benigne probavit. Datum Romæ die 9. Auguſti 1714.

Emanuel Theodoſius Card. Bullionius
Sac. Collegii Decanus.

Loco † Sigilli.

Dominicus Rivera Sac. Congreg. Conſiſtorialis Secret.

CON-

CONSTANTIEN. SEU AUGUSTANA
Indulti,

ARGUMENTUM.

Ex quibus cauſis Epiſcopo unius Eccleſiæ facto Coadjutori alterius cum futura ſucceſſione concedatur retentio ſuæ primæ Eccleſiæ poſtquam factus fuerit locus ſucceſſioni in ſecunda.

SUMMARIUM.

1 *De cauſa concedendi retentionem plurium Eccleſiarum favore unius in Germania.*
2 *Retentio conceditur ex cauſa utilitatis, & neceſſitatis Eccleſiæ.*
3 *Summi Pontifices ob paupertatem ſubvenerunt Eccleſiæ Conſtantien.*
4 *Aſſertionibus in Motu proprio factis ſtandum eſt,*
5 *Eccleſia Conſtantien. poſt Lutheri tempora majorem jacturam paſſa eſt.*
6 *Bellorum incurſus damna producunt.*
7 *Remiſſiones Annatæ denotant paupertatem.*
8 *Facilius conceditur Unio temporalis, quam perpetua.*
9 *Damna quæ proveniunt ex paupertate Epiſcopatus interſecati ab Acatholicis.*
10 *Paupertas vileſcere facit Epiſcopos.*
11 *Eccleſiæ contiguæ tanquam membra unius Eccleſiæ Univerſalis in caſu indigentiæ ſe adjuvare debent,*
12 *Exempla facilitant gratiam.*
13 *Gratia retentionis duarum Eccleſiarum facilitatur ex vicinitate.*
14 *Vox communis Populi commendat merita Perſonæ.*
15 *Reſolutio Sacræ Congregationis.*

DISCEPTATIO XC.

CUm juxta caſum præcedentis Diſceptationis gratia Coadjutoriæ conceſſa fuerit cum Decreto vacationis Eccleſiæ Conſtantien. quoties futuræ Succeſſionis in Eccleſia Auguſtana factus eſſet locus, Capitulum Auguſtanum ſupplicavit Summo Pontifici, una cum Sereniſſimo ejus Epiſcopo pro gratia retentionis etiam in caſu, quo factus eſſet locus futuræ ſucceſſionis in Eccleſia Auguſtana.

Dicebam itaque ſcribens pro Sereniſſimo Epiſcopo, quod Indultum retinendi duas Eccleſias neutiquam petebatur ex ea tantum generali cauſa, quæ per modum praxis immemorabilis introducta reperitur pro Eccleſiis Germaniæ, ſcilicet unionis plu-
1 tium Eccleſiarum in unum Prælatum, ut in Diœceſibus, ubi Acatholici commixti ſunt, Epiſcopi pluribus ſubſidiis muniantur, & fortioribus viribus reſiſtant, quam cauſam de cætero veluti ad hunc effectum ſufficientem ſemper Sedes Apoſtolica approbavit, quemadmodum notiſſimum eſt in praxi, & plene relatis exemplis teſtantur Fagnan. *in capit. dudum numer.* 29. *de elect.* Cardin. Pallavicin. *in hiſt. Concil. Trident. lib.* 24. *capit.* 12. *circa fin.* Amaydeo. *de ſtyl. Datar. lib. primo cap.* 17. §. 2. *numer.* 29. Matta *de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 16 *numer.* 35. *&* 36. *& ad concord.* Germ. *numer.* 130. Pyringh. *in jus Canon. lib.* 3. *titul.* 5. *ſect. quinta tit. de Prabend. numer.* 191. *& ſeq.* ubi ait hujuſmodi gratias concedi ad d. publicam utilitatem, & Rot. *in Auguſtana Canonicatus* 27. *Junii* 1714. §. *Eoque magis, coram Reverendiſſimo Criſpo.*

Verum gratia hæc juridice petitur ex rationabilibus cauſis in jure ſcriptis, ut eſt illa utilitatis, & neceſſitatis Eccleſiæ, quæ ſane legitima, & urgens cauſa ſicuti ſufficiens reputatur ad faciendam
2 perpetuam unionem unius Eccleſiæ ad alteram juxta *Text. in capit.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. & in terminis unionis propter debita quibus gravata eſt Eccleſia, ſeu ejus redditus attenuatos, eſt deciſio 376. & 516. Bellameræ, & tradunt Turricell. *de union. capit.* 8. *numer.* 6. *&* 7. Rebuf. *in prax. benef. tit. de union. gloſſ.* 9. *num.* 39. Pax Jordan. *Lucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *n.* 63. Ventrigl. *in prax. p.* 2. *annot.* 8. §. 2. *num.* 22. *&* 23. Rot. *in Monaſterien. Vicaria* 20. *Martii* 1713. §. *Aſſumentes, coram Reverendiſſimo Criſpo*, ita multo magis cauſa hæc ſufficiens eſſe debet pro gratia retentionis, quæ eſt ſimplex Unio temporalis ad vitam Poſſeſſoris, & quæ idcirco facilius indulgetur *ad Text. in Canon. Poſtquam* 16. *quæſt.* 1. & in ſpecie Matt. *de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 16. *numero* 36 ibi: *Quæ quidem cauſa ſi adſit non ſolum gratioſe, verum etiam neceſſario concedenda erit retentio.*

Quod autem concurrat ad evidentiam, nedum cauſa utilitatis, ſed immo neceſſitatis Eccleſiæ, non poteſt in dubium revocari ex circumſtantiis; Etenim licet ampliſſimus Epiſcopatus longitudinis 150. latitudinis vero centum miliorium per Sueviam, & majorem partem Helvetiæ diffuſus præter tractum Ducatus Vittembergiæ etiam Provincias Algojam, Briſgojam, & Sylvam Herciniam contineat, & ſic intuitu amplitudinis ſuæ ſemper pro Religionis columna habitus fuerit, nihiluminus etiam ante Lutheri tempora non obſtante ſua amplitudine, gravi inopia, ſeu tenuitate redituum laboravit, propter quod Summi Pontifices ſolius publicæ neceſſitatis, & utilitatis intuitu illi pluribus ſubſidiis, & quidem Motu proprio benigne ſuccurrere voluerunt, nam Sixtus IV. de Anno 1482. & Innocentius VIII. Anno 1491. expreſſa cauſa diminutionis redituum, & æris alieni tunc contracti in ſumma quinquaginta millium florenorum auri, conceſſerunt Epiſcopo Conſtantien. Decimas ad biennium de omnibus fructibus etiam Regularibus, nec non fructus quorumcunque beneficiorum in primo eorum vacationis anno colligendorum pro decennium, quæ cauſa diminutionis redituum, & æris alieni uſque tunc contracti, oſtendit uſque tunc propter neceſſitatem, Eccleſiam hanc dignam fuiſſe Indulto, & ſubſidio Apoſtolico, juxta naturam Motus proprii, quæ in aſſertionibus ſuis nullam admittit dubitationem, de quo notus *Text. in cap. ſi Motu proprio de Prabend. in* 6. *& in Clemens.* 1. *de probat.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 139. *n.* 1. *& ſeqq.* Rot. *coram Millin. dec.* 149. *n.* 5. *& dec.* 426. *n.* 5. *& coram Coccin. dec.* 2252. *n.* 1. *& in Cabilonen. ſeu Ordinis Ciſtercien. Juriſdictionis* 3. *Junii* 1709. §. *Perperam, coram bona memoria Molines.*

Poſt tempora autem Sixti IV. & Innocentii VIII. tenuitas redituum Eccleſiæ Conſtantien. non ceſſavit, ſed in deteriorem ſtatum redacta eſt, ſuperveniente
de anno 1517. Lutherana Secta, propter quam am- 5
pliſſima Diœceſis paſſa fuit horrendam diſmembrationem, quia in Helvetia Ducatus Vvittembergiæ, aliiſque Ditionibus maxime conſiderabilis numerus 658. Eccleſiarum una cum ſeptuaginta tribus Monaſteriis etiam majoribus, & opulentis, pluribus Præpoſituris, Collegiatis Eccleſiis, & integris Capitulis ruralibus a Fide Catholica, & juriſdictione Epiſcopi ſubtractus fuit, unde menſa Epiſcopalis deplorandam jacturam paſſa fuit ſuorum jurium, ſuper quibus unice fundata fuerat, ſcilicet *Cathedratici, quarta Decimarum, annatarum, Subſidii Charitativi, taxarum Cancellariæ, & ſimilium*, quibus perſolvendis d. Eccleſiæ, Monaſteria, Præpoſituræ, Collegiatæ Eccleſiæ, ac Capitula obnoxia fuerunt, unde contigit, ut dum antea ratione Cathedratici Menſa percipiebat florenos 14. millia annuos, hodie vix percipiat 500. vel 600. florenos; præterea poſt Lutheri tempora manifeſtum remanet, redditus Eccleſiæ jam antea diminutos ob dictam jacturam, & ſubtractionem tot, tantorumque jurium Epiſcopalium adhuc in deterius abiiſſe & probat, Rot. *coram Merlin. dec.* 95. *n.* 14. *& rec. dec.* 16. *n.* 11. *p.* 6. Turicell. *de union. cap.* 8. *numer.* 8.

Sed præter tot calamitatum contingentias, quæ reditus Epiſcopales exſiccarunt, non defuerunt etiam concomitantes miſeriæ plurium bellorum, primum

nempe Principum Proteſtantium in ſæculo penultimo, Svecorum in ultimo, & noviſſimum Gallorum per 40. annorum ſpatium continuatum, ex quorum accedentibus Epiſcopi Conſtantien. ab eorum Epiſcopali Sede depulſi, ſæpius exulare coacti ſunt, & ſignanter in ſæculo penultimo durante Proteſtantium Principum bello, Epiſcopus cum Capitulo ſuo, & univerſo Clero per viginti, & amplius annos in exilium actus præter alias calamitates perditionem Eccleſiæ Theſauri 100. mill. floren. appretiati lacrymantibus oculis intueri debuit. In ultimo ſæculo anno ſcilicet 1633. tempore Belli Svecì novam denuo Epiſcopatus deſtructionem, & totalem ferme interitum perpeſſus eſt, dum Epiſcopo iterum exulare coacto, reſidentia Epiſcopalis cum aliis Caſtris exuſta, & Eccleſiæ Vaſſalli expoliati, ac devaſtati fuerunt, maxima Archivii parte, & actis, Vaſis aureis, & argenteis, & Eccleſiæ ornatu cum irreparabili damno penitus deperditis.

Quibus omnibus ſupervenerant innumera alia damna, dum præter longam annorum ſterilitatem, notabilia fuerunt illa, quæ per ultimos Helveticr, Bellis motus Eccleſiæ, & Menſæ Epiſcopali per publicam depopulationem, & devaſtationem fuerunt illata; Sa-
6 tis enim notum eſt quas miſerias, & damna producant Bellorum furor, & Hoſtium incurſus in Civitatibus, & Ditionibus obſeſſis, de quo *Text. in cap. Piſanis de reſtitut. ſpoliat.* ibique Gonzal. *numer.* 4. Caſtropal. *oper. moral. part.* 1. *tract.* 6. *diſputat.* 5. *punct.* 1. *numer.* 1. Div. Auguſt. *lib.* 19. *de Civit. Dei*, Bellamer. *deciſion.* 616. *per tot.* Turricell. *de union. capit.* 8. *numer.* 7.

Ex his autem calamitatibus de ſui naturam inopiam inferentibus, non mirum, ſi menſa Epiſcopalis tot undique vulneribus afflicta, jacturam fecerit majoris partis ſuorum redituum, & ad ſolam miſerabilem quantitatem 20. mill. florenorum, ſeu decem millium ſcutorum Epiſcopalis Menſæ redditus redacti fuerint, & quod maxime dolendum eſt, infelix Menſa Epiſcopalis hodie debitis 300. mill. florenorum onerata reperitur, ex qua ingenti æris alieni mole 56287. mez. ſcutorum Romanorum bona ejuſdem Menſæ Creditoribus Acatholicis hypothecata remanent ſub gravi periculo, ne in dictorum Creditorum manus in caſum non perſoluti annui cenſus eadem Eccleſiæ bona devolvantur, unde niſi huic cadenti Eccleſiæ ſubſidium obveniat illa in totalem ruinam verget in futurum, quin ſpes ulla ſuperſit collapſam ſemel Eccleſiam deinceps in priſtinum reſtituendi.

Cujus quidem admodum tenuis annuorum proventuum ſumma, non ſufficit pro expenſis Eccleſiæ, & Epiſcopatus, & hanc Epiſcopatus miſeriam agnovit, & approbavit Sedes Apoſtolica, dum media annata, quæ debebatur in flor. 2500. ex cauſa paupertatis, fuit pro majori parte condonata de anno 1705. occaſione promotionis Epiſcopi, & vigore motus proprii Summi Pontificis Clement. Undecimus redacta fuit taxa in flor. 410. quod ſolum apertiſſime oſtendit extremam tenuitatem, & inopiam redituum Epiſcopalium, propter quam Pontifex remiſit ſolitam taxam debitam pro annata, & reduxit ad exiguam quantitatem, ut in præciſis terminis firmavit Rot. *in Salernitana Alimentorum* 20. *Junii* 1712. §. *Paupertas, coram Eminentiſſimo Scotto*, cum hujuſmodi remiſſionis nonniſi propter paupertatem fieri ſoleant, Caſtropal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 10. *diſp. unic. punct.* 11. *n.* 2. Suarez
7 *de relig. tom.* 2. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 16. & 18. a Spirit Sanct. *in direct. tract.* 3. *de decim. diſput.* 4. *ſect.* 9. *nu.* 185. junctis atteſtationibus uſque de anno 1706. deſuper factis per Nuncium Apoſtolicum, & Senatum Reipublicæ Lucernen.

Ex quibus probata inopia, & tenuitate redituum miſerabilium hujus infeliciſſimi Epiſcopatus, probata quoque remanet legitima cauſa pro Indulto retentionis, quæ eſt ſimplex Unio temporalis ad vitam Poſſeſſoris, & quæ minori cum difficultate concedi de-
8 bet, quoties ex tali cauſa Sac. Canonum providentia etiam ex Sac. Concilii Tridentini Decretis approbata mandat etiam Unione per perpetua uniri Eccleſias in unum Caput, ſeu Prælatum, juxta *Text. in Can. Et temporis qualitas*, & *Can. Poſtquam* 16. *q.* 1. Bellamer. *d. dec.* 376. & 516. per totas Turricell. *de union. cap.* 8. *numer.* 7.

Sed ſi Sacri Canones etiam per Uniones perpetuas ſuccurrunt Eccleſiis propter tenuitatem reddituum, quamvis agatur de Eccleſiis inferioribus, & Parochialibus, ubi tantum latitudinem præjudicii publici non continet hujuſmodi Eccleſiarum paupertas, fortius, ubi agitur non ſolum de Epiſcopatu inſignis Eccleſiæ, quæ ſemper columna Catholicæ Fidei reputata fuit, ſed etiam de Epiſcopatu, cujus ampliſſima Diœceſis undique interſecata reperitur Ditionibus Acatholicorum, ſeu Principum Proteſtantium, & experientia docuit quot mala, quot ſcandala, & præjudicia pullulaverint ad noſtræ Catholicæ Fidei oppreſſionem ex hac miſeria, & tenuitate reddituum Menſæ Epiſcopalis. Etenim Epiſcopus tanta egeſtate preſſus nunquam erigere potuit Seminarium ad præſcriptum Sac. Concilii Tridentini, nunquam celebra- 9
re potuit Synodum Diœceſanum per ſæculum intermiſſam, nunquam contribuere potuit ſufficiens ſubſidium aliquod per Eccleſiæ, ſeu Epiſcopatus ſui Subditis ad Catholicam Fidem convertendis, immo collacrymare cogitur Subditos ab Orthodoxa Fide in diem deficientes, & ſubſidiis, opibuſque Acatholicorum ad ſuam Sectam traductos; non poteſt juriſdictionem Eccleſiaſticam, & Eccleſiæ ſuæ jura tueri contra invaſiones, quæ paſſim fiunt ab illorum potentiſſimis in Epiſcopatu exiſtentibus ſtatibus, nec demum poteſt tot Eccleſias ruinoſas, aliaque ædificia reſarcire, immo nec ipſam quoque habitationem proprii Palatii Epiſcopalis reſtaurandi medium habet, quamvis undique prolabantur parietes, & pariter nec ſubire valet expenſas pro manutenendo numero ſufficienti Officialium, & Miniſtrorum, qui in hac ampliſſima Diœceſi omnino redditur neceſſarius, juxta *Text. in Can. Epiſcopus* 12. *q.* 1. *verſ. participat*, Rebuff. *de Congreg. n.* 63. & *ſeq.* Hurtad. *eodem tract. lib.* 2. *reſ.* 1. §. 1. *n.* 28. & *ſeqq.* Rot. *dec.* 23. *n.* 10. & *ſeqq.* & *dec.* 351. *n.* 3. & 4. *p.* 18. & *dec.* 342. *n.* 14. & *ſeqq. p.* 14. *rec.*

Illud vero quod magis exclamare facit Cauſam hanc paupertatis, ſeu tenuitatis reddituum Epiſcopalium, in ea conſiſtit circumſtantia, quod Epiſcopus Conſtantien. eſt Director Circuli Svevici, ad quem una cum altero Condirectore Duce Vvirtembergenſi Principe Acatholico ſpectat convocare Principes Status, ſeu Dominos, tam Eccleſiaſticos, quam Laicos ad publica Comitia, & Aſſembleas, in quibus tractari ſolet de rebus tangentibus intereſſe publicum, quæ quidem veluti magna dignitas viloſcit in conſpectu Ducis potentiſſimi Vvirtembergiæ, aliorumque Principum Proteſtantium, qui eiſdem Comitiis ſimul interveniunt, & una concurrunt in votando, tractando, & concludendo negotia; nam niſi Epiſcopus tantam figuram faciens in Circulo Principum ad Menſuram ſuæ Dignitatis, potentiam, & opes habeat, facile eſt credere minoris ponderis, & venerationis futuram eſſe auctoritatem tanti Principis in tractatibus rerum publicarum, quæ in congreſſu cum Principibus Acatholicis ſunt concludendæ, ut enim dicit *Textus in Canon. Pauper.* 11. *q.* 3. *Pauper non ſo-* 10
lum contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur, Rebuff. *ad conſtit. reg. tom.* 1. *tit. de Sentent. proviſion.* Gloſſ. *ultim. n.* 1. & advertit Pax Jordan. *Lucubr. lib.* 1. *tit.* 16. *n.* 32. *verſ. Ne vileſcat*, & *lib.* 2. *tit. unic. n.* 24. *verſ. Quapropter*, & in propoſito notavit bon. memor. Anſald. *in annotat. ad deciſ.* 86. *numer.* 65.

Ex hac igitur publica, & gravi cauſa neceſſitatis Eccleſiæ Epiſcopalis legitima deſcendit conſequentia pro conceſſione Indulti retentionis utriuſque Eccleſiæ; cum tali caſu Indultum nullam contineat amaritudinem, aut exorbitantiam, ſed potius in contrarium famuletur Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini legibus, & Decretis, quæ perpetuis etiam Unionibus indulgent, ut ſuccurratur indigentiis reddituum Eccleſiæ, nam ſicut Sixtus IV. & Innocentius VIII. Summi Pontifices motu proprio non dubitarunt ſuccurrere hujus Eccleſiæ indigentiis tempore, quo ex minori ino-

inopia premebatur ſolo ſcilicet ære alieno quinquaginta millium flor. & redditus nondum erant adeo tenues, & diſmembrati, ita fortior urget ratio providendi per alium æquipollentem modum, qui petitur in hujuſmodi Statu, ubi poſt tot calamitates, & oppreſſiones Eccleſia majori trecentorum millium florenorum debito onerata reperitur, certo, ac manifeſto penitus corruendi periculo expoſita, & melior ſane modus occurrendi eſt ille, qui petitur per gratiam retentionis utriuſque Eccleſiæ, ubi ordum facultates, ſed ipſa etiam mixta Potentia duarum Eccleſiarum, utranque adjuvat in apice Dignitatis Eccleſiaſticæ juxta vulgatum dicterium: *Virtus unita fortior*; Urgente ad hoc canonico illo principio,
11 quod Eccleſiæ præſertim contiguæ cum ſint membra unius Eccleſiæ univerſalis debent ſe ad invicem adjuvare in caſu indigentiæ, quod ſuccedit, ubi uni Capiti, & Prælato in regimen conceduntur, ut eleganter notavit Panormit. *in cap.* 1. *n.* 5. *de reb. Eccleſ. non alien.* ibi: *Et nil mirum nam Eccleſiæ particulares ſunt membra unius Eccleſiæ Univerſalis, unde debent adinvicem ſibi ſubvenire ſicuti membra unius corporis*, & proſequitur Beroius *n.* 36. *&* 37. ibi: *Abbas confirmat hanc concluſionem optima ratione, quia cum Eccleſiæ particulares ſint membra adinvicem ejuſdem Corporis Eccleſiæ Univerſalis, debent ſibi invicem in caſu indigentia ſubvenire veluti ſingula membra Corporis ſibi invicem ſubveniant.*

Sed adeo vera eſt tenuitas, & paupertas hujus oppreſſi Epiſcopatus, ut præter exempla Sixti Quarti, & Innocentii Octavi non deficiant punctuales caſus Indultorum de retinendo alias Eccleſias, quæ fuerunt conceſſa per Summos Pontifices reſpectu Eccleſiæ Conſtantienſis; nam Salamon olim Epiſcopus Conſtantien. ſimul cum Epiſcopatu retinuit Abbatiam
12 Sangallenſem una cum duodecim aliis Abbatiis, quarum una fuit Campidonenſis, quando utraque hæc Abbatia Sangallenſis, & Campidonenſis notorie ſuperat quoad redditus Epiſcopatum Conſtantien. Anno 1454. Henricus fuit etiam adminiſtrator Curienſis per-
13 petuus, Anno 1531. Balthaſſar alter Epiſcopus fuit inſuper adminiſtrator Hildeſehembenſis, Anno 1537. Joannes Epiſcopus retinuit ſimul Archiepiſcopatum Lundenſem, Anno 1561. Epiſcopus Marcus Siticus Abbatiam Lauterenſem, & Anno 1590. Andreas Epiſcopus ſimul cum Conſtantien. retinuit Epiſcopatum Briſinenſem, & Abbatiam Murbacenſem, & Lauterbacenſem, & Anno 1661. Epiſcopus Auguſtanus Sigiſmundus Franciſcus retinuit cum Epiſcopatu Auguſtæ alias duas Cathedrales Tridentinam, & Gurgenſem. Ideoque non ſolum concurrit legitima cauſa pro defenſione utriuſque Eccleſiæ, ſed etiam praxis S. Sedis ſpecialis de hac noſtra Eccleſia Conſtantien. ſimul retenta cum aliis Eccleſiis, & maximis Abbatiis propter tenuitatem ſuorum redditnum, & ideo facilius eſſe debet locus Indulto ad *Text. in Canon ſi ea deſtruerem* 25. *q.* 2. *& in Canon. quis neſciat diſtinct.* 11. & in propoſito Matt. *ſuper concordat. German. n.* 230. impreſſ. poſt Remocamp. *de coadjutor.* Rev. Patre Dom. Anſald. *in annot. ad decis.* 86. *n.* 65. Rot. *in Monaſterien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1712. §. *Cum itaque, cor. R. P. D. Aldrovanda.*

Magna autem futura eſt utilitas hujus gratiæ, quia Epiſcopus Conſtantien. in publicis Comitiis, & Aſſembleis, quibus etiam Dux Vvittembergiæ potentiſſimus cum aliis Principibus, & Statibus Acatholicis intervenire ſolet, religionis bonum ſuffragio ſuo non ſolum ratione Conſtantien. ſed etiam intuitu Auguſtanæ Eccleſiæ efficacius promovere poterit, cum Epiſcopus Conſtantien. dicti Circuli Svevici, & Epiſcopus Auguſtanus Collegii Principum intra eundem circulum ſit Director. Sic etiam redditus ad invicem concurrentes adjuvabunt veluti per manus adjutrices utranque Eccleſiam, & facilius onera ſupportabuntur, & tot indigentiis Eccleſia Conſtantien. majores vires habebit, ac præſertim firmiorem reddet Fidem Catholicam confirmando in ea ſubditos Diœceſanos, & calcatæ Immunitatis jura propugnando, ac tuendo, necnon æris alieni nimiam molem exonerando; accedente etiam utriuſque Epiſcopatus per confinium continentium ſibi cohærentis, & Eccleſiarum vicinitate, quarum una non diſtat ab altera niſi duabus dietis, quæ circumſtantia in propoſito facilitat gratiam, ut conſideratur per Divum Gregorium in *Canon. & temporis qualitas* ibi: *Et temporis qualitas, & vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam atque Maſitanam unire debeamus Eccleſias, quoniam nec longe a ſe itineris intervallo ſejuncta ſunt*: *Et in Canon. Poſtquam* 16. *q.* 3. ibi: *Hoc noſtro ſedit Cordi Conſilium, ut vicinis eas Mandaremus Pontificibus gubernandas.*

Publica quoque acclamatio, & commune Votum hanc gratiam implorant veluti Catholicæ fidei valde utilem, & neceſſariam, nam univerſum Capitulum Auguſtanæ, & Conſtantienſis Eccleſiæ Zelo publicæ cauſæ ſupplices preces dederunt Summo Pontifici ultra quod ſuapte natura expoſcunt ſubveniendi remedium hactenus recenſitæ ipſius collabentis Eccleſiæ miſeriæ, & imminentibus periculis, quibus in futurum, niſi modo fiat, forte non poterit amplius ſubveniri, quibus accedunt inſignia vigilantis Paſtoris merita, dum hactenus rerum gerendarum aptitudine, prudentia, & indefeſſa ſedulitate adeo benemeritum ſe demonſtravit, ut communi voce Cleri, ac Populi accumulati videatur ad publicam in illis partibus utilitatem, & neceſſitatem, juxta ea, quæ tradit Vaſquez *controv. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 14
34. Rot. *in Biſinianen. Præeminentiarum* 17. *Februarii* 1710. §. *Quid plus, cor. bon. mem. Anſaldo.*

Reſolutio Sac. Congreg. Conſiſtorialis eſt illa quæ inferius regiſtratur.

Supplicantibus Capitulis Auguſtano, & Conſtantienſi una cum Reverend. Patre Dom. Joanne Fran
ciſco Epiſcopo Conſtantienſi, quem Congregatio 15
habita die 9. Auguſti anno 1714. cenſuerat deputari poſſe Coadjutorem cum futura ſucceſſione Reverend. Patre Dom. Alexandro Sigiſmundo ex Sereniſſimis Comitibus Palatinis Rheni in Eccleſia Auguſtana, ea lege, ut facto eidem ſucceſſioni loco Conſtantienſis Epiſcopatus vacare deberet eo ipſo (quemadmodum in literis Apoſtolicis ſubinde expeditis enunciatum fuit (pro libera dicto etiam caſu eveniente ejuſdem Eccleſiæ Conſtantienſis retentione; Sacra Congregatio rebus Conſiſtorialibus præpoſita cenſuit, ob plures graveſque rationes, eas vero præcipue, quod majori potentia, & Eccleſiaſticorum redditaum copia auctus, tum Religionem Catholicam validius, firmiuſque tueri valeat, tum Conſtantienſis Epiſcopatus anguſtam rem ſublevare, concedi illi poſſe facultatem retinendi eandem Conſtantienſem Eccleſiam, etiam poſtquam ad illius favorem factum fuerit locus in Auguſtana, injuncto tamen onere tunc impediendi ſaltem annua decem florenorum millia ex redditibus Eccleſiæ Conſtantienſis pro extinguenda forte æris alieni ab eadem menſa contracti, donec, & quouſque illud integre extinctum fuerit. Et facta per me infraſcriptum Secretarium relatione SS. Dom. Noſt. Sac. Congregationis Sententiam in omnibus benigne probavit. Datum Romæ die 3. Septembris 1716.

F. Card. Spada.

Loco † Sigilli.

Dominicus Rivera Sac. Congreg. Conſiſtorialis Secret.

ROMANA
Emphyteuſis,

ARGUMENTUM.

Si Poſſeſſor Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, quæ ſit hæreditaria, hæredem inſtituat illegitimum, bona devolvuntur ad Eccleſiam, & quando Emphyteuſis cenſeatur comprehenſa ſub generalitate Inſtitutionis univerſalis.

SUMMARIUM.

1 *Refertur facti ſeries.*
2 *Bona Emphyteutica Eccleſia ad eam devolvuntur ſi fuerit inſtitutus ab ultimo Poſſeſſore illegitimus juxta Bullam Pianam.*
3 *Hæc Bullam præſervat ſucceſſione Vocatis in inveſtitura pactionata, non autem hæreditaria.*
4 *Ratio ob quam inſtituto hærede illegitimo bona Emphyteutica Eccleſia non pertineant ad Proximiorem Teſtatori.*
5 *Titulus hæreditarius eſt nominatio Succeſſoris.*
6 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica quando tranſeat in Fiſcum.*
7 *Emphyteuſis hæreditaria venit ſub Inſtitutione univerſali omnium bonorum.*
8 *Etiam ſi hæres ſit incapax.*
9 *In Inſtitutione univerſali quando veniat Emphyteuſis etiam pactionata.*
10 *Non datur in Jure duplicitas hæredis, & quando?*

DISCEPTATIO XCI.

Capitulum Sanctæ Mariæ in Coſmedin remiſſa caducitate incurſa per Jordanum ſeniorem de Buccabella ex capite non ſolutionis Canonum, &
1 alienationis unius Domus ad uſum Fenilis, & Terreni de directo dominio ipſius Capituli, iterum inveſtivit per viam Concordiæ Joannem Baptiſtam, & Alphonſum filios Jordani in perpetuum pro ipſis, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque cum clauſula *ad habendum*, & diſponendum ſub annuo Canone ſcutorum quinque.

Poſſedit ſucceſſive hæc Bona Emphyteutica Jordanus Junior filius, & hæres dicti Joannis Baptiſtæ, qui in ultimo Teſtamento hæredem univerſalem inſtituit in omnibus ſuis Bonis Dominicum ejus filium naturalem legitimum, & dubitando, quominus iſte vigore legitimationis ſuccedere poſſet in dictis Bonis, & ſignanter in emphyteuticis expreſse ordinavit eodem Teſtamento, quod ubi legitimatio jam facta; *Per qualche capo, ò cauſa non ſuffragaſſe, voglio, comando, e dò ogni facoltà à detto Domenico mio figlio, &c. di domandare, ed ottenere altra, à più legitimazioni da chi averà facoltà di legitimare, &c. in maniera tale, che Domenico, &c. s'intenda, e ſia vero Padrone, e poſſeſſore di tutti li miei Beni, &c. e di quanto hò, e poſſedo.*

Defuncto Jordano, Dominicus ſucceſſit in omnibus ejus Bonis etiam emphyteuticis contra quem inſurrexit Capitulum inſtaurando Judicium aſſociationis ad poſſeſſionem Bonorum Emphyteuticorum ſtante incapacitate Dominici illegitimi ſuccedendi in Bonis Eccleſiaſticis, juxta diſpoſitionem Bullæ Sancti Pii V. in 117. & diu agitata lite, tandem de anno 1678. deventum fuit ad tranſactionem, in qua Capitulum remiſit Dominico quamcunque devolutionem, & denuo eum recognovit in Emphyteutam pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque legitimis, aucto Canone ad ſcuta quadraginta annua.

De hoc tempore vivebat Hortentia Cecchina de Euſtachiis poſt Dominicum proximior in gradu Jordano juniori, quæ non ſolum non reclamavit adverſus prædictam tranſactionem, ſed potius iſtam approbavit tolerando, quod Dominicus poſſideret dicta Bona emphyteutica uſque ad illius obitum ſecutum de anno 1684. quo defuncto omnia Bona hæreditaria tanquam vacantia apprehenſa fuerunt per Rever. Cam. Apoſtolicam adverſus quam Hortentia obtinuit Sententiam immiſſionis in poſſeſſionem dictorum Bonorum hæreditariorum Dominici, tanquam illius hæres ab inteſtato.

Cum autem Hortenſia pulſata per Capitulum ad ſolvendos Canones juxta quantitatem auctam in tranſactione, prætenderet ſe non teneri ad eorum ſolutionem, ex quo Dominicus eſſet incapax ſuccedendi in Bonis Emphyteuticis Eccleſiæ, tanquam illegitimus, & conſequenter defuncto Jordano Juniore, illa ad ſeipſam ſpectarent uti proximiorem Jordano, & ideo in præjudicium Hortentiæ non potuerit urgeri Canon. de ſcutis 5. ad 40. in Inſtrumento tranſactionis.

Introducta deſuper lite Theſaurarius contra eam relaxavit mandatum, quod ego ſcribens pro Capitulo in plena Camera, cui devoluta fuit cognitio Cauſæ dicebam eſſe exequendum juxta tranſactionem non obſtante objecto mox relato.

Et quidem clara erat inſubſiſtentia objecti, quia 2
defuncto Jordano Bona Emphyteutica ob incapacitatem Domini nullo modo ſpectare potuerunt ad Hortentiam uti proximiorem defuncto, ſed ipſo jure devoluta fuerunt ad Eccleſiam inveſtientem, ut diſponit Bulla Sancti Pii Quinti *Bullar. nov. in* 117. §. 7. ibi: *Bona vero Emphyteutica aliis legitimis ad ea forte vocatis non exiſtentibus eo ipſo devoluta, &c. declaramus*, & in ſpecie Corbul. *de Jur. Emphyteut. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. Canon. q.* 14. *n.* 1. *verſ. Neque*, Fulgin. *eodem tract. tit. de diverſ. quæſtion. quæſt.* 24. *num.* 8. Duran. *dec.* 252. *n.* 8. Priol. *dec.* 449. *numer.* 7.

Neque illa verba: *aliis legitimis ad ea forte vocatis non exiſtentibus*, intelliguntur præſervare ſucceſſio-
nem proximioribus ab inteſtato ſucceſſoris, ſed ſo- 3
lum vocatis in Inveſtitura, & ſic quando agitur de Emphyteuſi ex pacto, & providentia, in qua certæ perſonæ dici poſſunt vocatæ jure proprio, ſicut important illa verba: *ad ea forte vocatis*, ſecus autem quando agitur de Emphyteuſi mere hæreditaria, in qua cum nemo dici poſſit ſpecialiter vocatus ex lege Inveſtituræ, dum ſuccedit titulo hæreditario cujuſque ultimi Poſſeſſoris; idcirco non habet locum in hujuſmodi Emphyteuſi præſervativa adjecta in Bulla Piana favore legitimorum, ſed tali caſu, ſi ultimus poſſeſſor inſtituat incapacem, Bona devolvuntur ad Eccleſiam inveſtientem in pœnam inveſtientis illegitimum, ut in terminis incapacis firmavit Rot. *coram Priolo dicta dec.* 449. *num* 5. *&* 6. & ita etiam de Jure procedit, dum ſtante incapacitate inſtituti in Feudo, ſeu emphyteuſi hæreditaria non datur ſucceſſio capacibus ſequentibus in gradu, ſed intrat devolutio ad Dominum directum, juxta theoricam Baſtul. *in l.* 1. *num.* 1. *verſ. aut habet ex ſucceſſione, digeſtis de interdict. & relegat.* Roland. *conſ.* 28. *num.* 11. *lib.* 3. *& conſ.* 64. *n.* 37. *& ſeqq. lib.* 2. Farinac. *de delict. & pœn. quæſtion.* 25. *numer.* 88.

Quæ intelligentia Bullæ Pianæ ex eo confirmatur, quia Emphyteuſis hæreditaria tranſit in hæredem ultimi poſſeſſoris, itaut vocatio dependeat ab arbitrio illius, qui poteſt hunc, vel illum hæredem inſtituere, ſive etiam transferre emphyteuſim mediante donatione, aliiſque titulis ſingularibus in perſonam ſibi beneviſam; ideo quoties ultimus poſſeſſor hæredem inſtituit incapacem, ſi iſte habere non poteſt emphyteuſim, nec minus habere poſſunt proximiores capaces ab inteſtato, quia non ſunt vocati ab ultimo poſſeſſore; unde pernecesse emphyteuſis reverti debet ad Dominum directum, ut in terminis Duran. *dicta deciſ.* 251. *num.* 8. ubi emphyteuta habebat facultatem ſibi nominandi ſucceſſorem in emphyteuſi, cumque nominaſſet illegitimum, firmavit Rota emphyteuſim fuiſſe devolutam ad Eccleſiam inveſtientem, non obſtante, quod adeſſent duo proximiores ultimo inveſtito, quibus etiam

deno-

denegavit prælationem in Inveſtitura aliis extraneis,
quæ deciſio applicatur emphyteuſi hæreditariæ, in
qua ſucceditur titulo hæreditario ultimi poſſeſſoris,
qui titulus nihil aliud eſt, quam nominatio ſuc-
ceſſoris facta ab eodem ultimo Poſſeſſore, vel ex
teſtamento, vel ab inteſtato, *leg. conficiuntur, ff.
de Jur. Codicillor. & leg. Codicilli, §. Matre, ff. de
leg.ii, 2.* Curt. Jun. *conſ. 4. num. 4.* Natt. *conſ. 216.
num. 10.* Mantic. *de Conjectur. libr. 7. tit. 7. numer.
14.* & comprobat Cardin. de Luc. *de Emphyt. diſc.
57. num. 5. & 6. in fine*, ubi quod nominatus vigo-
re nominationis conſequitur Jure quodam ſucceſſio-
tio nominantis.

Ulterius quia Bulla Piana expreſſe declaravit Bo-
na Emphyteutica devoluta ad Eccleſias inveſtientes
non obſtante exiſtentia proximiorum capacium, ut
in §. 5. ubi diſponit, quod Teſtamentum, ubi fuit
5 inſtitutus illegitimus non valeat: *etiam quoad ca-
paces*, & in §. 6. ibi: *Expulſis ſive incapacibus, ſi-
ve capacibus*. Si enim voluit teſtamentum non va-
lere etiam quoad capaces, & iſtos etiam expelli
mandavit de poſſeſſione Emphyteuſis, utique illis
abſtulit, & non præſervavit ſucceſſionem, adden-
do inſuper, quod ſi in emphyteuſi hæreditaria non
daretur devolutio ob inſtitutionem illegitimi, ſed
aperiretur ſucceſſio capacibus proximioribus, ſeque-
retur, quod pœna devolutionis in Bulla Pii ſtatu-
ta numquam haberet locum, quia in ordine ad
emphyteuſim ex pacto, & providentia durantibus
vocatis illa non intraret, quo vero ad emphyteu-
ſim mere hæreditariam, multo minus unquam in-
traret devolutio, dum illa eſt perpetua pro hære-
dibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, & nemo
6 unquam decedit ſine aliquo hærede, aut ſucceſſo-
re, dum non extantibus proximioribus ſuccedit Fi-
ſcus ultimo loco, ubi agitur de emphyteuſi tran-
ſitoria ad quoſconque etiam extraneos hæredes,
ut in terminis Fulgin. *de Jure emphyteut. titul. de
ſucceſſ. quæſt. 4. numer. 13. & 14.* Farinac. *de delict.
& pœnis quæstion. 25. numer. 56.* Boſſius *de bono pu-
blic. numer. 60.* Mantic. *de tacit. libr. 22. titul. 30.
num. 7.*

Minorem ſubſiſtentiam habet aliud objectum,
quod Jordanus non cenſeatur inſtituiſſe hæredem
Dominicum in bonis emphyteuticis metiendo vo-
luntatem a poteſtate, & ſic Bulla Piana non ha-
bet locum cum loquatur quando fuit expreſſe di-
ſpoſitum ad favorem illegitimorum, inde inferen-
do, quod Jordanus cenſeatur vocaſſe in bonis em-
phyteuticis Hortenſiam ab inteſtato ſibi proximio-
rem, & capacem ſuccedendi juxta doctrinam Bel-
lon. *de Jure accreſcen. cap. 9. quæſt. 9. numer. 50. &
ſeqq.*

Etenim quando agitur de bonis emphyteuticis
mere hæreditariis, abſque mentione ſpeciali tunc
iſta veniunt ſuapte natura ſua inſtitutione univerſa-
7 li omnium bonorum, niſi ſpecialiter excipiantur,
quidquid ſecus, ubi eſſent ex pacto, & providen-
tia, ut diſtinguendo tradunt Fulgin. *de Jur. Em-
phyteut. titul. de ſucceſſ. quæſt. 7. per tot. ſignanter
numer. 6.* Merlin. *deciſ. 699. numer. 24.* Adden. ad
Gregor. *deciſ. 271. numer. 27. & in recentior. deciſ.
642. numer. 9. part. 1. & deciſ. 452. numer. 12. par.
9. & deciſ. 473. numer. 14. part. 14. & deciſ. 317.
numer. 1. part. 15. & deciſ. 44. numer. 12. & 13.
part. 16.*

Quod procedit etiamſi inſtituatur hæres univer-
ſalis incapax ſuccedendi, ex ratione quod cum hu-
8 juſmodi Emphyteuſis non differat ab aliis bonis hæ-
reditariis, ſed adeo ſit illis connexa, ut tranſire
non poſſit niſi in hæredem bonorum, inde fit eam
venire ſub Inſtitutione univerſali omnium bonorum
hæreditariorum, ut in puncto Priol. *dict. deciſ.
449. numer. 6. §. Non obſtante, & numer. 7. & 8.*
& inſuper locum habet in Emphyteuſi pactionata
pro ſe, & liberis, ubi Emphyteuta habeat ex pa-
cto inveſtituræ poteſtatem diſponendi, vel bona
emphyteutica ſint redacta ad inſtar allodialium,
qua continetur in generali Inſtitutione, Peregrin.
de fideicomm. artic. 6. numer. 30. Fulgin. *ubi ſupra
quæſt 3. numer.* 13. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt 630. num.
8.* Duran. *deciſ. 254. num. 17. & 18.* Cerrus *deciſ.
281. num. 8. & ſeqq.* non obſtante præjudicio voca-
torum, quia illorum vocatio dat jus ſimpliciter con-
ditionale, quatenus nempe Poſſeſſor non alienave-
rit, ſeu diſpoſuerit per Contractum, vel ultimam
voluntatem in favorem Aliorum Rot. *in Foroſempron.
Legatorum ſuper bonis emphyteuticis 7. Martii 1712.
§. Præterea, coram Reverendiſſimo Aldrovando De-
cano, & in Fulginaten. emphyteuſis 11. Maii 1714.
§. Abſque eo quod coram Rever. Patre Dom. Cerro,
& in Senogallien. Immiſſionis 26. Junii 1713. §.
Nec dubitari, & §. His itaque, coram Reverendiſſi-
mo Criſpo, & in Peruſina emphyteuſis 1. Julii 1716.
§. Ea denique, & 14. Junii 1717. §. Retenta, coram
ben. mem. Foſcaro.*

Fortius autem quando ex verbis Teſtamenti reſul-
tat voluntas Jordani de reliquendo bona emphyteu-
tica Dominico, dum in eodem Teſtamento dubi-
tando quominus ille poſſet ſuccedere in omnibus
bonis etiam emphyteuticis vigore legitimationis jam
factæ, ordinavit, quod Dominicus ſtante aliqua dif-
ficultate procuraret obtinere novam legitimationem,
ut ſic ſuccedere poſſet in toto eo, quod habebat, & 9
poſſidebat Teſtator ibi: *Sia vero Padrone, e poſſeſſo-
re di tutti li miei beni, &c. e di quanto ho, e poſſiedo*
ex hoc autem ſequitur, ut abſque mentione ſpecia-
li appellatione Totius, quod poſſidebat defunctus,
niat etiam Emphyteuſis tam hæreditaria, quam e-
tiam ex pacto, & providentia, ſeu pro certis Perſo-
nis pactionata, ſtante ſupradicta conjectura deducta
ex præcepto petendi novam legitimationem ad effe-
ctum conſequendi Succeſſionem univerſalem, ut poſt
Gabriel. *conſ. 85. num. 15. & ſeqq. lib. 1.* optime ob-
ſervat Fulgin. *de Jur. emphyteut. tit. de ſucceſſ. quæſt.
7. num. 5. verſ. declaravi, & melius quæſt. 8. numer. 4.*
Cyriac. *controverſ. 455. num. 13.* Fuſar. *de ſubſtitut. qu.
550. num. 13. & 14.*

Præterea in Jure noſtro non datur duplicitas hæ-
redis, alterius ex Teſtamento, & alterius ab in-
teſtato, cum hoc facere non poſſit homo *leg. jus
noſtrum, digeſtis de Reg. Jur.* ſed tantum hoc fa- 10
cit, & facere poteſt ipſa lex, ut dicit Surd. *con-
ſil. 93. numer. 2. & 3.* Lex autem non operatur,
quod qui non eſt hæres aliorum bonorum, nec
univerſalis, nec ſingularis ſuccedere poſſit in em-
phyteuſi mere hæreditaria ex traditis per Gratian.
diſceptat. 451. numer. 16. Fulgin. *titul. de contract.
emphyteutic. quæſt. 1. num. 21. verſ. & quando*, Cerr.
*deciſ. 579. numer. 11. & ſeqq. & in recent. dec. 13.
numer. 7. & ſeqq. part. 10.* Coccin. *deciſ. 137. num.
16.* Priol. *deciſ. 449. num. 3. & 4.* in quibus termi-
nis non applicatur doctrina Bellon. *de Jure accreſc.
cap. 9. quæſt. 9. num. 50.*

Minus dici poteſt ſufficere Hortenſiæ, quod ipſa
ſit hæres Jordani in potentia, licet non in actu ad
effectum ſuccedendi in bonis Emphyteuticis, hæc
enim concluſio procedit in emphyteuſi mixta, in
qua ſufficit quem eſſe hæredem ultimi inveſtiti in
potentia, & habitualiter tantum, ut dicunt Surd.
conſ. 63. num. 23. verſ. at ſi agnatus, Rot. *coram Coc-
cin. deciſ. 1710. num. 10.* Rot. *deciſ. 277. num. 7. part.
6. recent.*

Hæc Cauſa, in qua ſcripſi propoſita fuit in Ca-
mera, & reſoluta favore Capituli, juxta rationes
per me ſuperius deductas, ut ex Reſolutionibus e-
ditis 15. Martii, & 14. Junii 1694. coram bon.
mem. Litta, & de menſe Junii 1695. coram bon.
mem. Farſetto articulo pleniſſime examinato, ſcri-
bentibus hinc inde Advocatis.

MARSICANA
Collectarum.

ARGUMENTUM.

Clericus, qui non incedit in habitu, & Tonſura, adhuc gaudet exemptione a Collectis, & oneribus laicalibus.

SUMMARIUM.

1 *Clerici non habentes requiſita Concil. Trid. quomodo amittant privilegia.*
2 *An requiratur Decretum privationis quoad privilegium Fori.*
4 *Paria ſunt Forum ſortiri, & ſtatutis ligari.*
5 *Concilium non comprehendit privilegia eximentia Clericos ab oneribus.*
6 *Ut priventur Clericus his privilegiis requiritur trina monitio, & Decretum privationis.*
7 *Immunitas a Tributis non pendet a privilegio Fori.*
8 *Confirmatur ex diverſitate rationis.*
9 *In pœnalibus non eſt facienda extenſio de uno ad aliud.*
10 *An contra Clericum poſſit allegari privilegium Clericatus.*

DISCEPTATIO XCII.

PRoponitur Mihi in ſenſu veritatis in examinandum in abſtracto hoc dubium: *An Clericus ſimplex, qui non incedit in habitu, & tonſura gaudeat exemptione a Collectis?* in quo affirmative, ut infra verius de jure cenſeo reſpondendum.

Etenim moveor ex diſpoſitione Sacrorum Cano-
1 num in *Cap. final. de vit. & honeſt. Cleric.* ubi ſtatuitur Clericos ob dimiſſionem habitus, & tonſuræ Clericalis, non privari privilegiis Clericalibus, niſi prius fuerint trina monitione a proprio Ordinario interpellati, ut notat Fagnan. *in cap. pervenit nu. 15. de Immunit. Eccleſ.* Pignatell. *conſult. 46. num. 87. tom.* 5. Covarr. *pract. concluſ. cap. 31. ſub num. 9. in fin.* im-
2 mo ſatis non eſſe trinam monitionem, ſed præcedere debere etiam Decretum privationis in hoc puncto reſolvit Sacra Congregatio in una *Biſinianen.* 18. *Novembris* 1653. apud Monacell. *in formul. for. Eccleſ. tom. 2. tit. 15. formul. 4. num. 8.*

Sola dubitandi ratio inſurgit ex nova diſpoſitione Concilii Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* ubi cavetur, ut Clericus: *Fori privilegio non gaudeat niſi Beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem tonſuram, & habitum Clericalem deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat*, cujus Decreti vigore derogatum extitit allegatæ diſpoſitioni Juris
3 circa requiſitum trinæ Monitionis, dum juxta hoc Decretum ipſo Jure Clericus amittit privilegium Fori, etiam ſi monitus non fuerit, ſi tonſuram, & veſtes non deferat Clericales, nec alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſerviat, ut tradit Barboſ. *in d. ſeſſ. 23. cap. 6. num. 22. de reformat. poteſt. Epiſcop. allegat. 12. num. 29.* Bonac. *de leg. diſp. 10. quæſt. 2. punct. 1. §. 4. num. 15.* Ricc. *dec. 154. part. 4.* Squillant. *de privileg. Cleric. cap. 7. num. 6. & 7.*

Et quamvis diſpoſitio Concilii loquatur de amittendo privilegio Fori, videtur tamen comprehendere omne id, quod acceſſorie venit dependenter, ſeu conſecutive ad hoc privilegium Fori, quia nempe per amiſſionem Fori Eccleſiaſtici ſubditus remanet Clericus Foro Laicali; dum ergo eſt ſubditus Foro Laicali; eſt etiam ſubditus Impoſitionibus, & Col-
4 lectis Laicorum ſtatuto impoſitis, cum paria ſint in hac materia Forum ſortiri, & ſtatutis ligari, ut late fundat de Luc. *de Juriſd. diſc. 112. per tot. ſignanter num. 18.* ubi rationes allegant, & cum eo concordant antiquiores relati apud Sanch. *in Præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 13. num. 34.* & apud Pignatell. *conſult. 46. num. 87. in fin. tom. 5.*

Verum contrariam Sententiam exiſtimo tenendam eſſe, veluti in Tribunalibus Eccleſiaſticis, & in praxi receptam, quia nempe diſpoſitio Sacr. Congregationis Concilii ubi ſupra, cum ſit correctoria Juris communis trinam monitionem requirentis ad privandum Clericum privilegiis Clericalibus, non eſt amplianda, ſed ſtricte intelligenda in eo tantum, de quo loquitur; & propterea cum loquatur de privilegio Fori dumtaxat, quoad cætera privilegia nihil innovavit, & incorrecta remanſit Sacrorum Canonum diſpoſitio, ut in puncto, quod Concilium
non comprehendat privilegium Clericale eximenti- 5
vum ab oneribus, & collectis, quodque Clericus non incedens in habitu, & tonſura gaudeat exemptione ab illis, niſi præceſſerit trina monitio firmant Barboſ. *ad dict. deciſ. ſeſſ. 23 cap. 6. num. 34.* Fagan. *in capit. pervenit numer. 14. & 15. de Immunit.* Pignatell. *conſult. 46. num. 87. tom. 5.* Molin. *de Juſtit. & Jur. tom. 3. tract. 2. diſput. 271. num. 5.* Sanch. *ad Præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 13. num. 35.* Diana *coordinat. tom. 9. tractat. 2. de Immunit. reſolut. 260. num. 2.* Leſſ. *de Juſtit. & Jur. lib. 2. cap. 33. dub. 5. num. 28.* Garz. *de benef. part. 3. cap. 3 num. 5. in fin.* Panimoll. *dec. 6. num. 28. & ſeqq.* Monacell. *in formul. tom. 2. tit. 15. formul. 4. num. 8. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 533. num. 42. & ſeqq. part. 14. recent.*

In quo ſane articulo claræ ſunt reſolutiones Sacræ Congregationis relatæ apud Monacell. *in formul. ubi proxime d. formul. 4. num. 9. ſcilicet in Aprutin. 6. Martii* 1635. *in Florentina* 13. *Junii* 1640. *& in Fanen.*
27. *Februarii* 1646. in quibus declaratum ſuit Cle- 6
ricos non habentes requiſita Concilii, ſeu non incedentes in habitu, & tonſura gaudere exemptione a Laicorum impoſitionibus, & oneribus, tam realibus, quam Perſonalibus; Immo ad effectum privandi Clericos non incedentes in habitu, & tonſura, privilegio exemptionis ab hujuſmodi oneribus, quod requiratur non ſolum trina monitio, ſed etiam Decretum Ordinarii ſuper privatione ſervatis ſervandis latum ex reſolutione Sacr. Congregationis 18. Novembris 1653. optime firmat Monacell. *ubi ſupr. formul. 4. tit. 5. num 8. & 10.*

Et concordat etiam reſolutio Sacræ Congregationis in Aſſiſien. 3. Octobris 1634. apud Panimoll. *deciſ. 6. annot. 1. num. 38.* necnon aliæ reſolutiones relatæ apud Ricc. *in Synopſi Decretorum Sac. Congreg. Immunit. in verb. Clericus quoad exemptiones numer. 7. & 13.* quæ opinio cum ſit firmata ex tot Oraculis Sacr. Congreg. quæ habent vim Legis, non poteſt amplius in quæſtionem revocari.

Ratio autem, quod exemptio a Collectis, ſeu o-
neribus Clericalibus videatur dependens ex privilegio
Fori, non habet ſubſiſtentiam, quia privilegium Fo- 7
ri, quod habet Clericus, ſumitur pro exemptione a Judicibus ſæcularibus, quod recte ſeparari poteſt a privilegio Immunitatis, ab oneribus laicalibus, ut inquit Panimoll. *dec. 6. num. 29.* itaut ſufficiat, quod hæc immunitas ab oneribus, ſeu tributis, poſſit habere rationem diverſam ad effectum, ut non pen-
deat a privilegio Fori, ut allegando diverſitatem ra- 8
tionis tradit Diana *coordinat. tom. 9. tract. 2. de Immunit. reſol. 260. num. 2.* cum in pœnalibus non ſit
facienda extenſio de uno ad aliud Pignatell. *d. conſul.* 9
46. n. 87. tom. 5. Panimoll. *ubi ſupra num. 29.*

Hæc breviter dicere poſſum in abſtracto, prout fui requiſitus, abſque notitia caſus in concreto, & ſo-
lum advertere mihi videtur ad ea, quæ ſcripſit Card. 10
de Luc. *de Juriſd. diſc. 112. n. 8.* ubi diſtinguit plures caſus, in cujus tertio figurat, quod privilegium Fori, & exemptio a Legibus laicalibus deducatur in Judicio per privatum Collitigantem contra ipſum Clericum non habentem requiſita Conc. Trid. & contendentem ſe laicum, & ſæcularem propter amiſſionem privilegii, & firmat iſto caſu, quod juvari non poſſit Collitigans privilegio Clericali contra Clericum non exiſtente in Cauſa Superiore Eccleſiaſtico, ex quo allegatio qualitatis Clericalis emanavit in gratiam Clerici, & Superioris Eccleſiaſtici, ideoque, dum Superior non exiſtit in Cauſa, Clericus autem ſimplex deſtitutus requiſitis Concilii ſe repo-

nit

nit inter laicus declarando animum ſuum, non prodeſt ejus Adverſario Colliriganti allegatio privilegii Clericalis contrà ipſum Clericum, & allegatus Auctor refert ſe ita obtinuiſſe in contradictorio Judicio in duabus Cauſis, nempe altera Recanaten. coram Aud. Cameræ, & altera Interamnen. Salviani in Rota coram Bourlemont.

COMPSANA PORTIONIS Beneficialis.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus in Synodo habet facultatem abrogandi conſuetudinem Diœceſis, ſecus Immemorabilem, & Centenariam.

SUMMARIUM.

1 *In Eccleſia receptitia Portiones ſunt ejus Beneficia.*
2 *Nulla lex obligat Ordinarium ad conferendum Beneficia uni de gremio Eccleſiæ, & quando ſecus num. 3.*
4 *Immemorabilis non probatur per fides, & Teſtes extrajudiciales.*
5 *Qualitas prælationis intelligitur cæteris paribus, & num 6.*
7 *In prælatione qualitas potentior vincit debiliorem.*
8 *Ubi probanda eſt Conſuetudo qualificata, probanda eſt qualitas.*
9 *Conſtitutio Synodalis eſt ſervanda.*
10 *Epiſcopus poteſt in Synodo derogare Conſuetudini in Diœceſi, & num. 11. & ſeqq. & numer. 17. & 18.*
11 *Conſtitutiones in Synodo fiunt cum præſentia, & conſenſu totius Cleri.*
12 *Factum de conſenſu aliquorum revocatur eodem interveniente.*
13 *Statutum factum de conſenſu omnium non poteſt revocari, niſi interveniente pariter omnium conſenſu, limita num. 14.*
15 *Poteſt Epiſcopus cum Capitulo, & Capitulum cum Epiſcopo immutare antiquas Conſuetudines.*
16 *Conſuetudo, & Statutum a pari procedunt.*
19 *Qualitas Confeſſarii ad effectum prælationis conſideratur.*
20 *Conſtitutio Synodalis attenditur quando eſt obſervata, ejuſque obſervantia præſumitur, numer. 21.*
22 *Inobſervantia Statuti non probatur ſi caſus non evenerit.*
23 *Epiſcopus in Synodo derogare non poteſt Centenariæ, & Immemorabili.*
24 *Quando per Teſtes probari non poſſit Immemorabilis.*

DISCEPTATIO XCIII.

CUm in Eccleſia Matrice, & receptitia Sancti Candidi Terræ Caliri Compſanæ Diœceſis vacaverit una ex portionibus Beneficialibus, quæ ni-
1 hil aliud ſunt quam Beneficia Eccleſiæ receptitiæ juxta late firmata apud Me *Diſcept. Eccleſ.* 17. *numer.* 11. *& ſeqq.* & Ordinarius Compſanus proviſionem portionis fecerit in perſonam Abiſſi, adverſus illam reclamavit Scocca unus Presbyteris adſcriptis Eccleſiæ, qui prætendebat ſe uti magis Antianum præeligi debuiſſe ab Ordinario, ſeſe fundando in ſuppoſita aſſiſtentia Juris, & Conſuetudinis immemorabili, quorum utrumque in contradictoriis de-
2 ſuper habitis, coram Prælato de Curia rejectum fuit, quia circa primum nulla lex Canonica ligavit manus Ordinario, ut Beneficia conferat uni de gremio Eccleſiæ cum prælatione Antiquioris, cum id ſolum introductum reperiatur in Eccleſiis per Conſuetudinem, vel Statutum per ea, quæ Me ſcribente deciſum fuit in *Camarinen. Beneficiatus* 2. *Julii* 1708. *§. Secundo quia, coram bonæ memoriæ Molines;* circa 3
vero ſecundum Conſuetudo Immemorabilis probata non remanebat per ſimplices Teſtes extrajudiciales, & fides informes, cum requirantur Teſtes for- 4
miter examinati deponentes cum rigoroſis requiſitis Gloſſæ *in cap.* 1. *in verb. Memoria de præſcriptionibus in* 6. ut in ſpecie dixit Rota *in Piſana devolutionis* 24. *Januarii* 1701. *§. Etenim, coram ben. mem. dell' Olmo.*

Sed Judex difficultatem promovebat quoad Conſuetudinem ordinariam probatam ex ipſa Conſtitutione Synodali anni 1658. circa prælationem datam antiquioribus forſan originatam ex quodam decreto, ſeu enunciativa Viſitationis anni 1632. ſtante autem hujuſmodi Conſuetudine intrabat quæſtio an potuiſſet Epiſcopus in Conſtitutione Synodali anni 1658. eam tollere, & abrogare diſponendo, quod præferri deberent idonei, & approbati ad confeſſiones audiendas Aliis licet antiquioribus ad id minime idoneis, & approbatis.

Ego in hoc Articulo dicebam in primis adeſſe æquivocum in ſuppoſito quia nempe ſupponebatur, quod Epiſcopus in Conſtitutione Synodali abrogaſſet Conſuetudinem prælativam Antiquiorum, quando tamen verba ipſius Conſtitutionis, Conſuetudinem ita extitiſſe declarabant ibi: *Etſi ex Conſuetudine antiquiores cæteris paribus præferri ſoleant*, quæ verba præferunt Conſuetudinem tantummodo fuiſſe, ut cæteris paribus Antiquiores præferri ſolerent, ergo ubi cætera non ſunt paria, non aderat Conſuetudo aliqua, quæ præferret Antiquiores, etenim de
jure eſt, ut omnis qualitas apta ad prælationem in- 5
telligatur cæteris paribus, ut probat Lambertin. *de Jurepatronat. lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 13. Vivian. *eodem tractat. lib.* 13. *cap.* 9. *num.* 18. *verſic. Ita data paritate cum ſeq.* Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 1. *§.* 3 *num* 49. *&* 55.

Conſequenter Ordinarius in Conſtitutione Synodali aliud non fecit, quam declarare Conſuetudinem, ſeu diſponere in caſu ſub illa non comprehenſo, ait enim in caſu miſto, cum enim Conſuetudo cæteris paribus præferret Antianum, & ſuccedere poſſet caſus, quod concurreret alter antianitate deſtitutus, ſed tamen habens majorem, ſeu materis præponderantem qualitatem veluti magis utilem Eccleſiæ prout eſt qualitas Confeſſarii, ſeu idonei, & approbati ad Confeſſiones audiendas, quem caſum non tangebat Conſuetudo, quæ veluti loquens in caſu ſimplicis prælationis Antiani cæteris paribus, locum habere non poterat, quando cætera non e-
rant paria, nempe ubi concurreret Antianus cum 6
Presbytero approbato ad Confeſſiones, Rot. *dec.* 115. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 19. *recent.* Idcirco explicando, & ſupplendo Conſuetudinem, potuit Ordinarius ſtatuere in Synodo, quod Presbyter habens qualitatem Confeſſarii veluti utiliorem Eccleſiæ eſſet præferendus habenti ſolam qualitatem antianitatis veluti minus conſiderabilis, minuſque utilis reſpective ad bonum publicum Eccleſiæ Matricis, & Parochialis, cum
in materia prælationis una qualitas potentior de ju- 7
re ſemper vincat debiliorem per ea, quæ firmat Rota *coram Emerix Jun. dec.* 269 *num.* 7. *& coram Peuting.* 45 *num.* 10. *& coram Celſ deciſ.* 169 *num.* 9. *& cor. Otthobon. deciſ.* 267. *num.* 6. *& ſeqq. & in rec. deciſ.* 115. *num.* 4. *& ſeqq part.* 19. *tom.* 1.

Unde corruebat ſuppoſitum difficultatis promotæ, quod Epiſcopus abrogaſſet Conſuetudinem, ad hunc enim effectum probare oportebat, quod Conſuetudo antecedens introducta fuiſſet large, & indefinite concedendo indiſtincte prælationem Antiano etiam in concurſu cujuſcunque alterius in Eccleſia recepti etiam habentis majorem, & ponderatiorem qualitatem aptam ſervitio Eccleſiæ, & Curæ Animarum; tunc enim verificatum remaneret, quod Epiſcopus abrogaſſet Conſuetudinem in Conſtitutione Synodali, quæ tamen probatio in caſu iſto totaliter deficiebat, dum non oſtendebatur, quod Antiani ſimplices fuiſſent an-
repoſiti aliis habentibus qualitatem Confeſſarii; ubi 8
enim quæritur de Conſuetudine qualificata, qualitas

illa venit præciſe probanda, ut firmavit Rot. *deciſ.* 218. *num.* 12. *part.* 16. & Me ſcribente *in Leodien, ſeu Aquiſgranen. Canonicatus 7. Martii* 1711. §. *Quo vero, coram Eminentiſſimo Dom. Cardin. Scotto, & 22. Januarii* 1703. §. *Ceterum cum ſeqq. coram bonæ memoriæ Molines, & in Farfen. Canonicatus* 11. *Decembr.* 1711. §. *fin. coram Reverendiſſimo Criſpo, & in Melphiten. Beneficii* 21. *Junii* 1712. §. *Nec robur, cor. bon. mem. Lancetta.*

Verum addebam, quod ubi procedendum foret cum ſuppoſito, quod Epiſcopus in Conſtitutione Synodali abrogaſſet Conſuetudinem, adhuc validiſſi-
9 ma fuiſſet Conſtitutio, & omnino ſervandam tanquam jus Municipale, ſeu lex particularis univerſæ Diœceſis, & omnium ejus Eccleſiarum, ut apud Monacell. *in form. for. Eccleſ. part.* 2. *tit.* 13. *formul.* 1, *num.* 73. Rot. *coram Emerix Junior. deciſ.* 740. *num.* 2, *& 9. cum aliis relatis in Calaguritana Decimarum de Aguilar.* 13. *Januarii* 1698. §. *Verum, coram bonæ memor. Molines.*

Neque obſtare putabam, quod ſicut Epiſcopus in
10 Synodo caret poteſtate ſtatuendi contra Jus, ita etiam ſtatuere nequeat contra Conſuetudinem, quæ appellari communiter ſolet altera lex; Etenim ideo Epiſcopus non habet poteſtatem ſtatuendi contra Jus, ex quo illud provenit ex diſpoſitione Papæ Superioris, & Conditoris Juris, & ſic ipſe Epiſcopus veluti inferior non poteſt manus apponere contra legem Superioris, juxta *Text. in cap. cum Inferior de major. & obedient.* Hæc autem ratio non militat reſpectu Conſuetudinis particularis alicujus Eccleſiæ, ſeu Diœceſis, quæ veluti introducta de conſenſu Populi, ſeu Cleri Diœceſis, nihil prohibet quominus poſſit ab Epiſcopo abrogari per Conſtitutionem editam in
11 Synodo, in qua intervenit conſenſus, & præſentia totius Cleri, quo conſentiente, & approbante Conſtitutiones Synodales emanare ſolent, ut firmavit Rota *in Pampilonen. Decimarum* 11. *Maii* 1703. §. *Quinimo, coram bonæ memoriæ Muto*, ibi: *Synodales quippe Conſtitutiones utpote conditæ, & publicatæ cum conſenſu, & approbatione totius Cleri conſtituunt Jus particulare in Diœceſi, & in Calaguritana Decimarum del Caſtel Delgado 4. Junii* 1696. §. *Nec a Præſtatione, & in Calaguritana Decimarum de Aguilar.* 16. *Ianuarii* 1697. § *Quæ omnia, & in Calaguritana Decimarum de Ineſtrillas* 12. *Martii* 1697. §. *Inſuper, cor. bon. mem. Molines.*

Si autem Conſuetudo particularis unius Eccleſiæ introducta fuit ex communi conſenſu Cleri, jam clarum remanet, quod ejuſdem interveniente conſenſu in Synodo potuerit tolli, & abrogari, quia Conſtitutiones Synodales non aliter conduntur, & publicantur niſi conſentiente, & approbante univerſo Clero ibi convocari ſolito; Unde nulla deficit poteſtas in Epiſcopo in condendis Conſtitutionibus, quæ conſuetudinem tollant in una, vel altera Eccleſia ſuæ Diœceſis, quia quidquid introductum fuit de communi conſenſu Cleri, pariter de communi
12 conſenſu poteſt aboleri, & revocari juxta naturalem regulam, quæ dictat, unumquodque diſſolvi eo vinculo, quo colligatum eſt, ut *in l. nihil tam naturale* 36. *ff. de regul. Jur.* ibi: *nihil tam naturale eſt, quam eo genere, quodque diſſolvere, quo colligatum eſt. Ideoque, &c. contrario conſenſu diſſolvitur, & in l.* 1. *C. quando liceat ab emptione diſcedere.*

Ex quo principio derivat, quod Statutum, ſed re-
13 ſolutio facta ab Univerſitate, vel Capitulo de conſenſu omnium Vocantium, poſſit revocari omnium ſimiliter interveniente conſenſu, licet ſecus eſſet, ſi non omnium, qui Statutum, ſeu Reſolutionum fecerunt, conſenſus interveniſſet, ſed ſolum major pars Univerſitatis, ſeu Capituli, ex relato principio naturali, quod eo genere unumquodque diſſolvitur,
14 quo colligatum eſt, ut in eadem *leg. nihil tam naturale, digeſtis de regul. Jur.* quodque eadem ſolemnitas neceſſaria eſt in revocando, quæ adhibita fuit in conſtituendo, ſeu in conficiendo actum, *leg. quod ſemel, digeſtis de Decret. ab ordin. facien.* Ramon. *conſ.* 352. *num.* 12. Fagnan. *in cap. recolentes num.* 35. *de ſtat. Monach.* Cravet. *conſ.* 732. *num.* 1. Tiraquell. *de legib. Connub. in verb. contracter. num.* 11. *& ſeqq.* excepto caſu, quo prior Reſolutio ex juſta Cauſa per majorem partem revocata fuiſſet, ut in allegata *leg. quod ſemel, digeſtis de Decret. ab Ordin. facien.* in quo caſu procedit contraria auctoritas Baldi, & Decii, ſicut notant Canoniſtæ *in cap. cum omnes de conſtit.* Rot. *in Colonien. Canonicatus 7. Decembris* 1725. §. *Electionis, & ſeq. cor. R. P. D. Nunez.*

Hinc quod poſſit Epiſcopus abrogare Conſuetudines licitas, & approbatas una cum ſuo Capitulo, ſeu Clero docet *Textus litteralis in cap. cum conſuetudinis 9. de conſuetud.* ubi prohibetur Capitulo im- 15
mutare antiquas Conſuetudines approbatas abſque conſenſu Epiſcopi, quo propterea interveniente Conſuetudines abrogari poſſunt quantumcumque laudabiles, & honeſtæ, ut firmant communiter Canoniſtæ ſuper ea Decretali, ſignanter Gonzal. num. 12. in fine, & Me ſcribente, firmavit Rota *in Monaſterien. Canonicatus* 18. *Martii* 1707. §. *Nec relevare*, ubi, quod Capitulum cum authoritate Epiſcopi poteſt immutare antiquas Conſuetudines, coram Eminentiſs. Cardin. Scotto.

Sicut enim Conſuetudo a pari procedit cum Sta- 16
tuto, cum utriuſque æqualis ſit authoritas, ut ait Fagnan. *in cap. cum dilect. num.* 17. *de conſuetud.* Ita licitum eſt Epiſcopo in Synodo revocare Conſuetudinem propriæ Diœceſis eo modo, quo poteſt revoca- 17
re Statutum alias factum in Synodo propter rationem conſenſus Cleri in utroque actu intervenientis, ut probat Felin. *in cap.* 1. *num.* 19. *verſic. alius caſus de Conſtitut.* Caſtropal. *Oper. Moral. tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 5. *punct.* 3. *num.* 9. Peyrin. *ad Conſtitut. Minim. tom.* 1. *in addit. ad Conſtit. Sixti Quarti cap.* 2. *num.* 26. *verſic. immo*, & in præciſis terminis, quod Epiſcopus in Synodo poſſit per ſuas Conſtitutiones abrogare Con- 18
ſuetudinem particularem ſuæ Diœceſis firmavit Piaſec. *in Prax. Epiſcop. part.* 2. *cap.* 2. *art.* 2. *num.* 5. ibi: *Tertio ſi faceret Statutum Conſuetudini contrarium, nam licet Conſuetudinis, & Legis par ſit Poteſtas, facilius tamen a Conſuetudine recedi poteſt, etiam Juramento firmata*, & reprobato Barboſa contrarium tenente ſubſtinet Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 2. *lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 57. ibi: *ſublimita quando faceret Statutum Conſuetudini contrarium, licet enim Legis, & Conſuetudinis par ſit Poteſtas, tamen quoad hunc effectum debilior videtur Conſuetudo, & rationem eſſe crediderim, quia ipſa inducitur a Populo, & magis redolet ſpeciem Juris Civilis, contra quod ut ſupra notavi, Epiſcopus non prohibetur ſtatuere, unde non intrat ratio prohibitionis ſtatuendi contra Ius commune, quam ſupra attulimus, & conſequenter nec ipſa prohibitio*, & concordat Caſtropal. *Oper. Moral. tom.* 1. *tract.* 3. *de Conſuetud. diſputat.* 2. *punct.* 5 §. 1. *numer.* 3. Suarez *de legibus lib.* 7. *cap.* 20. *num.* 7. Bonacin. *Oper. Moral. tom.* 2. *tit. de legib. diſput.* 1. *quæſt.* 2. *punct. ultimo* §. 3. *num* 41. ibi: *colligi poteſt per legem particularem abrogari Conſuetudinem particularem, quapropter per legem Epiſcopi abrogatur Conſuetudo ipſius Epiſcopatus.*

Quæ concluſio facilius procedit, ubi Conſtitutio Synodalis non poteſt redargui de iniquitate, aut injuſtitia, ut in ſubjecto caſu, quo Epiſcopus obſervando Conſuetudinem, quæ dabat Prælationem Antiquioribus cæteris paribus, eam limitavit in concurſu habentis qualitatem majorem, magiſque Eccleſiæ Parochiali utilem, ut eſt qualitas idonei, & approbati ad Confeſſiones audiendas, quia favor publicus Eccleſiæ, & Curæ Animarum prævalet ſemper utilitati, & commodo privato; Eſſe enim antiquior in Eccleſia, ibique eſſe adſcriptus longiori tempore non eſt qualitas, quæ ſit comparabilis cum alio ibi recentius adſcripto, qui ſit Confeſſarius actualis, tanquam proficuus Eccleſiæ Parochiali habenti neceſſitate illorum, qui coadjuvent Parochum in ſervitio Curæ Animarum, & propterea qualita- 19
tem hanc idoneitatis, & aprobationis ad Confeſſiones audiendas ad effectum prælationis paſſim conſideravit Rot. *cor. Emerix Jun. dec.* 125. *num.* 3. *&* 4. *& dec.* 259. *num.* 7. *& dec.* 269. *n.* 4. *& cor. Ottobon. dec.* 267. *num.* 8. *& in rec. dec.* 115. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 19.

& in

Digitized by Google

& in Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. Neque pariter, coram bona memoria Anſaldo: In hac enim materia habens qualitatem majorem regulariter antecellit, & præferendus eſt habenti minorem, & inferiorem, ut proſequitur Rota *in dicta Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. Iſto autem cum ſequentibus, coram bona memoria Anſaldo.*

Ex his concludebam, quod juſtiſſima foret, & conſequenter confirmanda Sententia Ordinarii, qui in Proviſione hujus Portionis prætulit Aliſſum actualem Confeſſarium in concurſu Alterius licet
20 antiquioris, ſeu magis Antiani juxta legem Conſtitutionis Synodalis, quæ facit Jus commune in Diœceſi, quæ præſertim reperitur pacifice obſervata ab anno 1658. citra, & in altera Synodo anni 1672. inſuper approbata, ſeu confirmata, ut advertit Rota *in dict. Pampilonen. Decimarum 11. Maii 1703. §. Quinimo cum ſequentibus, coram bona memoria Muto*. Quamvis ad hunc effectum Conſtitutio Præſumptione Juris ſemper dicatur eſſe in
21 viridi obſervantia, niſi contrarium oſtendatur, Rota *coram Seraphin. deciſ. 153. num. 2. & coram Celſo deciſ. 115. num. 6. & deciſ. 248. num. 17.* Rocca *diſput. Jur. cap. 39. num. 16.*

Et de cætero probatio contrarii uſus, & inobſer-
22 vantiæ Conſtitutionis facienda venit in caſu præciſo, quod ſcilicet alias proviſus fuerit Antiquior in Concurſu minus antiani, qui licet eſſet Confeſſarius, fuerit rejectus, & rejectioni acquieverit, alias Statutum non dicitur inobſervatum, ſi numquam venerit caſus illo utendi, nempe caſus concurrentiæ Antiani cum Confeſſario minus Antiano, prout advertit Ceccoper. *Lucubrat. Canon. libr. 4. num. 145. verſic. nunquam tamen*, Rota *in Hiſpalenſis Jubilationis, & Electionis ſuper bono Jure, 19. Januarii 1695. §. Verum, coram clar. memoria Cardinal. Priolo*, ibi: *Dicendum eſt Statutum fuiſſe ſemper in viridi obſervantia etiam ſi illius caſus non evenerit.*

Allegabatur etiam in contrarium Conſuetudo Immemorabilis tamquam introducta ante Conſtitutionem Synodalem, cui Epiſcopus in Synodo derogare
23 gare non potuiſſet, ex quo Immemorabilis, & Centenaria præſumit Privilegium Apoſtolicum, pactum, Concordiam, omnemque alium meliorem titulum, ut dici ſolet de Mundo, juxta vulgatum *Text. in leg. hoc Jure, §. Ductus aquæ, digeſtis de aqua quotid. & æſtiv. & in cap. ſuper quibuſdam, §. Præterea de verborum ſignificat.* ſed ceſſabat objectum ex facto, dum hæc Immemorabilis, nec erat probata, nec probari poterat per Teſtes, quia, cum Conſtitutio Synodalis emanaverit de anno 1658. Teſtes ad probandam immemorabilem deberent eſſe
24 ætatis annorum centum, & ultra, ut poſſent deponere de Quadragenaria de viſu ante editam Conſtitutionem Synodalem, ut præciſe advertit Rota *in dicta Pampilonen. Decimarum 28. Januarii 1704. §. Minime, coram bona memoria Muto, & coram Celſo deciſ. 104. num. 5. & in recentiorum, deciſ. 142. num. 5. & 6. & deciſ. 315. num. 4. & deciſ. 319. num. 17. part. 6. & deciſ. 32. num. 6. part. 7. & deciſ. 249. num. 7. part. 8.*

BAREN. CAPITULI Provincialis.

ARGUMENTUM.

Agitur de nullitate Capituli Provincialis Patrum Minorum de Obſervantia Provinciæ Sancti Nicolai, deducta ex defectibus, qui in corpore habentur.

SUMMARIUM.

1 *Electio eſt nulla ſi Convocatio Capituli facta fuerit ab alio, quam habente facultatem convocandi.*
2 *Maxime ſi Convocatio facta fuerit reclamante in contrarium eo, cui ſpectat Jus convocandi.*
3 *Præſes extraordinarius datus per Papam ad aſſiſtendum Capitulum Regularium non habet facultatem illud convocandi.*
4 *Præſertim ubi Datio Præſidendi derogat Juribus Superioris Regularis.*
5 *Quando Præſidi Extraordinario non intelligatur data facultas convocandi, & numera 6.*
7 *Præſidentia limitata ad certos actus ad alios non extenditur.*
8 *Facultas data pro actu præparato non extenditur ad præparatorium.*
9 *Proteſtatio Accedentium ad Capitulum non ſanat, ſed præſervat ejus illegitimitatem.*
10 *Capitulum redditur nullum ex admiſſione Vocalium voce privatorum ante celebrationem Capituli.*
11 *Conſtitutio Apoſtolica, quæ privat ipſo facto, & abſque ulla declaratione non requirit ſententiam declaratoriam.*
12 *Etiam inſtante electione ſi agatur de culpa graviori Præſes habet facultatem proferendi declaratoriam ſuper privatione Vocis.*
13 *Non obſtante Decreto Viſitationis Apoſtolicæ.*
14 *Stante juſta cauſa Superior prorogare poteſt tempus Electionis.*
15 *Qui habet facultatem convocandi Capitulum, habet etiam prorogandi.*
16 *Electio eſt nulla ob admiſſionem Vocalium voce privatorum cum proteſtatione procedendi, ſi poſt Electionem ſequatur declaratoria.*
17 *Maxime ſi ante Electionem interpoſita fuerit appellatio.*
18 *Vota Privatorum quando, vel non vitientur, & non vitient Electionem.*
19 *In electione ſecreta, an dari poſſit ejus nullitate ob admiſſionem Privatorum ipſo Jure, & num. 20.*
21 *Quando delictum privationis vocis eſt dubium Vocales non poſſunt ſimpliciter admitti, ſed cum proteſtatione, & n. 24.*
22 *Quando privatio ex delicto eſt certa, Vocales debent excludi a Capitulo, etiam ante declaratoriam.*
23 *Præſes Capituli non poteſt admittere ad illud Guardianos Vocales non ſervata forma Conſtit. Innoc. XII. ſuper adimplementa Miſſarum.*
25 *Bulla prædicta Innoc. XII. etiam imminente Capitulo dat facultatem declarandi Privatos Vocales in caſibus ibi diſpoſitis.*
26 *Electio vitiatur ob admiſſionem prohibitorum ſcienter factam.*
27 *Vitium primæ Electionis influit in ſecundam.*
28 *Quando Electio reddatur nulla ob contemptum Vocalium.*

DISCEPTATIO XCIV.

EX omni parte nullam exiſtimo electionem, de qua agitur, propter graves defectus, & nullitates, quibus infecta remanet, proinde eam non ſubſtineri omnino reſolvedum eſſe dicebam ſcribens in S. Congregat. Epiſcoporum, & Regularium.

Prima enim nullitas conſurgit ex convocatione Capituli facta ab Archiep. Baren. ad quem nullo modo ſpectabat Jus convocandi, & tamen convocare voluit ſpreta proteſtatione, & contradictione legitimi Superioris Regularis, nempe P. Variſii Viſitatoris ſpecialiter delegati ad præſidendum, & convocandum Capitulum ex litteris Patentibus P. Commiſſarii Generalis, cui privative ſpectat hæc facultas præſidendi, & convocandi Ca-

Digitized by Google

pitula Provincialia per ſe, vel per alium juxta Con-
ſtitutiones Ordinis, quo caſu hoc dici non poteſt
1 fuiſſe Capitulum, ſed Conciliabulum illegitimum,
ubi omnia geſta infecta remanent vitio nullitatis;
Etenim, ut ait Paſſerin. *de election. cap. 14 num. 6. in*
fine, ibi: *Neceſſe eſt ad Capitulum electionis, ut ſic*
multitudo congregata ab eo, ad quem hoc pertineat,
vel ex lege, vel ex conſuetudine, & in ſpecie, quod
Electio ſit nulla, ubi facta fuerit Capitulo legitime
non congregato ab habente facultatem, Ego firma-
vi *Diſcept. Eccleſ. 13. num. 31.* Cardin. de Luca *de*
Canon. diſc. 27. num. 8. Rota *in Gerunden. Juriſdictio-*
nis ſuper validitate reſolutionum 19. Junii 1702. §.
Principale, coram clar. mem. Card. Priolo ibi: *Nam*
ubi convocatio Capituli ſit per alterum, quam per eum,
ad quem ſpectat convocare, tunc reſolutiones non ſub-
ſtinentur.

Fortius quando fuit facta convocatio per Archie-
piſcopum facultate carentem, ſpreto Superiore Re-
gulari, ad quem ſpectabat convocatio, immo con-
tra ejus convocationem in alio loco, & pro alia
die factam, & contra ejus appellationem, & prote-
ſtationem de nullitate, in quibus circumſtantiis nul-
litas Capituli tranſit in evidentiam, nam ſi actus
2 Capitulares facti ſpreto uno Vocali ad ejus inſtan-
tiam irritantur, quanto magis hoc dicendum venit
ſpreto Superiore Regulari, ad quem ſpectat Capi-
tulum congregare, ut totidem verbis argumentatur
Rota *in dict. Gerunden. Juriſdictionis ſuper validitate*
reſolutionum 19. Junii 1702. §. Quod optime, coram
clar. mem. Card. Priolo.

Quod autem Archiepiſcopus hanc facultatem non
haberet, meo judicio eſt evidens, dum Sacr. Con-
gregatio illum deputavit Præſidentem Extraordina-
rium abſque tali facultate convocandi Capitulum,
unde cum hujuſmodi Præſidentes deputari ſoleant
3 ſimpliciter, ut aſſiſtant Electioni ad effectum ob-
viandi contentionibus, & ſcandalis, ex facultate
præſidendi non infertur ad facultatem convocandi,
quæ juxta Conſtitutiones Ordinis eſt omnino diſtin-
cta a Jure convocandi, & diſtincte concedi ſolet
per Commiſſarium Generalem, unde cum Sacra
Congregatio concesserit Præſidentiam, & non facul-
tatem convocandi Archiepiſcopo Barenſi, hæc non
poteſt dici conceſſa, ut probat Peyrin. *in Formular.*
Prælat. Regular. litt. P. cap. 8. num. 11. Rot. *coram*
Bichio deciſ. 126. num. 9. ubi quod convocare Ca-
pitulum eſt actus Juriſdictionis, qui datus non vi-
detur conceſſo interventu, & voce in Capitulo,
ſed requiritur quod ſpecialiter exprimatur, & *in*
deciſ. 167. num. 15. & 19. coram eodem, & ſignan-
4 ter in præjudicium Superioris Regularis, cujus fa-
cultati Ordinariæ nunquam intelligitur derogatum,
niſi quantum ſonat litera conceſſionis, Rot. *in Bar-*
chinonen. Juriſdictionis 12. Junii 1682. §. Penitus,
coram Cardin. Matthejo, & in Barcn. Juriſdictio-
nis 26. Aprilis 1694. §. Neque, & §. Fundamenta-
lis, coram bon. mem. Urſina, & in Dertuſen. Juriſ-
dictionis ſuper gravibus 4. Martii 1697. §. fin., coram
bon. mem. Pio.

Idque ſit manifeſtum ex ipſis verbis deputationis
factæ per Sacram Congregationem ibi: *Archiepiſco-*
pus præſideat Capitulo cum facultatibus Sacr. Con-
gregationis, non amoto tamen Viſitatore, cum enim
retentus fuerit Viſitator Præſes deputatus ab Ordi-
nario Regulari, ſeu Commiſſario Generali, qui eum
deputaverat ad effectum præſidendi, & convocandi
5 Capitulum, utique Sacra Congregatio non intelle-
xit tollere, ſed præſervare facultatem convocandi,
quam habebat Viſitator ſibi tributam a Superiore
Regulari, alias enim Præſidentia fuiſſet diverſimo-
do, & compluribus verbis, & clauſulis conceſſa,
patet ab exemplo, quod refert a S. Ubald. *Quodlibet.*
Regul. 12. dub. 5. num. 1234.

Immo interrogata ſucceſſive eadem Congregatio
ſuper hoc puncto reſpondit, quod per deputationem
Archiepiſcopi in Præſidentem non intellexerat præ-
judicare facultatibus competentibus Commiſſario Ge-
nerali in vim Conſtitutionum Ordinis, unde am-
plius dubitari non poteſt, quod Archiepiſcopo con-
ceſſa nunquam fuerit hæc facultas convocandi Ca-
pitulum per conceſſionem Præſidentiæ, quoties præ- 6
ſervata fuit facultas Commiſſario Generali ei com-
petens ex Conſtitutionibus Ordinis, quæ conſiſtit in
hoc præciſo Jure præſidendi, & convocandi Capi-
tulum per ſe, vel per alium, Rota *deciſ. 150. num.*
20. part. 16. & deciſ. 135. num. 4. & deciſ. 395. num. 9.
part. 18. & deciſ. 471. num. 1. part. 19. tom. 2. rec.

Comprobat etiam Epiſtola Sacræ Congregationis,
in qua expreſſe declaravit hanc Præſidentiam eſſe
reſtrictam ad ſimplicem acceſſum ad locum Capitu-
li ad effectum, ut invigilaret ſuper certis actibus
ſpecialiter expreſſis, quæ quidem Epiſtola cum ex- 7
preſſe enumeret omnes, & ſingulos actus, quos fa-
cere debebat Archiepiſcopus, & pro quibus conceſ-
ſa ei fuerat præſidentia, utique dum inter iſtos a-
ctus non legitur tributa facultas convocandi, cen-
ſetur per conſequens denegata juxta *Text. in Canon.*
Qualitas diſtinct. 25. ubi Gloſſ. *in verb. negatur*, ibi:
Quod de uno conceditur de alio negatur, Innocent.
in cap. finali num. 9. de Offic. Archidiac. ibi: *Quia*
quando conceſſit de aliquibus ſpecialiter, de aliis pro-
hibuiſſe videtur.

Eoque magis, quia Præſidentia fuit conceſſa in
actu Capituli jam congregati, quo caſu ex illa non
infertur ad actum præparatorium, ut eſt convocatio 8
ipſius Capituli, ex recepto Juris principio, quod fa-
cultas conceſſa in actu non extenditur ad alia, quæ
ſunt præordinatoria ipſius actus, in præjudicium ha-
bentis Juriſdictionem Ordinariam, ut in exemplo
Epiſcopi, qui licet in Synodo teneatur procedere
cum aſſiſtentia, & conſenſu Capitularium, tamen
iſti non poſſunt ſe ingerere in convocatione Syno-
di, quæ uti actus præparatorius dicitur reſervatus
Epiſcopo, Nicol. *in Floſcul. in verbo Epiſcopus num.*
19. Barboſ. *de Canon. cap. 43. num. 23. in fine*, Roma-
guer. *ad Conſtit. Synodal.* Gerunden. *lib. 1. tit. 1. cap.*
1. num. 15. 20. & 26. & plene Bertachin. *Vot. deciſ.*
91. num. 1. & 2. & generaliter Rota *deciſ. 324. num.*
5. part. 1. & deciſ. 70. num. 32. part. 13. & dec. 471.
num. 4. part. 19. tom. 2. recent. & coram Duran. dec.
446. num. 6. & coram Royas deciſ. 211. num. 4. & dec.
218. num. 10. & 23.

Cum igitur nullitas Capituli ſit clara tanquam
convocati a non habente hanc facultatem, nihil re-
levat, quod Vocales poſtea acceſſerint ad locum in
quo Archiepiſcopus convocationem fecit, nempe ad
Conventum Barlettæ, non autem ad Conventum
Barenſem, quia tam Pater Viſitator, & Præſes Or-
dinarius, quam alii Vocales expreſſe proteſtati fue-
runt de nullitate Capituli ob ejus illegitimam con-
vocationem, addentes, quod licet acceſſuri eſſent ad
illud, hunc tamen acceſſum facturi erant animo
non conſentiendi in ejus celebrationem, ſed ad ef-
fectum tantum evitandi ſcandala, quæ quidem pro-
teſtatio operatur, ut acceſſus Vocalium ad Capitu-
lum illegitimum, inducere non potuerit ſanationem
ejus nullitatis, ex defectu conſenſus per proteſtatio- 9
nem expreſſum, ut in ſpecie, quod talis proteſtatio ad
evitanda ſcandala excludat conſenſum Electorum,
firmat Innocent. *in cap. Illa de elect. num. 4. verſic.*
Secure procedant, Panormit. *in capit. Cum Vintonien.*
num. 14. eodem titul. Pellizzar. *in manual. tractat. 9.*
cap. 2. ſect. 2. num. 87. in fine, Peyrin. *de offic. Subdi-*
ti Regul. quæſt. 1. capit. 31. verſic. Dico octavo, Do-
nat. *in prax. quæſt. Regul. tom. 1. part. 2. tract. 4. quæſt.*
8. num. 6.

Altera gravior nullitas totum Capitulum inficiens
oritur ex eo, quod per plures menſes ante, Pater
Viſitator reperta in Conventibus inobſervantia Bullæ
ſan. mem. Innocentii Duodecimi ſuper adimplemen-
to Miſſarum, proceſſaverat quatuordecim Guardia-
nos, & Vocales, idque fecerat in ſequelam Reſcripti
Sacræ Congregationis, demandantis, quod proce-
datur ad tenorem Bullæ, cumque Delinquentes con-
victi eſſent ex probationibus, & privati remanſiſſent
voce activa, & paſſiva ipſo jure, & abſque alia de-
claratione, Pater Viſitator, ejuſque Adhærentes Vo-
cales ante celebrationem Capituli proteſtati fuerunt,
quod ad illud non admitterentur iſti Vocales pro-
ceſſa-

ceſſati, & incurſi in pœnam privationis vocis acti-
væ, ac paſſivæ, immo Pater Viſitator cum medie-
tate Diffinitorii declaravit eos incurriſſe privationem,
proteſtando de nullitate Capituli, ſi admitterentur,
& appellando ad Sanctiſſimum in caſu contrario,
& adhuc tamen Archiepiſcopus non ſolum voluit
admittere hos delinquentes ad Capitulum, ſed de-
10 claravit eos eſſe admittendos, quæ proinde admiſſio
vitiavit totum Capitulum, dum Electio Provincia-
lis ſecuta fuit ex num. 26. Vocalium, inter quos
quatuordecim fuccurrunt, qui non habebant facul-
tatem eligendi, ſed privati remanſerant ex capite de-
licti, juxta doctrinam Bartol. *in leg. 1. §. Verba au-
tem, ff. quod falſo Tutor auctor.* cum aliis relatis a-
pud Barboſ. *Voto dec. 47. num. 196. & ſeqq.*

Nihil obſtante, quod licet illi fuiſſent proceſſati;
attamen ad effectum eos excludendi neceſſaria fuiſ-
ſet ſententia declaratoria, & quidem per menſem an-
te celebrationem Capituli, juxta decretum Viſitatio-
nis Apoſtolicæ, de quo apud Lantuſchain *in Theat.
Regul. in verbo cauſa, ſeu lis num. 2.* ultra quod enim
11 hujuſmodi Sententia non erat neceſſa in terminis
Bullæ Innocentianæ irrogantis privationem vocis a-
ctivæ, & paſſivæ cum verbis: *ipſo facto, & abſque
ulla declaratione*, quæ excludunt omnem declarato-
riam, ut advertit Azzor. *inſtit. moral. tit. 1. lib. 5. cap. 7.
quæſt. 6.* Silveſter *in ſumma in verbo Aſſaſſini num. 5.*
ibi: *Nota tamen, quod ſi lex vel Statutum privaret
aliquem bonis, vel aliter ipſo facto, & adderet, quod
nulla requiratur declaratio etiam ſuper facto, tunc
nulla requiritur declarativa ſententia*, Barboſ. *dict.*
178. *num. 4.* Caſtropal. *oper. moral. tom. 1. tit. de legi-
bus tract. 3. diſp. 2. punct. 10. num. 5.* Suarez. *de legibus
lib. 5. cap. 8. & cap. 35. num. 3.*

Reſpondebam, quod Pater Viſitator cum medie-
tate Deffinitorii devenit ad hanc declaratoriam an-
12 te Electionem, quæ facultas proferendi declaratoriam
reſidet apud Patrem Præſidentem Regularem etiam
inſtante Electione, ubi agitur de culpa graviori, ut
apud Paſſerin. *de elect. cap. 3. nu. 12. & 16.* a S. Ubald.
quodlibet. regul. 12. dub. 6. num. 1235. Pater Mattheuc.
*in Official. Curia Eccleſ. cap. 28. num. 50. verſicul. ſed
quid, & verſic. nec obſtat*, ubi quod prædictum de-
13 cretum Viſitationis Apoſtolicæ non habet locum,
quando agitur de delicto contra Conſtitutionem In-
nocentianam ſuper celebratione, ſeu adimplemento
Miſſarum.

Vel ſaltem innegabile, quod cum Pater Viſitator
obtinuiſſet facultatem prorogandi celebrationem Ca-
pituli per alios tres menſes ſignificatam Archiepi-
ſcopo, & quidem ad effectum, ut interim procedi
poſſet ad declaratoriam ad tenorem Reſcripti Sacræ
Congregationis, quod procederetur ad formam Bul-
læ, non potuit Archiepiſcopus hoc impedire, acce-
lerando electionem invito, & contradicente Præſide
Regulari, cum ſtante juſta cauſa poſſit differri, &
14 prorogari tempus Electionis per Superiorem Regu-
larem, ut late Barboſ. *Vot. decif. 47. numer. 24. cum
plur. ſeqq.* Paſſerin. *de elect. cap. 11. num. 70. verſic. unde
Electores.*

Abſque eo, quod dubitari poſſit de facultate Com-
miſſarii Generalis circa faciendam prorogationem,
non obſtante deputatione Archiepiſcopi in Præſiden-
tem, dum recurrunt omnia ſuperius adducta ad pro-
bandum, quod deputatio Archiepiſcopi non abſtulit
Juriſdictionem Prælato Regulari competentem ex
15 Conſtitutionibus Ordinis, & per conſequens ſicut
potuit Commiſſarius pro libitu concedere facultatem
convocandi Capitulum, ita etiam illius celebratio-
nem prorogandi, ut in terminis noſtris probat Bar-
boſ. *d. Vot. deciſiv. 47. num. 13. cum pluribus ſeqq.* Paſ-
ſerin. *de elect. cap. 11. num. 68. verſ. & ſi non convenit,
& verſ. niſi Præſet, & num. 70.* Sigiſmund. a Bon. *de
elect. dub. 13. num. 7.*

Sed ceſſare dicebam in hoc puncto omnem dif-
ficultatis rationem per dilemma inevitabile, quod
nempe, aut valida fuit declaratoria lata per Pa-
trem Viſitatorem ante celebrationem Capituli, &
Vocales privati non potuerunt admitti ad Capitu-
lum, aut vero non fuit valida, & idem reſultat ef-

fectus, dum quando præcedentes ad Capitulum fa-
cta fuit oppoſitio de non admittendis Privatis, ob
delictum inducens ipſo jure privationem utriuſque
vocis, ſi oppoſitione non obſtante illi admittantur,
& Electio ſequatur, poſtea delata cauſa ad Superio-
rem, ut eſt Sacra Congregatio, hæc agnoſcendo di-
ctos Vocales incurſos in pœnam privationis, & E-
lectionem ſequutam fuiſſe ex eorum vocibus, decla-
rare debet Electionem nullam, cum nihil referat,
an ante, vel poſt Capitulum, crimen remaneat de-
claratum, quando agitur de genere criminis indu- 16
centis privationem ipſo jure, ubi cognitio, ſeu Ju-
dicium ſubſequens retrotrahitur uſque ad diem com-
miſſi delicti, ut in puncto firmat Paſſerin. *de elect.
cap. 10. num. 131.* ibi: *Sed tamen ſi Electorum aliquis
opponat, & reclamet, contra talis privati voce ſuffra-
gium, conſtito apud Confirmatorem de veritate oppo-
ſiti criminis electio ipſo Jure nulla eſt declaranda, ſi
electus virtute ſuffragii illius privati voce, evaſit ele-
ctus, quia ad minus hunc effectum habet lex imponens
pœnam lata ſententia, ut ubi crimen, pro quo pœna
eſt lata opponitur ſententia, retrotrahatur ad diem
commiſſi criminis, unde in propoſito talis voce priva-
tus cenſetur ea privatus a die commiſſi criminis unde
Votum ejus fuit nullum, & non potuit quis ejus virtu-
te evadere electus.*

Idemque edocuit Panormit. *in cap. cum Vintonen.
de elect. num. 14.* & oppoſitio ante Capitulum, hoc
operatur, ut ſi poſt factam electionem probetur,
quod aliqui Vocales erant privati, electio declara-
bitur nulla, ibi: *proteſtatio præſervabit Jus illorum,
&c. ſi tamen in veritatem poteſt probari, quod ipſi e-
rant privati poteſtate eligendi, &c. eorum electio de-
clarabitur nulla ex defectu poteſtatis.*

Eoque magis applicatur concluſio illa, quando
non ſolum præcedenter ad Capitulum facta fuit op- 17
poſitio, ſed interpoſita appellatio ad Sanctam Sedem,
quæ cum fuerit juſta ex probatione delicti, ſuperior
cognoſcendo juſtitiam appellationis tenetur Electio-
nem factam cum Vocalibus prohibitis in ſpretum
appellationis declarare nullam, & invalidam, juxta
effectum appellationis, de quo in terminis Innocent.
in cap. Illa de elect. num. 6. ibi: *Fatemur tamen, quod
ſi appellaverit, quia aliquis eſt ibi notorie excommu-
nicatus, & in cauſa appellationis probaverit excommu-
nicationem, & caſſabitur quidquid factum erit poſt ap-
pellationem, &c. idem dicendum videtur de interdi-
ctis, & omnibus aliis, quos jus eligere prohibet, & in
cap. conſideravimus num. 1. & 2. de election.* ubi quod
neceſſe non eſt tempore Electionis eſſe notorium E-
lectores eſſe privatos ipſo Jure, ſed ſufficit de hoc
conſtare tempore, quo ferenda eſt Sententia ſuper
Electione, ibique Compoſtell. in. num. 2. Bellamer.
num. 4. in fin. Hoſtien. num. 2.

Neque hic dici poteſt, quod Vota Privatorum vi-
tiantur, & non vitiant Electionem, hæc enim re-
gula procedit quando Electus habuit ſufficientem 18
numerum Votorum habilium, demptis inhabilibus
eorum, qui eligere non poterant, ſecus autem quan-
do, ut in præſenti, P. Paulus non poteſt dici ele-
ctus, ſi demantur Vocales inhabiles, qui fuerunt
admiſſi ad ſuffragandum in Capitulo, ut diſtinguunt
in puncto Paſſerin. *de election. cap. 10. num. 79. verſ.
& ſi electione*, Sigiſmund. a Bononia *de elect. dub. 63.
numer. 10. & ſeqq.* Suarez *de cenſur. tom. 5. diſput. 14.
ſect. 2. num. 8.* Pellizzar. *in manual. tom. 2. tract. 9. cap.
2. ſect. 2. num. 88. verſic. ſicque currit regula*, A Spirit.
Sanct. *in Director. Regular. tract. 5. diſp. 2. ſect. 1. nu-
mer. 12.* Donat. *in prax. tom. 1. part. 2. tract. 4. qu. 8.
num. 3.*

In caſu enim iſto Electio ſequuta fuit in diſcor-
dia, dum Pater Paulus de Rubiis habuit Vota 26.
Pater Bonaventura a Rutigliano Vota 20. unde cum
adeſſent quatuordecim Vocales privati, iſtos compu-
tando in num. 26. qui Paulum elegerunt, remanent
tantum duodecim Vocales legitimi inſufficientes ad
Electionem, quod procedit etiam in Electione per
Vota ſecreta, ubi innoteſcere non poſſunt nomi-
na Eligentium neceſſaria ad dignoſcendum, in
quam perſonam conſpiraverint Vota inhabilium, &

privatorum, adhuc enim tota corruit Electio, quia ſufficit poſſibilitas, & dubietas, quod in numero eorum, qui P. Paulum elegerunt extiterint Vota Privatorum, & inhabilium, ut advertit Paſſerin. *dict. cap.* 10. *num.* 79. *verſ. & de electione*, Sigiſmund. & alii proxime relati Fillincc. *tom.* 1. *tract.* 12. *capit.* 6. *num.* 151. *verſic. quarto*.

Rurſus communis opinio Doctorum eſt, quod tunc Vota inhabilium non vitient Electionem, quando inhabiles fuerunt admiſſi ignoranter, ſecus autem ſi
20 ſcienter admiſſi fuerunt ſine proteſtatione, immo veluti jus habentes in electione, ut eſt ſingularis Theorica doctiſſimi Innocentii *in cap. Illa de elect. num.* 2. *verſic. immo plus dicimus* ibi: *Tenet electio ſi hoc ignoraverant, vel etiam ſciverint dummodo proteſtatur, quia ideo admittunt eum, quia dubium eſt de excommunicatione ejus; non autem admittunt eum tanquam habentem Jus in electione, ſi enim ſcienter admitterent tanquam jus habentem in electione, non valeret electio, idem dico ſi admitterent quoslibet alios, quos jus prohibet admitti*, quam Sententiam ſequuntur omnes in terminis inhabilium, & voce privatorum, ſignanter Pellizzar. *in manual. tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 2. *ſect.* 2. *num.* 88. Barboſ. *voto dec.* 47. *num.* 196. *& ſeqq.* P. Mattheucc. *in Official. Cur. Eccleſ. cap.* 18. *num.* 61. *verſ. unde ſciendum*, Lezzana *in ſumm. quæſt. Regul. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 30. *in fine*, bo. mem. Anſald. *in addit. ad deciſ.* 61. *num.* 34.

Et propterea cum Vocales inhabiles, ſeu privati, fuerint admiſſi ſcienter, non obſtante ſcilicet proteſtatione, quod eſſent proceſſati, & incurſi in pœnam privationis utriuſque vocis, & non obſtante declaratoria lata per Patrem Viſitatorem cum medietate Definitorii. Electio nequaquam ſuſtineri poteſt etiamſi prætendatur, quod adhuc eſſet dubium eorum delictum, nec præceſſiſſet Sententia declarato-
21 ria. Etenim admitti non poterant ſimpliciter *veluti jus habentes in electione*, ſed ad omne pejus prævia ſaltem proteſtatione, ut in ſpecie Innocent. *in dict. cap. illa num.* 4. ibi: *Alii dicunt, quod etiamſi omnes extent excommunicati, non tamen per Sententiam, quod tenet electio: nobis videtur, quod in hoc pares ſunt Electores, & Judices, qui ſi ambo admittant ſcienter Perſonas ad eligendum, vel judicandum, qui de jure intereſſe non poſſunt, nec per eorum conſenſum valet, quod fit ab eis, quod tamen intelligo verum ſi poterunt eos expellere de facto, & de Jure, quia ſi de Jure non poſſunt expellere, quia occultum eſt Impedimentum, &c. ſecure procedant cum eis premiſſa tamen privata proteſtatione, quod ipſi non conſentiunt, quod alii, qui non poſſunt intereſſe electioni, &c. habeant in eis vocem, vel quod fiat eorum Electores immo per ſe tantum eligunt, & ex ſuis Votis tantum, & Conſenſibus volunt electionem inniti*, & in terminis, quod ſaltem ſit neceſſaria proteſtatio ad evitandam nullitatem Electionis dicunt Panormit. *in cap. cum Vintonen. num.* 14. *de elect.* Lezzan. *dict. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 30. *in fine* ibi: *Admitti poteſt cum ſimili proteſtatione, non tamen ſine illa, ne videatur ſcienter admiſſus, & ſic corruat tota electio*, Paſſerin. *de elect. cap.* 10. *num.* 135. Peyrin. *de offic. ſubdit. regul. quæſt.* 1. *cap.* 3. §. 6. *verſic. dico octavo*, P. Mattheucc. *in Official. Cur. regul. dict. cap.* 18. *num.* 6. *in fine*, Pellizzar. *in Manual. tract.* 9. *cap.* 2. *ſect.* 2. *num.* 87. *in fine*.

Fortius autem quando delictum non erat dubium tempore Capituli, ſed certum ex confeſſione Delinquentium, vel evidenti probatione, quo caſu Vocales delinquentes etiam ante Sententiam declarato-
22 riam debebant excludi a Capitulo, ut bene Panormitan. *in dict. cap. cum Vintonen. numer.* 14. *de elect.* Pellizzar. *in manual. tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 2. *ſect.* 2. *num.* 87. ibi: *Non debet quis excludi ab actu eligendi ſub prætextu alicujus inhabilitatis, niſi prius de hac conſtet per Sententiam Judicis, unde fit, ut lite pendente, quamdiu res eſt dubia, non debeat excludi Elector, ſed admitti cum proteſtatione, &c. ſecus ſi facta inquiſitione de Inhabilitate quantum tempus permiſerit, de ea certo conſtat ex confeſſione rei, vel evidenti probatione; tunc enim elector inhabilis ſtatim debet repelli*, Lezzan. *in ſumm. quæſt. regul. tom.* 2. *par.* 2. *cap.* 12. *num.* 30. ibi: *Si tempore facienda electionis, &c. aliquis opponat alicui aliquam inhabilitatem, debet quantum temporis permiſerit fieri inquiſitio de ea, & ſi confeſſione, vel evidenti probatione conſtaret veram eſſe oppoſitionem ſtatim debet ejici a Capitulo talis inhabilis*, & in terminis noſtris Mattheucc. *in Official. Cur. Eccleſ. d. cap.* 18. *num.* 50. *verſ. non obſtat*.

Sed hæc omnia creſcunt in immenſum, & magis aggravant nullitatem totius Electionis, reflectendo quod juxta tenorem Bullæ Innocentianæ non po- 23
terat Archiepiſcopus Præſes Capituli admittere Guardianos abſque requiſito in eadem Bulla ſtatuto, quod nempe: *Exhiberent atteſtationem, ſeu fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monaſterii, ſeu cujuſcumque Domus Regularis ſubſcriptam, & juratam, quod omnibus, & ſingulis tam perpetuis, tam manualibus Miſſarum oneribus, ſeu obligationibus ad limites, & tenorem præſentium Decretorum tempore eorum regiminis fuerit omnino, & integraliter ſatisfactum, &c. ea adjecta, & omnino adimplenda conditione, quod ante præfatæ atteſtationis exhibitionem quicunque Superiores locales prædicti vocem activam, ſeu paſſivam in memoratis Capitulis, ſeu Congregationibus omnino habere non valeant*, ut ex verbis relatis apud P. Mattheucc. *Official. Cur. Eccleſ. cap.* 10. §. 1. *num.* 39.

Non relevante, quod hujuſmodi atteſtationes fuerint exhibitæ Archiepiſcopo, quas ipſe admiſit veluti legales, & hoc modo intruſit in Capitulo Vocales, ut ſupra, delinquentes; Etenim dari non poteſt major extravagantia, ac gravior exceſſus reflectendo, quod ſupradicti Guardiani, & Vocales erant præcedenter jam proceſſati, & convicti de de- 24
licto ex ipſis libris originalibus, & propriis confeſſionibus, quo ſtante non poterat Archiepiſcopus admittere atteſtationes omnino contrarias veritati reſultanti ex publicis Proceſſibus, nam quando negotium effectum erat judiciale, & conſtabat de delicto per Proceſſum, Archiepiſcopus, aut debebat hujuſmodi Guardianos excludere ab ingreſſu in Capitulum, aut ſi credebat probationes judiciales non ſufficere, prout ſufficiebant, debebat ad omne pejus eos admittere cum proteſtatione, juxta diſpoſitionem Juris communiter receptam, & originaliter traditam ab Innocent. *in dict. cap. Illa numer.* 4. *verſ. Secure procedant de elect.* quam referunt, & ſequuntur Bellamer. *ibidem numer.* 14. *in fine*, Butr. *num. eodem* Panormit. *in cap. Cum Vintonen. num.* 14. *in fine de elect.* Paſſerin. *eod. tract. cap.* 10. *num.* 79. cum aliis ſupra relatis.

Sed nec etiam ſufficiebat hujuſmodi temperamentum propter Bullam Innocentianam, quæ requirendo atteſtationem de oneribus Miſſarum fideliter adimpletis ſub pœna privationis utriuſque vocis, pernecеſſe requirit, quod antequam iſti Superiores locales admittantur ad vocem in Capitulo, debeant ſe juſtificare per atteſtationes exhibitas, unde quando hujuſmodi atteſtationes ſunt falſæ, & de directo contrariæ probationibus judicialibus, Præſes Capituli tenetur ante ejus celebrationem, aut decla- 25
rare Innocentes, aut declarare Delinquentes, & privatos utraque voce taliter proceſſatos, prout firmat a S. Ubald. *in quolibet. regul.* 12. *dub.* 6. *num.* 1235. ubi loquitur in terminis declaratoriæ, & in puncto Bullæ Innocentianæ, P. Mattheuc. *in Officiali Cur. Eccleſ. cap.* 18. *numer.* 61. *in fine*, ubi dicit in hoc caſu locum non habere Decretum prohibitorium deveniendi ad privationes, niſi per menſem ante Capitulum, prout in declaratoriis pœnarum ipſo Jure incurſarum, ſeu latæ Sententiæ tales prohibitiones locum non habent, ut docet Panormit. *in dict. cap. Cum Vintonen. de elect. numer.* 14. *in fine*, Pignatell. *conſult.* 53. *num.* 8. *tom.* 10. necnon a S. Ubald. *ubi ſupra num.* 1235. & 1345. maxime quia aderat neceſſitas ita procedendi ad Sententiam declaratoriam attento reſcripto Sacræ Congregationis, quod procederetur ad tenorem Bullæ Innocentianæ, ut ſuperius dictum eſt, cui in hac parte Archiepiſcopus contravenit.

Et augetur exceſſus! Archiepiſcopi, dum admiſit
atteſtationes factas ab illiſmet Religioſis, quorum
aliqui fuerunt illis Teſtes, qui antea in Proceſſi-
bus depoſuerant ſuper delicto Guardianorum, & ali-
qui metu coacti atteſtationes ſubſcripſerant, & per
conſequens nunquam potuit Archiepiſcopus contra-
veniendo tam Bullæ Innocentianæ, quam omnibus
principiis Canonicis ante Capitulum declarare hu-
juſmodi Delinquentes eſſe admittendos ad ſuffragan-
dum, canonizando eos pro legitimis Vocalibus;
26 perinde ac ſi non fuiſſent proceſſati, aut eſſent In-
nocentes, & perneceſſe ex tali admiſſione corruit
totum Capitulum, & tota Electio, ut tradit Inno-
cent, *in cap. Illa ſub numer. 3. de elect.* ibi: *Loquun-
tur quando excommunicatus, vel alius, qui jure prohi-
betur intereſſe alicui tractatui, vel facto intereſt tan-
quam jus habens, & auctoritatem præſtans, & ab a-
liis ſcienter admittitur, nam in hoc caſu totum ir-
ritatur.*

Firmata nullitate Electionis Provincialis, Cuſto-
dis, & Diffinitorum dicebam corruere in conſe-
quentiam etiam Electionem Guardianorum, per iſtos
ſucceſſive factam, quia fuerunt nulliter in Capitu-
27 lo electi, ut ſupra, cum vitium primæ Electionis
influat in ſecundam per quandam conſequentiam
neceſſariam, Surd. *conſ.* 385. *num.* 19. Menoch. *libr.*
3. *præſumpt*, 134. *num.* 10. Ramon. *conſ.* 37. *num.*80.
Rot. *coram Emerix Jun. deciſ.* 1284. *num.* 1. *& coram
Royas deciſ.* 362. *num.* 8, & proinde quoad aliud Du-
bium *quomodo ſit promovendum* concludebam eſſe re-
ſcribendum, quod procederetur ad novam Electio-
nem per Vocales legitimos excluſis Delinquentibus,
ſeu Proceſſatis, ut per *Text. in capit. 2. de poſtulat.
Prælator.* Silveſt. *in verbo Electio* 1. *num.* 13. *verſ.
Quando etiam* Rot. *coram Seraph. deciſ.* 1050. *nu.* 5.
& ita pro nullitate Electionis judicavit Sacr. Con-
gregatio ſub die 19. Februarii 1712. ad relationem
Eminentiſſimi Card. Corſini.

Adde ad materiam Electionis, de qua ſupra, con-
cluſionem illam, juxta quam Electio non redditur
nulla, ſi unus vel plures Vocales fuerint contem-
28 pti, ſed ſolum annullatur ad inſtantiam eorundem
contemptorum contemptum ſuum proſequentium,
nec admittitur Tertius ad opponendum de hujuſmo-
di contemptu, ut plene habetur apud Rot. *dec.* 467.
num. 32. *& ſeqq. part.* 19. *recen.*, ſed iſta concluſio
recipit declarationem, ut nempe Electio ſit ipſo Ju-
re nulla etiam ex hoc capite contemptus Vocalium,
licet de ſuo contemptu non opponentium, quando
in Capitulo non fuiſſent præſentes duæ partes eo-
rum, qui ad Electionem vocari debent, ex. gr. ſi
omnes Vocales eſſent duodecim, & contempti fuiſ-
ſent quinque ex illis, tunc enim eſſet nulla Electio
facta ab illis ſeptem veluti non conſtituentes Capi-
tulum, quod conſtituitur in duabus partibus ex tri-
bus, ut probat Fagnan. *in capit. quia propter nu.* 40.
& ſeq. de elect. ſed contrariam huic opinionem te-
nent Canoniſtæ *in cap. in Geneſi de elect.* apud quos
firmatur tunc Electionem eſſe nullam, quando E-
lectus non habuit majorem partem Capituli, com-
putatis reſpectu numeri Capitularium etiam abſenti-
bus, ex. gr. ſi in Capitulo, vel Univerſitate ſunt
duodecim, & ſe congregant undecim contempto
uno, ſcilicet duodecimo, non valebit Electio, ſeu
quidquid fiet per ſex Capitulares, quia ſex reſpectu
duodecim computato Capitulari contempto non fa-
ciunt majorem partem, ut dicunt *Innoc. in d. cap. in
Geneſi num.* 8. Panormit. *num.* 11. Adden. *ad* Burat.
dec. 351. *num.* 12. Paſſerin. *de elect. cap.* 11. *num.* 112.
& 113. ſed valida erit Electio, ſi ſeptem ex duo-
decim computatis contemptis aliquem elegerint, quod
contradicit ſententiæ Fagnan. *ubi ſupra*. Ego utran-
que opinionem veram eſſe cenſeo in ſuis caſibus,
aut enim non inſtat lapſus termini ad eligendum,
& tunc quia Capitulum non eſt legitimum, niſi
interveniant duæ partes ex tribus, juxta theoricam
Hoſtien. *& alterum in cap. cum nobis de elect.* & ple-
ne allegatis Doctoribus, & deciſionibus Me ſcriben-
te Rot. *in Colonien. Canonic.* 7. *Decembris* 1725. §.
*Nequaquam, coram Rever. P. D. Nunez, & in Ver-
cellen. Cappellania* 3. *Julii* 1717. §. *Et ſecundo, co-
ram bon. mem. Fuſcaro*; idcirco ad hunc caſum ap-
plicatur opinio Fagnani, quod Electio eſt nulla, ſi
ex duodecim ſeptem ſint congregati, & aligant,
quinque contemptis, quia ſeptem non conſtituunt
duas partes ex tribus conſtituentes legitimum Capi-
tulum, aut vero inſtat lapſus termini ad eligendum,
& tunc quia non requiruntur duæ partes ex tribus
ad faciendum Capitulum, tali caſu applicantur Ca-
noniſtæ *in cap. in Geneſi de elect.* juxta quos Electio
eſt valida, ſi facta fuerit per majorem partem Ca-
pituli habito reſpectu ad contemptos, & per con-
trarium nulla eſt, ſi facta non fuerit per majorem
partem computato numero etiam reſpectu Contem-
ptorum, quidquid in hoc puncto inutiliter proſe-
quendo ſe ſe involvat Paſſerin. *de elect. d. cap.* 11.
& num. 118.

OVETEN. CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

Alternativa cum Epiſcopo incipit ſtatim ac Da-
taria recognovit literas Epiſcopi ſuper ejus ac-
ceptatione, illaſque regiſtrari fecit; etiamſi li-
teræ fuerint datæ extra Diœceſim, & de tem-
pore, quo incipit Alternativa Epiſcopus repe-
riatur abſens ab eadem Diœceſi una cum aliis
ad materiam ſuper adjunctis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Menſis Martii vigore Alternativæ de Ordina-
rio fit Apoſtolicus.*
3 *Alternativa incipit non obſtante, quod ejus ad-
miſſio non ſit nota Epiſcopo.*
4 *Admiſſio alternativæ in Dataria fit per Epi-
ſtolas Epiſcopi datas in ſua Civitate, ſeu
Diœceſi.*
5 *Admiſſio hæc nihilominus fit etiamſi litteræ Epi-
ſcopi ſint datæ extra Diœceſim.*
6 *Stylus Datariæ habetur pro lege.*
7 *Quid importet contractus alternativæ inter Pa-
pam, & Epiſcopum.*
8 *Quando perficiatur.*
9 *Incipit etiam tempore, quo Epiſcopus eſt ab-
ſens a ſua Diœceſi, & de ratione, num.* 10.
11. 12.
13 *Abſentia Epiſcopi non præjudicat Papæ in men-
ſibus illi ſpectantibus vigore alternativæ, &
de ratione, num.* 14. 15. 16. 17. 18.
19 *Alternativa inter Papam, & Epiſcopum claudi-
care non debet, & quomodo hoc intelligatur,
num.* 20.
21 *Conſilium Mandoſii* 18. *in materia alterna-
tivæ eſt approbatum per Doctores, & Sacr.
Rotam.*
22 *Epiſcopus gaudet Alternativa etiam pro benefi-
ciis ſitis in aliena Diœceſi, declara, quando
ea confert uti Epiſcopus, non uti inferior Col-
lator ibid.*
23 *An gaudeat Alternativa Prælatus Inferior cum
Territorio ſeparato.*
24 *Referuntur tres gradus exemptionum, & quales
ſint.*
25 *Non valet argumentum negativum de Territorio
ad Diœceſim.*
26 *Jus Territorii ſeparati quæ Jura non comprehen-
dat, & num.* 27.
28 *De Jure congregandi Synodum, quam legem Ju-
riſdictionis reſpiciat.*
29 *Concurſus, & approbatio in beneficiis Territorii
ſeparati ad quem ſpectent, & qui teneantur ac-
cedere exiſtentes in Territorio Prælati infe-
rioris, & num.* 30.

DISCEPTATIO XCV.

ANtonius Maldonado poſtquam promotus fuerat ad Epiſcopatum Oveten, una cum ejus poſſeſſione adepta, moram trahebat in Villa Matriti, in qua litteras dedit ad Datariam Apoſtoli-
1 cam pro acceptatione Alternativæ, qua acceptata, & regiſtrata 27 Februarii 1722. tempore, quo adhuc Epiſcopus erat abſens a propria Diœceſi paulo poſt vacavit Canonicatus Cathedralis Oveten, unde Epiſcopus ob modicum tempus decem dierum, quod interceſſit inter acceptationem Alternativæ factam in Dataria, & vacationem Canonicatus, ignorando, an conceſſa adhuc fuiſſet gratia Alternativæ, perventus ad Civitatem Ovetenſem contulit Canonicatum Alphonſo Sanchez, per contrarium vero Summus Pontifex proviſionem fecit juxta Alternativam ad favorem Barnabæ Flores, & directa Sac. Rotæ Auditorio Commiſſione ſignata Manu Papæ, diſputatum fuit dubium ſuper executione litterarum, quas Ego ſcribens pro Barnaba proviſo Apoſtolico, dicebam eſſe exequendas.

Cum enim Epiſcopus acceptaverit Alternativam ſub die 27. Februarii 1722. & controverſus Canonicatus vacaverit die 9. Martii, abſque dubio ejus proviſio ſpectavit ad Summum Pontificem vigore ejuſdem Alternativæ, juxta quam menſis Martii de
2 Ordinario factus fuit Apoſtolicus, & Summo Pontifici reſervatus juxta diſpoſitionem *Regula* 8. *hodie* 9. *Cancellaria verſ. In aliis ſex menſibus*, & tradunt Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 3. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 43. *num.* 106. *& gloſſ.* 54. *numer.* 3. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 53. *num.* 16. Pax. Jordan. *lucubr. lib.* 10. *tom.* 2. *titul.* 2. *num.* 26. Caſtropal. *oper. moral. tract.* 13. *de benef. diſput.* 2. *punct.* 23. §. 2. *num.* 4. Martin. Andr. *deciſ.* 110. *num.* 15. Rot. *coram Put. dec.* 495. *n.* 1. *lib.* 2. *in correct. & in rec. dec.* 349. *n.* 1. *p.* 2.

Ad hunc autem effectum non attenditur, an tempore vacationis Canonicatus nota, vel ignota fuiſſet Epiſcopo admiſſio Alternativæ facta per Data-
3 riam Apoſtolicam, quia ſtatim, ac Dataria fecit recognitionem litterarum patentium Epiſcopi ſuper acceptatione Alternativæ, illaſque regiſtrari fecit in libro ad id deputato, Alternativa ſtatim currere incæpit Epiſcopo etiam ignoranti, ſeu adhuc non certiorato de recognitione, & admiſſione ſuarum litterarum facta per Datariam, ut firmat, Gonzal. *ad regul.* 8 *Cancell. gloſſ.* 65. *num.* 20. Pax Jord. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 1. *num.* 23. *verſ. Ad quintum colligitur*, Card. de Luc. *de benef. diſc.* 93. *num.* 7. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 28. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 764. ubi refert ita deciſum in *Salamantina fructuum* 3. *Ianuarii* 1587. *coram Giptio* ibi: *Epiſcop. Salamantinum non potuiſſe providere de Cappellania vacante menſe Septembris* 1571. *cum tunc Alternativa eſſet Romæ acceptata ab ejus Procuratore quando Epiſcopus id ignoraret etiam tempore proviſionis*: Murg. *de benef. quæſt.* 3. §. 5. *num.* 315. *verſic. Ad quintum.*

Neque adverſatur, quod acceptatio Alternativæ fuerit nulla veluti facta per litteras Epiſcopi datas in Villa Matriti extra Civitatem, & Diœceſim Oveten.
4 contra expreſſam formam, quæ præſcripta legitur in *regul* 8. ibi; *Acceptationem hujuſmodi per patentes litteras manu propria ſubſcriptas, ſuoque ſigillo munitas, & in ſua Civitate, vel Diœceſis datas declarare, & litteras ſuas huc ad Datarium Sanctitatis Suæ tranſmittere teneatur*: & firmat Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 62. *n.* 1. *& ſeqq.*

Non obſtante enim hac forma per Regulam præſcripta, adhuc remanet in arbitrio Datariæ Apoſtolicæ etiam admittere litteras acceptationis Alternativæ datas extra Civitatem, vel Diœceſim Epiſcopi eam acceptare volentis, illarumque admiſſio validiſſima eſt ad effectum, ut incipiat Contractus Alternativæ inter Papam, & Ordinarium, ut in ſpecie notat Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 6. *num* 20. & probat inveteratus Datariæ ſtylus admittendi has litteras Epiſcopi extra ejus Civitatem, & Diœceſim datas, ut in caſu, ſuper quo conſuluit Mandoſ. *conſ.* 18. *ante num.* 1. & juxta ſeriem exemplorum extractorum ex libro Alternativarum Datariæ Apoſtolicæ una cum Teſtimonio Domini Subſtituti in Officio vacationum per obitum dato cum licentia
Eminentiſſimi Prodatarii, cui ſtylo Datariæ Apo- 6
ſtolicæ acquieſcendum eſt in hac materia beneficiali, ubi ille habetur pro lege, & facit Jus inviolabiliter ſervandum, Roſa *de execut. litt. Apoſt. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. Mandoſ. *ad regul.* 8. *Cancell. qu.* 4. *n.* 13. *& ad regul.* 34. *qu.* 56. *n.* 1. Rot. *cor. Celſ. dec.* 191. *n.* 11. *& cor. Burati. dec.* 910. *nu.* 8. *& in recent. dec.* 16. *nu.* 8. *par.* 18. *& in Forolivien. Parochialis* 26. *Aprilis* 1706. §. *Præmaxime*, *&* §. *Nec contra*, *cor. bon. mem. Omanaa*, *& in Monaſterien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1712. §. *Alterum*, *&* §. *Cum itaque*, *cor. Reverend. Aldrevande.*

Sic etiam nullius momenti eſt alterum objectum, quod Alternativa veluti directa ad alliciendos Epiſcopos ad reſidentiam, inchoari non potuerit de tempore, quo Epiſcopus erat abſens, neque adhuc pervenerat ad reſidentiam; Cum enim alter-
nativa ſit Contractus inter Papam, & Epiſcopum, 7
juxta quem Papa ex octo menſibus ſibi reſervatis concedit Epiſcopo quatuor, nempe Februarium, Aprilem, Auguſtum, & Octobrem, per contrarium vero Epiſcopus Papæ dimittit duos ex ſuis menſibus Ordinariis, nempe Martium, & Septembrem, ut dicunt Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 4. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. Gonzal. *ad regul* 8. *Cancell gloſſ.* 43. *n.* 106. Barboſ. *de poteſt. Epiſ. alleg.* 53. *nu.* 27. *verſ Ratio* Lotther. *de re benefic. lib.* 2. *qu.* 40 *nu* 70. Carol. Ant. de Luc. *ad* Veottigl. *in prax. par.* 2. *annot.* 2. §. 2. *num.* 15. iſte Contractus ſu-
per Alternativa omnino perficitur ſtatim, ac Da- 8
taria Apoſtolica recepit, & admiſit litteras patentes Epiſcopi ſuper acceptatione alternativæ, illaſque regiſtrari fecit in libro ad id deputato, ex quo tempore ſtatim inchoatur, & currit Alternativa Menſium, ut expreſſe diſponitur *in Regul.* 8. *verſic. Quibus ab eo receptis*, & tradunt Pax. Iordan. *tom.* 2. *lucubr lib.* 10. *tit.* 1. *num* 20. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 64. *num.* 1. *& ſeqq.* Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 28. *&* 30. Card. de Luc. *de benef. diſc.* 93. *numer.* 2. 7. *&* 8. Garz. *de benefic. part.* 5. *capit.* 1. *numer.* 481. *& ſeqq.* Antonell. *de tempor. legal. libr.* 3. *capitul.* 1. *numer.* 21.

Neque hunc Contractum ſuſpendit, aut inchoari prohibet abſentia, ſeu non reſidentia Epiſcopi,
hæc enim ſolum requiritur ex parte Epiſcopi pro 9
uſu, & exercitio Contractus jam initi, ad effectum ſcilicet, ut ipſe frui poſſit commodo, ſeu uſu Alternativæ in ſupradictis quatuor menſibus ei conceſſis per Papam ſub adimplemento reſidentiæ, ſed nullo modo requiritur, aut neceſſaria eſt in ordine ad Papam, ut ipſe poſſit conferre in duobus menſibus ſibi dimiſſis per Epiſcopum vigore Alternativæ, ſcilicet *Martii*, *& Septembris*, quia reſpectu iſtorum Papa neque dependet, neque præjudicatur ex culpa Epiſcopi non reſidentis, qui juxta acceptationem Alternativæ ad reſidentiam ſe obligavit, ut in ſpecie Gonzal. *ad regul.* 8 *gloſſ.* 43. *numer.* 111. ibi *Quia abſentia Epiſcopi licet illum privet commodo alternativa, non tamen poteſt præjudicare Papæ in ſuis menſibus Martii, & Septembris, cum culpa propria ſibi, & non alteri debet eſſe nociva*: & hoc diſcuſſo articulo deciſum fuit per Rot. *in Sulmonen. Alternativa* 14. *Maii* 1610. §. *Non obſtat quod alternativa*, *cor. cl. mem. Card. Lancelloto* impreſſa apud Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 29. *poſt n.* 17. *& in Seguntina Canonicatus*, *coram Manzaned. deciſ.* 464. *num.* 2 *&* 3. ibi: *De alternativa autem conſtare viſum fuit ex acceptatione illius facta per Epiſcopum*, *&c. nec ad iſtum effectum eſt neceſſe probare illius reſidentiam, quia abſentia Epiſcopi licet ipſum privet commodo alternativa non tamen poteſt præjudicare Papæ, cum culpa propria ſibi, & non alteri debeat eſſe nociva*: *& in Faventina Canonicatus* 16. *Decembris* 1585. *cor. Blanchetto*, quam refert, & ſe-

quitur

quitur eadem Rot. *in Majoricen. Canonicatus, coram Millin dec. 53. n. 2.* ibi: *Abſentia Epiſcopi privat ipſum commodo alternativa, ſed non prajudicat Papa, ut fuit reſolutum in Cauſa Faventina Canonicatus 16. Decembris 1585. cor. Blanchetta.*

Ea ratione, quod reſidentia per modum adimplementi injuncta Epiſcopo non eſt adjecta ad ſuſpendendam ſubſtantiam Contractus Alternativæ, ut ſu-
10 pra jam perfecti per acceptationem admiſſam, ſed de ejus dumtaxat executionem, & uſum poſtea fruendum ex parte Epiſcopi in quatuor menſibus ſibi per Papam conceſſis, quem uſum non habet, niſi reſideat, quia nemo ex Contractu ex parte ſua non adimplens commodum reportare valet ad notum Text. *in leg.* Julianus, §. *Offerri ff. de action. emp.* quidquid autem reſpicit executionem, & uſum Contractus ex parte unius ex Contrahentibus pro ejus commodo, nunquam ſuſpendit ſubſtantiam Contractus in præjudicium alterius, ſeu in caſu iſto Summi Pontificis, cujus Jus quoad menſes ſibi aſſignatos pendere non debet ex facto, vel non facto alterius Contrahentis, nempe Epiſcopi reſidentis, aut non reſidentis, ut generaliter, quod quidquid reſpicit uſum, & executionem Contractus ejus ſubſtantiam non ſuſpendat eſt Text. *in leg. Muto*, §. *Sub conditione, ff. de Tutel.* ibi: *Hanc autem adjectionem, quam Præſides faciunt, Tutorem do, ſi ſatis dederit, non conditionem in ſe habere, ſed admonitionem, non aliter ei tutelam committi, quam ſi ſatis dederit hoc eſt non aliter ei gerere permittendam quam ſi, &c. caverit:* Mantic. *de tacit. lib. 14. tit. 40. n. 16.* Rot. *coram Gregor. dec. 117. n. 3. & in Lauretana Penſionis 9. Aprilis 1717. §. Et ſane, cor. Reverend. Criſpo, & 23. Januarii 719. §. Et quo plane, cor. Eminentiſs. Falconerio.*

In ſpecie autem ſubjecti caſus, quod menſes Martii, & Septembris Papæ aſſignati in Contractu Alternativæ ſemper ſint Apoſtolici, & pertineant ad
11 Collationem Summi Pontificis ſive Epiſcopus in illis menſibus reſideat, ſive non reſideat, ſed reperiatur abſens firmarunt, Lotter. *de re benef. lib. 2. qo. 40. numer. 118.* ibi, *Papa menſes pro ſe alternatos nullatenus ſolvit a reſervatione prioris partis Regula, ſed ſimpliciter duos eidem reſervationi ſubjicit nempe Martium, & Septembrem, &c. itaut non attendatur, an Epiſcopus reſederit, vel ſecus, modo Alternativam acceptaverit;* Gonzal. *dicta gloſſ. 43. n. 109.* ibi: *Quo fit, ut conſtante dicta acceptatione menſes Martii, & Septembris ſint proprii menſes Papa, & Epiſcopus nullum habet Ius conferendi in illis, quod ſive reſideat Epiſcopus ſive non reſideat in illis ſemper collatio erit Papa;* Cuerad. *in prax. benef. lib. 3. cap. 5. num. 5.* ibi: *Aliud vero dicendum eſt de aliis duobus ex quatuor menſibus nempe Martii, & Septembris, qui poſt acceptatam ab Epiſcopo gratiam Alternativa ſunt Papa reſervati etiam ipſo Epiſcopo non reſidente:* Caſtropal. *oper. moral. tract. 13. de benef. diſput. 2. punct. 23. §. 2. num. 4.* ibi: *Secunda infertur Epiſcopum acceptantem Alternativam non poſſe poſt illius acceptationem providere Beneficia vacantia in menſe Martii, & Septembris ſive reſideat, ſive non reſideat:* Barboſ. *de poteſtat. Epiſc. alleg. 53. n. 36.* Antonel. *de tempor. legal. lib. 3. c. 1. n. 24. & 25.*

Et magiſtraliter evacuando totum Articulum proſequitur, Rot. *in dicta Sulmonen. Alternativa, cor. Lancellotto apud Amayden. de ſtyl. Datar. d. cap. 29.*
12 *ſub num. 27. §. Præſuppoſita in fine* ibi, *Imo in Alternativa proceditur ulterius quia Papa ſibi reſervat ſex menſes alternatos, itaut adſit etiam ipſa qualitas reſervationis ſex menſium ad favorem Papa alternatorum, &c. quo fit, ut ſtatim, ac acceptatur Alternativa menſes Martii, & Septembris de quibus agitur ſint reſervati Papa, itaut ſive Epiſcopus reſideat, ſive non reſideat durante acceptatione Alternativa non poſſit ſe in illis menſibus ingerere:* quam deciſionem in hac materia pleniſſimam, & magiſtralem ſecuti fuerunt omnes ſupra relati Beneficialiſtæ, quidquid male contra hanc deciſionem inſurrexerit, Garz. *de benef. par. 5. cap. 1. n. 691.* quem veluti graviſſime auctoritatis Sacr. Rotæ leviſſimum, & erroneum Contradictorem merito reprobarunt acerrime Cor*rad. in prax. Benef. d. lib. 3. cap. 6. nu. 5. verſ. Qui licet poſtmodum*, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 53. n. 36. verſ. Quamvis reſpondere fruſtra laboret*, Caſtropal. *oper. moral. d. tract. 13. diſput. 2. punct. 23. §. 2. num. 6.* Antonell. *de tempor. legal. lib. 3. cap. 1. nu. 25.* eandemque Deciſionem *Sulmonen.* ſemper poſtea approbavit Rot. *ſignanter in dec. 301. n. 1. par. 2. & dec. 394. n. 1. part. 3. rec. & cor. Martin. Andr. dec. 110. ſub n. 1. verſ. Et ab ea non receſſit, & n. 10. cum ſeqq.* & melius *num. 12.* ibi: *Quia acceptata Alternativa, ſive Epiſcopus reſideat, ſive non reſideat in iſtis duobus menſibus Papa confert vigore regula, ut fuit dictum in eadem Sulmonen.* imo juxta hanc deciſionem practicari per Datariam, & Cancellariam Apoſtolicam, itaut nunquam fuerit ab ea receſſum teſtatur Corrad. ubi proxime, *n. 5.* ibi: Rota *in una Sulmonen. Alternativa, juxta quam nunquam Dataria, & Cancellaria Apoſtolica ab hoc recedunt, prout ſemper vidimus practicari, & quandocunque vacet Beneficium in altero ex prædictis menſibus, ſive Epiſcopus reſideat, ſive non ſemper dictam Cancellariam datur de reſervato:* Antonell. *de tempor. legal. l. 3. c. 1. n. 27.* ubi quod hæc ſententia in praxi ſequenda eſt.

Fruſtra igitur allegatur abſentia Epiſcopi de tempore vacationis controverſi Canonicatus, & fruſtra prætenditur, quod Alternativa, quæ ſtatim inchoata fuit per acceptationem Epiſcopi, & admiſſionem Dataria ſub die 27. Februarii ſecutam, pro- 13
pter abſentiam Epiſcopi non fuerit cœpta, aut currere non potuerit, quando inito, & acceptato Contractu cum Summo Pontifice abſentia Epiſcopi, quæ ex ejus voluntate, & culpa procedit, præjudicat ſibi in ſuis menſibus, ne gaudere poſſit uſu Alternativæ, nunquam tamen apta eſt inferre præjudicium Papæ in ſuis menſibus, ne alias repoſitum ſit in arbitrio Epiſcopi Contractum eludere in menſibus Papæ, itaut propterea Epiſcopus ex propria culpa abſens, quantum ad effectum, ne tollatur Jus conferendi Papæ ſpectans in ſuis menſibus, habeatur pro præſente, & reſidente, ut ratiocinatur Gonzal. *d. gloſſ. 43. n. 110.* ibi: *Et eo magis quia non reſidentia Epiſcopi in ſui odium habetur pro reſidentia;* Antonell. *dict. lib. 3. capitul. 1. numer. 22. 24. & 25.*

Verum, ut magis convincam Contractum Alternativæ in ordine ad Papam, ſeu menſes ipſi aſſignatos, nullatenus dependere ab abſentia, vel reſidentia Epiſcopi, ſed quantum ad ipſum incipere Alternativam non obſtante abſentia Epiſcopi graviores rationes adjungo, quarum altera eſt, quod Summus Pontifex juxta *regulam* 8. in hoc Contractu Alternative ſex menſes alternatos reſervat ſibi, 14
pure, & ſimpliciter, & ſine ulla conditione per contrarium vero in aliis ſex menſibus concedit Epiſcopo facultatem conferendi, non aliter exercibilem quoad uſum niſi qualificate *quamdiu reſideret*, ideoque reſidentia volita ex parte Epiſcopi, ut ipſe poſſit habere commodum Alternativæ in menſibus ſibi datis per Papam nullo modo influere poteſt ad conditionandum ſub hoc pacto reſidentiæ Jus conferendi ſpectans Papæ in ſuis menſibus, veluti pure, & ſimpliciter reſervatum, & ſine ulla dependentia a voluntate, ſeu facto Epiſcopi reſidenti, ut egregie advertit Rot. *in d. Sulmonen. Alternativa cor. Lancellot. apud Amayden. ubi ſupra dict. capitul. 29. ſub n. 17. verſ. Prout neque obſtat* ibi. *Prout neque obſtat, quod Alternativa contineat pactum permutationis menſium inter Papam, & Ordinarium, tamen hoc pactum ſit qualificatum illa qualitate quamdiu apud Eccleſias ſuas reſederint, itaut ceſſante qualitate reſidentia videatur ceſſare pactum, nam quamvis reſpectu Ordinarii ad effectum, ut ipſe uti poſſit beneficio Alternativa pactum ſit qualificatum hoc qualitate reſidentia, tamen reſpectu Papa, dum in ſecunda parte, conceſſionis Alternativa reſervat ſibi alios menſes, talis reſervatio eſt pura, & non qualificata, cum in illa non ſint addita illa verba quamdiu, &c. quin potius Papa reſervat ſibi alios menſes, ut prafertur ſcilicet modo quo ſupra in regula ſibi pure reſervavit, & conſequenter pactum reſpectu Papa ſibi alios ſex menſes*

reſer-

reſervantis, non eſt qualificatum, ſed purum, &c. quæ facultas Papæ non debet pendere a beneplacito Ordinariorum reſidentium, vel non reſidentium,

Altera ratio eſt, quod Papa per Alternativam non concedit menſes Epiſcopo, ſed facultatem conferendi in menſibus, quæ facultas in hac Alterna-
15 tiva incipit, & ſpectat ad Epiſcopum quoad proprietatem, ſed quoad uſum non eſt exercibilis niſi ſub qualitate reſidentiæ, ut ponderat, Rot. *coram Martin. Andr. dec.* 110. *num* 8. ibi: *Papa non concedit menſes Epiſcopo, ſed facultatem conferendi in menſibus, & hæc dicitur Alternativa, quæ quoad proprietatem ſpectat ad Epiſcopum, quoad uſum vero quamdiu reſederit:* & propterea ſi Epiſcopus non reſideat, etiam reſpectu ipſius ſubſiſtit, & firma remanet Alternativa quoad proprietatem, licet ceſſet, ſive ſuſpendatur quoad uſum ex culpa propria ob defectum reſidentiæ, ut bene Caſtropal. *d. tract.* 13. *diſput.* 3. *punct.* 23. §. 2. *num.* 5. ibi: *Dicendum ergo eſt Alternativam quoad proprietatem nequaquam ceſſare ob non reſidentiam, eſto ceſſet quoad illius uſum, quia uſus illius non conceditur, niſi dum eſt reſidentia, ex ceſſatione tamen uſus cum ipſa non ceſſet, &c. ergo non poteſt Ordinarius in illis menſibus providere:* quod ſatis probat reſidentiam Epiſcopi, quæ reſpicit ſolum uſum non impedire principium, aut curſum Alternativæ poſt acceptationem jam redactæ in contractum perfectum, & comprobat, Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 43. *nu.* 35. ibi: *Neque obſtat dicere, quod ea ipſa, quod Epiſcopus deſinat reſidere ſtatim perdat alternativam quia hæc non ſubſiſtit, nam quamvis non fruatur fructu, & commoda illius, non tamen illam perdit:* bene Rot. *in d. Sulmonen. Alternativæ, cor. Lancellotta apud Amayden. de ſtyl. Datar. d. c.* 29. *n.* 17. *verſ. Non obſtant.*

Tertia ratio eſt, quod Epiſcopus acceptavit Alternativam tempore quo erat abſens, & in hac ab-
16 ſentia ejus acceptatio fuit admiſſam per Datariam, ergo ſi per hujuſmodi acceptationem declaravit ſe velle reſidere juxta litteras acceptatorias Alternativæ, debebat a die tranſmiſſionis litterarum ſe transferre ad reſidentiam, quod ſi omiſit, ſibi imputet, dum erat in ſuo arbitrio, acceptare, & non acceptare Alternativam tempore abſentiæ, & acceptando eum obligatione ad reſidentiam, non poteſt allegare abſentiam in præjudicium Papæ circa ſuos menſes, & ſic recedere a contractu ſemel inito, ut probat Barboſ. *de poteſtat. Epiſc. alleg.* 53. *ſub num.* 36. *verſ. abſentiam* Antonell. *dict. libr.* 3. *capitul.* 1. *n.* 27. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 188. Rot. *in dicta Sulmonen. Alternativa, cor. Lancel. apud Amayden. ubi ſupra cap.* 29. *poſt n.* 27. *verſ. Neque etiam* ibi: *Nihilominus ſibi imputet, vel quia Alternativam acceptavit, & reſidentiam deſeruit,* quia poſt acceptatam Alternativam voluntaria abſentia Epiſcopi eam non impedit, aut reſolvit, niſi accedat mutuus conſenſus Papæ, & cavetur in *Regula* 8. ibi: *Et poſt factam acceptationem, & admiſſionem in Dataria neutri parti liceat niſi concordi conſenſu ab ea recedere:* & in terminis abſentiæ in ſubjecta quæſtione proſequitur, Gonzal. *dicta gloſ.* 43. *nu.* 35. Antonell. *de temp. legal. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 23. Corrad. *d. lib.* 3. *cap* 5. *nu.* 12. Barboſ. *dicta alleg.* 53 *ſub n.* 36. Rot. *dec.* 289. *num.* 7. *par.* 3. *rec.* quia Contractus ab initio eſt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis, ut optime, Rot. *in dict. Sulmonen. Alternativa, coram Lancellott. apud Amayden. dict. cap.* 29. *num.* 17. §. *Præſuppoſita verſ. Ut propterea.*

In qua circumſtantia retorquetur motivum, quod Alternativa tendat ad alliciendos Epiſcopos ad reſidentiam; nam ea conceſſa in ſtatu abſentiæ, & non
17 reſidentiæ Epiſcopi, eo magis per acceptationem incipit, & currit, ut ſic Epiſcopum abſentem reducat ad reſidentiam, cujus oppoſitum foret, ſi non obſtante Alternativa jam acceptata Epiſcopus adhuc abeſſendo, & non reſidendo Alternativam eluderet, & ab ea variaret, ſeu recederet, interim gaudendo Jure conferendi in illis duobus menſibus, qui ſibi pertinent ſecluſa Alternativa, ſcilicet Martii, & Septembris, quod non eſſet allicere ad reſidendum, ſed relinquere Epiſcopis libertatem non reſidendi contra finem ad quem directa fuit Alternativa per Text. *in cap. Quia intentionis de privil.* & in ſpecie diſcurrit, Gonzal. *ad regul.* 8. *dict. gloſ.* 43. *num.* 114. Antonell. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 23. Caſtropal. *d. tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 23. §. 2. *n.* 4. *verſ. Et Alternativa,* Rot. *in Faventina Canonicatus* 16. *Decembris* 1585. *cor. Blanchetto impreſſa apud Garz. de benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 693. *verſ. Sequeretur, & in d. Sulmonen. Alternativa, cor. Lancellotta apud Amayden. dict. capit.* 29 *poſt n.* 17. §. *Hoc ſuppoſita verſ. Ubi etiam fuit conſideratum.*

Quarta demum ratio conſiſtit in abſurdo vitando, dum aliis eſſet expoſitum in facultate Epiſcopi eludere collationem Summi Pontificis, & de menſibus reſervatis facere Ordinarios, Epiſcopus 18
enim menſibus Martii, & Septembris ab ipſo Papa conceſſis poſſet abeſſe, ut ſibi retineret in illis jus conferendi, prout habebat ante Alternativam, deinde veniret ad reſidendum in menſibus, quos ſibi conceſſit Papa per Alternativam nempe Februarii, Aprilis, Auguſti, & Octobris, ut frueretur Jure conferendi in his menſibus ex Contractu Alternativæ, quod abſurdum in hac præciſa quæſtione exageravit, Rot. *in d. Faventina Canonicatus, coram Blanchetta impreſſa apud Garz. d. p.* 5. *capit.* 1. *numer.* 193. eamque ſequitur in ſæpe citata *Sulmonen. Alternativa, cor. Lancellotta apud Amayden. d. cap.* 29. *poſt num.* 17. §. *Præſuppoſita verſ. Alias ſequeretur inconveniens, &* Gonzal. *ad regul.* 8. *d. gloſ.* 43. *numer.* 114. Caſtropal. *oper. moral. tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 22. §. 2. *n.* 4. *verſ. Et alias* Antonell. *de tempor. legal. libr.* 4. *c.* 1 *n.* 23.

Et quibus etiam inallegabile remanet illud generale principium, quod Alternativa uti Contractus 19
claudicare non debeat, itaut ſi Epiſcopus in abſentia non fruitur uſu Alternativæ, ita nec etiam Papa frui debeat, nam ceſſat objectum reſtrictendo, quod Papa menſes ſibi reſervavit pure, & ſimpliciter, & ſine ulla dependentia ab Epiſcopo circa ejus Reſidentiam, non ſic reſpectu Epiſcopi, cui uſus Alternativæ conceſſus extitit ſub pactu, & adimplemento reſidentiæ, ut in puncto reſpondet Rot. *in toties allegata Sulmonen. Alternativa, cor. Lancellotta apud Amaydem. ubi ſupra* §. *Prout neque obſtat,* ubi aliam ſuperaddit reſponſionem, quod ſcilicet ſibi imputare debet Epiſcopus, ſi ex propria culpa non reſidendo amittit ex parte ſua uſum Alternativæ in menſibus ſibi conceſſis, maximequando in Alternativa lucratur duos menſes, habendo ſex loco quatuor ſibi ſpectantium Jure Ordinario, *ut in eadem Sulmonen. Alternativa, ubi ſupra* §. *Neque etiam obſtat.*

Imo potius claudicaret Contractus in præjudi- 20
cium Summi Pontificis, quoties ipſe Jus conferendi in ſuis menſibus recipere deberet dependenter ab eventu reſidentiæ conſiſtentis in voluntate Epiſcopi, itaut ex culpa ejus non reſidentiæ Alter præjudicatus remaneret nempe Summus Pontifex jacturam Juris ſui reciperet contra *Text. in leg. Non debet* 84. *ff. de regul. Jur.* Rot. *dec.* 20. *numer.* 12. *p.* 12. *& deciſ* 4. *num.* 13. *p* 17. *& deciſ.* 794. *num.* 6. *p.* 18. *& dec.* 535. *num.* 21. *p* 19. *rec.* imo ſequeretur abſurdum, quod Papa remaneret eluſus ex facto Epiſcopi modo reſidentis, & modo non reſidentis, modo ſervantis, & modo non ſervantis Alternativam juxta menſes ſupra relato, §. *Quarta demum ratio eſt,* quod ſane nedum redderet in præjudicium Papæ Contractum inæqualem, ſed etiam redderet eluſorium, ut per *Text. in leg. Si quis rem, & l. Ne in poteſtate, ff. de recep. Arbitr.* tradunt Cephal. *conſil.* 603. *n.* 15. Cravett. *conſ.* 460. *n.* 8. Alexand. *conſil.* 49. *n.* 4. *verſ. Nec dicatur lib.* 2. Mant. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 27. *&* 28.

Quibus omnibus ad ſatietatem clariſſimis Ego
adduxi in terminis ſubjecti caſus punctualem deci- 21
ſionem in ſenſu veritatis, Mandoſii *conſ.* 18. *per totum,* ubi præciſe agebatur de Alternativa admiſſa per Datariam favore Epiſcopi Tuden. per ſuas litteras patentes miſſas quando erat abſens, & ex-

ura

ita Diœceſim quarum recognitio, & acceptatio facta fuerat die 4 Martii 1574 & vacaverat Canonicatus die 22. ejuſdem menſis Epiſcopo adhuc abſente, & non perveuto ad reſidentiam, & conſultus pro veritate Mandos reſolvit Collationem ſpectaſſe ad Papam, neque ſubſtineri illam factam ab Epiſcopo, non obſtante hoc præciſo objecto, quod Alternativæ locus eſſe non potuerit ſtante abſentia Epiſcopi reſpondendo cum rationibus ſupra deductis, quod abſentia præjudicat Epiſcopo circa uſum Alternativæ non autem Papæ in ſuis menſibus, quodque culpa non reſidendi operabatur, ut Epiſcopus haberi debuiſſet pro præſente, & quod ſibi imputandum foret, ſi ad reſidentiam venire diſtuleret, quando ſtatim miſſis litteris ad Datariam debeat accedere ad reſidendum, ut latius videre eſt *d. conſ. 18. n. 8. verſ. Præmiſſis, & n. 9. cum ſeqq.* cujus Authoris ſummi Practici in Beneficialibus allegatum *conſilium* approbarunt Doctores, & Sac. Rota, prout illud ſequuntur, Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 43. *nu.* 109. Antonell. *dicto lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 25. Caſtropal. *oper. moral. d. tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 23. §. 2. *numer.* 4. Rocc. *deciſ.* 349. *nu.* 1. *par.* 3. *recent. & deciſ.* 464. *numer.* 3. *coram Manzaned.*

Imo in hac parte conſentit ipſe etiam Garz. *part.* 5. *num.* 589. ubi loquendo de caſu præciſo, de quo agitur nempe Alternativæ acceptatæ in fine Februarii firmat, quod vacante Beneficio de menſe Martii, Proviſio non ſpectat ad Epiſcopum, ſed habet locum Alternativa licet vacatio ſucceſſiſſet tempore ejus abſentiæ, ea ratione, quod hoc menſe Martii Epiſcopus gaudere non potuiſſet etiamſi fuiſſet præſens, & quod alias gaudere poſſet duobus menſibus continuis redeundo ad reſidentiam ſequenti menſe ſibi ſpectante vigore Alternativæ, ut legere eſt *d. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 688. & 689. ubi poſtquam retulit opinionem reprobatam, quod Alternativa ceſſet in abſentia Epiſcopi, eam limitat in præallegato caſu ibi: *id tamen non procederet, &c. quando acceptaretur Romæ Alternativa, &c. in fine Februarii, ſeu Auguſti, tunc enim non deberet gaudere menſe Martis, ſeu Septembris etiam ſi nunc abſens eſſet quemadmodum non deberet eo gaudere ſi præſens eſſet, alias poſſet gaudere duobus menſibus continuis redeundo in menſem ſequentem;*

Sac. Rota inhærendo rationibus per Me ſuperius deductis judicavit pro executione Literarum contra Proviſum ab Ordinario, qui citatus comparere neglexit, ut liquet ex deciſione magiſtraliter extenſa, & emanata *ſub die 14. Maii* 1723. *cor. R. P. D. Reato*, neque Cauſa ulteriorem, quem ſciam progreſſum habuit.

Adde ad materiam Alternativæ, quod illa gau-
22 det Epiſcopus etiam pro Beneficiis ſitis in aliena Diœceſi, quorum Collatio ſibi tanquam Epiſcopo ſpectat, ut late firmavit, Rota *in Cæſarauguſtana Beneficii de Tauſte* 14. *Novembris* 1596. *cor. Cardinal. Platto* impreſſa apud Garz. *de Benefic. part.* 5. *capit.* 1. *num.* 705. & 706. & ſequuntur Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 10. *num.* 4. Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 43. Filiucc. *tom.* 3. *tract.* 41. *de Benefic. cap.* 3. *num.* 83. Rot. *cor. Royas deciſ.* 373. *num.* 7. *& in rec. dec.* 291. *num.* 8. *&* 9. *par.* 15. & noviſſime Me ſcribente *in Pampilonen. Beneficii* 6. *Decembris* 1720. §. *Alternativa, cor. bo. mem. Herrera*, confirmata *die* 6. *Martii* 1726 *cor. R. P. D. Criſpolto*. Unde ſi Epiſcopus in Beneficiis ſitis extra ſuam Diœceſim haberet Jus conferendi non uti Epiſcopus; ſed alia ratione, nempe ut Abbas, ſeu Inferior Collator, non gauderet in his Alternativa, ut firmant Amayd. *de ſtyl. Datar. cap.* 29. *n.* 43. Corrad. *in prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 13. Caſtropal. *oper. moral tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 23. §. 1. *num.* 1. Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 93. *num.* 12. Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 683. Rot. *cor. Coccin. dec.* 50. *n.* 1. *& in dicta Pampilonen. Beneficii* 12. *Aprilis* 1720. §. *Quin dictarum, &* 1. *Julii ejuſdem anni* §. *Executioni, cor. bo. me. Herrera, &* 12. *Junii* 1724. §. *Si autem, cor. R. P. D. Calcagnino.*

Et ſolum cadit quæſtio in facto, an Epiſcopus habeat Ius conferendi beneficia ſita in aliena Diœceſi non uti Ordinarius, ſeu Epiſcopus, ſed uti inferior Collator; Si enim in primæva erectione Epiſcopatus fuiſſet unita Dignitati Epiſcopali, ſeu ejus Menſæ aliqua Abbatia, quæ habuiſſet Ius conferendi beneficia in alterius Diœceſi, & propter hanc Unionem Epiſcopus haberet Collationem, ipſe diceretur habere Jus conferendi non uti inferior Collator, ſed uti Epiſcopus Ratione Unionis incorporativæ, &
ſubjectivæ, juxta quam tranſlatis Juribus Abbatiæ, 23
& Abbatis in Epiſcopatum, & Epiſcopum, Jus conferendi de Abbatiali effectum fuiſſet Epiſcopale, quia Res unita aſſumit naturam, & Privilegium ejus, cui facta eſt Unio, extincta qualitate antiqui Status, *Gloſ. in Can. & temporis qualitas in verb. unire* 16. *qu.* 1. Turricell. *de Union. cap.* 4. *n.* 1. & 4. Merlin. *dec.* 37. *ante n.* 1. Rot. *dec.* 199. *n.* 5. *par.* 2. *& dec.* 30. *nu.* 4. *&* 7. *par.* 11. *& dec.* 1029. *n.* 3. *cor. Emerix junior.* & firmavit. Rot. *in dicta Cæſarauguſtana Beneficii de Tauſte* apud Garz. *ubi ſupra n.* 705 *&* 706. dum in ejus caſu Epiſcopo Jacen. ejuſque Menſæ unita fuerant Jura Abbatis S. Joannis de la Penna habentis Jus conferendi beneficia Loci de Tauſte,

Sicut autem Alternativa non gaudent niſi Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi juxta verba *regul.* 8. hodie 9. *Cancell.* nec habet locum quoad Collatores inferiores; dubitari poteſt, an locum habeat 24
quoad Prælatos inferiores habentes Territorium ſeparatum cum Iuriſdictione quaſi Epiſcopali, qui videntur æquiparari Epiſcopis, & tenentur ad ſtrictam reſidentiam ſicut Epiſcopi, & quibus proinde videtur applicabilis ratio *Regulæ* alliciendi ad reſidentiam; In hoc autem invenio, quod, Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 93. *n.* 12. loquendo de Prælatis inferioribus, firmat non applicari Regulam Cancellariæ quoad Alternativam his Prælatis inferioribus; Primo quia littera Regulæ loquitur tantum de Epiſcopis, & ſecundo, quia eius ratio alliciendi Epiſcopos ad reſidentiam non adeo in Prælatis inferioribus deſideratur, & Gonzal. *gloſ.* 45. §. 1. *n.* 3. ubi quod Alternativa conceditur Epiſcopis, non autem Capitulis, nec aliis Perſonis, Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 1. *n.* 685. litteras autem Regulæ loquentis de Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis non applicatur Prælatis inferioribus, licet habentibus Territorium ſeparatum cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali, quia tales Prælati inferiores non ſunt æquales Epiſcopis; Cum enim diſmembratio Territorii non inducat etiam conſecutive diſmembrationem ipſius Diœceſis, inde eſt, quod Prælatus inferior ſubiacet Epiſcopo Diœceſano in his, quæ ſunt Ordinis, dum Territorium conſiſtit in Iuriſdictione, Diœceſis vero continet ſolidam adminiſtrationem, cuius potiſſima pars pendet ab Ordine, & cuius effectus eſt Conſecratio, ut bene, & profunde ſcripſit, Lotter. *de Re Benef. lib.* 1. *qu.* 24. *ex nu.* 121. *cum plur. ſeqq. uſque ad n.* 137.

Ex cuius traditione habetur tres eſſe gradus exem-
ptionis, videlicet ſimplicis, plenæ, & pleniſſimæ, 25
ſive gradus exemptionis eſt triplex, nempe inferior, medius, & ſupremus.

Primus gradus exemptionis ſimplicis, ſeu Inferior eſt exemptio mere paſſiva, quæ dari poteſt etiam cum aliqua ſpecie Juriſdictionis Epiſcopalis, quæ dicitur Juriſdictio mutila, & manca, ſeu partialis, ut notat, Card. de Luc. *de Juriſdict. diſc.* 1. *num.* 9. & tangit, Lotter. *ubi ſupra n.* 100. *& ſeqq.* Secundus gradus exemptionis plenæ, ſeu medius, eſt ille, iuxta quem diſmembratur Territorium Epiſcopi, itaut exempto loco cum Populo, & Parochia transferatur in Prælatum inferiorem Iuriſdictio quaſi Epiſcopalis in Perſonas & loca, & Prælatus inferior acquirat proprium, verum, ac ſeparatum Territorium, Lotter. *ubi ſupra nu.* 112. *cum ſeqq. uſque ad n.* 120. Tertius denique gradus exemptionis pleniſſimæ, ſeu ſupremus eſt, quando ſolvitur etiam ipſa Diœceſis, diſmembrando eius fines, quod contingit, ubi Papa ſeparat locum ab eius Diœceſi, & ſitu, & refundit in Prælatum inferiorem facultatem conſecrandi, ſeu illa, quæ ſunt Ordinis,

ut no-

ut notat Lotter. *ubi ſupra numer.* 132. *cum pluribus ſeqq.*

Ex qua diſtinctione reſultat, aliud eſſe, quod Prælatus Inferior habeat Territorium ſeparatum cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali, aliud vero, quod habeat exinde ſolutam Diœceſim Epiſcopi, quia licet valeat argumentum, quod quidquid eſt de Territo- 25 rio Epiſcopi ſit de illius Diœceſi, non tamen valet e contra, quod quidquid non eſt de Territorio Epiſcopi non ſit de ejus Diœceſi, ut inquit Lotter. *lib.* 1, *q.* 23. *n.* 9. & *q.* 24. *n.* 121. & *ſeqq.* quod comprobatur 26 ab effectibus, qui Jus Territorii ſeparati non complectitur Jus Diœceſis in ea potiſſima parte, quæ conſiſtit in conſecratione, ſeu iis omnibus, quæ ſunt Ordinis, quæ ſicut remanent apud Epiſcopum, ut apud Joan. Andr. *in cap. de Monacis num.* 20. *de praben.* Lotter. *lib.* 2. *q.* 31. *n.* 37. etiam quoad Jus concedendi Dimiſſorias juxta diſpoſitionem Sac. Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 10. *de refor.* ita per diſmembrationem Territorii non dicitur diſmembrata Diœceſis eo ipſo, quod remanet apud Epiſcopum Ius Diœceſanum conſiſtens in iis, quę ſunt Ordinis, ſeu Conſecrationem concernunt.

Patet inſuper ex eo, quod Prælatus inferior cum 27 Territorio ſeparato, & Juriſdictione Epiſcopali ſtare poteſt abſque Iure congregandi Synodum, quod Jus illi non competit ex eo tantum, quod habeat Juriſdictionem cum hujuſmodi Territorio, ut Ego obtinui *in Militen Juriſd. ſuper Jur. congregandi Synodum* 31. 28 *Januar.* 1718. §. *Nam procedendo*, *cor. Eminentiſſimo Falconerio*, ea ratione, quod tale Ius congregandi Synodum, & ſtatuendi in ea, concernit merum Imperium, & Jus Monarchicum, Lotter *lib.* 1. *q.* 31. *n.* 93. & 97. Rot. *in d. Militen. ubi ſupra*, §. *Secunda*, quod Jus licet reſpiciat legem Juriſdictionis ut probat Lotter. *lib.* 1. *q.* 21. *n.* 79. Ricc. *in prax. p.* 3 *reſol.* 450. *n.* 5. & *per tot* attamen reſpicit eam legem Juriſdictionis mixtam, ſeu quæ concernit ſolidam adminiſtrationem, & conſequenter participat de lege Diœceſana, ſeu illi cohæret juxta opinionem Gloſſ. *in cap. dilectus in verb. de lege Iuriſdictionis de Offic. Ordin.* in quo ſenſu male hanc gloſſam redarguit Lotter. ubi ſupra n. 79. & propterea cum abſque Jure congregandi Synodum ſtare poſſit Prælatus inferior habens Juriſdictionem Epiſcopalem cum Territorio ſepa- 29 rato, hoc caſu Concurſus, & approbatio in beneficiis Curatis exiſtentibus in Territorio ſeparato facienda eſt per Epiſcopum viciniorem, ut notat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 31. *numer.* 63. & 64. *Eminentiſſimo Petra ad Conſtitut. Apoſtol tom.* 3. *ad Conſtitut.* 8 *Urban. IV. num.* 38. & 39 *fol.* 348. Rot. *in Burgen. Juriſdict. ſuper approbat. Vicarior.* 14 *Junii* 1726 §. *Hiſce*, *coram bon. mem. Anſaldo*, prout etiam Curati exiſtentes in Territorio ſeparato Prælati inferioris accedere tenentur ad Synodum Epiſcopi vicinioris Barboſ. *de poteſt Epiſcop. alleg.* 93. *numer.* 6. Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 2. *lib.* 8. *tit.* 2. *n.* 56. Card. de Luc. *de Juriſdict. diſc.* 31. *ante num.* 22. ubi quod compatibilis eſt cum Territorio ſeparato convocatio, & acceſſus Rectoris Parochialis de Territorio ſeparato ad Synodum Vicinioris, & *in annot. ad Concil. diſcurſ.* 30. *nu.* 12.

Neque his adverſatur illud aſſumptum, quod Territorium ſeparatum conſtituat locum in ſtatu Nullius Diœceſis, quia proprie loquendo verum non eſt, niſi Jus Diœceſanum fuerit inſuper avulſum ab Epiſco- 30 po; nam aliàs dicendum eſt improprie locutos fuiſſe, qui confundendo Territorium cum Diœceſi, dixerunt per ſeparationem Territorii cum Iuriſdictione quaſi Epiſcopali diſmembratam remanere Diœceſim, & locum eſſe conſtitutum in Statu Nullius, ut ait Lotter. *dict. quæſt.* 24. *num.* 123. *verſ quidquid* & *num.* 124. *cum ſeqq.*

Ex quibus patet Prælatum inferiorem non eſſe æquiparabilem Epiſcopo, cum non habeat integritatem, ſeu plenitudinem omnium, quæ habet Epiſcopus in ſua Diœceſi, & ſic litteta *Regula* 8. aſſiſtere non videtur Prælatis inferioribus appellatione Epiſcoporum; Ratio autem alliciendi Epiſcopos ad reſidentiam expreſſa in Regula, an eodem modo applicari poſſit hujuſmodi Prælatis inferioribus ad reſidentiam pariter obligatis, & propter hoc Regula ex identitate rationis poſſit extendi contra litteram loquentem de ſolis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, eſt quæſtio quæ pendet ex praxi Sedis Apoſtolicæ, cui ſpectat concedere hanc Alternativam, & cujus praxis hucuſque eſt, ut illa concedi non ſoleat hujuſmodi Prælatis.

BENEVENTANA ALIENATIONIS BONORUM.

ARGUMENTUM.

Alienatio bonorum Eccleſiæ etiam ſine utilitate ſuſtinetur, ſi facta fuerit ex cauſa neceſſitatis, & an iſto caſu requiratur diſcuſſio, an expediat unam potius, vel aliam rem alienari ad ſuccurrendum neceſſitati.

S U M M A R I U M.

1 *Exponitur facti ſeries.*

2 *Alienatio dicitur rite, & recte facta quando concurrit ſolemnitas, & cauſa.*

3 *In alienatione voluntaria non datur beneplacitum, niſi cum clauſula*, ſi in evidentem, *& de aliis requiſitis.*

3 *Secus in alienatione neceſſaria, ubi ſufficit bona Eccleſia venai juſto pretio, & aliud non requiritur, ut num.* 5.

6 *Valida eſt alienatio in caſu neceſſitatis etiam non præcedente inquiſitione, an expediat alienare potius hac, vel alia bona.*

7 *In alienatione ex cauſa neceſſitatis Executor non tenetur excutere qualia ſint bona minus utilia non obſtante* Text. in auth. hoc jus porrectum C. de Sacroſanct. Eccleſ. & num. 8. vide numer. 9.

10 *Quando ex alienatione propter cauſam neceſſitatis concurrat læſio Eccleſia propter valorem eidem ſuccurritur reſtitutione in integrum.*

11 *Hoc judicium eſt diverſum ab illo manutentionis, ſeu reintegrationis Eccleſia ob nullitatem alienationis.*

12 *Læſio ex quibus circumſtantiis non præſumatur.*

13 *An requiratur conſenſus Epiſcopi ad formam* Can. *Terrulas in alienatione bonorum Monaſterii exigui valoris, & n.* 14, & 15.

DISCEPTATIO XCVI.

EX Cauſa Terremotus diruta Eccleſia, & Monaſterio Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis in Civitate Beneventi, Abbas tunc tem- 1 poris ex cauſa neceſſaria reſtituendi Eccleſiam, & Monaſterium obtinuit in S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium facultatem alienandi in genere bona Monaſterii minus utilia uſque ad ſummam ducator. 1400. juxta reſcriptum emanatum 3. Octobris 1692. quo directo pro Executione Eminentiſſimo Cardinali Urſino Archiepiſcopo, iſte recognita neceſſitate cauſæ dedit licentiam alienandi in genere bona minus utilia pro duc. 1400. facta tamen obligatione per Abbatem, & Canonicos reintegrandi Monaſterium de hac ſumma ſpatio 14. annorum ad rationem ducatorum centum pro quolibet anno.

Hinc Abbas prævia æſtimatione per Peritos vendidit Horatio Bacca pro pretio duc. 325. dua petias Terrarum, unam modiorum quinque conceſſam in Emphyteuſim ad 29. annos Alexandro de Ponte pro annuo Canone carol. 5. & aliam modiorum centum conceſſam in Emphyteuſim ad 58. annos Aquino Rendina de anno 1660. pro annuo Canone carol. 12.

Poſtquam Horatius Emptor pacifice poſſedit ſpatio 25. annorum, Succeſſor Abbas prædicti Monaſterii judicium inſtituit ſuper manutentione, ſeu reintegra-

regatione ob ſuppoſitam nullitatem alienationis, & dum cauſa pendebat in Curia Archiepiſcopali Beneventana.

Memoratus D. Card. Urſinus Archiepiſcopus, qui pietate celeberrimus, & ſanctitate morum nunquam ſatis laudatus ſemper Eccleſiaſtico zelo omnia dirigit (poſtea Summus Pontifex) cauſam recte judicaturus meum pro veritate votum requiſivit ſuper validitate, vel nullitate alienationis, Ego autem juxta facti ſuppoſitum ſuperius expreſſum, in ſenſu veritatis cenſeo alienationem ſubſtineri,

Quamvis enim agatur de rebus Eccleſiæ, alienatio tamen hujuſmodi rerum eſt de permiſſis, dummodo ſimul concurrat ſolemnitas, & cauſa, unde
2 cum in propoſito facta fuerit prævio beneplacito Apoſtolico per medium reſcripti Sac. Congregationis Epiſcoporum, & ex juſta cauſa neceſſitatis refabricandi Eccleſiam, & Monaſterium dirutum, non video fundamentum retractandi hanc alienationem rite, ac recte factam, ut communiter firmant, Turricell. *de reb. Eccleſ. non alienan. capit.* 2. *numer.* 2. Ricc. *in prax. par.* 1. *reſolut.* 12. *num.* 1. Rot. *cor. Seraphin. dec.* 608. *n.* 1. *&* *cor. Duran. dec.* 250. *n.* 1. *&* 2. *&* *cor. Otthobon. dec.* 6. *n.* 7. *&* *in rec. dec.* 275. *n.* 1. *&* *dec.* 336 *n.* 8. *p.* 10.

Nullitas autem, quæ proponitur in eo conſiſtens, quod non intercesſerit decretum Eminentiſſimi Executoris prævia judiciali informatione ſuper certo corpore alienando, & evidenti Eccleſiæ utilitate apud Me inſubſiſtens viſa fuit, reflectendo ad duos caſus inter ſe differentes, in quibus permittitur alienatio rerum Eccleſiæ, quorum primus eſt,
3 quando agitur de alienatione *voluntaria* ex cauſa utilitatis Eccleſiæ, prout contingere ſolet in conceſſionibus in emphyteuſim, locationem perpetuam, cenſum, ſeu livellum, & hoc caſu veriſſimum eſt alienandi facultatem, & beneplacitum non concedi niſi cum clauſula: *ſi in evidentem*: itaut Executor teneatur inquirere diligenter ſuper utilitate Eccleſiæ mediante examine Teſtium, æſtimatione Peritorum, & præviis bannimentis, ſeu Edictis, aliiſque diligentiis juxta ea, quæ habemus apud Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 9. *capit.* 4. *&* 5. *per tot.* Turricell. *de reb. Eccleſ. non alienan. cap.* 16. *num.* 15. ubi quod tali caſu eſt inquirendum quid potius expediat alienare, Ricc. *in prax. par.* 1. *reſol.* 104. *num.* 1. *& ſeqq.* Roſa *de execut. litt. Apoſt. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 345. *&* 348.

Alter caſus eſt, ubi alienatio eſt *neceſſaria*, & fit propter cauſam urgentis neceſſitatis Eccleſiæ,
4 & in his terminis male applicatur theorica circa requiſitum evidentis utilitatis, cum ſufficiat bona Eccleſiæ vendi pro juſto pretio, itaut illa damnum, & deteriorationem non patiatur, ut in puncto diſtinguendo utrumque caſum firmat Turricell. *de reb. Eccleſ. non alienan. cap.* 16. *num.* 20. Roſ. *de execut. litter. Apoſtolic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 317. Ventrigl. *in prax. par.* 1. *annot.* 1. §. *nu.* 3. 33. Ricc. *in prax. part.* 1. *reſol.* 14. *n.* 5. *&* 2. Rot. *dec.* 508. *nu.* 12. *cor. Seraph. repetit. in dec.* 222. *n.* 13. *par.* 4. *diverſor.* Panimoll. *deciſ.* 54. *annot.* 1. *num.* 13. *&* 14. Novar. *in ſumm. Bullar. comm.* 129. *n.* 6. *p.* 1.

Et in terminis magis præciſis eſt *conſil.* Michael de Florentina *impreſſ. in conſil.* 249. *nu.* 1. *&* 2. Fri-
5 derici de Senis, ubi diſtinguendo inter alienationem ex cauſa utilitatis, & inter aliam ex cauſa neceſſitatis, firmat in primo caſu eſſe neceſſarium inquirere quam rem magis expediat alienare, ſecus autem in ſecundo, ubi ſufficit verificari cauſam neceſſitatis ibi: *ſi aliqua cauſæ cognitio foret neceſſaria illud deberet intelligi de illa, an ſcilicet expediat ex tali cauſa rem alienari, non autem illa, an expediat hoc prædium magis, quam illud alienari, &c. unde licet videatur neceſſarium quando ex cauſa utilitatis fit alienatio inquirere, quam rem magis expediat alienare; quia hoc de ipſa cauſa principali alienationis inquiret, non ſic videtur quando ex neceſſitate procedit, quia ſufficit, quod cauſa neceſſitatis ſubſit, ut procedat alienatio.*

Amplius firmat *præcitatus Auctor*, quod licet dici poſſet debuiſſe præcedere inquiſitionem quod prædium magis expediret alienare, tamen ſi ille, 6
cui hoc pertinet, non fecit, ſed dedit licentiam nedum in ſpecie, ſed etiam in genere alienandi uſque ad talem ſummam, teneat alienatio, & ſolum, ſi Eccleſia læderetur, haberet reſtitutionem in integrum, & iſte Auctor loquitur in puncto caſus Rectoris Eccleſiæ ſupplicantis Epiſcopo, ut poſſet aliquod prædium Eccleſiæ alienare, nullo prædio ſpecificato, ex cauſa neceſſaria reparationis Eccleſiæ, ubi Epiſcopus commiſerat uni Presbytero, ut accederet ad Eccleſiam, & inquireret, an ipſa indigeret reparatione, ac etiam inquireret de bonis ipſius Eccleſiæ minus utilibus ad retinendum, & plus utilibus ad vendendum, & Presbyter Commiſſarius retulerat Epiſcopo Eccleſiam indigere reparatione, & quod expenſa aſcendebat ad ſummam librar. 200. ſed de Poſſeſſionibus minus utilibus nihil retulerat, & Epiſcopus dederat licentiam vendendi certum prædium abſque ullo examine, & cauſæ cognitione adhibita circa rem alienatam, & in iſto caſu firmat in allegato *conſilio*, alienationem ſuſtineri, & hoc *conſilium* licet in dubium revocat Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. quæſt.* 23. *num.* 19. *& ſeq.* illud tamen fuit receptum, & approbatum per Sac. Rotæ Auditorium, *cor. Seraphin. dec.* 508. *num.* 11. *&* 12. *repetit. in dec.* 222. *numer.* 13. *part.* 4. *diverſ.* & illius opinionem ſequuntur etiam DD. nempe Turricell. *c.* 16. *nu.* 15. Ventrigl. *in prax. par.* 1. *annot.* 1. §. 3. *n.* 33. & comprobat Sperell. *dec.* 154. *n.* 19. *& ſeq.*

Et ſecundum hanc traditionem, quam puto veram, Eminentiſſimus Executor ad aliud non tenebatur niſi ad examinandam veritatem cauſæ neceſ-
ſitatis, & decernendam facultatem alienandi uſque 7
ad certam ſummam bona minus utilia, abſque eo, quod teneretur inquirere, qualia eſſent bona minus utilia, & quatenus eſſet juſtus eorum valor, dum iſta formalitas requiritur quando fit alienatio ex cauſa utilitatis ex. gr. quando petitur beneplacitum ad alienandum aliquod prædium cum expreſſione, quod ſit minus utile, quodque cedat in evidentem utilitatem Eccleſiæ ejus alienatio, ſecus autem quando fit alienatio, ex cauſa neceſſitatis; licet enim propter hoc alienari debeant bona minus utilia, juxta praxim ſelat. apud Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 9. *cap.* 9. *nu.* 14. Turrecr. *in ſumm.* 12. *quæſt.* 2. *num.* 3. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. q.* 19. *nu.* 91. Attamen mihi non videtur, quod Judex Executor, poſtquam cognovit cauſam neceſſitatis, teneatur executore qualia ſint bona minus utilia, itaut alias nulla remaneat alienatio; Cum ſolemnitas *Text. in Auth. hoc Jus porrectum, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* non ſit neceſſaria, nec hodie ſervetur, ut reſpondet allegatus Auctor apud Frideric. de Sen. *d. conſ.* 249. *num.* 1. *in fin. &* tradit Joann. Andr. *in cap. dudum num.* 7. *de reb. Eccleſ. non alienan. in* 6. Hoſtien. *n.* 15. *verſ. non ideo minus* Innoc. *n.* 2. *verſ. nec credimus neceſſaria*, Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. q.* 25. *n.* 19. Novar. *in ſumm. Bullar. p.* 1. *comm.* 129. *n.* 30. Donat. *prax. tom.* 2. *tract.* 14. *q.* 7. *n.* 2.

Aut igitur allegatur, quod Eminentiſſimus Executor teneretur inquirere ſuper valore bonorum alienandorum, ut cognoſceret utilitatem alienationis, & hoc convincitur inſubſiſtens, quia alienatio non fuit voluntaria ex cauſa utilitatis, ſed neceſſaria ex
cauſa neceſſitatis refabricandi Eccleſiam, & Mona- 8
ſterium; Aut vero allegatur, quod teneretur inquirere quale eſſet prædium minus utile inter omnia, quæ poſſidebantur ab Eccleſia, & hujuſmodi examinatio, & inquiſitio non erat neceſſaria, quia licet opinio hæc videatur controverſa, ut apud Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. q.* 23. *n.* 27. *& ſeq. &* Laur. de Rodulph. *in Can. ſine exceptione* 12. *q.* 2. *num.* 58. *& ſeqq. inter repetit. Can. diverſ. tom.* 1. *fol.* 84. attamen ſatis eſt opinionem Michael. de Florentina *relat. in conſ.* 249. Frideric. de Sen. fuiſſe approbatam per S. Rotæ Romanæ Auditorium *in deciſion.* 508. *num.* 22. *coram Seraphin.* & per alios Doctores ſupra relatos, qui in alienatione ex cauſa neceſſaria hujuſmodi diſcuſſionem non requirunt.

Et

Et applicando ad effectum Ego non video, quod controvertatur potius Terræ, de quibus agitur, fuiſſe de bonis minus utilibus, ſed totum fundamentum conſtituitur ex parte Abbatis in ſuppoſita læſione per concluſiones male applicatas ad caſum, quod nempe in alienatione rerum Eccleſiæ requitatur ejus lucrum, & per ſuppoſitum facti, quod ſevera bona plurea valerent, quam vendita fuerint, ideoque cum Ego dubitare non poſſim fuiſſe minus utilia bona de quibus agitur, non poſſum judicare nullam alienationem ob omiſſaro hanc formalitatem ab Eminentiſs. Executore, quod nempe non cognoverit, nec examinaverit, an eſſet expediens hoc, vel illud prædium alienare, & an eſſet minus utile hoc, vel illud, dum in facto rei veritas eſt), bona alienata fuiſſe minus utilia, unde etiam in dubio opinionis, an Executor teneatur cognoſcere, an hoc, vel illud prædium ſit minus utile, pronunciandum eſt pro validitate alienationis ex regula *Text. in l. quoties, ff. de reb. dub.* cum ſit formalitas apud Ma ſcrupuloſa, ubi veriorem puto ſententiam relatam in *d. conſ.* 249. Frideric. de Sen. excepto tantum caſu, quo Beneplacitum Apoſtolicum contineret hanc for-
9 mam, ut nempe Executor inquiſitionem præmitteret ſuper qualitate bonorum Eccleſiæ minus utilium; tunc enim hujuſmodi forma non ſervata alienatio poſſet judicari inſubſiſtens, ut apud Tutricell. *ubi ſupra cap.* 10. *num.* 1. *& ſeqq.* Rot. coram *Duran. dec.* 321. *num.* 4.

Illud vero, quod allegatur de præjudicium Eccleſiæ propter alienationem, ut ſupponitur, factam pretio viliori, & Eccleſiæ damnoſo, nihil commune habet cum articulo validitatis, vel nullitatis alie-
10 nationis factæ ex cauſa neceſſitatis, ſed ſolum procedit in alienatione facta abſque neceſſitate, & ex cauſa tantum utilitatis, ideoque ſi vere adeſt læſio Eccleſiæ circa valorem prædii alienati tali caſu eidem ſuccurritur ope reſtitutionis in integrum, ut inquit Mich. de Florent. *apud* Frideric. de Sen. *d. conſ.* 249. *num.* 2. ibi: *licet fatear, quod ſi ex hoc læderetur Eccleſia haberet reſtitutionem: & num.* 2. *verſ. licet fatear*, & ſequitur Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. quæſt.* 20. *num.* 37. Sperell. *deciſ.* 154. *num.* 21. & tradunt *Canoniſtæ in d. cap. dudum de reb. Eccleſ. non alienan. in* 6. ſignanter Innoc. *num.* 2. *verſ. licet alias, & alii.*

Quod Judicium reſtitutionis in integrum eſt omnino diverſum ab illo, quod intentavit Abbas ſuper
11 manutentione, ſeu reintegratione, dum hoc ſupponit nullitatem contractus; Aliud vero validitatem, contra quam petitur reſtitutio in integrum, ut obſervat Sperell. *ubi proxime num.* 21. Tutricell. *de reb. Eccleſ. non alienan. d. cap.* 29. *num.* 35.

An autem in caſu iſto concurrat læſio Eccleſiæ, Ego adhuc non cognoſco; immo ex omnibus de-
12 ductis pro Emptore excluſa videtur læſio: conſpirantibus præſertim circumſtantiis ad ejus excluſionem, quia nempe non præſumitur Abbatem tunc temporis voluiſſe jactare ſuum, ſeu bona Monaſterii; ac etiam quia alienationem præceſſit æſtimatio per Peritos, affixis etiam cedulis per loca publica Civitatis ad effectum habendi Oblatores.

Cæterum redeundo ad articulum, de quo quæritur ſuper ſuppoſita nullitate, iterum dico eam non ſubſiſtere, quia non requirebatur cognitio utilitatis in hac alienatione ob cauſam neceſſariam, minuſque formalitas examinandi, an expediret alienare hoc, vel illud Prædium plus, vel minus utile, dum in forma reſcripti Sacr. Congregationis non legitur commiſſum hoc examen Eminentiſſimo Executori, ut ſupponitur, & de jure mihi neceſſarium non videtur, nec aliqua nullitas conſiderari poteſt, maxime quando Prædium alienatum non controvertitur fuiſſe de bonis minus utilibus, neque ſub hac formalitate, cujus finis fuit adimpletus circa alienationem rerum minus utilium, mihi juſtum videtur retractare alienationem, cum Eccleſia, quæ cultrix eſt Juſtitiæ, non patiatur Emptorem laicum temere fraudatum poſtquam cum ſuis pecuniis ſubventum fuit cauſæ neceſſariæ refabricandi Eccleſiam, & Monaſterium, itaut reparata neceſſitate eluſus remaneat, qui ſincere, & bona fide ſub Beneplacito Apoſtolico, & Decreto Eminentiſſimi Executoris legitimam Emptionem fecit, & ſpatio 25. annorum pacifice poſſedit.

Et ita reſpondendum cenſui, niſi aliæ concurrerent in contrarium facti circumſtantiæ, quæ me ducerent in alium ſenſum.

Ad materiam dubitandum occurrit, an alienatio bonorum Eccleſiæ exigui valoris, in qua Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur, ſed juxta *Text. in Can. Terrulas* permittitur alienatio cum ſolo conſenſu Epiſcopi, poſſit reſpectu Regularium fieri, ad- 13
hibito tantum conſenſu Superioris Regularis, vel adhuc requiratur conſenſus Epiſcopi, pro parte affirmante, quod neceſſarius ſit Epiſcopi conſenſus etiam in bonis Regularium probat *Text. in Canon. Abbatibus* 12. *quæſt.* 2. ubi *Archidiaconus* explicat de alienatione juxta *Can. Terrulas*, & ſpecialiter ita voluerunt Tamburin. *de Jur. Abbat. diſput.* 13. *qu.* 5. *num.* 1. Monacell. *in formular. tom.* 1. *titul.* 5. *in annot. ad formul.* 15. *num.* 28. ubi refert Reſolutionem S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium in una Tropien. 11. *Januarii* 1692.

Verum pro contraria parte inclinandum videtur, quia vel agitur de Monaſteriis viventibus jure ſin- 14
gulari, & ſic Epiſcopo ſubjectis juxta deducta ſuperius *diſput.* 61. *num.* 65. *& ſeqq.* & tali caſu verum eſt, quod jus præſtandi conſenſum in rebus exigui valoris ad formam *Text. in Can. Terrulas* pertinet ad ſolum Epiſcopum, in quibus terminis intelligitur loqui *Text. in Can. Abbatibus*, quia tunc temporis ex jure primævo Monachi, & Monaſteria erant Epiſcopo ſubjecta, ut ſcripſi in eadem *diſcept.* 61. *ubi ſupra;* Aut vero agitur de Monaſteriis redactis in Congregationem, & viventibus ſub Viſitatoribus, Provinciali, & Generali, & tali caſu non videtur neceſſarius Epiſcopi conſenſus, dum agitur de Monaſteriis exemptis, in quibus juxta Privilegia Apoſtolica Superior Generalis fungitur vice Ordinarii reſpectu ſuorum bonorum, & Subditorum, ut jus præſtandi conſenſum in alienationibus hujuſmodi bonorum exigui valoris ſpectare dicatur ad proprium Ordinarium loco Epiſcopi ſubrogatum, ut eſt Superior Generalis in Religionibus, vel alter Superior juxta Privilegia cuicunque Religioni clargita per Summos Pontifices, ut præciſe probat *Text. in Clementin.* 1. *de reb. Eccleſ. non alienan.* ibique Gloſſ. *in verb. proprii Donat. in prax. quæſt. Regular. tom.* 1. *tract.* 14. *quæſt.* 83. *num.* 1. Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 3. *num.* 11. Molin. *de contract. diſput.* 468. *num.* 12.

Habere autem Regulares Privilegia de alienando 15
propria bona patet ex allegatis apud a Spirit. Sanct. *in director. Regular. tract.* 2. *diſputat.* 1. *ſect.* 3. *num.* 152. *& ſeqq.* quæ privilegia licet moderata fuerint per decretum Sacræ Congregationis ſub Urbano VIII. non tamen moderatio proceſſit quoad alienationem rerum modici valoris, ut proſequitur a Spir. Sanct. ubi proxime *num.* 180. Lezzan. *tom.* 1. *cap.* 10. *numer.* 4. *verſic. Quinto*, & concordat in hac parte Pelizzat. *in manual. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 140. ubi ſolum dicit neceſſarium eſſe conſenſum Epiſcopi, quando ex Conſuetudine legitime præſcripta tenentur Regulares in caſu, quo velint alienare res Monaſterii exigui valoris, recurrere ad Ordinarium.

Nec ſuffragatur authoritas Monacell. *ubi ſupra*; quia movetur ex Reſolutione Sacræ Congregationis Epiſcoporum *in Tropien.* 11. *Januarii* 1692. quæ Reſolutio non loquitur de hoc puncto concedendi conſenſum in alienatione bonorum Regularium exigui valoris, ut recognitum fuit in Regeſtris ejuſdem S. Congregationis.

RATIS.

RATISBONEN.

Eligibilitatis,

ARGUMENTUM.

Quibus concurrentibus concedi ſoleat Indultum eligibilitatis ad Eccleſias Epiſcopales in Germania, non obſtante defectu ætatis.

SUMMARIUM.

1 *Refertur facti ſeries.*
2 *Habilitatio ſuper defectu ætatis quando concedi ſoleat pro Eccleſiis Germaniæ, n. 3.*
4 *Merita Sereniſſimæ Domus Bavariæ erga fidem Catholicam.*
5 *De Stylo concedendi hæc Brevia Eligibilitatis.*
6 *Non obſtante defectu ætatis, & in quibus annis.*
7 *Ad effectum diſpenſandi exempla multum operantur, n.8. & 9.*
10 *Sufficit quod Exempla ſint applicabilia in ratione.*
11 *Cauſa diſpenſandi eſt potentia Principis ad reſiſtendum hæreticis.*
12 *In Germania Stylus eſt præficiendi Eccleſiis titulo Adminiſtratoris ſubabiles ex defectu ætatis, & quomodo.*
13 *Exemplum intermedium declaratur ab antecedentibus, & ſubſequentibus.*
14 *Summus Pontifex defert Supplicationibus Magnatum.*
15 *Referuntur Exempla diſpenſationum per Summos Pontifices conceſſarum in hac materia, n.16. & 17.*

DISCEPTATIO XCVII.

ANno 1715. cum immineret vacatio Eccleſiæ Ratiſbon. retentæ per Sereniſſimum Electorem Coloniæ, expirante de proximo eidem præfixo ter- 1 mino ad eam retinendam, Sereniſſimus Elector, & Dux Bavariæ poſtulavit Indultum Eligibilitatis pro Sereniſſimo Principe Clemente ejus filio non obſtante defectu ætatis, mediante ſupplici libello porrecto fan. me. Clementi XI. quo remiſſo ad S. Congregationem Conſiſtorialem, Ego in illa ſcribens pro obtinendo Indulto, dicebam eſſe conſulendum Sanctiſſimo pro gratia, ſeu Indulto eligibilitatis; Etenim Sereniſſimus Elector, & Dux Bavariæ poſtulat hujuſmodi Indultum ad effectum, ut Princeps Clemens ejus filius non obſtante defectu ætatis poſſit eligi ad proxime vacaturam Eccleſiam Epiſcopalem Ratiſbo- 2 nen. quæ gratia, eſt ſimplex habilitatio, ſeu diſpenſatio ſuper defectu ætatis, quæ ex inveterata praxi Sedis Apoſtolicæ paſſim concedi conſuevit pro Eccleſiis Germaniæ, ubi concurrat juſta cauſa utilitatis, ſeu neceſſitatis tendentis ad bonum publicum Eccleſiarum, & noſtræ Catholicæ; & Horthodoxæ Religionis, docet *Text. in cap. Cum in cunctis de elect.* ibi: *de quibuſdam pro neceſſitate temporis factum eſt*, Panormit. *in cap. Extirpanda*, §. *Qui vero n.38. de præbend. verſic. poſſe dici*, Matt. *de cauſ. Conſiſt. ſect.16. n.60.*

Cauſa autem publica, quæ movet, & impellit ad diſpenſandum pro Eccleſia, & Epiſcopatibus Germaniæ, ſatis notoria eſt propter Diœceſes ibi interſecatas per Acatholicas Potentias, quæ non ceſſant Jura, & bona Eccleſiarum invadere in publicum detrimen- 3 tum Catholicæ Fidei, unde conditio, & neceſſitas temporum ſignanter poſt Lutheri execrandum Dogma oportuit Epiſcopatibus præficere Perſonas potentes, & de Horrodoxa Fide optime meritas, quibus promovendis Sedes Apoſtolica nunquam dubitavit manum adjutricem dare, diſpenſando nedum ſuper defectu ætatis, ſed etiam pro retentione plurium Epiſcopatuum favore illorum, quibus Brevia eligibilitatis conceſſit, ut teſtatur Matt. *de cauſ. conſiſt. ſect.16. n.34. in fine cum duob. ſeqq.* ibi: *propterea quando agitur de habilitato per Breve ad electionem paſſivam, vel poſtulato an ſit danda eidem retentio prioris Eccleſiæ videndum eſt, an aliquo ex capite Pietas erga Deum elucere poſſit, qua quantum ad hujuſmodi retentionem ad hoc reduci videtur, ut bona Eccleſiæ occupentur ab Hæreticis, a quorum rapacitate, qui de nova providetur cum retentione prioris Eccleſiæ, ſit Potens, & valeat ipſa tueri. Quæ quidem cauſa, ſi adſit, non ſolum gratioſe, verum etiam neceſſario concedenda erit retentio, ne Eccleſiæ carentes Defenſorum auxilio in bonis, & juribus ſuis, ac libertatibus collabantur.*

Quando ergo agitur de ſupremis Principibus Catholicis, et ſignanter in Germania omnium conſenſu eſt Sereniſſima Domus Bavariæ, quæ altra po- 4 tentiam, inclita virtute ſemper pro Fide Catholica propugnavit, illamque armis, & ſanguine ſubſtinuit, & hæreditaria pietate, & conſtantia ſemper ſuſtinebit, tali caſu ſuprema manus Summi Pontificis prona eſſe conſuevit ad diſpenſandum omnia media, quibus hujuſmodi Præpotentes, & inſignes Familiæ iſtis ſemper obſeſſis, ſemperque periclitationibus in medio inimicorum Epiſcopatibus præficiantur, diſpenſando tam ſuper defectu ætatis, quam ſuper retentione trium, quatuor, ac plurium Epiſcopatuum, & Mitrarum, per ea quæ teſtantur Card. Pallavicin. in *Hiſtor. ad Concil. Trident. lib.24. cap.12. n.17. circa fin.* Fagnan. *in cap. Dudum n.29. de elect.* Cocchiet. *ad regul. Cancell.51. de diſpenſat. n.5. & 6.* & noviſſime Rot. *in Auguſtana Canonicatus 27. Junii 1714.* §. *Eoque magis, cor. Rev. Criſpo.*

Non mirum propterea eſt, quod urgente cauſa publica, quæ non ſolum gratioſum, ſed etiam nenecceſſarium reddit Indultum, ut ait Matt. ubi ſupra n.37. inveteratus fuerit ſemper ſtylus Sedis Apoſtolicæ concedendi Brevia eligibilitatis, nedum propter defectus ætatis ſed etiam propter obſtaculum haben- 5 di alios Epiſcopatus, & ſignanter datur ſeries Exemplorum, ubi graviſſimi Summi Pontifices nunquam abſtinuerunt diſpenſare ſuper defectu ætatis Principes viros Familiarum Illuſtrium, & potentium ad ſubliniores Epiſcopatus, licet diſpenſati eſſent in ætate longe inferiori, quam ſit Sereniſſimus Princeps Clemens annum decimum ſextum attingens, diſpenſando ſcilicet in ætate annorum 14. 13. 12. an etiam quinque tantum, & concordat Lavor. *de ætat. c.6.* 6 ubi refert Joannem XII. præfeciſſe Eccleſiæ Tridentinæ Puerum decem annorum, & Eugenium IV. qui Archiepiſcopum imberbem fecit, & Sixtum IV. qui præfecit Eccleſiæ Cæſaraugustanæ Puerum ſexennem jure perpetuæ adminiſtrationis apud Spondan. ad annum 1473. n.14. & in aliis exemplis apud Lavor. *de ætat. c.6.* & Card. Oſſat. *Epiſt. 190. juxta antiquam impreſſionem fol.471. & Epiſt. 200. juxta novam*, & reſolvit Sacra Congregatio particularis ſub die 12. Julii 1609. ad inſtantiam Celſiſſimi Epiſcopi Salisburgen.

Quorum exemplorum numerus eo magis facilem ſternit viam expoſtulato Indulto, dum illa nedum ſucceſſerunt in aliis Familiis potentibus, ſed 7 etiam pro majori parte emanarunt in ſpecie Sereniſſimæ Domus Bavariæ, cujus Principibus etiam in ætate puerili conſtitutis, Summi Pontifices conceſſerunt diſpenſationem ſuper defectu ætatis pro obtinendis Epiſcopatibus, immo in ſpecie pro Epiſcopatu Ratisbonen. de quo agitur, ex quo Gregorius XIII. Philippum Principem Bavariæ Puerum annorum quinque diſpenſavit pro hoc Epiſcopatu, & ſan. mem. Innocent. Undecim. Sereniſſimum Joſephum Clementem Electorem Colonien. pro eodem Epiſcopatu Ratisbonen. diſpenſavit, præter exempla, quæ emanarunt pro aliis Epiſcopatibus Friſingen. & Hildeſinen. ſi enim ſufficeret conſuetudo Sedis Apoſtolicæ in genere, eo magis quando illa concurrit in ipſiſſimis terminis, de quibus agitur tam reſpectu Eccleſiæ,

quam Familiæ ad *Text. in Canon. qui neſciat diſt.* 11. *& in Canon. ſi ea deſtruerem* 25. *quæſt.* 2. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœmial. n.* 136. Cortad. *in praxi diſpenſ. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 11. Card. de Luc. *de penſion. diſc.* 2. *n.* 9. Rot. *in Monaſterien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1712. §. *Cum itaque, cor. R.P.D. Aldrovando*.

Signanter reflectendo ad exempla, quæ emanarunt ſub Pontificatu ſan. mem. Innocentii XI. erga Sereniſſimam Domum Bavariam diſpenſando ſuper defectu ætatis annor. 14. 13. & 12. cujus Summi
8 Pontificis Sanctitas, & proxima ad cultum, oſtendit quam rationabilis, immo neceſſaria ſit hæc diſpenſatio pro Eccleſiis Germaniæ, dum alias perſuaderi non poteſt, quod zelantiſſimus Pontifex conceſſiſſet gratiam, quæ aliquid exorbitans, aut devium ab honeſtate continuiſſet per *Text. in Canon. de quibus diſtinct.* 20.

Exemplo Innocentii XI. zelantiſſimi, & Venerabilis Pontificis accedit etiam aliud Pii V. Summi Pontificis hodie in Sanctorum Albo deſcripti, qui providit de Epiſcopatu Friſingen. Principem Erneſtum Alberti Ducis Bavariæ filium in ætate annorum undecim, quod exemplum eſt in fortioribus terminis, ſi enim Sanctus iſte Pontifex nullam habuit difficul-
9 tatem præficiendi Eccleſiæ Friſingen. Principem Erneſtum de Bavaria non obſtante defectu ætatis annorum undecim ex hoc præciſo motivo dandi frænum Potentiis hæreticis, ibi: *hic turbulentiſſimis temporibus, quibus multi, ac maxime heretici occupandis Eccleſiarum bonis avide inhiant*, & inferius ibi: *niſi alicujus Potentis Principis præſidio muniatur*: minor difficultas ineſſe poteſt concedendi Breve eligibilitatis, quod habilitat Sereniſſimum Principem Clementem, ut arbitrio Capituli poſſit eligi ad Eccleſiam Ratisbonen. cum habeat ætatem annorum ſexdecim inceptorum, quod minus obſtaculum præbet, quam haberet Princeps Erneſtus tenerioris ætatis annorum undecim, quod exemplum ponderavit Summus Pontifex in conſulendo S. Congregationem juxta *Text. in cap. in cauſis de ſentent. & re judic. & in cap. ex multa de voto, & voti redempt.* Fagnan. in *cap. Quoniam ſub n.* 67. *de conſtit.* Rot. *in Mindenien. prætenſæ obſervationis Conſtitutionis* 1. *Martii* 1706. §. *Verum in fine, cor. bon. mem. Anſaldo*.

Nec attento, quod S. Pontifex occaſione ceſſionis Epiſcopatus in ſuis manibus cum ceſſione juris eligendi ſibi facta per Capitulum, præfecerit Principem Erneſtum in Adminiſtratorem in temporalibus, ut poſtea in ſpiritualibus præficeretur poſtquam perveniſ-
10 ſet ad legitimam ætatem, quia exemplum conſiderari non debet in caſu materiali, ſed in ratione, & ſubſtantia, quæ fuit diſpenſare inhabilem ratione ætatis, ut poſſet promoveri ad Eccleſiam, ſive promotio ſpectet ad Papam, ſive electio ſpectet ad Capitulum, cum exempla ſit ſumenda in ratione, & effectu, non autem in modo, ut bene advertit Rot. *dec.* 101. *n.* 6. *coram Priolo* ibi: *ſufficit quod ratio, & concluſiones ibi firmatæ caſui noſtro conveniant*, & *in Segobien. Canonicatus* 11. *Aprilis* 1704. §. *Quæ quidem, coram Eminentiſſimo Scotto* ibi: *parum relevat diſt. circumſtantia facti cum vis ſit ſuper ratione, & coram Seraphin. dec.* 364. *n.* 13. ibi: *quia vis ſit non in ſimilitudine factorum, ſed identitate rationis generalis*.

Identitas autem rationis concurrit manifeſte, quia S. Pontifex motus fuit ex illa ratione ponendi Virum potentem ad reſiſtendum Hæreticorum auſibus, quæ præbet cauſam diſpenſandi, ut ait Mutt. *de cauſ. conſiſtor. diſt. ſect.* 16. *n.* 35. 36. & 41. Fagn. *in d. cap.*
11 *Quoniam n.* 29. *de conſtit.* & concurrit diſpenſatio, ut in ætate annorum undecim Princeps Erneſtus præficeretur Eccleſiæ, non attento, quod datus fuerit Adminiſtrator in temporalibus, hic enim eſt ſtylus incon-
12 cuſſus in Germania, ut titulo Adminiſtratoris præficiantur Eccleſiis, donec ad legitimam ætatem perveniant iſti diſpenſati per Breve eligibilitatis, & interim datur illis Adminiſtrator in ſpiritualibus, qui appellari ſolet Suffraganeus, & in ſubſtantia iſte eſt modus, quo providentur de Eccleſiis, ut notum eſt.

Fortius quia exemplum Divi Pii Quinti habet tam ante, quam poſt ſe numeroſa exempla aliorum Summorum Pontificum, qui præciſe diſpenſaverunt ſuper defectu ætatis, & ſignanter illos de Sereniſſima Domo Bavariæ, & præcipue noviſſima exempla emanata ſub 13
ſanctæ mem. Innocentio Undecimo itaut tot exempla declarent illud intermedium Divi Pii Quinti, quod reductive tendat ſuper diſpenſatione ab ætate *l. non eſt novum, ff. de legib.* Rot. *deciſ.* 292. *num.* 8. *par.* 18. *tom.* 1. *rec. & in Firmana Juriſpatr.* 21. *Aprilis.* 1704. §. *Præſertim, & in Majoricen. Beneficii* 18. *Maii* 1705. §. *Etenim in fine, cor. bo. me. Muto*.

His omnibus accedit circumſtantia Sereniſſimi Electoris ſupplicantis pro expoſtulato Indulto, cujus preces pondus addere fas eſt, tanquam de Chriſtiana Fi- 14
de Propugnatoris maximi, & ſatis noti Depræliatoris contra communem Hoſtem, & Hæreticos, ut ſuis etiam temporibus teſtatur integerrimum teſtimonium Sancti Pii Quinti in exemplo jam relato proviſionis Principis Erneſti; In his enim gratiis Summi Pontifices multum detulerunt Magnatibus ſupplicantibus, prout in exemplis relatis apud *Lanos de ætat. capit.* 6.

Propoſita Cauſa in Sacra Congregatione Conſiſtoriali, reſolutum fuit pro Gratia ſub die 11. Julii 1715. quia vero ſuperius enunciata fuerant nonnulla exempla ſuper diſpenſationibus ab ætate in hujuſmodi caſi- 15
bus, placet ea referre, & ſignanter, quod Jacobus Maximilianus de Tun Canonicus Metropolitanæ Saliſburgen. deſtinatus Epiſcopus de Gurgh ab Archiepiſcopo Saliſburgen. de cujus Collatione eſt ille Epiſcopatus, cum eſſet in ætate annorum 28. ſupplicavit pro diſpenſatione Summo Pontifici Clementi XI. qui deſuper deputavit Congregationem particularem, & hæc reſolvit ſub 11. Julii 1709. *Ex gratia ſpeciali, quæ non tranſeat in exemplum, & attentis peculiaribus facti circumſtantiis conſulendum Sanctiſſimum pro diſpenſatione ſuper defectu ætatis, & cum retentionibus petitis*.

Series autem aliorum exemplorum, de quibus ſupra mentio habetur, eſt illa, quæ ſequitur. Primum Jo- 16
annes Gulielmus Princeps de Cleves annorum 12. diſpenſatus de anno 1574. per ſan. mem. Gregorium XIII. pro Epiſcopatu Monaſterien. Secundum Philippus Princeps a Bavaria annorum 5. ab eodem diſpenſatus de anno 1579. pro Epiſcopatu Ratisbonen. Tertium Ferdinandus Princeps a Bavaria annorum 14. diſpenſatus de anno 1598. per ſan. mem. Clementem VIII. pro Epiſcopatu Friſingen. Quartum Enricus Borbonius annorum 5. diſpenſatus de anno 1608. per ſan. mem. Paulum V. pro Epiſcopatu Meten. Quintum Maximilianus Enricus Princeps a Bavaria annorum 13. diſpenſatus de anno 1643. per ſan. mem. Urbanum VIII. pro Epiſcopatu Hildeſimen. Sextum Sigiſmundus Albertus Princeps a Bavaria annorum 14. diſpenſatus ab eodem Pontifice de anno 1640. pro Epiſcopatu Friſingen. Septimum Sigiſmundus Franciſcus ab Auſtria annorum 10. ab eodem Pontifice diſpenſatus pro Epiſcopatu Auguſtano. Octavum Carolus Ignatius ab Auſtria annorum 12. diſpenſatus de anno 1662. ab Alexandro Septimo Summo Pontifice pro Epiſcopatu Paſſavien. Nonum Vvolfgangus de Nayburg annorum 13. diſpenſatus de anno 1668. per ſan. mem. Clementem Nonum pro Eccleſia, ſeu Epiſcopatu Oſnabrugen. Decimum duo Fratres memorati Vvifgangi diſpenſati ab ætate per Venerab. Servum Dei Innocentium Undecimum. Undecimum Joſeph Clemens a Bavaria Elector Colonien. annorum 12. diſpenſatus ab eodem Summo Pontifice Innocentio Undecimo ſub die 8. Julii 1684. pro Epiſcopatu Ratisbonen. Et duodecimum idem Elector Colonien. annorum 14. ab eodem Pontifice diſpenſatus ſub die 6. Octobris 1685. pro Epiſcopatu Friſingen.

Breve autem Apoſtolicum Sancti Pii Quinti quo Principem Erneſtum Alberti Ducis Bavariæ filium ætatis annorum 11. deputavit Adminiſtratorem Eccleſiæ 17
Friſingen. necnon aliud Breve ſuper eligibilitate con-

ceſſum

ceſſion. Joſepho Clementi Electori Colonien. cum diſpenſatione a pluralitate Eccleſiarum, ſunt illa, quæ ſequuntur.

P I U S P A P A V.

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm Vener. Frater Mauritius Epiſcopus Friſingen. quibuſdam de cauſis gravibus admodum, & idoneis, Eccleſiam Friſingenſem in manibus noſtris libere reſignaverit, quam ejus reſignationem Nos admiſerimus, Vos autem Juri veſtro de eligendo Epiſcopo pro hac vice duntaxat ceſſeritis, totum negotium ad Nos, & Sedem Apoſtolicam remittentes de Epiſcopo in locum Mauritii eligendo, Nos qui pro commiſſa Nobis Eccleſiarum omnium ſollicitudine ipſius Eccleſiæ Friſingen. detrimentis, jacturiſque dolentes, eique in ſpiritualibus, & temporalibus pruviſum, & conſultum cupimus, ceſſionem Veſtram grato animo accipientes, Veſtramque de Nobis fiduciam in Domino collaudantes propere ſe ipſi Eccleſiæ providiſſemus de Perſona Dilecti Filii Erneſti, Nati Nobilis Viri Alberti Ducis Bavariæ, quam Vobis gratiſſimum fore intelleximus, ſi is legitimam haberet ætatem; Sed quia nondum is per ætatem ad Epiſcopatum potuit promoveri: quem tamen propter graviſſima teſtimonia, quæ de ejus probitate, ingenio, & ad Pietatem, ac Religionem indole accepimus, & propter diligentem Patris optimi, & valde Catholici Principis educationem confidimus, Divina adjuvante gratia ejus Eccleſiæ regimini habilem, atque idoneum evaſuram, habita ſuper hac re cum Venerabilibus Fratribus Noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, providere ipſi Eccleſiæ de Epiſcopo diſtulimus in id tempus, cum Erneſtus ipſe ad legitimam, Deo dante pervenerit ætatem, eo ſane conſilio, ut tunc per Nos, ſeu pro tempore Pontificem Romanum Succeſſorem Noſtrum Eccleſiæ Veſtræ de Perſona ipſius Erneſti provideatur: Iſque illi Paſtor, & Epiſcopus, ſi modo habilis extiterit, præficiatur; Vobis tum demum poſtquam ſemel in ipſius Mauritii locum Epiſcopus per Nos, ſeu Sedem Apoſtolicam ſuffectus fuerit, Veſtram eligendi Jus priſtinum plene, & integre recepturis; quia vero Eccleſiam ipſam his turbulentiſſimis temporibus, quibus multi, ac maxime Hæretici, occupandis, & prædandis Eccleſiarum bonis avide inhiant, maxima in temporalibus paſſa eſſe damna accepimus: ac niſi alicujus Potentis Principis præſidio muniatur, periculoſum eſſe, ne in dies graviora accipiat detrimenta: huic rei providere volentes: *Erneſtum ipſum, potiſſimum tam Catholico, & Religioſo Patre, & tam Potenti Principe genitum, Eccleſiæ præfatæ OEconomum, & in temporalibus Adminiſtratorem, ac Diſpenſatorem, donec ipſa Eccleſia ita vacabit conſtituimus, & deputamus, confiſi fore, ut Paterno auxilio, opibuſque ſubnixus non modo bona, quæ Eccleſia adhuc poſſidet, tueatur; ſed etiam ab Hæreticis, & aliis illi adempta, ex eorum manibus auferat*: Ut vero eidem Eccleſiæ etiam Judicialibus pro ſolita Sedis Apoſtolicæ providentia conſulatur, Vobis eligendi, ac deputandi bonum, idoneumque Vicarium, qui ea, quæ ad Juriſdictionem Eccleſiaſticam pertinent, ſalvo Jure Veſtro exerceat, & quæ in Clero corrigenda, ac reformanda compererit, corrigat, & reformet, plenam, & liberam tenore præſentium damus, & concedimus poteſtatem; Cui quidem Vicario per Vos deputato, Nos omnem auctoritatem, quam Epiſcopi in corrigendis moribus, & in iiſdem Judicialibus habere, vel exercere ſolent tribuimus, & impertimur; Cauſæ vero, quæ ſunt Pontificalis Ordinis Venerabilis Frater Oſvvaldus Epiſcopus Adrimitanus, ſicut fecit hactenus, exercebit; Beneficiorum autem Eccleſiaſticorum, quæ in menſibus Ordinario competentibus forſitan jam vacarunt, vel quæ vacare contigerit Collationem ad vos, dum Eccleſia in hoc ſtatu erit, pertinere decernimus; Admonentes, ut Deum præ oculis habentes, Viris ea Catholicis, & idoneis conferatis. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 29. Decembris 1566. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Antonius Florabellus Lavellinus.

Dilecto Filio Joſepho Clementi ex Ducibus Bavariæ Electo Ratisbonen. & Friſingen.

INNOCENTIUS PAPA XI.

SIngularibus tuis, &c. Volentes itaque Te, qui ea Illuſtri, &c. ac in decimo ſeptimo, vel circiter tuæ ætatis Anno conſtitutus exiſtis, quique Ratiſbonen. & Friſingen. Eccleſiis præeſſe dignoſceris, &c. motu proprio, &c. Tecum, ut ſi contingat Ven. Fratrem Maximilianum, &c. regimini, & Adminiſtrationi Metropolitanæ Colonien. & Hildeſinen. præfatarum, & alterius Leoden. Eccleſiarum, &c. vel earum cujuslibet cedere, vel decedere; Tu, &c. licet nec in ætate, &c. ac memoratis Eccleſiis Ratisbonen. & Friſingen. præſis; Nihilominus in Archiepiſcopum, Epiſcopum reſpective, & Paſtorem dictarum Eccleſiarum Metropolitanæ Colonien. Heldeſinen. & Leodien. ac illarum cujuslibet, &c. eligi, & ſic electus, &c. conſenſum præſtare, &c. poſſis, &c. Ita tamen, ut ſtatim atque electionem, &c. confirmari; Teque eiſdem Eccleſiis Metropolitanæ Colonien. Heldeſinen. & Leodien. vel etiam earum alteri duntaxat in Archiepiſcopum, vel Epiſcopum reſpective, & Paſtorum præfici contigerit Eccleſiæ ſupradictæ Ratisbonenſis, & Friſingen. vacent, & vacare cenſeantur eo ipſo, &c. concedimus, & indulgemus decernentes, &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 19. Junii 1688.

MILITEN. PAROCHIALIS.

A R G U M E N T U M.

Expreſſo valore Beneficii in ſupplicatione cum clauſula = *augendi, & minuendi* = ſi poſtea in litteris deſuper expeditis fuerit ſemel facta expreſſio cum ſpecificatione, non poteſt fieri variatio per alias litteras alium diverſum valorem exprimentes, ad explicationem *Regulæ 65. Cancellariæ.*

S U M M A R I U M.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Super eadem prima ſupplicatione poſſunt ſecundæ, & ulteriores litteræ expediri, n. 7.*
3 *Nec poteſt allegari Jus Tertio quæſitum tempore intermedio, amplia ibid. n. 4. & 5.*
6 *Quomodo intelligatur clauſula addendi, & minuendi in litteris.*
8 *Quando non poſſint expediri novæ litteræ ſub eadem data ſupplicationis.*
9 *Semel facta ſpecificatione valoris cum expeditione litterarum non poteſt amplius variari per novas litteras juxta* regul. 65. Cancell.
10 *Facultas addendi, & minuendi circa expreſſionem valoris intelligitur pro prima vice.*
11 *Maxime ſi fuerint litteræ expeditæ, & capta poſſeſſio earum vigore.*
12 *Variatio in præjudicium Juris Alteri quæſiti non admittitur.*
13 *Præſertim ad evitandum abſurdum.*
14 *Arbitrium Datarii locum non habet quando Regula Cancellariæ annullat litteras aliter ab ea conceſſas.*

DISCEPTATIO XCVIII.

PEr obitum Joſephi Rainaldi vacata Eccleſia Parochiali S.Euphemiæ Militen. Diœceſis de menſe Januarii anni 1703. fuit de ea per Sedem Apo-
1 ſtolicam proviſus Franciſcus Antonius de Januario ſub die 18. ejuſdem menſis,

Quia vero in ſupplicatione expreſſit fructus etiam cum incertis in ſcutis 90. & in eadem ſupplicatione appoſita fuit Clauſula augendi, vel minuendi fructus, & certos ab incertis dividendi in Litteris Apoſtolicis deſuper expediendis per hæc verba: *Etiam augendo, vel minuendo, ac certos ab incertis dividendo, aliorumque neceſſariorum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris*,

Proinde in litteris deſuper expeditis de eodem menſe Januarii facta fuit diviſio fructuum certorum ab incertis, exprimendo certos in ducatis 24. ad evitandam ſolutionem mediæ annatæ, juxta ſolitam cautelam, quæ ſervatur in praxi, & in vigore hujuſmodi litterarum Franciſcus Antonius fuit immiſſus in poſſeſſionem Beneficii.

Verum cum hæc narrativa eſſet falſiſſima, ex quo ſoli fructus certi dictæ Parochialis aſcendunt ad ducatos 80. Dominicus Lopa illam impetravit in Dataria ob non expreſſionem veri valoris ſub die 3. Martii 1703.

Habita de hoc notitia, Agens Franciſci Antonii, ſequenti die quarta Martii 1703. expedivit ſecundas litteras Apoſtolicas vigore primæ ſupplicationis, ubi expreſſit fructus certos in vero valore ducatorum 80. & una cum incertis ducatorum 90.

Cum autem prædictus Lopa intenderet expedire litteras ſuæ impetrationis, requiſitus fui in ſenſu veritatis, an conducat facere hujuſmodi expeditionem, & an poſſit ſperare executionem ſuarum litterarum, non obſtante expeditione ſecundarum, quas fecit Agens Franciſci Antonii ad corrigendam malam expreſſionem valoris in prioribus litteris factam.

Quo articulo mihi diligenter examinato virtute, ut infra verius de Jure reſpondendum.

Et ſane contra Impetrantem mihi urgere poſſunt, ut probabiliter abſtineat ab expeditione litterarum; quibus impetratio fundatur in mala expreſſione valoris facta per Franciſcum Antonium in primis litteris, & tamen hujuſmodi fundamentum ceſſat per ſecundas litteras ab eodem Proviſo expeditas, in quibus verus valor narratus fuit, quæ ſecundæ litteræ potuerunt legitime obtineri, & expediri, ex
2 recepta concluſione apud Beneficialiſtas, quod ſuper eadem prima ſupplicatione, & Data poſſunt ſecundæ, & ulterioris litteræ expediri, Roſ. *de Execut. litt. Apoſtolic. part.*1. *cap.*1. *in addit, n.* 19. *& cor. Coccin. deciſ.* 554. *num.* 5. *& dec.* 1005. *num.* 3, *& cor. Bichio dec.*360. *n.* 15. *& dec.* 455. *num.* 23, *& in rec, dec.*302. *n.*13. *part.*4. *tom.*2. *& dec.*140, *n.* 3. *part.* 19.

Abſque eo quod hujuſmodi poſterioribus litteris objici poſſit de Jure Tertii medio tempore quæſito per impetrationem, quia ſecundæ, & ulteriores gratiæ,
3 ſive expeditiones ſemper dependent a parva Data primæ Supplicationis, ſub qua omnes cenſentur conceſſæ, quamvis ſub diverſis formis expeditæ, & proinde cum Data ſit anterior impetrationi deſuper factæ, non poteſt allegari Jus medio tempore quæſitum, ut in puncto Rot. *dec.*514. *n* 3. *& ſeqq. & dec.* 541. *per tot. part.*3. *diverſor.* quam refert, & ſequitur Roſ. *de execut. littor. Apoſtol. part.*1, *cap.*1. *in addition, n.*8. Gonzal. *ad regul.*8. *gloſſ.*15. *§.*2, *n.* 77. *&* 78, Rot. *cor. Bich. dec.*360. *n.*13.

Quod procedit etiam in caſu, quo priores litteræ fuiſſent in Judicio productæ, adhuc enim poſſunt ſecundæ expediri ſub eadem Data, ut firmat Rot. *in*
4 *Cordoben. Cantoria* 19. *Martii* 1557. *cor. Quiroga* apud Garz. *de benef. part.*5. *cap.*1. *n.* 23. ubi quod hoc procedit licet in ſecundis litteris non fiat mentio de primis,

Neque inſuper attenditur tempus expeditionis ſecundarum litterarum, ut juxta illud denegantur po- 5
ſteriores litteræ impetrationis, quia gratia ſemper pendere dicitur ex ſola parva Data primæ ſupplicationis, donec is, qui eam obtinuit perfecte expediat, & conſequenter proviſio ſub illa Data expedita ſemper fingitur tunc temporis conceſſa, nec admittitur probatio in contrarium, ut bene Rot. *dict, dec.*514. *n.*67. *&* 8. *part.*3. *diverſ.* eo facilius, quia expeditio ſecundarum litterarum eſt poſterior impetrationi per unum diem, & ſic uno die probabiliter non potuit fieri expeditio, & ſimul nova declaratio valoris, quæ proinde præſumi poteſt facta ante diem expeditionis.

Minuſque obſtat, quod ſupplicatio contineat Clauſulam addendi, & minuendi valorem in litteris. &
ideo cum ſemel fuerit declaratus valor in primis lit- 6
teris non potuerit fieri nova declaratio, ex regula, quod facultas exprimendi, & declarandi valorem, intelligitur in primo actu, & per primam declarationem dicitur conſumpta ex *Text. in leg. Boves, §. Hoc ſermone, ff. de verbor. ſignificat.* quoniam cum hoc totum pendeat ex arbitrio Datarii, eo ipſo, quod ipſe conceſſiſſet ſecundas litteras admittendo novam declarationem valoris, non poteſt allegari prohibitio variationis, ſeu conſumptæ facultatis in primo actu, ut tradit Rot. *d. dec* 514. *n.*3. *par.*3. *diverſ.* Lotter. *d. lib.*2. *q.*23. *n.*19.

In ſumma caſus iſte reputari debet, perinde ac ſi ab initio ſub eadem ſupplicatione fuiſſet expeditæ plures litteræ ſub diverſa expreſſione valoris ante ſignatam ſupplicationem ſuper impetratione; nam ſicut in his terminis non poſſet allegari Ius quæſitum medio tempore, ex quo gratiæ omnes ſunt ſub ea-
dem Data ſupplicationis, ita & terminis hujus ca- 7
ſus, ubi ſecundæ litteræ habent eandem Datam, ac primæ, & Proviſo aſſiſtit regula expediendi plures litteras ſuper eadem ſupplicatione diverſis formis conceptus ex *dec* 302. *n.*11. *part.*4. *tom.*2. *recent. repetita cor. Coccin. dec.*313. *n.*5.

Hæc omnia non leviter urgere videntur, ut abſtinendum ſit ab expeditione gratiæ piſcatoriæ; Verum his non obſtantibus contrarium verius de jure puto ſubſtinendum.

Suppoſito enim in facto, quod Franciſcus Antonius in ſupplicatione expreſſerit valorem certorum, & incertorum in ducatis 90. cum Clauſola *augendi, & minuendi*, & fructus certos ab incertis dividendi in litteris deſuper expediendis, utique eo ipſo, quod ſemel ſpecificavit in primis litteris valorem certorum in ducatis 24. ita dividendo fructus certos ab incertis, & ſimul devenit ad expeditionem hujuſmodi litterarum hanc narrativam continentium, ac etiam vigore earum cæpit poſſeſſionem Beneficii, non potuit deinde expedire novas litteras cum diver-
ſa narrativa valoris, quia illa facultas addendi, & 8
minuendi, necnon certos ab incertis dividendi remanſit conſumpta in prima expeditione litterarum ex regula *Text. in l. Boves, §. Hoc ſermone, ff de verbor. ſignific.* Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.* 40. *n.* 18. Mandoſ. *in regul.*8. *Cancell. q.*7. *n.*2. *&* 4. *& in regul.*32. *q.*18. *n.*14. Tiraquell. *in d. leg. Boves, §. Hoc ſermone n* 40. Rot. *dec,*33, *n.*6. *part,*15. *& dec.* 283, *n.* 18. *part.* 17.

Nec propterea potuit variare ab expreſſione facta
in prioribus litteris per expeditionem ſecundarum 9
diverſam narrativam continentium, quia cum ageretur de declaratione valoris, ſpeciale eſt, ut ea ſemel facta non potuerit variare juxta *Text. impreſſ. in l. apud Aufidium de option. legat.* Tiraquell. *ubi ſupra n.*4. & in terminis beneficialibus Rot. *cor. Puteo dec.* 114. *n,*1, *lib.*3, Mandol, *ſuper regul.*32, *q.*18, *n.*14. & optime Rot. *dec.*531, *ſub n.*8. *part.* 1. *diverſ.* ibi *; quia cum jam littera ſint expedita cum iſta narrativa non eventuali, ſed aſſertiva, videatur conſumpta hac facultas in prima expeditione.*

Hæc opinio, quam puto infallibilem, probatur evidentiſſime ex *regul.*65. *Cancell.* quæ omnem adimit rationem dubitandi, dum agendo de clauſula in

Sup-

Supplicationibus adiecta de augendo valorem in confectione litterarum, declarat, quod augumentum exprimi poſſit uſque ad tertiam partem valoris expreſſi, & in prima duntaxat expeditione litterarum, annullando ſecundas litteras poſtea expeditas, & diverſum valorem continentes etiam motu proprio conceſſas ibi; *Declaravit uſque ad tertiam partem valoris expreſſi, & in prima, quæ deſuper fiet litterarum expeditione duntaxat augeri poſſe, & eas, quas litteras jam expeditis cum expreſſione valoris ſpecificati, &c. denuo expediri contigerit litteras cum aliquo augmento valoris hujuſmodi, nullius eſſe roboris; & momenti etiamſi motu proprio beneficiales gratia, & diſpoſitiones quæcunque à Sanctitate Sua emanaverint.*

Unde edocemur facultatem augendi vel minuendi, ſeu declarandi valorem vigore clauſulæ, remanere conſumptam in prima duntaxat expeditione litterarum, nec proinde ſuffragari pro ſecundis, aut
10 ulterioribus litteris, quas regula prædicta annullat etiam Motu proprio conceſſas, quod etiam concordat cum diſpoſitione Juris, dum quando non fuit conceſſa facultas variandi in Supplicatione, ea cenſetur denegata, & ſecundæ litteræ remanent nullæ, & inſubſiſtentes, ut in puncto Cardinal. Pariſ. *conſ.77. n.7. & 16. lib.4.* Mandoſ. *ad reg.8. Cancell. q.7. n.4. in fin.* & in puncto Clauſulæ *minuendi, & augendi valorem, &c.* quod per primas litteras expeditas dicatur conſumpta Card. de Luc. *de beneſic. diſcurſ. 90. num. 19. & diſcurſ. 72. num. 12.* Lotter. *de re beneſic. lib.3. quæſt.20. num.65.* Rot. *dec.108. n.11. part.10. rec.* Creſcent. *dec.8. num.1. & ſeqq. de reſcript.* qui loquuntur in terminis *dict. regul. 65. Cancellar.* Rot. *de execut. litter. Apoſtolic. part.1. cap.7. n.167.*

Fortius autem prææallegata procedunt reflectendo,
11 quod in prima expeditione litterarum Franciſcus Antonius voluit fraudare Cameram, ſeu Cancellariam in ſolutione mediæ Annatæ exprimendo valorem in ducatis 24. quo ſtante fraudator Cancellariæ debet carere gratia, & conceſſione nova; ut in ſpecie punctualiter obſervant Pariſ. *d. conſ.77. n.10. & ſeqq. lib.4.* & Mandoſ. *ad regul.8. Cancell. q.7. n.4. verſ. accedit, quod iſte ſecundo expediens*, quamvis circa fraudem reſpondeat Rot. *d. dec.541. num.13. part.13. diverſ.* quod in ſecundis litteris expeditis Officiales ſecuti ſunt Annatam.

Neque hoc vitium imputari poteſt ſoli Agenti, dum Proviſus vigore hujuſmodi litterarum cœpit poſſeſſione beneficii, propter quod cenſetur ratificaſſe omnia in litteris expreſſa, juxta punctualem *dec.26. n.5. cor. Cavalier. & dec.193. n.2. part.1. cor. Verall. & in rec. dec.306. n.25. part.10. & dec. 11. ſub n.14. & 15. part.11.*

Potiſſime quia expeditio poſteriorum litterarum facta fuit poſt jus quæſitum impetranti, quo caſu
12 multo minus potuit fieri variatio expreſſionis valoris etiamſi alias ea de jure licuiſſet, ut optime Pariſ. *d. conſ.77. n.15. lib.4.* Mandoſ. *in dict. regul. 32. q.187. n.13.* & quamvis hujuſmodi motivum non videatur tutum, ſi Proviſus habuiſſet facultatem variandi ex allegatis in obiecto, tamen hujuſmodi præjudicium Juris Tertio quæſiti per impetrationem in articulo conſideratur per Doctores, ſignanter Card. de Luc. *de beneſ. diſc.72. n.12.* & Rot. *cor. Putteo dec.94. lib.3. n.1. verſ. & tanto magis.*

Ceterum ſolidum fundamentum eſt, quod non
13 potuit fieri variatio, tam de Jure, tam ex regula clara Cancellariæ propter rationem ne fiat fraus Cancellariæ in intereſſe burſali, & ne tollatur Jus Tertio quæſitum medio tempore, alias enim ſequeretur abſurdum fraudulentum, quod unuſquiſque exprimere valorem falſum in ducatis 24. ad evitandum ſolutionem Annatæ, & interim tacere, ſi nemo compareret ad impetrandum, donec juvaretur regula de Triennali, comparente autem impetrante expedire novas litteras, & ſic ſtare in Bivio, ſeu ut vulgo dicitur *a Cavallo al foſſo*, quod in Jure damnatur Card. de Luca *de benef. diſc.86. in fin.* Rot. *cor. Seraph. dec. 727. n. 1.*

Hinc reſpondendo ad contraria, dico non obſtare regulam, quod ſub eadem ſupplicatione poſſunt plures litteræ expediri, quia ceſſat in caſu iſto, ubi vigore clauſulæ Supplicationis fuit conceſſa facultas ſpecificandi valorem in litteris, nam tunc non poſſunt expediri, niſi primæ litteræ, & in iis remanet conſumpta facultas declarandi valorem, tum de jure juxta *dec.531. ſub n.2. part.1. diverſor.* tum etiam ex regula 65. Cancellariæ ſuperius tranſcripta, & punctuales doctrinas ſuperius adductas *ſub n.10.* ſignanter; Rotam *dec.108. num.1. & 13. part.10. recent.*

Circa vero facultatem Datarii admittendi novam ſpecificationem, ſatis reſpondet eadem regula 65. 14
quæ annullat ſecundas litteras etiam Motu proprio conceſſas, ut clare in terminis hujus regulæ firmat Rot. *d. dec.108. n.11. par.10.* Creſcent. *dec.8. n.1. in fin. de reſcript.* Verall. *dec.33. n.1. p.3.* Lotter. *de re beneſic. lib. 3. quæſt. 20. n. 65.* Card. de Luca *de beneſic. diſc 72. n.12. & deinc. n.39.* ubi allegat aliam deciſionem Rotæ in *Cerretan. beneficii 4. Maii 1629. cor. Pirovano.*

Cumque hujuſmodi doctrinæ ſint punctuales, & decidant articulum, ulterius inſiſtendum non puto, maxime cum regula 65. Cancellariæ faciat nos eſſe in caſu legis.

TUSCULANA ERECTIONIS ARCHIDIACONATUS.

ARGUMENTUM.

An Epiſcopus erigere poſſit auctoritate ſua Dignitatem novam in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, & an diſſenſus Capituli attendatur, vel eo non obſtante poſſit ad ejus erectionem procedere, ſi Capitulum non adducat Cauſam rationabilem, & juſtam.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius curare debet adimplementum ultimæ voluntatis.*

2 *Pro erigenda nova Dignitate in Eccleſia requiritur auctoritas Papæ, & n.31.*

3 *Adducitur diſtinctio inter erectionem duplicis ſpeciei Dignitatum*, & vide num. 5. & *ſub num. 48.*

4 *Dignitas nova qualis ſit, & qualis non nova.*

6 *Non poteſt Epiſcopus erigere novam Dignitatem abſque conſenſu Capituli.*

7 *Limita ſi diſſenſus Capituli ſit irrationabilis, & n.53.*

8 *Capitulum impedire non poteſt ſine cauſa augmentum Cultus Divini.*

9 *Diſſenſus Capituli quoad erectionem novæ Dignitatis ſupplentur per Sacram Congregationem, & n.14.*

10 *Dignitates in Eccleſiis quare fuerunt inſtitutæ.*

11 *Diſſenſus Capituli ſemper eſt irrationabilis, ceſſante ejus præjudicio in redditibus.*

12 *Nec attenditur præjudicium in præcedentiis, & ſimilibus.*

13 *Non eſt præjudicium Canonicis ſi Ordini Dignitatum Superiori addatur nova Dignitas, & quare.*

14 *Juſpatronatus Eccleſia relictum non poteſt renunciari per Capitulum.*

15 *Petens immiſſionem ad bona Teſtatoris probare tenetur illa ab eo poſſeſſa tempore obitus.*

17 *Simulatio non admittitur non probata cauſa ſimulandi.*

18 *Conjectura ſimulationis, quando non concludant, n.19. 20. & 21.*

22 *Non ſtatur declarationi ejus, qui ſimulaſſe prætenditur.*

23 *De conjecturis ad excludendam ſimulationem, n.24. & 25.*

26 *Laudatur Rev. P. D. Calcagninus Sacræ Rotæ Auditor.*
27 *Virtutes commemorantur conſemper fama.*
28 *Homines diſtinguuntur apud Poſteros oblivione, vel gloria.*
29 *Poſteritas rependit unicuique ſuum decus.*
30 *Literæ Apoſtolicæ ſunt exequendæ ſtante verificatione.*
31 *Ob proviſiones inutiles durat primæva vacatio, & devolvitur jus providendi ad S. Sedem.*
32 *Concilium Tridentinum nimiam Unionum facilitatem coercuit.*
33 *Ordinarii non poſſunt facere Uniones, niſi in caſibus a Concilio Tridentino expreſſis.*
34 *Nulla eſt Unio, ſi non concurrat cauſa juſta.*
35 *Hæc non probatur ex aſſertione Ordinarii.*
36 *Qualis ſit Unio æque principalis.*
37 *Differentia inter Unionem æque principalem, & ſuppreſſionem.*
38 *Concilium Tridentinum, ubi Præbendæ ſunt tenues quomodo diſpoſuerit pro earum ſupplemento.*
39 *Neceſſitas ſemper excluditur ubi aliter provideri poteſt.*
40 *Epiſcopus non poteſt creare Dignitates novas.*
41 *Maxime in jure incognitas, n.42.*
43 *Stante nullitate Unionis durat primæva vacatio Beneficii.*
44 *Captioſa narrativa facta Papæ gratiam reddit ſubreptitiam.*
45 *Non valet renuntiatio in manibus Ordinarii de beneficio affecto.*
46 *Ante expeditionem literarum Titulus in beneficio non dicitur perfectus.*
47 *Ordinarius conferre non poteſt beneficium affectum.*
48 *Collatio Ordinarii corruit ſub falſo ſuppoſito certæ vacationis.*
49 *Conditiones etiam juri contrariæ admittuntur ſi fuerint adjectæ per Fundatores.*
50 *Iſti ſunt alliciendi ad benefaciendum Eccleſiis.*
51 *Capitulum non habet dominium, ſed adminiſtrationem Eccleſiæ.*
54 *Qui volunt in Eccleſiis patentari, Patrimonii Dominici damna conquirunt.*
55 *Omnis Eccleſia fundata a laicorum naſcitur cum Jurepatronatus.*
56 *Beneficia de Jurepatronatus quomodo ſtant libera.*
57 *Executio juris nemini præjudicat.*
58 *Inſtitutio non datur Præſentato inhabili.*
59 *Quando requiratur examen in Præſentatis.*
60 *Præſentato filio Patroni datur diſpenſatio ſuper ætate.*
61 *Etiam exteri debent admitti in Eccleſiis.*
62 *Nec valet ſtatutum Capituli in contrarium.*
63 *Differentia inter collationem, & ſubſtitutionem.*
64 *Abſurdum non eſt ſupponendum.*
65 *Jus paſſivæ præſentationis etiam tacite induci poteſt.*
66 *Præjudicium rationis præcedentiæ quomodo intelligatur, n.67.68.69.& 70.*
71 *Perſonatus an ſit Dignitas.*
72 *Duæ ſunt Dignitates de jure Canonico.*
73 *Ad conſtituendam Dignitatem an ſit neceſſaria juriſdictio.*
74 *Perſonatus eſt ordinis inferioris, quam Canonicatus.*
75 *Præjudicium in præcedentia non eſt cauſa impediendi publicam utilitatem.*
76 *Privata æmulatio non impedit fundationem novæ Dignitatis.*
77 *Fructus ſunt ad rationem quinque pro centenario.*
78 *Non debet ſtare Dignitas abſque diſtributionibus.*
79 *Quando in fundatione novæ Dignitatis non ſit aſſignandus redditus pro expenſis fabricæ, & Sacriſtiæ, n.80.& 81.*
82 *Ad quos pertineant expenſæ pro Eccleſia in Cathedrali, & Collegiata.*
83 *Reſolutiones Sac. Congregationis non ſunt accipiendæ in abſtracto.*
84 *Pro nova Dignitate ultra Præbendam ſatis eſt dare tot redditus pro diſtributionibus, quot habent ceteræ Dignitates, & Canonici.*
85 *Concilium Tridentinum mandans detrahi tertiam partem redditunm pro diſtributionibus, an comprehendat Præbendas Fundatoris Laici?*
86 *Statutum de non excedendo numerum, an impediat fundationem novi Canonicatus, ſeu Dignitatis faciendam per Laicum?*
87 *Obſervantia vel declarat ſtatutum, vel illud oſtendit ineffectuatum.*
88 *Fundatio beneficii cum reſervatione Juriſpatronatus compatibilis eſt cum devotione Fundatoris, ſeu motivo Cultus Divini.*
89 *Cauſa augendi numerum Beneficiatorum non eſt ſufficiens pro Eccleſia, quæ habet congruum numerum illorum.*
90 *Augmentum Cultus Divini in erectione novæ Dignitatis conſideratur etiam in Eccleſia, ubi adeſt ſufficiens numerus Miniſtrorum.*
91 *Non eſt præjudicium Capituli, quod nova Dignitas erigenda habeat votum in Capitulo, limita ut ibi.*
92 *Conditiones illicitæ vitiantur, ſed non vitiant fundationem beneficii.*
93 *Quales conditiones videantur admiſſibiles.*
94 *Reſolutio Sacræ Congregationis in cauſa Caſertaten.*

DISCEPTATIO XCIX.

REquiſitus in hac Cauſa, ut ſcriberem ad defenſam coram Eminentiſſimo Cardinali Epiſcopo Vuſculano, dicebam duas eſſe inſtantias, quæ proponebantur ex parte illorum, quos deſendebam, ſcilicet Clerici Lancellotti, & Communitatis Tuſculi, alteram, quod in ſequelam Teſtamenti Joannis Andreæ Serſalis erigeretur ex ejus bonis ad hunc effectum relictis Dignitas Archidiaconatus in Eccleſia Cathedrali Tuſculana cum reſervatione Juriſpatronatus alternative ad favorem Communitatis, necnon Capituli Cathedralis, & ſimul Inſtitutione Lancellotti tanquam nominati per Teſtatorem; & alteram, quod eiſdem concedenda foret Sententia abſolutoria ab immiſſione in medietatem bonorum hæreditariorum ſupradicti Joannis Andreæ, quam petebat Sacerdos Diamantes, idemque Capitulum ſub eo ſuppoſito, quod hæc medietas pertineret ad hæreditatem Caroli Dominici Serſalis, & reſpective ad Canonicatum ex ejus bonis erigendum juxta ipſius Caroli Dominici Teſtamentariam diſpoſitionem.

1 Quo igitur ad primam ego præmittebam dubitari non poſſe, quominus deveniendum eſſet ad erectionem Archidiaconatus, dum particularis Fundator illum erigi mandavit ex ſuis bonis in augmentum Cultus Divini cum Dote annui redditus ſc. 120. & conſtabat ex relationibus Peritorum factis in ſequelam Ædictorum Eminentiſſimi Ordinarii, quod bona hæreditaria Jo: Andreæ Fundatoris longe ſuperarent hunc annuum redditum pro Dote aſſignatum, ideoque nihil proponebatur, quod retardare valeret piam Fundatoris voluntatem, quæ tendit in utilitatem, & honorem Eccleſiæ, & quæ propterea ad Curam Ordinarii pertinet, ut adimpleatur, & executioni demandetur juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem in *capit. nos quidem, & capit. tua nobis de Teſtam. & in Can. ultima voluntas* 13. *quæſt.*2. *necnon Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.*22. *capit.*8. *de reform.* Amoſtaz. *de cauſ. piis lib.*2. *cap.*7. *num.*23. Rot. *cor. Emerix jun. dec.*430. *n.*3. *& deciſ.* 1326. *n.*3. *& cor. Cerrin. dec.*1933. *n.*3. *& in rec. deciſ.* 260. *n.*10. *part.* 7.

Difficultas cadebat in ſuppoſito defectu poteſtatis Epiſcopi circa erigendam novam Dignitatem in

Cathe-

Cathedrali, itaut neceſſaria videretur Summi Pon-
2 tificis auctoritas, juxta opinionem, quam ex diſpoſi-
tis in *Can. Omnes diſt.* 22. pleniſſime tenentur, ac
firmant Lotter. *de re benef. lib.*1. *quæſt.*5. *n.*15. Cor-
rad. *in prax. benef. lib.*2. *cap.*15. *n.*1. Amayden. *de
ſtylo Datar. lib.*1. *cap.*15. §.7. *n.*101. *verſ. verum hæc
interpretatio*, Eminentiſſimus Petra *ad Conſtit. Apo-
ſtolic. tom.*1. *ad Conſtit.*2. *Eugenii III. ſect. unica n.*35.
Verum in hoc articulo, qui valde agitatus inter
Doctores unam, vel alteram opinionem amplectentes,
quemadmodum videre eſt apud Gonzal. *in cap. cum
olim n.*3. *conſuet.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.*60.
*n.*10. & 12. ego procedendum eſſe dicebam cum
diſtinctione inter erectionem Dignitatis novæ, vel
3 antiquæ, addita explicatione, quod Dignitas nova
dicitur, quæ alias non reperitur inſtituta communi-
ter pro Eccleſia univerſali; Antiqua vero, quæ repe-
ritur jam inſtituta, & oſtrata, & per Sacros Cano-
4 nes cognita, ut eſt Archidiaconatus, & Archipreſ-
byteratus, quemadmodum in ſubjecta materia de-
clarant Zabarell. *in cap. cum acceſſiſſent*, *n.*5. *de Con-
ſtit.* Fagnan. *in cap. perniciosam n.*70. *de Offic. Ordi-
nar.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. dict. alleg.*68. *n.*12.
& *de jur. Eccleſ. lib.*1. *cap.*25. *num.*5. Gambar. *de
poteſt. Legat. lib.*5. *tit. de poteſt. erigen. nova Bene-
ficia n.*12. & 13.

Hinc inferebam, quod, aut agitur de erectione
Dignitatis novæ, & procedere opinio, quod neceſ-
ſaria foret auctoritas Summi Pontificis, aut vero agi-
tur de erectione Dignitatis antiquæ, ſeu oſtratæ, &
5 per Sacros Canones cognitæ, prout in caſu iſto erat
Dignitas Archidiaconatus, & in hoc caſu ſuſtinebam
juxta opinionem, quæ recepta apud Scribentes vide-
batur, Epiſcopum habere plenam facultatem erigen-
di hujuſmodi Dignitatem, ut firmant Canoniſtæ in
cap. cum acceſſiſſent de Conſtit. & *in cap. cum olim de
conſuetud.* Fagnan. *in d. cap. pernicioſam n.*70. & *in
cap. dilecto n.*26. *de Prabend.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc.
d. alleg.*68. *n.*12. & *de Canon. cap.*4. *n.*4. Maſſobr.
*in prax. haben. concurſ. requiſit.*21. *dub. unico n.*14.
Ricc. *in prax. part.*4. *reſolut.*361. *n.*2. Monet. *de
commut. ultim. volunt. cap.*11. *n.*328. Ceccoper. *lu-
cubr. Canonic. lib.*4. *n.*151. ubi refert ſe ita conſu-
luiſſe pluries interrogatum, Zerol. *in prax. Epiſc. in
verb. beneficium part.*1. *fol.*24. ubi teſtatur ſe ita pra-
cticaſſe in contingentia facti, & audiviſſe practicari
ab Epiſcopis, & ſic fuiſſe ſibi reſponſum ab Urbe,
Monacell. *in formul. for. Eccleſ. part.*4. *in ſupplem.
ad tom.*2. *n.*314. Gambar. *de poteſt. Legat. ubi ſu-
pra n.*12.

Eoque facilius addebam inclinandum eſſe in hanc
Sententiam veluti ſatis totam ex numero Doctorum
proxime laudatorum, quia concurrebat inſuper jux-
ta eam judicaſſe S. Rotæ Romanæ Tribunal in *Sul-
monen. Archidiaconatus*, *cor. Bourlemont impreſſ. in
rec. part.*15. *dec.*7. *n.*2. & *ſeqq.* ubi cum ſupradicta
diſtinctione reſpondet ad auctoritates contrarias Lot-
terii, & Corrad. *ubi ſupra*, immo, quod magis eſt,
hanc ſententiam pluries canonizatam extitiſſe in Sac.
Congregatione Concilii in *Clodien.* de Anno 1608.
in *Cajacen.* de Anno 1637. in *Aquinaten.* de Anno
1677. in *Comen.* de Anno 1684. in *Mazzarien.* de
Anno 1692. & denique in *Sabinen.* de An. 1695.
& 1696. teſtabantur eas omnes referendo, D. Urſaya
*Diſcept. Eccleſ. tom.*5. *part.*2. *diſcept.* 11. *n.* 3. &
ſeqq.

Nihil obſtante, quod etiam juxta hanc opinionem
adhuc Epiſcopus non haberet facultatem erigendi Di-
6 gnitates in Eccleſia, niſi cum conſenſu Capituli,
quod propterea cum diſſentiret, ac poſitive ſe oppo-
neret contradicendo in hac cauſa, non videretur ta-
li caſu adeſſe facultas in Epiſcopo ex ſe ſolo valide
deveniendi ad erectionem Archidiaconatus.

Etenim advertebam non requiri per Sacros Cano-
nes conſenſum Capituli tanquam conſortis in Juriſ-
dictione Epiſcopi, quo caſu unus ſine alio procedere
non poſſet, ſed requiri, & neceſſarium eſſe conſen-
ſum Capituli ratione proprii intereſſe, ſeu præjudi-
cii, ut optime advertit Rot. *d. dec.*7. *n.*14. *part.*15.
rec. & propterea ſi ipſum diſſentiat irrationabiliter,
& abſque juſta, & legitima cauſa, quia ſcilicet ei-
dem nullum infertur præjudicium in ſuis redditibus,
ſed nova Dignitas habet ſuam Dotem aliunde conſti-
tutam ex bonis Fundatoris Laici, in his terminis E-
piſcopus habet, ſeu conſequitur ſolidam, ac libe-
ram poteſtatem exercendi ſuam Juriſdictionem, &
ſic erigendi Dignitatem ſine conſenſu Capituli, & 7
iſto prorſus invito, & contradicente, ut bene fun-
dat Ceccoper. *lucubrat. Canon. lib.*4. *num.*151. ibi:
*quinimmo reluctante Capitulo jus eſt Epiſcopo Dignita-
tes, de quibus in Jure ſit mentio, creare, ſi aliunde,
quam ex redditibus illius Eccleſiæ conſtituatur dos, et-
enim ſic nullum fit præjudicium Canonicis in ſuis redditi-
bus, & augetur Divinus cultus:* neque enim Capitu-
lum impedire poteſt in ſua Eccleſia augmentum cul- 8
tus Divini, quod ſequitur ex novæ Dignitatis, aut
Canonicatus fundatione, ut ex Caſtren. *conſil.* 170.
& *aliis* habetur apud Me *de controv. Patron. alleg.*
100. *n.*713. præſertim vero, ubi Fundatio provenit
ex Holocauſto Fundatoris Laici bona ſua elargientis
in utilitatem Eccleſiæ, & ita reſolvit S. Congrega-
tio Concilii in *dicta Sabinen.* 2. *Julii* 1696. *in re-
ſponſione ad primum Dubium.*

Quo ſtante veriſſimum eſſe dicebam, quod pro-
pterea Sacr. Congregatio ſuppleri ſoleat conſenſum
Capituli irrationabiliter denegatum, juxta Monacell.
*in formul. for. Eccleſ. part.*1. *tit.*2. *formul.*4. *n.*15.
ſed hoc male applicabatur ad caſum cum illatione,
quod Epiſcopus nihil poſſet in his terminis, itaut re-
currendum eſſet ad S. Congregationem pro ſupplen-
do conſenſu Capituli, hoc enim procedit, quando
diſſentiente Capitulo Epiſcopus, aut illi adhæret,
aut indifferenter ſe habet abſtinendo ab erectione Di-
gnitatis, ubi intereſſe habens neceſſitatur recurrere
ad Sacr. Congregationem tanquam collitigans ad-
verſus Capitulum petendo, ut non obſtante ejus diſ-
ſenſu tanquam irrationabili debeat eſſe locus erectio-
ni, & Sac. Congregatio agnoſcendo irrationabiliter
Capitulum contradicere, ejus conſenſum ſupplet re-
ſcribendo, quod ſit locus erectioni, juxta caſum
deciſum Me ſcribente in *Caſanaten. Erectionis Ar-
chipresbyteratus* inter Capitulum Cæſenæ, & M.
Antonium Palazzinum nominatum per Fundatorem
ſub *die* 6. *Martii* 1723. ubi non obſtante diſſenſu,
& acerrima contradictione Capituli, Sac. Congre-
gatio Concilii reſolvit: *eſſe locum erectioni Archi-
presbyteratus*, ſcribente in contrarium, D. Urſaya,
ut legere eſt inter ejus *Diſcept. Eccl. tom.*5. *part.*1.
diſceptat. 18. *n.* 162. & prout inferius habetur *ſub
num.* 48.

Secus autem procedere dicebam in caſu iſto, ubi
promovebatur inſtantia erectionis coram Eminentiſ-
ſimo Ordinario, qui habet facultatem erigendi et-
iam ſine conſenſu Capituli irrationabiliter denegato
juxta punctuales auctoritates ſuperius relatas, in his
enim terminis non erat opus recurrere ad Sacr.
Congregationem pro ſupplendo hujuſmodi conſen-
ſu, dum ipſe Ordinarius habet in hoc nativam, &
plenam Juriſdictionem procedendi ad erectionem
invito, & contradicente Capitulo propter irratio- 9
nabilitatem ejus contradictionis, quæ impedire non
poteſt augmentum cultus Divini, & honorem, ſeu
utilitatem Eccleſiæ reſultantem ex adiectione nova-
rum Dignitatum, quæ ad conſervandam, augendam-
que Eccleſiaſticam diſciplinam fuerunt inſtitutæ, ut 10
ait *Concil. Tridení. ſeſſ.*24. *cap.*12. *de reformat.* Bar-
boſ. *de Canon. cap.*4. *n.*1. & probant Panormit. *in
cap. cum olim n.* 6. *verſ. Ego*, *ibique etiam* Imol.
*n.*6. *de conſuetud.* Caſtren *conſ.*170. *ſub n.* 2. *lib.* 1.
Tondut. *quæſt. benef cap.*68. *num.*15. *verſ.* & *licet*
Pignatell. *conſult.*48. *n.*6 *tom* 6. & apud Me *de con-
trov. Patron. alleg.* 100. *n* 713.

Irrationabilitas autem diſſenſus Capituli patentiſ-
ſima convincebatur, ex quo nova Dignitas nullum 11
afferebat imaginabile præjudicium Capitulo in ſuis
redditibus, cum haberet particularia bona in Do-
tem aſſignata per Fundatorem, & ceſſante præjudi- 12
cio in redditibus, Capitulum aliud allegare non po-
terat quoad ſeſſiones, & præcedentias, aliaſque
prærogativas Dignitati competentes ſupra Canoni-

eos, dum alias nulla nunquam nova Dignitas erigi poſſet in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, ut in puncto firmant Canoniſtæ *in dicto cap. cum olim, ſignanter* Imol. *num.4.* Butr. *n. 5. & 17. in fine* Anchar. *n.2.* Gennen. *in practicab. Eccleſ. q.507. num.4.* Cevoper. *lucubr. Canonic. lib.4. num.151. verſ. nec attenditur*, ac etiam quia hoc male, & cum manifeſto æquivoco ſupponitur eſſe præjudicium Canonicorum, hoc enim tale eſſet, quando in ordine, & linea Canonicorum alter novus Canonicus ſibi præcedentiam
13 arrogare vellet, nullatenus autem quando in diverſo Ordine, & linea Dignitatum altera nova Dignitas præcedentiam obtinet; nam tunc præcedit Canonicis ipſe Ordo major Dignitatum, ſeu majoritas Ordinis illarum reſpective ad ordinem inferiorem Canonicorum, quæ præcedentia in Ordine majori non facit præjudicium exiſtentibus in Ordine inferiori, dum jam Ordo Dignitatum adeſt in Eccleſia cum præcedentia ad Canonicos, nec eſt ejus præjudicium, ſi Ordo iſte ſit compoſitus ex una, vel pluribus Dignitatibus, & ita in hoc puncto judicavit Sacra Congregatio Concilii *in dicta Caſenaten. erectionis Archipresbyteratus ubi ſupra*, non obſtantibus deductis per Dominum Urſaya contrarium in ea cauſa defendentem *dict. tom.5. diſcept.18. n.42. & 87.* & dicam inferius, ubi regiſtrabo, quæcunque in ea cauſa ſcripſi.

Deinde ſubjungebam, quod irrationabilitas iſta diſſenſus Capituli in ſubiecto caſu tanta, & talis erat, ut quandam potius fatuitatem redoleret, dum Capitulum ex hujus Dignitatis erectione conſequebatur perpetuum Juſpatronatus, ſeu præſentandi alternative cum Communitate Tuſculana juxta diſpoſitionem Fundatoris, in quibus ſane terminis videbatur laborare contra proprium commodum, & in ſui præjudicium, & conſequenter in duplicatum Eccleſiæ detrimentum, tum quia illi auferre intendebat augmentum cultus Divini reſultans ex novæ Dignitatis Conſtitutione; Tum etiam, quia in præjudicium Eccleſiæ renunciabat Juſpatronatum conſiderabile,
14 quod, ſicut jam quæſitum alienari non poteſt abſque beneplacito Apoſtolico; Ita nec etiam renunciari, ſi fuerit ſibi relictum in Teſtamento, Turricell. *de rebus Eccl. non alienand. cap.8. n.13.* Rot. *dec.129. num.16. part.7. recent.* Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. alleg.94. n.54. cum aliis relatis apud* Monacell. *in formul. for. Eccleſ. part.1. tit.5. form.15. num.21. & 22.*

Ex quibus juſtificata remanebat prima inſtantia Clerici Lancellotti, ex quo Eminentiſſimus Ordinarius habebat de Jure facultatem erigendi Archidiaconatum, etiam ſine conſenſu Capituli, quando, ut hic, adeo irrationabiliter diſſentiebat, Si autem facta erectione ab Eminentiſſimo Ordinario, poſtea Capitulum non acquieviſſet, & recurrere voluiſſet ad S. Congregationem Concilii, credebam, quod
15 non aliam reportaturum fuiſſet reſolutionem, niſi illam, quam obtinuit Capitulum Sabinen. ſub die 2. Junii 1696. ad primum Dubium ibi: *procedendum eſſe ad ulteriora in erectione Archidiaconatus non obſtante diſſenſu Capituli*.

Alia inſtantia erat mere profana licet reſpiceret Eccleſiam, & juxta eam petebatur abſolutoria adverſus immiſſionem, in medietatem hæreditatis Joan. Andreæ Fundatoris; Etenim in hoc judicio immiſſionis deficiebat Actor in primo principio ſcilicet probatione, quod bona, ſuper quibus petitur im-
15 miſſi, fuerint poſſeſſa vel propria de tempore obitus per Carolum Dominicum defunctum, ex cujus Teſtamento illa ſibi vindicare prætendit juxta literam, *Text. in l. final. Cod. de Ædict. D. Adrian. tollen.* Rot. *cor. Benincaſ. dec.233. n.4. & in rec. dec.377. n.1. part.16.*

Conſtabat enim, quod Carolus Dominicus recepit ab Joan. Andrea ejus fratre in pecunia numerata totam illam portionem bonorum Paternorum, & Maternorum, quæ ad ipſum ſpectabat, & pro indiviſo poſſidebatur ab eodem Joanne Andrea, juxta Apocam quietantiæ factam de an.1704. cum obligatione Camerali, & promiſſione non moleſtandi, neque contraveniendi *ſotto qualſivoglia pretesto, e queſito colore*; Unde nulla competere poterat immiſſio ad bona; quæ vigore hujuſmodi receptæ, & quietantiæ de tempore obitus neque in dominio, neque in poſſeſſione amplius manebant apud Teſtatorem, Rot. *dec.145. ante n.2. part.15. & dec.12. n.1. & dec.187. n.1. & 6. part.17. & dec.289. n.7. p.18. recentior.*

Simulatio autem reſolvebatur in idealem obiectionem reſiſtente fundamentali regula in hoc puncto abſolutiſſima, quod ſimulatio allegari non poteſt per quaſcunque coniecturas, & præſumptiones, niſi primo loco adducatur, & probetur cauſa ſimulandi, alias enim aperta eſſet via omne Inſtrumentum, omnem ſcripturam, omnemque demum humanam diſpoſitionem evertendi, ſi ſatis eſſet adducere conjecturas ſimulationis abſque ratione, & cauſa, ob quam expediens fuerit ſimulare, ut eſt communis 17
opinio, de qua Adden. ad Gregor. *dec.157. n.2. & cor. Bich. dec.69. n.13. & in rec. dec.223. n.2. par.18. & dec.55. n.4. par.19. tom.1. & dec.529. num.6. & dec.660. n.3. part.19. tom.2. rec. & dec.57. n.13. & dec.1181. n.5. cor. Emerix Jun. & dec.218. n.18. cor. Benincaſa, & dec.74. n.9. cor. Anſald.*

Et tamen etiamſi concurreret aliqua cauſa ſimulandi, nulla adducebatur coniectura, quæ apta foret ad eam concludendam; nam aliquid concludere non poterat prima coniectura deducta ex impoſitione cenſus facta de anno 1708. per Carolum Dominicum in Urbe, nec enim exinde inferebatur, quod Joannes Andreas habuiſſet ſcientiam, quod Carolus Dominicus imponeret cenſum ſuper bonis exiſtentibus in Civitate Tuſculi, & erat conjectura inſubſiſtens, dum in mandato procuræ facto per Joannem Andream nulla fit mentio ſuper quo Fundo cenſus eſſet imponendus, qui propterea dici non poterat conſcius de Fundo, & potuit credere Carolum Dominicum imponere potuiſſe Cenſum ſuper bonis, quæ vel haberet propria in Urbe, vel ſuper Fundo per Amicum accommodato, ſuper quo Cenſus imponi valet, 18
& ſic nulla ex hoc conjectura deduci poterat juxta firmata apud Rot. *dec.602. n.24. & dec.961. n.16. cor. Dunoz. & in rec. dec.258. num.12. part.16. & dec.54. num.19. part.17. & coram Bich. deciſ.584. num.21.*

Aut vero inferebatur, quod poſtea Carolo Dominico imponente Cenſum prædictum ſuper domo ſita in Civitate Tuſculi cum aſſertiva, quod ejus medietas ad ipſum ſpectaret pro indiviſo cum Joanne Andrea, ex hoc iſte videretur approbaſſe talem aſſertivam, & erroneum erat aſſumptum, dum Joannes Andreas non interfuerat impoſitioni Cenſus in Ur- 19
be, ſed ejus tempore erat abſens manendo in Civitate Tuſculi, ideoque in præjudicium abſentis prædicta aſſertiva attendi non poterat, Rot. *in ſpecie, cor. Cerro dec.93. n.13. & in rec. dec.54. num.23. part.17. & dec.136. n.38. part.19. & in Caſertana Beneficii 13. Decembris 1708. §. Hæc autem, cor. bon. mem. Kaunitz.*

Secunda conjectura, quæ deducebatur ex tranſmiſſione Vini, aliorumque comeſtibilium facta per Joannem Andream de Civitate Tuſculi ad Carolum Dominicum hic in Urbe commorantem erat omnino inutilis, cum hujuſmodi actus eſſet æquivocus, qui poterat, ac debebat referri ad titulum familiaritatis, & conſanguinitatis militantem inter Fratres, 20
inter quos novum non eſt practicari hujuſmodi largitiones, & actus liberalitatis, & affectionis, Rot. *dec.591. n.8. part.18. rec. & cor. Priol. dec.372. n.15. & 16. & cor. Otthob. dec.239. n.16. & cor. Greg. dec. 401. n.16. & cor. Bich. dec.69. n.15.*

Et demum æque vana erat tertia conjectura, quod pro habenda franchigia vini Communitas Tuſculi fidem feciſſet, quod Vinea poſita in ejus Territorio poſſideretur pro indiviſo inter Joannem Andream, & Carolum Dominicum, etenim non pro- 21
babatur, quod hujuſmodi fides facta fuiſſet ad inſtantiam Joannis Andreæ, quo non probato, illa nihil concludebat in ejus præjudicium, & nihilominus iſte actus ex alio etiam capite nullam præſtabat conje-

ctutam,

ſturam, quia nempe erat referibilis ad alium finem fruendi franchigia, propter quam novum non erat, quod hujuſmodi fides procurari, & reportari ſolerent, & quando actus ad aliam cauſam referri poteſt, regulariter nunquam concludit, ſeu concludentem ſubminiſtrare non poteſt conjecturam ſimulationis, ut optime Rot. *coram Cerro deciſ. 93. numer. 18. & in recent. deciſ. 378. numer. 7. & 8. part. 17. & deciſ. 591. num. 8. part. 18. & deciſ. 584. num. 16. coram Bichio.*

Dum itaque non probabatur cauſa ſimulandi, & conjecturæ erant prorſus inſubſiſtentes, & vanæ, ad nihil inſervire poterat facultas per Carolum Dominicum in ſuo Teſtamento conceſſa R. Dom. Diamanti ſuo Executori Teſtamentario ad effectum ſe opponendi, & contradicendi cuicunque declarationi in genere, quæ facta reperiretur favore Jo: Andreæ, has declarationes vocando: *come erronee, & invalide:* Erat enim generalitas, quæ in ſpecie non exprimebat prætenſam ſimulationem, ſed actus erroneos, & invalidos, quando tamen ſi vera fuiſſet ſimulatio, Teſtator in ultimo mortis articulo, maxime poſt obitum Joannis Andreæ eam litteris rotundis expreſſiſſet, non autem proceſſiſſet ſub generalitate, & involucro
22 verborum, & de cætero deficiente cauſa ſimulandi non ſtatur declarationi ejus, qui prætenditur ſimulaſſe in præjudicium juris alteri quæſiti ex quietantia obligatione Camerali Vallata, & conſequenter continente juramentum cum promiſſione de non contraveniendo, ut tradunt Mantic. *de Tacit. libr. 13. tit. 35. n. 25. in fine*, Farinacc. *de falſit. & ſimulat. q. 162. n. 60. 99. & 118. in fine*, Rot. *cor. Coccin. deciſ. 1177. numer. 5. & ſeqq. & coram Bichio deciſ. 452. num. 45. & ſeqq. & coram Emerix. Junior. deciſ. 1288. num. 5. & in recentiorum deciſ. 155. numer. 2. in fine, & numer. 5. par. 18.*

His omnibus accedebant conjecturæ ad excluſionem ſimulationis urgentiſſimæ, & prima, quod Ca-
23 rolus Serſalis erat Curialis hic in Urbe ſatis notæ ſagacitatis, & experientiæ, qui certe nunquam præſumebatur voluiſſe facere actum quietantiæ adeo ſibi præjudicialem niſi vere ſatisfactus fuiſſet de parte bonorum ſibi ſpectante ad *Text. in leg. cum de Indulto, ff. de probat.* Rot. *dec. 253. n. 27. par. 4. tom. 2. & dec. 520. n. 73. part. 14. & dec. 175. n. 3. & ſeqq. part. 17. & dec. 11. n. 9. part. 18.*

Secunda, quod ſaltem ſi facta fuiſſet ſimulatio
24 inveriſimile prorſus erat, quod Carolus Dominicus ſibi fieri non procuraſſet contra Apocam, ſeu declarationem Joannis Andreæ, ut fieri ſolet, ita & taliter, quod voluiſſet ita tacere ab anno 1708. uſque ad annum 1722. quo obiit non obſtante, quod fuerit ſuperſtes Joanni Andreæ, quæ inveriſimilitudo cum ſit maxima, omnem proſternit ſimulationis conjecturam, ut bene in terminis Rot. *deciſ. 748. numer. 9. coram Emerix Junior. & in recentior. deciſ. 344. ſub num. 2. verſic. tum maxime part. 4. & dec. 236. num. 13. part. 10.*

Et tertia demum, quod cum Carolus Dominicus viveret domiciliatus in Urbe tanquam Curia-
25 lis, urgebat magna veriſimilitudo, quod non curaſſet retinere bona in Civitate Tuſculi, & potius elegiſſet ea relaxare Fratri ſuo receptis pecuniis, ſtimulante præſertim Indigentia, quæ multis de cauſis ſupervenire poteſt maxime viventibus in Urbe, juxta illud Juvenal. *Satir. 7.*

Quorum virtutibus obſtat
Res anguſta Domi, ſed Roma durior illis
Conatus .....

& comprobatur generaliter Cravett. *conſ. 75. num. 20. & ſeqq.* Farinacc. *de falſ. quæſt. 153. num. 177.* Rot. *dec. 273. num. 22. & 23. part. 11. deciſ. 264. num. 15. part. 15. recent.*

26 Juxta ſuperius per me ſcripta judicavit Eminentiſſimus Cardinalis Epiſcopus, Reſpectu autem Opinionis, quod Epiſcopus erigere poſſit Dignitates novas, habui etiam caſu in Cracovien. Canonicatus, diſputatum in S. Rotæ Auditorio, in quo obtinui favorem ejus Partis, quam defendebam, inferius annexam Deciſionem editam, coram R. P. D. meo Calcagnino qui paterna Marchionum de Calcagninis nobilitate conſpicuus, virtute propria materni generis gloriam renovavit, ex filia Nepos æternæ in ſæcula famæ Cardinalis de Albicis, quem non magis purpura, quam ſuæ doctrinæ monumenta apud Poſteros commendant, inſigni Avo Nepos virtute æmulus gloriam addit, peritia legum, ſuis operibus publico juri traditis, maturitate ingenii, ac rerum agendarum prudentia, Majorum, & Sui memoriam illuſtrat haud ignarus in hoc rerum mortalium tranſitu: *Unum inſatiabili-*
ter parandum proſperam ſui memoriam, nam contem- 27
ptu Famæ contemni virtutes, ut apud Tacit. *libr. 4.*
Annal. & hinc bene diſtinguendo homines dicet Otho 28
Imperator: *Mortem omnibus ex natura æqualem, o-*
blivione apud Poſteros, vel gloria diſtingui, apud ip- 29
ſum libr. 1. Hiſtoriarum, quia ſuum cuique decus Poſteritas rependit; ut ait Cremutius Cordus *apud eumdem libr. 4. Annal.* prææallegata autem deciſio eſt illa, quæ ſequitur.

R. P. D. CALCAGNINO

Cracovien. Canonicatus.

Lunæ 15. Januarii 1725.

EPiſcopus Cracovienſis, mente recogitans quam proficuum futurum fuiſſet ſuæ Diœceſi, ſi ſcripturæ veteres, & priſca Eccleſiarum monumenta in unum Collecta impenſiori cura cuſtodirentur, anno 1721. convocato ſolemniter Canonicorum Conſilio (ut omnes in poſterum Cuſtodes bonorum dulcedine pelliceret) hujuſmodi munus ſub titulo Cancellariatus, in novam, & ultimam ſuæ Cathedralis Dignitatem erexit, in eamque contulit omnes præbendales proventus Canonicatus primo vacaturi.

Cumque eodem anno contigiſſet prima vacatio Canonicatus in perſona Gaſparis Szczepkovvski per aſſecutionem alterius incompatibilis, idem Ordinarius in eam novam Dignitatem poſt lapſum ſex menſium inſtituit Caſimirum Dombski, qui cum poſſideret alium Canonicatum incompatibilem in Eccleſia Uladiſladivienſi, ſubdubitans de viribus hujuſmodi ordinariæ collationis; ſibi præcavere voluit Datariam adeundo, ubi poſt ſignatam, & datatam ſupplicationem, reflectens iterum ad inſubſiſtentiam expoſiti, Summario Venceslai num. 2. ne certum cum incerto commutare videretur, a poſſeſſione abſtinere propoſuit, renunciationemque emiſit in manibus Ordinarii, qui in ſua nova Dignitate, inſtituit Adamum Komorovvski, atque iſta dum Cracoviæ agerentur, animadvertens Comes Venceslaus Sierakovvski inſubſiſtentiam ſimilium collationum, Sanctæ Sedi ſupplicare fructuoſius duxit, obtinuitque proviſionem controverſi Canonicatus tanquam vacantis adhuc per dictam aſſecutionem incompatibilis obtentam per ultimum Poſſeſſorem, ſive alias certo alio modo vacantis Summario eodem num. 3. directiſque Apoſtolicis litteris ad hoc Sacrum Tribunal, conceptum fuit Dubium: *An litteræ Apoſtolicæ eſſent exequendæ in caſu, &c.* quod cum ego hodierna die propoſuerim, Dominorum reſponſio affirmativa fuit.

Ut autem dilucide conſtet de juſtitia hujus reſolutionis, reflectendum eſt hanc controverſiam reduci ad illud conſuetum punctum, an conſtet de verificatione, ſive juſtificatione litterarum, quotieſcunque enim conſtiterit litteras juſtificatas, & verificatas eſ-
ſe, perſpicui Juris eſt omnem expeditionem executio- 30
ni dandam eſſe, ad *Text. in cap. Si Capitulo, ibique Gloſſ. verb. Exequatur de conceſſ. prebend. in 6.* Vitalin. *in Clement. 1. num. 68. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* aliique paſſim, & millies reſpondit Rot. & nuper, coram me in Moguntina Canonicatus 11. Januarii 1723. §. *Propterea.*

In caſu autem circa hanc verificationem, cum inter Partes cætera omnia pro juſtis, & veris admittantur, illud dumtaxat unum in controverſiam allatum eſt, quod litteræ Apoſtolicæ non verificarentur circa veri-

tatem

ratem vacationis. Aſſumendo igitur hunc articulum tanquam controverſum, ſupponitur Canonicatum vacaviſſe in perſona Gaſparis per aſſecutionem alterius incompatibilis, poſtquam vacationem, non ſolum non reperitur, Ordinarium deveniſſe ad collationem dicti Canonicatus, ſed etiam eumdem ſup-
31 preſſiſſe, & ex ejus redditibus novam ereaviſſe Dignitatem, quam contulit dd. Caſimiro, & Adamo; & ideo cum tales proviſiones factæ fuerint non de dicto Canonicatu, ſed de Dignitate noviter erecta, aſſerere cogimur primævam vacationem duraviſſe adhuc, & conſequenter Jus providendi devolutum fuiſſe ad Sanctam Sedem, ad notum *Text. in cap. Cum in cunctis, §. final. de elect.* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 24. *n.* 32. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 8. *num.* 40. Roſa *de execut. litt. Apoſtolic. par.* 1. *cap.* 6. *numer.* 193. *&* 194. Rot. *coram Bich. deciſ.* 558. *n.* 12. *& in Leodien. Beneficii* 7. *Junii* 1717. §. *Etenim, coram Reverend. Ravennaten.*

Nec placuit animadverſio, nempe prædictas proviſiones eſſe intelligendas veluti factas de Canonicatu vacante, ex quo Ordinarius æqualiter univerit eumdem Canonicatum cum nova Dignitate a ſe nuper creata, & quod hujuſmodi uniones ab Ordinario fieri poſſint, *Text. expreſſ. in cap. Sicut unire, & in cap. Potuiſti de præbend.* cum aliis citatis per Gatz. *de benef. par.* 12. *c.* 2. §. 1. *n.* 62.

Quandoquidem ea exceptio longe eliminatur pluribus animadverſionibus, quarum prima eſt, quod quidquid fuerit de jure antiquo quoad facultatem Unionis, in præſenti non eſt in poteſtate Ordinariorum, ſed hujuſmodi facultas reſtricta, & coarctata eſt a ſubſequenti jure Sacroſanctæ Synodi Tridentinæ
32 reaſſumentis præcedentem diſpoſitionem Concilii Lateranenſis, quæ nimiam unionum facilitatem compeſcuit *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *de reformat. ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *&* 15. & refert Card. Pallavicin. *in Hiſtor. Concil. Tridens. lib.* 9. *cap.* 9. *n.* 8. *& ſeqq. cap.* 11. *n.* 7. *& ſeqq. lib.* 12. *cap.* 13. *n.* 13. & latiſſime Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 66. *a num.* 27. *ad plur. ſeqq.*

Cum ergo verſemur in materia correctoria, &
33 reſtricta, non poſſunt admitti uniones per Ordinarios factæ, niſi in caſibus a Concilio expreſſis, & definitis; nam currit vulgata regula, quod in talibus materiis fieri nequeat extenſio de caſu ad caſum ex identitate, & etiam majoritate rationis, per *Text. in leg. Præcipimus de appellat.* Gloſſ. *in Authent. Quas actiones, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* ubi paſſim Scribentes.

Itaque procedendo in eadem ſuppoſitione aſſertæ æqualis unionis, in ea facienda ex hoc novo jure requiritur cauſa alternativa, nempe neceſſitatis, ſeu utilitatis, ut ait Lotter. *de re beneficiar. lib.* 1. *q.* 28. *n.* 141. *cæterique infra citandi*, ſed in præſenti caſu primum nulla ſuadetur perſtringens neceſſitas ereandi novam Dignitatem in adeo conſpicua Cathedrali pro ſimplici aſſervatione veterum ſcripturarum, quia cum tale munus ſatis ſuppleri poſſit ex deputatione cujuſcunque mediocris perſonæ cum conſtitutione compe-
34 tentis ſalarii, jam dicendum erit, quod nulla adfuerit neceſſitas hujus novæ Dignitatis, & per conſequens nulla juſta Unionis cauſa, & idcirco veluti nulla, & irrita recenſenda eſt, ut monent Baratt. *conſ.* 185. *n.* 23. *lib.* 2. Nicol. Gatz. *de benefic. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 113. Caſtropalaus *Oper. moral. tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. *n.* 19. Rot. *dec.* 294. *& deciſ.* 318. *utrobique n.* 2. *part.* 5. *recent.* & quod cauſæ Unionis non præſumantur etiamſi Ordinarius, vel Delegatus eas inſerat in U-
35 nione, & aſſerat eſſe veras, ſed juvans ſe Unione, teneatur alio genere probationis probare advertunt idem Gatz. *dict. cap.* 2. *n.* 120. apud Barboſ. *in collect. Doct. in Concil. Tridens ſeſſ.* 7. *de reformat. cap.* 6. *numer.* 11. *cum duob. ſeqq.* Card. de Luc. *de benefic. diſc.* 34. *num.* 11. *& deciſ.* 45. *num.* 6. Rot. *deciſ.* 200. *n.* 6. *coram Peutinger. deciſ.* 140. *n.* 26. *coram Bichio deciſ.* 170. *n.* 5. *& deciſ.* 284. *n.* 14. *utrobique, coram Celſo, & in recent. deciſ.* 337. *num.* 9. *part.* 9. *& in Cracovien. Monaſterii* 4. *Decembr.* 1699. §. *Neutra, cor. bo. me. Card. Caprara.*

Hæc vero omnia, quæ hactenus dicta ſunt, ea poſuimus effingendo perſonam volentis credere ea, quæ Adamus male ſupponebat. Cæterum verius in facto nunquam reperietur iſta aſſerta Unio æque principalis, cujus natura eſt, ut unius Beneficii mem- 36
brum adjungatur cum alio, & ununquodque eorum conſervet ſuam eſſentiam, honores, conſuetudines, & privilegia, quibus gaudebant ante ipſam Unionem, ut tradit Archidiaconus *in Canon. Et temporis* 16. *quæſt.* 1. *num.* 6. Turrecremat *ibidem num.* 3. Socc. *in cap. Sicut unire num.* 6. *de exceſſ. Prælat.* Caccialup. *de union. art.* 2. *numer.* 3. Petr. de Peruſ. *eodem tract. cap.* 2. *numer.* 3. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. §. 7. *numer.* 55. Rot. *deciſ.* 156. *numer.* 6. *part.* 11. *recent.*

Sed reperitur expreſſa ſuppreſſio, atque extinctio controverſi Canonicatus cum manifeſta translatione proventuum in aliam Dignitatem noviter ereatam, ut legitur in decreto Epiſcopi: *Titulum Canonicalem fundi ab hinc in perpetuum extinximus, ſuper eodem fundo Cancellarium Eccleſiæ Cathedralis novam Dignitatem numero ſeptimam, & ultimam erreximus, fundavimus, &c. Summario ipſius Adami nu.* 1. *Cum* ergo ex iis clariſſimis verbis actus expreſſe ſonet in ſuppreſſionem, & extinctionem tituli, omnino fatendum erit, ſuppoſitam unionem non extare; nam aliud eſt unio æque principalis, & aliud ſuppreſſio tituli Beneficialis, quæ ex relatis verbis contigiſſe de- 37
prehenditur, ut probat Corrad. *in prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 2. *& ſeqq.* Turricell. *de union. cap.* 7. *n.* 6. Lotter. *de re benef. libr.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 78. Rot. *cor. Cavaler. dec.* 439. *num.* 1. Rota *deciſ.* 49. *num.* 2. *part.* 15. *recent. & in Cracovien. Monaſterii* 14. *Junii* 1700. §. *Adhuc ex lectura, coram Eminentiſſimo Cardinali Caprara, & pluribus relatis concordantibus in Aurien. Parochialis de Roxamonde* 29. *Aprilis* 1720. §. *Unio namque, coram Reverend. Patre Dom. mea de Gamaches.*

In quibus diverſis terminis extinctionis, & ſuppreſſionis Canonicatus, certum eſt, quod Concilium Tridentinum arctius ligavit manus Ordinarii ad ſo- 38
lum caſum, quo multi eſſent Canonicatus, & Præbendæ adeo tenues, ut ſimul cum diſtributionibus quotidianis decenti Canonicorum gradui ſufficere non poſſent, quo caſu nec liberas laxavit habenas, ſed iſta reſtrictione cavit: *Ut liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia Beneficia, non tamen regularia iis unire, vel ſi hac ratione providere non poſſit, aliquibus ex iis ſuppreſſis, &c.* Concil. Tridentin. *ſeſſ. vigeſimaquarta de reformat. cap.* 15.

Ex quibus patentiſſimis verbis conſtat, quod cauſa ſimilium ſuppreſſionum ſit nuda neceſſitas ſubveniendi tenuitati aliarum Præbendarum, & quod ſervandus ſit ordo, ut prius ſupprimi debeant ſimplicia Beneficia: At in ſubjecto themate neque reperitur neceſſitas a Concilio conſiderata, neque ordo ab eodem præſcriptus, & ideo nullitatis vitio infecta fuit talis ſuppreſſio, ut bene firmat Corrad. *in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 17. *& ſeqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 78. ubi quod ſuppreſſio cum tendat ad diminutionem Divini cultus, exigit cauſam præciſe neceſſariam, & plene Rot. *in Leodien Beneficii* 20. *Januarii* 1717. §. *Nullitas autem cum ſeqq. &* 7. *Junii ejuſdem anni* §. *Ponderato igitur cum ſeqq. coram Reverendiſſ. Criſpo*, quæ neceſſitas ſemper excluditur, quoties aliunde provideri poterat, quam per ſuppreſſionem Canoni- 39
catus, juxta dictam diſpoſitionem Concilii ibi: *Vel ſi hac ratione providere non poſſit*, & probat Rot. *in eadem Leodien. Beneficii* 7. *Junii* 1717. §. *Nam præterquam quod, coram eodem.*

Majori tamen malo premitur dictus Adamus; nam ulterius patefit, quod dicta ſuppreſſio facta fuit, ut præbendales proventus transferrentur in novam Dignitatem ab Ordinario nuper erectam, cum certum ſit Epiſcopum novam Dignitatem creare non potuiſſe. Vetus enim fuit hæc quæſtio, in qua licet olim quidam pauci affirmaverint, poſſe Epiſcopum novas inferiores Dignitates creare, cum quibus ſentire videbatur Seraphin. *dec.* 1495. Attamen reliqui omnes negave- 40
runt

runt tantam eſſe in Epiſcopo poteſtatem, ut Dignitates crearet. Proquibus facit *cap.* 1. *deſ.* 21. Roman. *in leg. Imperium num.* 3. *verſ. Item poteſtatem, digeſtis de juriſdict. omn. judic.* Abb. *in Clement. final. num.* 13. *ubi Gloſſ. verb. Menſa ſua de reb. Eccleſ. non alien.* aliique apud Barboſ. *de Offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 68. *numer.* 10. Lotter. *de re benefic. libr.* 1. *quæſtion.* 5. *numer.* 14. Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 15. §. 7. *numer.* 101. *verſ. Verum hæc interpretatio.*

Et hæc quamquam ita ſe habeant, conſiderando articulum in his generalibus terminis; attamen Jus Venceslai clarius emicuit, dum in hoc caſu devenitur ad illum præciſum punctum Dignitatis Cancellariatus, quæ uti talis, nunquam in toto Juris corpore reperitur, & in hac reſtricta configuratione nunquam invenietur Doctor, qui concedat Epiſcopo poſſe creare novam Dignitatem in jure incognitam,
41 ut opportune ſingulariter avis Barboſ. *cit. alleg.* 68. *n.* 12. & diſtinguendo firmarunt Canoniſtæ *in cap. Cum acceſſiſſent de conſtit. & cap. Cum olim de conſuetud.* Fagnan. *in cap. Perniccioſam num.* 70. *de offic. Ordinar. & in cap. Dilecta num.* 26. *de Præbend.* Zerol. *in praxi Epiſcoporum verb. Beneficium part. prima,* apud Corrad. *numer.* 33. *verſicul. Dum quærit,* & citantur Rotam *deciſion.* 114. *numer.* 3. *& ſequentibus, coram Mantica.*

Et ſpecificatur adhuc peculiarius, quia non ſolum agitur de erectione Dignitatis in Jure incognitæ, ſed præciſivæ Dignitatis, quæ nunquam memoratur antea adfuiſſe in ipſa Cracovienſi Eccleſia, in qua re-
42 ſtrictione terminorum, nemini dubium eſt Epiſcopis non eſſe datam tantam facultatem, ut non ſolum erigant Dignitatem in communi Jure ignotam, ſed etiam in ipſa ſua Cathedrali nunquam exauditam, Lotter. *de benefic. lib.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 14. Corrad. *loco cit. num.* 31. *& ſeqq.* & hoc ſenſu procedit Rot. *deciſ.* 114. *n.* 2. *& ſeqq. coram Mantic.* quam citat Eminentiſſimus Dominus meus Cardinalis Petra *comment. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 1. *conſtit.* 2. *Eugenii III. ſect. unic. n.* 35. qui minutatim diſcuſſo articulo, teſtatur in praxi indiſtincte ſervari, quod recurritur ad S. Sedem pro erectione cujuſcunque Dignitatis, etiamſi in Eccleſia univerſali jam erectæ, dummodo in Eccleſia ubi eſt erigenda, non adfuerit, citatque Corrad. Mendoſium, Lotterium, &c.

Cum ergo ex hactenus diſputatis, conſtet controverſum Canonicatum vacaſſe, & cum item conſtet, quod ſubſecutivæ proviſiones Epiſcopi nulliter factæ fuerint, ſtante videlicet nullitate ſuppreſſionis dicti Canonicatus, & erectionis novæ Dignitatis jam ex neceſſitate conſequentiæ dicendum eſt, quod primæ-
43 va vacatio duret adhuc, & quod Jus providendi devolutum remanſit ad Sedem Apoſtolicam, *Text. in cap. Cum in cunctis, §. final. de elect.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 38. *& lib.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 119. *&* 120. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 8. *n.* 40. *& gloſſ.* 15. *num.* 144. *&* 145. Roſa *de execut. litter. Apoſtolic. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 193. *&* 194. Rota *coram Bichio deciſion.* 558. *numer.* 12. *& in Leodien. Beneficii* 7. *Junii* 1717. §. *Etenim, coram Reverend. Dom. meo Ravennaten.*

Nec tamen iſta debilitatur illa exceptione, quod poſt factam dictam erectionem novæ Dignitatis, & poſt ſecutam collationem ejuſdem in perſona Caſimiri, iſte Datariæ Apoſtolicæ ſupplicationem porrexerit, quæ ſignata, & datata fuit, quatenus per hoc Summus Pontifex novam erectionem dictæ Dignitatis recognoverit.

Quandoquidem dicta nova erectio a principio nulla, per hunc actum, nullimode reconvaleſcere potuit; præſertim cum in facto inſpiciatur Caſimirum non advenisſe ad Sanctam Sedem pro approbanda creatione novæ Dignitatis, & ſuppreſſione Canonicatus, ſed pro retentione incompatibilis in Eccleſia Uladiſlavienſi; Cum autem Pater Sancte dictus Orator tempore proviſionis hujuſmodi, alios Canonicatus, & Præbendam majoris Eccleſiæ Uladiſlavienſis obtineret, &c. Summario Venceslai num. 3. & pro hac retentione videtur ſupplicare Papæ; nam de erectione novæ Dignitatis, & ſuppreſſione Canonicatus, nulla mentio fit, vel ſi fit, multo artificio facta fuit per ſuppoſitionem, quod proviſus fuerit auctoritate Ordinaria; De Canonicatu, & Cancellariatu nuncupat. Præbenda Majoris Eccleſiæ Cracovienſis, &c.

Qua ſtante narrativa, Sacrum Tribunal ſentit manifeſtos dolos, & circumventionem inſtructam Summo Pontifici, qui per hoc non dicendus eſt intelleviſſe Dignitatem novam, minuſque ſuppreſſionem Canonicatus, ſed dicitur circumventus ex combinatione alterius incompatibilis cum iſta nova proviſione, & ex duplicatione duorum titulorum Canonicatus, & Cancellariatus, ut obſervavit Card. de Luc. *de locat. diſc.* 16. *in fin.* & Rot. *coram Seraphin. deciſ.* 44
727. *n.* 1. & ideo gratia ſubreptitia redditur eſt Innoc. *in cap. Cum dilecta n.* 22. *de reſcript.* Corrad. *in prax. diſpenſat. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 4. Roſa *de execut. liter. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 17. apud Piton. *diſceptat. Eccleſ.* 48. *n.* 10. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 54. *n.* 48. Rota *in Salamantina Beneficii* 7. *Maii* 1694. §. *Abſque eo quod, coram Molines.*

Itaque cum nulla ſit proviſio novæ Dignitatis facta ab Ordinario in perſona Caſimiri propter defectum poteſtatis, & cum item nulla fuerit gratia Apoſtolica propter dictam circumventionem, dicendum omnino eſt, nullam etiam fuiſſe ſecutam Renunciationem factam a Caſimiro in manibus Ordinarii, & uti talem non eſſe attendendam, ad *Text. in l. Matre decedens, digeſtis de inoffic. Teſtam. & leg. Si per errorem, digeſtis de juriſdict. omn. judic.* Verum per omnem falſam ſuppoſitionem, figurando etiam, quod ex dicta Apoſtolica gratia, Caſimirus in hoc Ca- 45
nonicatu aliquid ideati Juris aſſecutus fuerit, adhuc tamen iſta Renunciatio in manibus Epiſcopi facta, irrita dicenda eſt, propter acquiſitam affectionem Papæ per appoſitionem manus ejuſdem quæ ligat manus cuicumque inferiori Collatori, & non ſecus, ac reſervatio habet vim decreti annullativi, ut bene Paris. *de reſignat. libr.* 7. *quæſt.* 11. *numer.* 10. *&* 11. Lotter. *de re Benefic. lib. ſecundo quæſtion.* 26. *num.* 28.

Pontifex vero manus appoſuiſſe dicitur, ex eo quod ſupplicationem ſignaverit, & dataverit, per quam quidem ſignaturam, & datationem, adhuc ante expeditionem literarum, abſque dubio dicitur inducta appoſitio manus, & Beneficium affectum, cum titulus ante dictam expeditionem non dicatur perfectus, & in ſuo eſſe, ut ait Paris. *de reſignat.* 46
lib. 2. *quæſt.* 24. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 17. *de reſcript. in antiq.* Garz. *de Benefic. cap.* 2. *num.* 18. Lotter. *de re Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 8. *numer.* 138. Roſa *de execut. liter. part.* 1. *capit.* 2. *numer.* 8. Amayden. *de ſtyl. Datar. libr.* 1. *capit.* 24. *quæſt.* 31. *numer.* 65. *verſic. Et non ſolum.*

Ex quo deſcendit, quod etiamſi talem Renunciationem factam in manibus Ordinarii admittere velimus, tamen nullimode ferendum eſt, quod per 46
dictam Renunciationem idem Ordinarius conferre poſſit, ſed ratione ſupradictæ affectionis, ſemper facultas conferendi ad ſolum Papam reſervata eſt, Paris. *de reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 11. *num.* 32. *& ſeqq. & lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 2. *& ſeqq.* Gabr. *conſil.* 189. *num.* 6. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 190. *num.* 9. *par.* 2. *recent. & coram bon. mem. Anſaldo dec.* 20. *num.* 8. *& in Bononien. Hoſpitalis* 6. *Junii* 1707. §. *Et ſane, coram Reverendiſſimo Lancetta.*

Igitur cum ex dicta affectione dictum ſit, facultatem conferendi ad ſolum Pontificem ſpectare, ex hoc capite dicendum eſt, nullam fuiſſe novam proviſionem factam ab Ordinario in perſona Adami; ex alio etiam capite eadem proviſio irrita redditur in ipſo Adamo tanquam veniente ex nova vacatione per dictam ceſſionem in manibus Ordinarii, quia nihil vacare potuit ex perſona Caſimiri nulliter proviſi; item nulla 48
adhuc proviſio talis dicenda eſt ex lapſu legitimorum temporum, in quo non admittitur excuſatio ignorantiæ; nam Epiſcopus novam collationem dedit ex ſcientia dictæ ceſſionis Summario Additionali Venceslai num. unico. Denique fatalis nullitas reſultat,

ex quo

ex quo Ordinarius etiam in iſta collatione proceſſit cum ſuo primo falſo ſuppoſito erectionis Dignitatis cum dote Canonicatus ſuppreſſi, conferendo Adamo talem Dignitatem in ſe nullam, & ideo nulla proviſio, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ.* 15. §. 22, Lotter. *de re Beneſic. lib.* 3. q. 20. n. 319. Roſa *de executor. litter. par.* 1. *cap.* 6. n. 193. & ideo ſtantibus tot nullitatibus hujus proviſionis, Canonicatus vacare dicitur, & tanquam de vacante, ut prius, Comes Venceslaus opportune proviſus eſſe dicitur a Sede Apoſtolica, cujus litteræ ſunt exequendæ.

Et ita utraque Parte ſtrenue informante, reſolutum fuit.

Hæc Deciſio non videtur admittere diſtinctionem, de qua ſupra num. 2. & ſeq. quod nempe Epiſcopus habeat facultatem erigendi novam Dignitatem in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, dummodo ſit de Jure cognita, & inſtituta in Eccleſia univerſali, ad differentiam alterius Dignitatis de Jure incognitæ, dum teſtatur in praxi ſemper eſſe recurrendum ad Sedem Apoſtolicam pro erectione cujuſcunque Dignitatis etiam de Jure cognitæ, ſeu in Eccleſia univerſali jam inſtitutæ, dummodo in illa Eccleſia, in qua erigenda eſt talis Dignitas nunquam ſteterit, inhærendo auctoritati Eminentiſſ. Dom. Card. Petra *ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 1. *ad conſtit.* 2. *Eugenii III. ſect. unic. ſub n.* 35. ubi allegatur Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 2. n. 30. *& ſeqq.* Mendoſ. *in tract. Signatur. Grat. tit. ſignationes verſ. novas Dignitates*, Lotter. *de re beneſic. lib.* 1 q. 5. n. 14. & Ego his addo Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* *cap.* 5. *ſub n.* 101. ubi quod licet Epiſcopi juvari poſſint auctoritate Doctorum quoad poteſtatem erigendi novas Dignitates, hanc tamen poteſtatem per abuſum, & uſum contrarium amiſerunt, & hoc Jure hodie utimur, addendo, quod non ſolum Epiſcopi non poſſunt erigere novas Dignitates, ſed nec Dignitatibus concedere novas præeminentias, nempe uſum capparum, vel earum coloris mutationem, aut quid ſimile, ſed totum hoc petendum eſt a Datario, & attento, quod ita ſervatur in praxi, præallegata diſtinctio locum amplius habere non videtur, quia praxis redacta in ſtylum ſervanda eſt, ut proſequitur Eminentiſſ. Petra ubi ſupra *verſ. verum tamen eſt*, & Corrad. ubi ſupra; Ego autem obſervo, quod ſupradictam diſtinctionem non ſolum approbavit Rot. *dec.* 7. *par.* 15. *recent.* ubi declaravit reſidere in Epiſcopis hanc poteſtatem erigendi Dignitates jam introductas in Eccleſia univerſali, ſed etiam confirmavit Sac. Congregatio Concilii in reſolutionibus emanatis ab anno 1608. uſque ad 1696. relatis apud Dom. Urſaya *tom.* 5. *par.* 2. *diſcept.* 11. n. 3. *& ſeqq.* & ſupra allegatis ſub n. 5. ſi autem verum eſt, quod ita toties judicaverit Sac. Congregatio Concilii, eaindem ceſſabit ſuppoſitum contrariæ praxis, & ſtyli, juxta Teſtimonium Corrad. Amayden. & aliorum, de quibus ſupra; punctus ergo erit in recognoſcendo, an reſolutiones Sacræ Congregationis ſint præciſæ, & individuales in hoc puncto, prout tales eſſe ſupponit referendo illarum verba D. Urſaya ut ſupra num. 4. 5. & 6. quia de cætero ſtare poteſt, Sacram Congregationem auctoritate ſuo approbaſſe; vel demandaſſe erectionem Dignitatum ab Ordinario reſpective factas, vel faciendas, ſed quando ſevera Sac. Congregatio canonizaverit poteſtatem Epiſcopi pro erigendis Dignitatibus jam inſtitutis in Eccleſia univerſali, ut refert Fagnan. *in cap. perniciosam* n. 70. *de Offic. Ordinar.* tunc Mihi videtur non poſſe allegari contrariam praxim, & ſtylum, ut proxime dixi, minuſque abuſum, aut contrarium uſum, ut ſupponit Amayden. ut ſupra, nec in dubio Epiſcopus privandus eſt auctoritate, & poteſtate, quæ ſibi alias de Jure competit, fatendo tamen, & concludendo in hac materia ſervandum eſſe ſtylum, & praxim; Hæc quæſtio non intrat in caſu, quo Epiſcopus erigere vellet quamcunque Dignitatem jam prius in Eccleſia exiſtentem, & deinde extinctam, ſeu defectam; tunc enim poſſet erectio fieri ab Ordinario tanquam reſtitutio, & reſtauratio antiquæ Dignitatis olim exiſtentis in Eccleſia, non autem erectio novæ juxta Bald. *in cap. cum acceſſiſſ.* n. 45. *de Conſtit.* Corrad. ubi ſupra *lib.* 2. *cap.* 2. n. 31. *& ſeq.* Eminentiſſ. Petra ubi ſupra *num.* 35. *verſic. limitatur tamen*.

Adjungo quod caſum ſupra relatum n. 9. & in quo obtinui ſcribens in Sacra Congregatione Concilii eſſe locum erectioni Archipresbyteratus non obſtante contradictione, & diſſenſum Capituli in una Ceſenaten. erectionis Archipresbyteratus ſub die 6. Martii 1723. in qua caſus erat; quod in Eccleſia Cathedrali Ceſanæ habente Capitulum, quod componitur non ſolum ex Canonicis, ſed etiam ex duabus Dignitatibus, ſcilicet Præpoſitura, & Archidiaconatu, Joſeph Demetrius Civis Ceſenas ad augendum Cultum divinum, & Eccleſiæ Cathedralis ſplendorem in Teſtamento anni 1716. mandavit ex ſuis bonis hæreditariis erigi tertiam Dignitatem titulo Archipresbyteratus, injuncto onere Archipresbytero pro tempore aſſiſtendi in Choro horis Canonicis, & divinis Officiis, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis, necnon celebrandi, ſeu celebrare faciendi Miſſam quotidianam, ac Miſſas decem in die Feſto S. Franciſci, augendo tamen onera Miſſarum in caſu, quo Archipresbyteratus obtineretur per aliquem extraneum, ſeu non Civem Patritium Ceſenæ ad effectum, ut hæc Dignitas mai *ſia accettata da Perſona foraſtiera*.

Super qua Dignitate Archipresbyteratus, ut ſupra erigendi, reſervavit Juſpatronatus Chriſtophoro Polazzino, ſuiſque deſcendentibus, & in illorum defectum Bartholomeo Bagnari, ejuſque ſimiliter deſcendentibus, & poſtea in Codicillis nominavit pro primo Archipresbytero Marcum Antonium filium ſupradicti Chriſtophori, licet conſtitutum in ætate 20. annorum.

Ordinavit etiam in eodem Teſtamento, quod eveniente caſu Collationis ejuſdem Archipresbyteratus cum reſervatione aliqualis Penſionis; itaut Rector integrales fructus bonorum ab eodem Teſtatore relictorum conſequi non poſſet, tali caſu voluit, quod erectio haberetur pro non facta, quodque omnium fructuum ſuorum bonorum eſſet Dominus, & Patronus Chriſtophorus de Polazzinis hæres ab ipſo inſtitutus, cum ſola obligatione celebrari faciendi Miſſam quotidianam, & alias Miſſas decem in Feſtivitate S. Franciſci.

Ut autem ex erectione hujuſmodi Archipresbyteratus, nullum irrogaretur præjudicium Capitulo Cathedralis circa diſtributiones quotidianas, ſummam ſcutorum 150. inveſtiendam pro complendis eiſdem diſtributionibus Reverendiſſimo Capitulo legavit.

Defuncto Teſtatore illi de Polazzinis pro erectione hujus Dignitatis ſtatim petere non omiſerunt conſenſum Capituli, quod in præjudicium Cultus divini conſentire recuſavit allegando tanquam in ſuum præjudicium, quod Archipresbyteratus eſſe deberet de Jurepatronatu Laicorum, & quod Canonici præcedentiam dare deberent huic novæ Dignitati in ſedendo; addendo inſuper, quod ſumma ſcutorum 150. inveſtienda pro diſtributionibus quotidianis non eſſet ſufficiens.

Hinc quaſi Capitulum haberet ſupremam poteſtatem commutandi ultimas defunctorum voluntates dixit conſenſum dare pro erectione ſimplicis Canonicatus, non autem Dignitatis, ſed quod magis eſt, accedente interpoſitione Epiſcopi, initus fuit contractus cujuſdam exorbitantis Concordiæ, juxta quam pro habendo conſenſu Capituli ſuper erectione Dignitatis deberet ipſis bonis, cum quibus erectio facienda erat, fieri expenſa pro obtinendo a Sede Apoſtolica favore Capituli Indulto conceſſivo uſus Cappæ magnæ, & iſte tractatus placuit Capitulo, cui licet illi de Polazzinis primo loco aures dederint, ignorando qualis eſſet hæc expenſa pro Indulto, poſtea tamen habita notitia ab Urbe, quod expenſa pro hujuſmodi Indulto abſorbebat omnia Capitalia deſtinata pro erectione Archipresbyteratus, diſſoluto tractatu, recurſum habuerunt ad Sacram Congregationem Concilii pro facultate deveniendi ad erectionem Dignitatis.

Propoſito igitur Dubio, *An eſſet locus erectioni*

Archi-

Archipresbyteratus; Ego affirmative, ut infra omnino reſolvendum eſſe ſubſtinebam. Ad quod aſſequendum allegabam, quod ageretur de exequenda pii Fundatoris ſuprema voluntate dicta ad augmentum, & ſplendorem Cultus divini in Eccleſia Cathedrali, mediante erectione novæ Dignitatis, ubi *ex parte Dantis* clamabat benignitas Sacrorum Canonum, qui hujuſ-
49 modi ſupremas Piorum Fidelium voluntates modis omnibus exequendas eſſe ſtatuerunt in *Can. ultima voluntas* 13. q. 2. etiamſi illa contineat pacta, ſeu conditiones diſpoſitioni Juris adverſas, & repugnantes, ut tradunt communiter Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *par.* 1. *q.* 9. *art.* 4. *num.* 2. *verſ. aut vere conditio*, Vivian. *eodem tract. lib.* 4. *cap.* 9. *ſub n.* 56. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 34. *n.* 17. Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 20. *num.* 16. *&* *diſc.* 68. *num.* 9. *&* 10. Adden. ad Pamphil. *dec.* 54. *num* 8. Rot. *dec.* 152. *num.* 22. *par.* 16. *recent. cum aliis in Senogallien. Canonicatus de Luthis* 23. *Junii* 1710 §. *Parum obſtante*, *cor. Reveren. Aldrovando*, & apud Me *diſcept. Eccleſ.* 25. *ſub num.* 9. *& de controv. Patron. alleg.* 80. *n.* 6.

Magis vero clamabat *ex parte Recipientis*, ut eſt Eccleſia, cum erectio Beneficiorum tendat in augmentum Cultus divini, quia niſi eſſent Fundatores, non eſſent Eccleſiæ, neque Beneficia, & præſertim ubi agitur de Dignitatibus in Cathedrali erigendis, & augendis, quæ ad conſervandam, augendamque Eccleſiaſticam diſciplinam fuerunt inſtitutæ, ut inquit Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* Barboſ. *de Canonic. cap.* 4. *num.* 1. cum incongruum ſit impedi-
50 re, & perdere fundationes inſignium beneficiorum, & dare exemplum retrahendi Laicos ab Holocauſto in præjudicium publicum, & Cultus divini, ſed potius illos omnino allicere oporteat ad benefaciendum Eccleſias, & proprias ſubſtantias erogandum in operibus piis, ut advertunt Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 32. *num.* 14. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 9. *princip. num.* 2. *in fin.* Vivian. *eodem tract. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 12. Rot. *in Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. §. *Quam quidem*, *coram Eminentiſſimo Scotta*, & plene habetur apud Me *diſcept. Eccleſ.* 25. *numer.* 9. *& diſceptat.* 29. *num.* 15. *& de controv. Patron. alleg.* 47. *num* 17. *& alleg.* 73. *n.* 23.

Neque ad impediendam hujuſmodi piam, & exoptabilem fundationem novæ Dignitatis in Eccleſia Cathedrali obſtaculum præbere valebat contradictio, & diſſenſus Capituli; Cum enim Capitulum habeat ſolam adminiſtrationem Eccleſiæ, non autem dominium, quod reſidet apud Summum Pontificem in omnibus Eccleſiis inferioribus ad *Text. in Can. Cun-*
51 *cta per Mundum*, *& Can. Per Principalem* 9. *quæſt.* 3. Bellamer. *ibidem num.* 77. *& ſeqq* Rot. *coram Merlin. deciſ.* 764 *num.* 12. *& ſeqq. & deciſ.* 775. *num.* 19. *& ſequentibus*, *& coram Coccin. deciſion.* 1708. *numer.* 13. & plene ego ſcripſi *de controv. Patron. alleg.* 55. *num.* 5. *&* 6.

Hinc coram Summo Pontifice, quem Sacra Congregatio repræſentat tanquam primario Domino om-
52 nium Eccleſiarum, & cui ſpectat novas erigere Dignitates in Cathedralibus, vel Collegiatis, ut apud *Text. in Canon. Omnes diſtinct.* 22. Barboſ. *de Canon. cap.* 4. *n.* 3. *&* 4. Felin. *in cap. Cum acceſſiſſent num.* 4. *de conſtit.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 5. *nu.* 14. *&* 15. Corrad. *in prax benef. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 28. *& ſeqq.* Fagnan. *in cap. Dilecto n* 26. *de præbend.* Monet. *de Commutat. ultim. volunt. cap* 11. *n* 328. *verſic. ſicut*, Monacell. *in Formul. par.* 1. *tit.* 2. *formul.* 4 *num.* 14. nunquam attenditur oppoſitio, aut diſſenſus Capituli, niſi ſit undique rationabilis, & fundatus in aliqua juſta, & gravi cauſa, ob quam expediat, & congruum ſit potius omittere, & perdere augmentum Cultus di-
53 vini, quam Juſtitiæ leges conculcare in alterius detrimentum, alias deficiente juſta, & rationabili cauſa, diſſenſus Capituli ſpernitur, & ſuppletur per Summum Pontificem, ejuſque Sacram Congregationem juxta ejus reſolutionem *in Sabinen.* 2. *Junii* 1696. relatam apud Monacell. *in Formul. for. Eccleſ. par.* 1. *tit.* 2. *formul.* 4. *n.* 15. ibi: *Verum tamen eſt, quod ſi Capitulum irrationabiliter erectioni ſe opponeret, & conſenſum præſtare nollet; illum ſupplet Sacra Congregatio Concilii, ut practicatum vidi in dicta Sabinen.* 2. *Junii* 1696. & paſſim in his materiis dixerunt Franciſc. *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 10. *num.* 2. Solorzan. *de Jur. Indiar. lib* 3. *cap.* 5. *n.* 16. *&* 17. Cardin. de Luca *de Regular. diſcurſ.* 29. *num.* 14. *&* 15. Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. *in prax. part. prima annotat.* 18. §. *unico ſub numer.* 5. *verſic. cæterorum*, & apud Me *diſceptat. Eccleſiaſt.* 36. *numer.* 7. *& de controverſ. Patron allegat.* 55. *numer.* 4. *verſic. fortius*, *& numer.* 5. *cum ſeqq.*

Rejecta infelici, & erronea concluſione Rot. *Maceraten. in una Maceraten. erectionis Canonicatus* 15. *Februarii* 1702. §. *Animadverſum* impreſſa apud Card. de Luca *lib.* 12. *deciſ. final. juxta Venet. impreſſ.* quæ dixit eſſe in arbitrio Capituli denegare aſſenſum novæ erectioni Canonicatus abſque neceſſitate cauſæ rationabilis, cum ſit concluſio erronea veluti contraria omnibus principiis Canonicis, & reſolutioni Congregationis in d. Sabinen. apud Monacell. ubi ſupra, & in hac materia non eſt deferendum aliis auctoritatibus in concurſu reſolutionum Sacr. Congregat. habentium vim legis.

Quæ quidem juſta, & rationabilis cauſa in terminis adeo exorbitantibus impediendi utilitatem Eccleſiæ, & augmentum Cultus divini eſſe non debet colorata, aut levis, aut mendicata a privatæ æmulationis, ſeu paſſionis ſuffragio, ne alias repoſitum ſit in velle, vel nolle Capituli admittere, vel pro libito refutare, & impedire fundatione Beneficiorum, & Dignitatum, ſicut Summi Pontificis voluntas in hac materia ſuæ poteſtati ſubjecta ex alieno inferiorum arbitrio pendere dicatur, ut inquit Innocent. III. *in cap. Bone* 4. *de poſtulat. Prælat.* ibi: *Nobis frequenter illuderent, & judicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur*: ubi enim Canonici ſe gerere velint uti Eccleſiæ Domini recuſando quidquid utile eſt, & tendens in augmentum, & ſplendorem Cultus Divini, abſque 54
dubio Eccleſiaſtici Patrimonii jactura incurritur, ut ait Divus *Hieronymus in Can. Ecce ego diſtinct.* 95. ibi: *ac Dominici Patrimonii damna conquiritis, dum ſoli vultis in Eccleſiis potentati.*

Dicebam ergo nullam adduci poſſe juſtam, & rationabilem cauſam; quæ apta foret retardare utilitatem Eccleſiæ, & ſupremam pii Fundatoris voluntatem infringere; Prima enim ex cauſis per Capitulum deducta, in eo conſiſtens, quod Dignitas Archipresbyteratus eſſe deberet de Jurepatronatus Laicorum, juxta legem expreſſam in Teſtamento Fundatoris vocari potius merebatur ignorantia juris, quam juſta cauſa reflectendo, quod omnis Eccleſia, & omne Beneficium, quod habet Fundatorem Laicum, miniſterio juris ſemper naſcitur cum Jurepatronatus, non ſolum quando illud fuerit expreſſe reſervatum per Fundatorem, 55
ſed etiam ſi deficiat expreſſa reſervatio, adhuc enim tacite dicitur tributum hæredibus Fundatoris, ita diſponente Sacrorum Canonum indulgentia ad alliciendos Laicos pro fundationibus Eccleſiarum, & Beneficiorum ut ſunt Textus aperti *in cap. Significavit de Teſtibus*, *& cap. Nobis de Jurepatron.* Lambertin. *de Jurepatron lib.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 4. *n.* 12. Sanchez *Reſponſ. Moral. cap.* 3. *dub.* 38. *n.* 5. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 1. *num.* 14. Rota *coram Bichio deciſ.* 162. *n.* 6. *& coram Coccin. deciſ.* 1026. *n.* 11. *& coram Cardinali Caprara deciſ.* 276. *num.* 3. cum aliis apud Me *Diſceptat. Eccleſ.* 4. *n.* 73. *&* 74. *& de controv. Patron. allegat.* 100. *n.* 40.

Neque de extero in Orbe Catholico ulla fere repetitur Eccleſia Cathedralis, aut Collegiata, quæ ob fundationes Laicorum non habeat ſaltem aliquod Beneficium, Canonicatum, aut Dignitatem de Jurepatronatus, & ab initio per hunc magna pro majori parte creaverunt Eccleſia, & Beneficia, tractu temporis redacta ad libertatem, per extinctionem Patronorum, 56
præſcriptionem, remiſſionem, & alios modos, quibus de Jure amittitur Juſpatronatus, de quibus apud Vivian. *in prax. Juriſpatr. lib.* 15. *cap.* 1. *cum ſeqq.* Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 8. *cum ſeqq. & alios*, & de facto frequentia ſunt exempla, quod etiam primæ Dignitates in Cathedralibus ſint de Jurepatronatus, ut in Eccleſia Neapolitana, Rot. *coram Bich.* *deciſ.*

Digitized by Google

deciſ. 312. *ſub n.* 25. & in Eccleſia Collegiata Liburni, ut in Piſana Archipreſbyteratus, coram clar. me. Card. Priol. apud Me *de controverſ. Patron. alleg.* 30. *num.* 1. & paſſim in aliis Eccleſiis Orbis Catholici, & propterea mihi inepta videbatur hæc de cætero nondum audita cauſa reiiciendi ab Eccleſia fundationem novæ Dignitatis propter fundationem Jurispatronatus ſolitam, ordinariam, & ex ipſa diſpoſitione juris volitam, & ſubintellectam; nam executio juris, nemini inferre dicitur præjudicium ad
57 *Textum in leg. injuriarum*, §. *His qui inter*, *digeſtis de injur.* & quod lege permittente fit, dicitur juſte, & bene fieri, *leg. Quis ſit fugitivus*, §. *Apud Labeonem*, *digeſtis de Edilit. Edict. Can. Quid dicam* 14. *quæſt.* 4. Genuen. *in Practic. Eccleſ. quæſt.* 46. *numer.* 4. Barboſ. *axiom.* 136. *numer.* 12. Tiraquell. *de leg. Connub. libr.* 9. *numer.* 1. *cum ſeqq.* Spetell. *dec.* 104. *numer.* 1.

Sed pejor erat altera ſubalterna ratio, quam deducebat Capitulum ex hujuſmodi priori cauſa, inferendo ex illa, quod poſito Jurepatronatus, ipſum obligatum remaneret admittere quaſcunque Perſonas ad nominationem Patronorum licet idiotas, & nullis ſcientiis imbutas in opprobrium ipſius Capituli, quæ pariter ratio verſabatur in ignorantia Juris, nempe in erroneo malè ſuppoſito, quod Patroni habeant liberum, & illimitatum arbitrium nominandi quem velint, quando tamen Capitulum ſcire debebat Patronos teneri ad præſentandum Epiſcopo Sacerdotes, aut Clericos habiles, & idoneos reſpective ad Beneficium, ad quod illi præſentan-
58 tur, alias data præſentatione inhabilis, aut non idonei, denegatur Inſtitutio, ut diſponit Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *capit.* 9. *de reformat.* ibi: *an hæc liceat Epiſcopo Præſentatos a Patronis, ſi idonei non fuerint, rejicere*, & niſi intra terminum Præſentati fuerint habiles, devolvitur libera collatio ad Epiſcopum, ut late apud Vivian *de Jurepatron. libr.* 6. *capit.* 7. *numer.* 1. *cum ſeqq.* ſignanter numer. 70. Lambertin. *eodem tract. part.* 1. *libr.* 2. *quæſtion.* 10. *artic.* 4. *numer.* 1. *& ſeqq.* & maxime ubi agitur de Dignitatibus, & de Beneficiis qualificatis, in quibus cum requiratur induſtria, vel conſilium Præſentati per Patronos,
59 ſubjecti ſunt examini faciendo ab Epiſcopo, ut in ſpecie Maſſobr. *in prax. haben. concurſ. requiſ.* 10. *dub.* 5. *numer.* 9. *& ſeqq.* ibi: *in Parochialibus examen requiritur de neceſſitate, & pro forma, item in Præſentatis inſtituendis ab inferioribus; item in Proviſis de Dignitate etiam ſine cura, vel de Canonicatu in Cathedrali, vel Collegiata, in quibus requiritur induſtria, vel conſilium*, *& requiſ.* 5. *dub.* 15. *numer.* 6. Barboſ. *ad Concilium ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *numer.* 74. ibi: *Epiſcopus Electos a Patronis poteſt examinare, & ſi non fuerint idonei, &c. conceditur libertas eos repellendi*, Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 4. *numer.* 102. Ricc. *in prax. part.* 4. *reſolut.* 73. *numer.* 6. & habetur apud Me *de Controv. Patron. alleg.* 100. *numer.* 11. *verſ. in aliis vero.*

Male autem adducebatur pro exemplo inhabilis, & illiteratæ Perſonæ ipſa prima nominatio facta per Fundatorem in Perſona Marci Antonii de Polazzinis, quando probatur illum eſſe ortum ex honeſtis, legitimis, civilibuſque Parentibus in Civitate Cæſenæ, ac ultra bonos mores vacaſſe ſtudiis Philoſophicis, Theologicis & Legalibus Laurea Doctorali in utroque jure inſignitum, necnon obtinuiſſe judicaturam in Cauſis Confidentiarum, & Simoniæ pro tota Diœceſi Cæſenaten. & demum præſtitiſſe ſervitium in Eccleſia Cathedrali apud Epiſcopum omnibus diebus feſtivis, & in quacunque Cappella ab Epiſcopo retenta, unde incongruum prorſus erat dubitare de ſumma habilitate, & idoneitate primi præſentati ad hanc Dignitatem, non obſtante, quod haberet ſolam ætatem viginti trium annorum; nam quando hæc ætas non ſit integra, jam prompta eſt diſpenſatio Apoſtolica, quæ nun-
60 quam denegatur filio Patroni præſentato per Fundatorem, juxta praxim Datariæ, de qua Vivian. *de Jurepatron. lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 9. Corrad. *in prax. beneſ. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 10. *in fine verſic. pariter*, Roſa *de Execut. Litterar. Apoſtol. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 288. ac etiam apud Me *Diſcept. Eccleſiaſt.* 13. *num* 42. *in fine*, *& in Parergon. num.* 15.

Prout etiam fruſtra ſub eodem æquivoco continuabatur Capituli contradictio ſupponendo, quod in caſu deficientiæ Perſonarum habilium in Familia de Polazzinis, Capitulum ex nominatione facienda per Patronos adſtringi poſſet ad recipiendum Gentes vagas, & profugas, quas nominandas eſſe ſupponebat ab habentibus Juſpatronatus activum; Etenim non percipiebatur quales eſſent hujuſmodi Gentes vagæ, & Profugæ, niſi forte intelligerentur Bannitæ, & exu-
les, & conſequenter incapaces, & indignæ, ut præ- 61
ſententur ad Dignitatem Eccleſiæ Cathedralis, aut inſtituantur ab Epiſcopo ex jam probatis; Si vero intelligebantur Perſonæ non Cives, ſed exteræ, & nulla erat indecentia, nullum abſurdum, & nullum Capituli dedecus, quod Exteri de extero habiles, & idonei præſententur, & inſtituantur in Eccleſia Cathedrali, immo hoc diſpoſitioni juris conforme reperiebatur, ut nempe non reſtringatur Electio, & Præſentatio ad certas Perſonas de una Cognatione, vel Civitate, ſed Preſbyteri idonei undecunque originem duxerint in Eccleſiis inſtituantur, ut eſt *Text. literalis in c. Ad decorem de inſtit.* ibi: *Sicut noſtris auribus eſt ſuggeſtum Conſtantinopolitanus Patriarcha aliarum Nationum Clericos ſpernens, Venetos tantum in Conſtantinopolitanis Eccleſiis ſatagit collocare, non attendens, quod in omni gente, qui facit Juſtitiam acceptus eſt Deo, nec Sanctuarium Dei convenit jure hæreditario poſſideri, quo circa mandamus quatenus moneatis eundem, ut Veros litteratos, & alios idoneos undecunque originem duxerint in prædictis Eccleſiis, & maxime in Majori inſtituere non poſtponat*, & ſequitur Corrad. *in prax. beneſ. lib.* 2. *cap.* 16. *ſub n.* 36. *&* 43. Nicol. *in floſc. in verbo Canonicus n.* 6.

Itaut neque valeret ſtatutum Capituli, quo caveatur, ut in Eccleſia non recipiantur Exteri, tantum abeſt, quod abſurdum foret, & minus decorum Ca-
pitulo admittere Exteros, prout in hac parte æqui- 62
vocabatur, contra jus, rationem, loco rationabilis adducendo cauſam omnino irrationabilem, & erroneam, ut præter Nicol. ubi ſupra ſæpe judicavit Rot. *coram Buratt. deciſ.* 747. *numer.* 2. *&* 3. *& coram Ubald. deciſ.* 475. *& deciſ.* 548. *per totum*, *& in Amalphitana Statutorum* 13. *Maii* 1715. §. *Et denique*, *coram bon. mem. Foſcaro*, *& in Comen. Archipreſbyteratus* 17. *Junii* 1715. §. *Jam vero*, *cor. Eminentiſſimo Falconerio.*

Sed, ut addebam, ſi tantus amor, & tanta ſollicitudo Capituli, ut agnoſcere recuſaret in Eccleſiam omnes alios, quam Cives, adhuc Fundator hoc deſiderium expreſſit in ſuo Teſtamento, ubi addidit majora onera Extero Proviſo de hac Dignitate tam circa Miſſas, quam circa annuam ſolutionem ſcutorum viginti faciendam hæredibus, ſeu Patronis, expreſſa ratione ibi: *E queſto ſolo ad effetto, che mai ſia accettata da perſona foraſtiera:* ubi non intrabat conſideratio facta per Capitulum, quod ergo Patroni ſemper præſentabunt Exterum, ut habeant utilitatem ſcutorum 20. quia Fundator hoc expreſſit non quidem in ordine ad Exteros, qui præſentati forent per Patronos, ſed in ordine ad Proviſos per Datariam Apoſtolicam, vel Epiſcopum, juxta frequentes caſus in Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum, ubi per vacationem in Curia, aut litem, ob quam derogatur Jurispatronatus in totum, alioſque caſus, Sedes Apoſtolica providet, aut etiam Ordinarius libere confert jure devoluto ob præſentationem non factam, vel male factam in termino juris, de quibus Proviſis Exteris loquitur Fundator ibi. *E*
ſe mai accadeſſe, che queſta Arcipretura foſſe im- 63
petrata, o conferita a Perſona foreſtiera: cum hujuſmodi verba exprimentia impetrationem, & collationem, non conveniant, niſi liberæ collationi, non autem Inſtitutioni ad præſentationem Patronorum, ut inquit *Text. in cap. cum in illis*, §. *Cum*

autem

autem de Præbend. in 6. ibi: *Cum autem inter collatio-*
nem præſentationem, & inſtitutionem differentia ma-
gna eſſe noſcatur, ſi cui de Beneficio ad alicujus colla-
tionem, provideri mandatur de illo, quod ad ejus præ-
ſentationem, vel Inſtitutionem pertinet providere non
poterit, nec e converſo, expreſſa enim una caſuum
prædictorum, mandatum ſuper hoc factum, quod debet
de ſui natura reſtringi ad alios extendi non debet,
Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 8. *&* 9. Lamber-
tin. *de Jurepatron. lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 12. *nu.* 19.
ibi *Collatio vero, &c. eſt quando abſque alicujus ele-*
ctione, vel præſentatione Epiſcopis confert, &c. & in
hoc collatio differt ab inſtitutione, Rot. *coram Buratt.*
decis. 551. *num.* 7.

Et propterea quando Fundator impoſuit majora o-
nera, & annuam ſolutionem pecuniariam favore Pa-
troni in caſu *Che queſta Arcipretura foſſe impetrata,*
o conferita a Perſona foreſtiera, intellexit de impe-
tratione, & collatione Apoſtolica, vel Ordinaria ex-
tra præſentationem Patronorum, non autem de Inſti-
tutione Exteri, qui præſentaretur per Patronos, tum
quia Fundator locutus fuit de caſu accidentali ibi: *E*
ſe mai accadeſſe; qui non adaptatur caſibus ordinariis
præſentationis, & inſtitutionis, tum etiam quia inе-
ptum foret ſupponere, quod Fundator in odium pro-
viſionis factæ de Extero gravando iſtum ad annuam
ſolutionem pecuniariam favore Patroni, intellexiſſet
de Extero præſentato, quod aliud non fuiſſet, niſi re-
munerari Patronos, eiſque utilitatem afferre ex propria
64 culpa præſentandi Exterum, in cujus odium hujuſmo-
di onus injunctum fuit, quod ſane tanquam abſurdum
ſupponi non poteſt ad *Text. in leg. In fundo*, *ff. de rei*
vendic. cap. Sedes, *& cap. Plerunque de reſcript.* Rot.
decis. 135. *n.* 10. *par.* 16. *& decis.* 4. *n.* 13. *par.* 17. *&*
decis. 372. *n.* 16. *par.* 18. *recent. & coram bon. me. An-*
65 *fald. decis.* 83. *n.* 16. Itaut in ordine ad Patronos Te-
ſtator intellexerit data legem præſentandi Civem, &
non Exterum, ut ſatis colligitur ab expreſſionibus,
ut ſupra factis in Teſtamento, cum etiam tacite hoc
jus paſſivæ præſentationis induci poſſit, ut Ego ſcrip-
ſi de *Controv. Patron. alleg.* 83. *num.* 6. *& ſeqq.* & ge-
neraliter tradunt Rodulph. *alleg.* 125. *n.* 8. Peregrin. *de*
fideicom. art. 11. *n.* 25. Rot. *decis.* 188. *n.* 7. *par.* 12. *&*
dec. 149. *n.* 24. *par.* 16. *recent.*

Ex quibus plene ſublata remanebat exceptio admo-
dum vana hujus primæ cauſæ, quæ etiam redargue-
bat omnia Capitula Eccleſiarum Orbis Catholici,
quæ paſſim ſemper admiſerunt novas Dignitates, no-
voſque Canonicatus de Jurepatronatus Laicorum, ſed
æque infelix, & non minus inſulſa convincebatur ſe-
cunda cauſa, quod admiſſa hac nova Dignitate, ipſi
Canonici in eo præjudicium haberent, quod Dignitas
iſta eiſdem præcederet in Choro, & aliis functionibus
Eccleſiaſticis; hoc enim pariter involvebat clarum
æquivocum, reflectendo, quod in Hierarchia Eccle-
ſiaſtica dantur Ordines diverſi Perſonarum, & omiſſis
aliis in ſpecie caſus in hac Eccleſia Cathedrali extabant
tres ordines diſtincti; Primus conſtitutus ex Dignita-
tibus, ſecundus ex Canonicis, tertius ex Beneficiatis,
qua diſtinctione retenta. Ego non percipiebam quale
præjudicium decantarent Canonici circa ſuam antia-
nitatem, & præcedentiam, quia præjudicium intelli-
66 gitur inter Perſonas ejuſdem Ordinis, exempli gratia,
ſi fundaretur novus Canonicatus, non deberet novus
Canonicus anteſedere, & præcedere in Choro, &
functionibus Eccleſiaſticis Canonicos antiquos jam
exiſtentes in Eccleſia, & ſic etiamſi fundaretur no-
va Dignitas, hæc præcedere non deberet in ordine
Dignitatum illas jam exiſtentes, ut docet Gonzal.
in *cap. Cum olim num.* 11. *verſ. Cum de conſuetudine*,
Daniel. *de Nobil. diſput.* 75. *n.* 61. Franceſc. *de Eccleſ.*
Cathed. cap. 33. *n.* 162. Card. de Luc. in *Miſcell. Ec-*
cleſ. diſc. 40. *n.* 5. ibi: *Quoniam punctus non viget inter*
Perſonas, ſed inter Ordines, & genera, ſeu Hierar-
chias, &c. ergo pariter inter Perſonas ejuſdem meri-
ti, ſeu claſſis intrare debet illa diſtinctio Hierarchia,
& habetur apud Me *de Controv. Patron. alleg.* 90.
num. 98. *& ſeqq.*

Non autem intelligitur præjudicium Illorum, qui
exiſtunt in Ordine inferiori, ſi admittatur aliquis no-
vus in Ordine ſuperiori, quia non præcedit Perſona, 67
ſed Ordo, & ſicut Canonici Ordinis inferioris nun-
quam controvertunt præcedentiam Dignitatibus Or-
dinis ſuperioris, in caſu, quo vacata aliqua Dignita-
te admittatur aliquis proviſus de novo, ita allegare
non valent ipſorum præjudicium, ſi Dignitas de no-
vo erecta admittatur, & præcedat in Ordine ſuperio-
ri, ut eſt *Text. litteralis in cap. ſtatuimus de majorit.*
& obedient. ibi: *Statuimus, ut Presbyteri primum lo-*
cum, Diaconi ſecundum, Subdiaconi tertium, & ſic
de reliquis obtineant ordinatim etiamſi poſterius ad-
mittatur, & qui major eſt Ordine etiamſi poſtea ſit
receptus, &c. potiorem eſſe volumus, ibique Gonzal.
num. 1. ibi: *qui major eſt Ordine, licet poſterior in Ec-*
cleſia receptus, præfertur inferiori in gradu, Barboſ.
num. 1. Imol. *num.* 1. Ancharan. *num.* 2. Butr. *numer.* 1.
Anania *num.* 1. Gavant. *in Manual. in verbo præceden-*
tia n. 38. Rot. *coram Ottobon. dec.* 4. *num.* 39. *& ſeqq.*
& in recent. decis. 214. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *& in Ro-*
mana Præcedentiæ 5. *Maii* 1710. *§. De majori*, *cor.*
Reverendiſſ. Ravennaten. & apud Me de *Controv. Pa-*
tron. alleg. 90. *num.* 122.

Sicut enim Canonici cedunt locum, & præceden-
tiam Dignitatibus, nempe duabus jam exiſtentibus in 68
Eccleſia, ita nullum eſt in hac parte eorum præjudi-
cium, ſi in eodem Ordine ſuperiori alia Dignitas ad-
datur, & admittatur, cum Ordo inferior nunquam
dicatur habere præjudicium ex præcedentia Ordinis ſu-
perioris, cum in his terminis præcedentia non detur
perſonis, ſed Ordini, ubi nihil intereſt, an unus Or-
do ſuperior habeat plures, vel pauciores perſonas, ſi-
ve, ut in caſu iſto, an Ordo Dignitatum conſtituatur
ex duabus, vel tribus, ut notat Card. de Luc. *in Miſ-*
cell. Eccleſiaſt. ubi ſupra num. 5. *& de Regular. diſc.* 70.
n. 2. *&* 3. qua præjudicium non provenit ex addita-
mento unius Perſonæ facto illi corpori, ſeu Ordini,
ſed ex majoritate ipſius Ordinis, cui jam ſubjectus re-
peritur Ordo inferior, nullum proinde præjudicium
allegare valent, ſi Ordo ſuperior habeat majorem nu-
merum Perſonarum ſeu Dignitatum, nempe, ut hic,
unam Dignitatem ſuperadditam eidem Ordini, & ſicut
dicimus, quod membra non recipiunt præjudicium,
ſi præcedat caput, cui ſubſunt, ita dicimus Ordinem
inferiorem Canonicorum nullum habere præjudicium
ſi præcedat Ordo ſuperior Dignitatum, cui jam ſubeſt
inferior Ordo Canonicorum, alias ſi daretur hæc con-
fuſio Ordinum Ego reflectebam, quod etiam ipſi Be-
neficiati inſurgerent allegando eorum præjudicium, ſi
crearetur nova Dignitas habens Ius præcedendi etiam
ante ipſos, quod certe erat abſurdum, ſive æquivocum
ſatis manifeſtum quia præjudicium datur inter pares
ejuſdem Ordinis, non autem inter diverſos, ſeu de
diverſo Ordine exiſtentes, juxta allegatum *Text. in c.*
ſtatuimus de major. & obed. Valenzuel. *conſ.* 84. *nu.* 91.
& ſeqq. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 42. *& ſeqq.*
& late, & eleganter Divus Gregor. *in Canon. Ad hoc*
diſt. 89.

Hinc inutiliter allegabant in oppoſitum ſpecialis
auctoritas S. Rotæ *coram Puteo decis.* 6. *nu.* 5. *lib.* 3. *in*
correctis, quæ firmare videbatur eſſe præjudicium 69
Canonicorum, ſi alius Archidiaconatus erectus ha-
bendo ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo de-
beret præcedere omnes antiquos Canonicos, dicendo
non eſſe dubium, quod ratione præcedentiæ eſſet
præjudicium.

Hæc enim auctoritas merito recepta non fuit, ſed
neglecta per S. Congregationem, ex quo juxta caſum
in Sac. Rota tunc propoſitum, Adrianus Papa in Ec-
cleſia habente quinque Canonicos crexerat novem
alios, cum clauſula: *ſine præjudicio nunc Viventium*,
& dubium diſputatum erat: *An ſit præjudicium conſi-*
derabile ex parte antiquorum Canonicorum, & Digni-
tatum quod creati per novam Adriani erectionem ha-
beant, Antiquis viventibus, ſtallum in choro, & vo-
cem in Capitulo: quod fuit affirmative reſolutum ex
pluribus, dum præſuppoſita mente Papæ non præju-
dicandi Antiquis etiam in modico præjudicio, ut
ait Rota ibi nu. 2. hoc præjudicium ſatis verificabatur
ratio-

Digitized by Google

ratione vocis in Capitulo, cum Antiqui eſſent quinque, & novi Canonici eſſent novem, & ſic iſti in omnibus reſolutionibus ſemper vincerent, & pariter clarum erat præjudicium in diſtributionibus quotidianis, ut proſequitur ibidem n. 5. conſiderato etiam, quod in erectione creabantur tot Canonicatus abſque plenitudine juris Canonicalis, unde ex generali conſuetudine, Canonici ultra numerum non habebant ſtallum in Choro, vocem in Capitulo, nec diſtributiones quotidianas, & ante ceſſum, vel deceſſum Antiquorum iſta non debebantur, ut legere eſt num. 4. & 5. unde hujuſmodi rationes bene fundabant præjudicium Canonicorum antiquorum in hoc caſu diverſo erectionis aliorum novem Canonicorum, nec militabant in caſu particularis erectionis unius Dignitatis de numero una cum ſtallo in Choro, & voce in Capitulo, ubi Fundator illi aſſignaverat ſuam dotem pro Præbenda, & diſtributionibus, quæ nec reſpectu diſtributionum inferebat præjudicium Canonicis; quatenus vero eadem Rot. *dict. dec.* 6. *num.* 5. ſuperaddidit aliam quoque rationem, quod nempe ſi alius Archidiaconatus erectus haberet ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo præcedendo Canonicis, ratione præcedentiæ eis inferret præjudicium, Ego obſervabam in hac ratione attendendam non eſſe Deciſionem, dum non agebatur in eo caſu de erectione alicujus Dignitatis, ſed novem Canonicorum, & illa ratio per modum exempli adducta remanebat extranea ab illo caſu, quia novi Canonici præcedere non poterant Antiquos, & ulterius fuit erronea, confundendo præcedentiam Ordinis ſuperioris Dignitatum cum ordine inferiori Canonicorum, quando in ſubſtantia eſt purum æquivocum, & confuſio Perſonarum diverſi Ordinis quaſi de unica Claſſe exiſtentium, ut ſuperius delucidatum eſt num. 67. & ſeq. & tamen nil magis vulgatum, magiſque receptum in Hierarchia Eccleſiaſtica, ut quando conſtituti ſunt diverſi Ordines Perſonatum ad effectum
70 Præcedentiæ, & præjudicii circa illam non attendatur antianitas, niſi inter Perſonas ejuſdem Ordinis, non autem, ut antiquior de Ordine inferiori præcedere valeat noviter Receptum, & creatum in Ordine ſuperiori, quia prærogativa hæc Ordinis nititur juri naturali, & divino, & prævalet prærogativæ temporis tanquam accidentali, itcut admittatur conſuetudo contraria tanquam abuſus contra honeſtatem Eccleſiæ, ut profunde notat Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 44. *& ſeqq.* ibi: *Ratio eſt quia prærogativa hæc Ordinis potior eſt accidentaria illa temporis, nititur enim juri naturali, & divino, ut eſt expreſſum in ſupracitato Canon. ultimo* 89. *diſt. unde quamvis ceſſante diſtinctione Ordinum nihil ſit quin poſſit ex conſuetudine, vel aliquo Jure ſpeciali introduci, &c. nihilominus ubi adeſt ea diſtinctio talis conſuetudo per quam confunderetur non attendatur, eſt enim prorſus invalida, & mera corruptela contra honeſtatem Eccleſiæ introducta ad quam tollendam emanavit Decretalis illa ſtatuimus,* & concordat Barboſ. *de Canon. cap.* 18. *num.* 9. *& ſeqq.* ubi allegat exemplum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium. Gratian. *deciſ. March.* 16. *n.* 7. Ceccoper. *lucubr. Canon lib.* 1. *n.* 165 *&* 166. Pignatell. *conſult.* 55. *per tot. tom.* 3. Panimoll. *dec.* 1. *annot.* 8. *n.* 21. *&* 23. Monacell. *in Formul. For. Eccleſ. par.* 1. *tit.* 2. *formul.* 4. *num.* 23. & late Rot. *in dicta Romana præcedentiæ* 5. *Maii* 1710. §. *De majori cum ſeqq. coram Reverendiſſimo Criſpo.*

Nil relevante, quod hæc Dignitas Archipresbyteratus tanquam Juriſdictione carens, dicenda foret Dignitas puri nominis, ſeu Perſonatus, potius quam
71 Dignitas, in hoc enim pariter magnum verſabatur æquivocum, quia Perſonatus non eſt Dignitas, ſed quid medium inter Dignitates, & Canonicos, ut ait Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 50. *&* 51. Fagnan. *in cap. ad hæc n.* 8. *verſ. ubi dicit de præbend. & num.* 14. & propterea cum ea lege Fundationis volita, & expreſſa fuerit Dignitas Archipresbyteratus, dicenda eſt Dignitas non Perſonatus, ut ait Fagnan. *in d. cap. ad hæc n.* 41. ibi: *Dignitas proprie dicitur quando in illius inſtitutione cautum eſt, ut Dignitas,* & de extero ipſum nomen Archipresbyteratus ſonat in Dignitatem, cum in jure noſtro duas habeamus expreſſas Dignitates, nempe Archidiaconatum, & Archipres- 72
byteratum, ut tradunt Aretin. *conſil.* 23. *numer.* 4. Barboſ. *de Canon. cap.* 4. *numer.* 5. Rot. *deciſion.* 326. *numer.* 1. *part.* 2. *diverſ.* Cardinal. de Luc. *de Canon. diſc.* 30. *numer.* 9. Rot. *deciſion.* 99. *numer.* 3. *coram Bichio*, Fagnan. *in dict. cap. ad hæc numer.* 47. ubi quod. *Ad dignoſcendam Dignitatem ſpectare debemus an vocetur aliquo nomine Dignitatum, quæ ſunt in jure, expreſſa*, Panimoll. *deciſ.* 1. *annotat.* 6. *num.* 20.

Neque ad eſſentiam Dignitatis neceſſarium erat,
quod haberet adminiſtrationem ſicut in hujuſmodi 73
Eccleſia hanc Juriſdictionem non habebat prima, vel ſaltem ſecunda Dignitas Barboſ. *de Canon. cap.* 4. *num.* 13. *in fine* ibi: *Ideo ad conſtituendam Dignitatem præciſe non ſit neceſſaria Juriſdictio*, Aretin. *conſil.* 3. *num.* 5. ibi: *Quod ſi alicui imponatur nomen Archidiaconi, quod nomen ſonet in Dignitatem de jure communi, licet nullum Officium Archidiaconatus gerat, tamen eſt Dignitas*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 515. *num.* 4. Ceccoper. *lucubr. Canon. lib.* 1. *num.* 139. ibi: *Hæ Dignitates nullam habent Juriſdictionem, vel Adminiſtrationem, aut Officii exercitium, ſunt tamen veræ Dignitates*, Pignatell. *conſult.* 130. *num.* 3. *verſic. has prærogativas tom.* 4. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 33. *numer.* 23. *&* 24. *& numer.* 26. ubi allegat plures concordantes, & pleniſſime concluſionem fundat.

Quamvis objectum neque etiam concluderet, ubi ageretur de Perſonatu, non autem Dignitate, adhuc
enim Perſonatus eſt ordinis ſuperioris, quam ſit 74
Canonicatus, & conſequenter habet de jure præcedentiam ſupra Canonicos, ut tradit Lotter. *de re beneſic. lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 30. *&* 36. Fagnan. *in cap. ad hæc num.* 50. *& ſeqq. de Præben.* Barboſ. *de Canon. cap.* 4. *num.* 19. quod dicebatur ad exuberantiam, quia de jure Archipresbyteratus eſt Dignitas, & Dignitatem appellavit Fundator, & pro tertia Dignitate Capitulum recognovit.

Urgebat etiam alia principalis reſponſio, quod iſta non erat cauſa rationabilis, & de Jure conſiderabilis ad effectum perdendi publicam utilitatem conſiſtentem in augmento Cultus divini per fundatio-
nem unius Dignitatis, ad quem effectum non atten- 75
ditur cauſa privatæ ambitionis, & æmulationis, quia ſemper favor publicus privato prævalet, & præferendus venit, ut in his præciſis terminis docuit Caſtren. *conſ.* 170. *ſub numer.* 2. *verſ. nam propter lib.* 1. ibi: *Nam propter utilitatem illorum privatam non debebat omitti utilitas publica, & honor, & decus Eccleſiæ, quæ conſiſtunt in augmento Canonicorum*, & ſequuntur Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *litter. D. concluſ.* 514. *numer.* 13. Tondut. *quæſt. beneſic. cap.* 68. *numer.* 15. *verſ. & licet*; Pignatell. *conſult.* 48. *num.* 6. *tom.* 6. & apud Me *de Controv. Patron. allegat.* 100. *num.* 703.

Tertia denique cauſa fundabatur in ſuppoſito præjudicio Canonicorum, quo ad intereſſe burſale, quæ tamen non ſubſiſtebat in facto, cum Capitulum haberet duas maſſas, alteram nuncupatam Diſtributionum, alteram vero Capitularem, & in nulla ex his Capitulum allegare poterat præjudicium burſale per erectionem novæ Dignitatis.

Non quidem reſpectu maſſæ Diſtributionum, quia probatum remanebat in facto, juxta ſtatum anni 1680. quod cum in Eccleſia quindecim eſſent Præbendæ Canonicales, & duæ Dignitates, Diſtributiones vix attingebant ratam ſcutorum duorum pro quolibet Canonico, & Dignitate; Dum itaque Fundator pro his diſtributionibus reliquerat Capitulo ſcutorum 150. pro capitali inveſtiendo, quæ in Civitate Cæſenaten. inveſtiri ſolent ad annuam rationem ſcutorum quatuor, & quinque pro centenario, clariſſimum reddebatur Capitulum eſſe in lucro, non autem in damno in hac fundatio-
ne novæ Dignitatis, itant cauſa præjudicii eſſet 76
color quæſitus ad impediendam fundationem ex cauſa rancorum privatæ æmulationis contra *Text. in Canon.*

Canon. ecce ego diſt. 95. *& in Canon. ult. voluntas* 13. *q.* 2. & optime Rot. *in Novarien. Interventus in Pontificalibus* 27. *Junii* 1704. §. *Et demum*, *coram bon. mem. Omanna.*

Pariter conſtabat, quod in erectione aliorum duorum Canonicatuum ultimis temporibus facta juxta diſpoſitiones particularium Fundatorum, ſola quantitas annuorum ſcutorum ſex pro diſtributionibus Capitulo aſſignata fuerat, itaut ceſſaret omne præjudicium Capituli, quando Fundator hanc ſummam ſcutorum ſex reliquit Capitulo in capitali ſcut. 150. inveſtiendo, quod etiam plus reddere poterat ſi inveſtiretur, juxta conſuetudinem Civitatis ad rationem ſcutorum quinque pro centenario, juxta taxam legalem, de qua *Gloſſ. in Auth. perpetua*, *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Rot. *dec.* 154. *num.* 10. *part.* 18. *recent. & coram Emerix Junior. dec.* 162. *num.* 6. *& dec.* 984. *num.* 2. *& alibi paſſim.*

Ultra quod inveſtimentum ſaltem ad rationem quatuor pro centenario nedum probatum remanebat in facto, ſed etiam de Jure, juxta modernam reductionem fructuum, de qua Rot. *coram Emerix Junior. dec.* 887. *n.* 5. *& dec.* 984. *n.* 3. *& in Fanen. Fructuum* 8. *Maii* 1679. §. *Attamen*, *coram bon. memor. Paulutio*, *& in Aſculana Dotis* 6. *Martii* 1684. §. *Quo vero*, *&* 20. *Junii* 1685. §. *Poſita*, *coram clar. mem. Card. Matthaio*, & teſtatur Conſtantin. *ad Stat. Urb. tom.* 2. *annot.* 46. *art.* 2. *n.* 84. *&* 85. & tamen ad tollendam contradictionem Capituli, Marcus Antonius Polazzinus tam nomine proprio, quam omnium pro tempore futurorum Archipreſbyterorum offerebat ſolvere R. Capitulo pro hujuſmodi diſtributionibus quolibet anno ſummam ſcutorum ſex, cum hoc ta-
78 men, quod ſumma ſcutorum 150. ad hunc effectum Capitulo relicta, inveſtiretur favore Archipreſbyteratus erigendi, rejecto temperamento per Capitulum deducto, quod Archipreſbyteratus abſque diſtributionibus remanere deberet, quod eſſet contra utilitatem publicam, & in præjudicium Cultus divini Caſtreo, *d. conſ.* 170. *n.* 2. *lib.* 1. Tondut. *quæſt. benef. cap.* 68. *nu.* 15. cum diſtributiones ſint introductæ favore Cultus Divini ad *Text. in cap. unico de Cleric. non reſid. in* 6. Panormitan. *in cap. licet nom.* 2. *de praben.* Navarr. *de Orat. cap.* 18. *numer.* 10. Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *de reformat. num.* 2. Monet. *de diſtribut. part.* 1. *quæſt.* 5. *numer.* 35. Rot. *deciſ.* 26. *num.* 38. poſt Zacch. *de Salar.*

Excluſo præjudicio Capituli quoad maſſam diſtributionum, excluſum quoque remanebat quoad alteram maſſam Capitularem, quæ reſpicit expenſas pro manutentione Fabricæ, Sacriſtiæ, Candelarum, & ſimilium; Etenim dicebam Capitulum abſque ullo legali fundamento prætendere condemnandum eſſe
79 ad has expenſas Archipreſbyteratum erigendum, ea ratione, quod hæc maſſa Capitularia pro his expenſis habet certos redditus, ex quibus proviſa fuit Eccleſia ab ejus erectione; Hinc propterea ſi pro hujuſmodi expenſis conſtituti reperiuntur proprii redditus particulares, erroneum videbatur prætendere, quod Archipreſbyteratus obligari deberet ad contribuendum hujuſmodi expenſis, dum ſive erigeretur, ſive non hæc nova Dignitas in Cathedrali, ſemper eaſdem expenſas Eccleſia Cathedralis facere debebat, neque erectio novæ Dignitatis cauſabat Eccleſiæ, aut Capitulo aliquam majorem expenſam præter illam, cui ſunt deſtinati redditus maſſæ Capitularis, proinde ex cauſa hujuſmodi expenſarum, quas non auget erectio novæ Dignitatis, non poterat unquam Capitulum aliquid prætendere citra vitium Simoniæ, aut ſaltem gravaminis illiciti, & injuſti, ut firmavit Rot. *in Gerunden. Capparum* 27. *Januarii* 1698. §. *Etenim in Eccleſia*, *coram bon. mem. Pio*, quæ legitur in Mantiſs. ad Card. de Luc. *de Regol. tom.* 14. *dec.* 3. *n.* 14 & reſolvit Sacra Congregatio in conſimili Cauſa *Caſanaten.* 21. *Octobris* 1600. apud Nicol. *in Floſc. in verba Canonici* 36.

Quod ſane tranſibat in evidentiam ex praxi, & obſervantia ipſius Capituli, quod in erectione aliorum Canonicatuum, nunquam excitaverat prætenſionem gravandi novos Canonicatus ad contribuendum hujuſmodi expenſis, quemadmodum igitur novi Canonicatus, & novæ Præbendæ fuerunt admiſſæ in Eccleſia ex lege fundationum, abſque eo quod gravatæ fuerint onere hujuſmodi expenſarum, ita non videbatur, qua ratione nova Dignitas hoc onere gravari prætenderetur contra obſervantiam inductam ex facto ipſius Capituli occaſione aliarum fundationum, Rot. *dec.* 715. *n.* 2. *& ſeqq. p.* 18. *& dec.* 235. *num.* 33. *part.* 16. *recent. & coram Ottobon. deciſ.* 242. *num.* 13. *& in Giennen. Juris mutandi cum cauſa*, *vel ſine* 11. *Februarii* 1704. §. *Et de facto*, *coram bon. mem. Lancetta*,

Neque dicebam applicari poſſe reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii in Cauſa Aretina, tanquam emanatam in caſu totaliter differenti, immo etiam contrario, dum ibi agebatur de erectione Canonicatuum in Eccleſia Collegiata, quæ non habebat maſſam Capitularem deſtinatam pro hujuſmodi expenſis, & conflatam ex redditibus in erectione Eccleſiæ aſſignatis, unde non mirum, ſi Sacra Congregatio Canonicatus erigendos gravavit ad contribuendum pro rata hujuſmodi expenſis, dum quando Capitulum non habet redditus deſtinatos pro fabrica, & Sacriſtia, tunc omnes Canonici tenentur æqualiter, & pro rata concurrere ad hujuſmodi expenſas ad *Text. in cap.* 1. *de Eccleſ. ædif.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *de reform.* Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 18. § *Unico n.* 10. Panimol. *dec.* 6. *annot.* 8. *n.* 7. *&* E. Rot. *in Melevitana Decretorum* 21. *Martii* 1707. §. *Aut quæſtio eſt*, *cor. bon. memor. Anſalde.*

Alia etiam intercedente differentia, dum in Cauſa Aretina erectio facienda erat in Eccleſia Collegiata, hujus autem Dignitatis erectio facienda erat in Cathedrali, ubi diverſa militat diſpoſitio in hoc puncto expenſarum, dum in Collegiata tenentur Canonici, in Cathedrali autem tenetur Epiſcopus, ut bene diſtinguit Rot. *in dicta Melevitana Decretorum* 21. *Martii* 1727. §. *Quo vero cum ſeqq. coram bon. mem. Anſalde* ibi: *Domini non potuerunt abſcedere a communiſſima diſtinctione deſumpta ex Sacris Canonibus*, *quod aut tractatur de impenſis faciendis reſpectu Cathedralis*, *& in defectum fabrica*, *& Sacriſtia compellatur Epiſcopus tanquam Sponſus immediatus ejuſdem Cathedralis*, *&c. aut quæſtio eſt de Eccleſiis inferioribus*, *tunc quia idem Epiſcopus non repræſentat tam de proximo figuram Sponſalitiam obſtringuntur Perſona magis immediata*, *ut ſunt Canonici*, *& Clerici ipſius Eccleſiæ*, *& prius dictum fuerit in Gerunden. Capparum* 27. *Januarii* 1698. §. *Alterius autem*, *coram bon. mem. Pio*, impreſſa in Mantiſs. ad Card. de Luc. *de Regol. dec.* 3. *num.* 12. & ſic omni ex parte extranea videbatur allegata reſolutio in Cauſa Aretina, cum reſolutiones Sac. Congregationis non ſint accipiendæ in abſtracto, ſed concreto, & juxta circumſtantias caſus, ſuper quo emanarunt, ut advertunt Card. de Luc. *in annotat. ad Concil. diſc.* 1. *n.* 11. Pignatell. *conſult.* 1. *numer.* 18. *tom.* 1. Rot. *in Burgen. Juriſdict.* 7. *Maii* 1688. §. *final. coram bon. mem. Caccia*, Rot. *coram bon. mem. Anſald. deciſ.* 72. *numer.* 6. & apud Me *diſcept. Eccleſ.* 50. *numer.* 19.

Superatis hujuſmodi tribus objectis male excitabatur aliud objectum ſuper diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 22. *cap.* 3. *de reformat.* ubi demandatur, ut in omnibus Cathedralibus, & Collegiatis detrahatur tertia pars ex fructibus, & proventibus omnium Dignitatum, Perſonatuum, & Officiorum, ad effectum convertendi in diſtributiones quotidianas, ex quo inferebatur, tertiam partem reddituum novæ Dignitatis eſſe convertendam, & aſſignandam in diſtributiones; Hoc enim applicabatur illis Eccleſiis, ubi nullæ ſunt diſtributiones cum præjudicio Cultus divini, quia ſine illis negligitur intereſſentia, & ſervitium in Eccleſia, & Choro, & propterea Concilium mandat detrahi ex Præbendis omnium Dignitatum, Canonicatuum, & aliorum Officiorum tertiam partem arbitrio Epiſcopi ibi: *Epiſcopi*, *&c. eorum arbitrio aſſignanda*, ſed nullam applicationem habebat ad Cathedralem Cæſenæ, ubi non deficiebant, ſed exiſtebant diſtributiones arbitrio Epiſcopi jam aſſignatæ, itaut inſpecto ſtatu præſenti ſufficeret pro

erectione novæ Dignitatis, ſeu Canonicatus aſſigna-
re tot redditus, quot requiruntur ad menſuram di-
ſtributionum, quæ in Eccleſia taxatæ reperiuntur,
cum ſpectandus ſit ille ſtatus diſtributionum, qui
in Eccleſia exiſtit, ut omnes Canonici ſint æquales
in illarum quantitate percipienda juxta *Text. in cap.
cum M. Ferrarienſis de Conſtitut.* ubi Fagnan. *numer.*
4. ut generaliter firmant Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.*
34. *numer.* 36. Barboſ. *axiom.* 90. *num.* 15. Rot. *in Nea
politana Livellorum* 11. *Februarii* 1714. §. *Nihil hinc*,
coram Reverendiſſimo Criſpo, & 15. *Aprilis* 1710,
§. *Poſtremo*, *coram Reverendiſſ. Patre Dom Cerro*,
85 & inſuper addebam, quod diſpoſitio Concilii loqui-
tur de Præbendis erectis ex bonis Eccleſiæ, neque
applicabilis videbatur ad Dignitatem erectam ex bo-
nis Laici Fundatoris, ut docet Barboſ. *ad Concil. d.
ſeſſ.* 21. *capit.* 3. *de reformat. numer.* 8. *de Canon. capit.*
21. *ſub numer.* 25. *verſ.* & *ita*, & *de Canon. cap.* 21.
num. 25. *verſ. niſi*, Garz. *de benef. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 492.
& *ſeqq.* & ulterius Concilium ſe ſe remittit arbitrio
Epiſcopi circa faciendam, vel non hujuſmodi aſſi-
gnationem tertiæ partis, ut tradit Garz. *de benef p.*
3. *cap.* 2. *n.* 464.

Ceſſabat quoque alterum objectum Statuti aucto-
ritate Apoſtolica confirmati, juxta quod excedi non
poſſet numerus quindecim Canonicorum, & dua-
rum Dignitatum; nam tale Statutum, quod non
exhibebatur, dicebam non relevare ex duplici reſ-
ponſione, quorum prima erat, quod hujuſmodi
Statuta intelliguntur in caſu, quo novæ Præbendæ
Canonicales, ſeu novæ Dignitates prætenderentur
erigi cum eiſdem redditibus Eccleſiæ, ſcilicet Ca-
pitalibus, & emolumentis ſpectantibus ad Capitu-
lum ad tollendum præjudicium ſingulorum, ne il-
lis diminuantur ſui redditus per novi Canonicatus,
86 aut Dignitatis erectionem, non autem intelligun-
tur, ut novæ erectiones Canonicatuum, ſeu Digni-
tatum fieri contingant cum novis Capitalibus per
pios Fundatores relictis, & aſſignatis Eccleſiæ, in
his enim terminis eſſet iniquitas impedire Eccleſiæ
acquiſitiones novorum Capitalium pro Canonicati-
bus, ſeu Dignitatibus novis contra favorem publi-
cum, & augmentum Cultus divini, cum omne
Statutum circa præfixionem numeri non exceden-
di ſemper intelligatur, niſi redditus Eccleſiæ au-
geantur, aut novi ſuperveniant, ut eſt *Textus in
cap. cum M. Ferrarienſis de Conſtitut. Gloſſ. in capit.
ex parte in verbo diminuti eodem tit.* Fagnan. in
capit. cum M. Ferrarienſis numer. 46. & *ſeqq.* & *in
capit. Dilectus numer.* 22. & *ſeqq. de præbend.* Butr.
in dict. cap. cum M. Ferrarienſis numer. 2. *verſic. ſi
eſt confirmatum*, Cardin. de Luca *de Canonic diſc.*
6. *numer.* 8. Gratian. *diſceptat.* 819. *numer.* 20 ibique
Carol. Anton. de Luca *numer.* 3. & 4. Pignatell. *con-
ſultat.* 48. *numer.* 4. *tom.* 6. Adden. ad Gregor. *deciſion.*
483. *numer.* 6. *in fine*, Rot. *in Melevitana Decretorum*
21. *Martii* 1707. §. *Potiſſime*, *coram bon. memor. An-
ſalde*.

Altera reſponſio erat, quod obſervantia Eccleſiæ
ſemper fuit, ut augmentatus extitiſſet numerus Præ-
87 bendarum ex novis fundationibus importantibus Ec-
cleſiæ nova Capitalia, novoſque redditus, ut ſi-
gnanter reſultabat ex duobus Canonicatibus ſupe-
radjunctis vigore fundationum particularium de an-
nis 1694. & 1695. ex qua obſervantia, vel declara-
tum remanſit, Statutum quando extaret, non pro-
hibere erectionem novarum Præbendarum ex ſuper-
venientia novorum Capitalium, & redditum Ec-
cleſiæ aſſignatorum per Pios Fundatores, vel etiam
illud remanſiſſe abolitum, ſeu ineffectuatum, ut in
terminis primæ concluſionis, Rot. *deciſ.* 80. *num.* 37.
coram bon. mem. Anſalde, & *in Friſingen Juris depu-
tandi Curatos* 24. *Martii* 1713. §. *Ac propterea*, *co-
ram eodem*, & in terminis ſecundæ Card. de Luc. *de
Paroch. diſc.* 25. *n.* 4. Rot. *dec.* 229. *numer.* 2. *coram Ot-
thobon.* & *dec.* 1206. *num.* 7. *coram Emerix Junior.* &
in Mediolanen. Præpoſitura 3. *Martii* 1704. §. *Dici-
mus*, *coram bon. memor. Anſalde*, & *in Oſnaburgen.
Canonicatus* 26. *Februarii* 1717. §. *Altera*, *coram
Reverendiſſimo Patre Domino Cerro*, & 12. *Ju-
nii* 1718. §. *Fruſtraque*, *coram Reverendiſſimo Cri-
ſpo*.

Prææallegatis objectionibus frivolis aliæ inſuper ad-
debantur ex parte Capituli; Dicebatur enim, quod
fundatio hujus novæ Dignitatis facta non fuiſſet pro-
pter Cultum divinum, ſed propter humanam ambi-
tionem, & prærogativam Juriſpatronatus favore Con-
ſanguineorum, quodque ulterius Eccleſia non indi-
geret majori numero Præbendatorum; Quodque de-
mum præjudicium Capituli conſiderabile foret circa
diminutionem poteſtatis Canonicorum quoad actus
Capitulares, in quibus ipſi votare debent juxta Rot.
Maceraten. apud Card. de Luc. juxta impreſſionem Ve-
netam *libr.* 12. *poſt diſc.* 56. *verſ. ſed quatenus fol.* 65.
ſed hæc omnia pariter verſabantur in æquivocis,
dum primum nimis probat, probando, quod omnis
nova fundatio, ſive Eccleſiæ, ſive Dignitatis, & Ca-
nonicatus de Jurepatronatus Laicorum non reſpice-
ret Cultum divinum, propter reſervationem Juriſpa-
tronatus, contra primum principium Sac. Canonum,
qui præciſe admiſerunt Juſpatronatus, ut Fundatores
Laici augerent Cultum divinum per ſuas Fundationes
faciendas de propriis bonis Laicalibus, & propterea,
ex quo Fundatores reſervarunt Conſanguineis Juſpa-
tronatus, male infertur, quod fundatio dicatur facta
propter ambitionem, non autem propter Cultum di-
vinum, quando Juſpatronatus compatibile eſt cum
devotione Fundatoris directa ad augendum Cultum
divinum, quod de cætero eſt motivum principale,
& cauſa finalis, ex qua inducuntur Laici ad fun- 87
dandum, & dotandum Eccleſias, & Beneficia, dum
alias principaliter ob ambitionem humanam non fun-
darent Eccleſias, & Beneficia, ſed Majoratus, Pri-
mogenituras, & Fideicommiſſa, ut quod compatibi-
le ſit Juſpatronatus cum principali motivo devotionis
erga Cultum divinum Me ſcribente dixit Rot. *in Vul-
tararien. beneficii* 29. *Januarii* 1720. §. *Præter quod*,
cor. Reverend. Patre Dom. Cerro, & *antea dictum fuit
in Auguſtana Juriſpatronatus ſuper negotio principali*
31. *Januarii*, §. *Verum*, & 10. *Junii* 1695. §. *Prima cum
ſeqq. coram bon. mem. Urſino*.

Quod vero Eccleſia non indigeret majori nume-
ro Præbendatorum, erat concluſio prorſus extranea
ab illa quæſtione, quæ verſabatur ſuper juſta, vel
injuſta cauſa contradictionis Capituli Erectioni no-
væ Dignitatis, ad quem effectum nihil pertinet, an
Eccleſia habeat, vel non ſufficientem numerum Mi-
niſtrorum, quod ſolum conſideratur in alio diverſo
articulo, an poſſit fieri ſuppreſſio alicujus Beneficii,
ſeu Unio ejus redditurum ad aliam Eccleſiam, ut
ibi erigatur novum Beneficium pro augendo numero
Beneficiatorum, in quibus terminis non dicitur juſta
Cauſa augendi numerum, quando Eccleſia eſt ſuffi-
cienter proviſa de Beneficiatis pro ſui ſervitio, de quo
caſu loquitur Rot. *in dec.* 6. *n.* 11. & 12. *p.* 6. *rec.* quod 89
nihil commune habet cum diverſa quæſtione, an Ca-
pitulum habeat juſtam cauſam contradicendi Erectio-
ni novæ Dignitatis, ubi non attenditur, an Eccleſia 90
habeat, vel non ſufficientem numerorum Miniſtro-
rum, ſed attenditur argumentum Cultus divini, juxta
quem, quanto majori Dignitatum, & Canonicorum
numero abundat Eccleſia, tanto magis ille magnifi-
catur, & gloria Dei promovetur, & exaltatur, &
ultra acquiſitionem, quam faciunt Eccleſiæ novarum
Dignitatum, & Beneficiorum ex holocauſto Fundato-
ris Laici, cum quibus poſtea ad libertatem redactis
provideri valent pauperes Clerici, & Miniſtri Dei.

Diminutio autem poteſtatis Canonicorum in actibus
Capitularibus propter admiſſionem novæ Dignitatis,
erat concluſio inepta, & vere frigidus legalis male 91
excogitata per Rot. Maceraten. ubi ſupra, dum juxta
illam actum eſſet de fundationibus novarum Digni-
tatum, & Canonicorum in quibuſcumque Eccleſiis
Cathedralibus, & Collegiatis, ſi ſola ſupervenien-
tia unius novi Canonici, ſeu novæ Dignitatis, &
ſic unius Voti additi in Capitulo diminueret poteſta-
tem Canonicorum, quando tamen ſolum in caſu,
quo major eſſet numerus Canonicorum noviter ere-
ctorum, quam antiquorum, Rot. cenſuit eſſe præju-
dicium Iſtorum, *coram Puteo dec.* 6. *ſub num.* 5. *lib.* 3.
ubi

ubi antiqui Canonici erant quinque, & noviter erecti erant novem, & ſic major iſtorum numerus ſuffocabat numerum antiquorum, extra quem caſum videtur Mihi ineptum prætendere antiquorum Canonicorum præjudicium per additionem unius Voti, ratione novi Canonici in Capitulo intervenientis, quia quo major eſt numerus Votantium in Capitulo, magis integrum eſt Judicium in capiendis reſolutionibus pro Eccleſia *cap. prudentiam de Offic. delegat. & in Canon. extra conſcientiam diſtinct.* 64. quidquid male ſibi figuraverit Rota Maceraten. quæ non ſolum in hoc erronee proceſſit, ſed etiam erravit in primo principio, quod non poſſit fundari novus Canonicatus in Eccleſia abſque conſenſu Capituli, quodque arbitrio ipſius tributa ſit poteſtas denegandi aſſenſum erectioni novi Canonicatus, abſque neceſſitate docendi de cauſa rationabili, quo nil abſurdius firmari poteſt.

Poſtremo recurrebatur ad cenſurandas conditiones appoſitas in Teſtamento Fundationis, ubi prohibita fuit impoſitio Penſionis ſuper Archipresbyteratu ſub ea lege, quod in caſu contraventionis, Dignitas reduceretur ad Legatum Pium, ac inſuper prohibita fuit collatio Archipresbyteratus Perſonis exteris, & in caſu contraventionis, appoſitum fuit proviſo exteto onus ſolvendi Patronis annua ſcuta 20. titulo Penſionis; Verum his omnibus reſpondebam, quod an
92 hujuſmodi conditiones eſſent licitæ, vel illicitæ, nihil faciebat ad intentum Capituli pro juſtificanda rationabili cauſa ſuæ contradictionis in ordine ad ipſam ſubſtantiam Erectionis novæ Dignitatis, dum quando Sacra Congregatio agnoſceret hujuſmodi conditiones eſſe illicitas, reformare poterat in hac parte legem fundationis, juxta receptum principium, quod conditiones illicitæ in limine fundationis appoſitæ habentur pro non ſcriptis, & vitiantur, ſed non vitiant ſubſtantiam ipſam fundationis Beneficii, juxta *in l. conditiones 9. & l. conditiones 14. digeſtis de condit. inſtitut.* Duran. *de med. & condit. impoſſibil. p. 2. c. 2. num.* 109. Rot. *in Senogallien. Canonicatus* 23. *Julii* 1712. §. *Submovetur, coram Reverendiſſimo Aldrovando*, quamvis certum non videretur, quod om-
93 nes ſupradictæ conditiones eſſent illicitæ, & vitiatæ remanerent, dum reſpectu conditionis non gravandi Archipresbyteratus onere Penſionis, videbatur ſuſtineri poſſe lex reducendi Archipresbyteratum ad Legatum Pium, ut apud Card. de Luc. *de Jurepatron. diſc. 65. num.* 40. ubi quod valida eſt lex fundationis, quod ſi Papa deroget Juriſpatronatus, redditus Dotis aſſignatæ pro Beneficio non pertineant amplius ad Proviſum, ſed in alios uſus convertantur Rot. *coram Ubaq. deciſ.* 837. *ſub num.* 18. ubi de lege fundationis, quod ſi Papa, vel Ordinarius manus apponat reſervando ſibi Beneficium, tunc Patronus non teneatur ad ſolutionem Dotis aſſignatæ, & fructus aſſignentur in alios uſus pios, *& coram. Royas dec.* 344. *n.* 1. *& n.* 17. *cum ſeqq.* Sed, ut dicebam, hoc non dabat impedimentum Erectionis hujus novæ Dignitatis, quæ ſemper erat effectuanda non obſtante diſſenſu Capituli, rejectis, & vitiatis conditionibus, quæ arbitrio Sacræ Congregationis admittendæ non viderentur; prout non obſtantibus omnibus ſupra deductis ex par-
94 te Capituli, reſolvit Sacra Congregatio Concilii ſub die 6. Martii 1703. reſpondendo: *eſſe locum erectioni Archipresbyteratus juxta modum, & modus eſt, quod deleatur conditio reductionis Archipresbyteratus ad Legatum Pium, caſu quo penſio imponatur, necnon alia, quod in caſu collationis Archipresbyteratus Extero, teneatur hic ſolvere Patronis annua ſcuta 20. titulo Penſionis.*

MONASTERIEN
Electionis.

ARGUMENTUM.

Agitur de duabus Electionibus factis in diſcordia ad Eccleſiam Epiſcopalem, & probatur Electionem nulliter factam, & poſtea reiteratam de eodem ad eandem Eccleſiam una cum Votis in præcedenti folio conventionali coarctatis, aliiſque circumſtantiis, de quibus in corpore, non ſuſtineri.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Nemo poteſt petere Confirmationem duarum Electionum de ſe ipſo factarum, amplia, ut ibi num. 3.*
4 *Electio nulla non confirmatur.*
5 *Electio facta contra Mandatum Pontificium eſt nulla.*
6 *Amplia etiamſi contravenientes illud ignoraverint.*
7 *Offendens legem vivam, ideſt Mandatum Papæ plus peccat, quam offendens legem mortuam, & n. 66.*
8 *Qualia ſint verba præceptiva in Reſcriptis Papæ.*
9 *Extenſio, & prorogatio prima diſpoſitionis eſt ejuſdem formæ, ac prima diſpoſitio, amplia ut ibi num. 10.*
11 *Verba Reſcripti Apoſtolici quando non ſint facultativa, ſed præceptiva.*
12 *Diſcordia, & facto in Eligentibus rectum eorum Judicium obumbrans.*
13 *Impetus prohibet bonum Conſilium, & male ſuadet.*
14 *In concernentibus bonum publicum Brevia Apoſtolica ſunt juſſiones.*
15 *Confeſſio inducitur etiam implicite.*
16 *Excuſationes frivolæ potius aggravant inobedientiam.*
17 *In materiis Eccleſiaſticis, & Beneficialibus nemo ex Subditis Papæ opponere, & inquirere poteſt cur ita faciat, & n. 18. & 19.*
20 *Illicitum eſt exquirere latentes cauſas, ex quibus Princeps aliquid diſponit.*
21 *Non ſtatur aſſertioni Delinquentis.*
22 *Concordata Germaniæ non lædentur ſi terminus Juris ad eligendum fuerit per Papam prorogatus.*
23 *Nemo poteſt unum acceptare, & alterum refutare, & in quibus terminis.*
24 *Verba quæ ſunt contraria facto inobedientiam, & ſpretum non purgant.*
25 *Mandata Apoſtolica non ſunt per ſubditos interpretanda, ſed recurrendum pro interpretatione ad Summum Pontificem.*
26 *Subditus qui interpretatur præceptum fit Reus inobedientiæ.*
27 *De Jure antiquo Electio Epiſcopi pertinebat ad Papam, ex quo Capitula illum recognoſcunt.*
28 *Capitulum in Electione non examinare debet litteras Apoſtolicas, ſed eis obedire.*
29 *Eligens in termino prorogato nulliter eligit non ſervata ejus forma.*
30 *Convocatio Capituli pertinet ad Decanum in Germania, & ſine ejus convocatione Electio eſt nulla.*
31 *Ubi lapſus termini ad eligendum non inſtat, in Capitulo requiruntur duæ partes ex tribus, alias electio eſt nulla, & numer. 67. 68. 69. & 70.*
32 *Diſſoluto Capitulo per Decanum, remanentes*

in Aula Capitulari non repræſentat Capitulum.

33 *Publicatio Votorum in actu Electionis eam reddit nullam.*

34 *Non obſtante conſuetudine immemorabili amplia, ut ibi n. 35.*

36 *Electio eſt nulla non facta collatione numeri ad numerum.*

37 *Appellatio extrajudicialis ante Electionem eam reddit attentatam.*

39 *Non poteſt admitti ad votandum Elector in poſſeſſione non exiſtens, & contradictus.*

39 *Electio eſt nulla, in qua Electus ſibi ipſi Votum dederit.*

40 *Omiſſio unius Voti vitiat Electionem.*

41 *Male inchoata bona non peraguntur exitu.*

42 *Electio eſt nulla facta extra terminum Juris.*

43 *Eligentes non poſſunt eligere in termino prorogato ab eis impugnato.*

44 *Delinquens in eo puniendus, in quo deliquit.*

45 *Abutens privilegio ejus commodo privatur, & numer. 46.*

47 *Abuſus iteratus privilegii eo magis cauſat ejus amiſſionem.*

37 *Decretum Irritans excludit quamcunque bonam fidem vide n. 65.*

49 *Bona fides ſuffragatur ad evitandam pœnam; non autem ad acquirendum commodum.*

50 *Nulla eſt electio facta extra terminum.*

51 *Non poteſt fieri ſecunda Electio per dubitantes de validitate primæ; & de ratione, numer. 52.*

53 *Faciens duo contradictoria nulliter agit.*

54 *In Electione reſtrictio ad unum cauſat nullitatem.*

55 *Item violatio ſecreti, & n. 57. & 128.*

56 *Item Electio per vota conditionalia.*

58 *Si poſtulandus eligatur nulla eſt Electio.*

59 *Non obſtante Brevi Eligibilitatis nunquam expirato in actu primæ Electionis.*

60 *Et de diſtinctione, quando primus actus fuit effectuatus, vel non.*

61 *Quando intret regula, quod paria ſunt ſcire, & ſcire teneri.*

62 *Scienter acceptans Electionem nullam conſumit Breve Eligibilitatis.*

63 *Spernens legem Apoſtolicam in uno Reſcripto non poteſt juvari beneficio alterius inconnexis; & num. 152.*

64 *Prima reſolutio hujus Cauſæ.*

71 *Vitium primæ Electionis influit in ſecundam primæ renovatoriam.*

72 *Secunda Electio, ut valeat eſſe debet independens a prima nulla, alias corruit, & n. 73. & ſeqq.*

73 *Ut actus ſit novus, & independens a prima quid requiratur, & numer.* 74. 75. 76. 77. *&* 78.

79 *Unus, & idem actus ſeparari non poteſt a ſuis qualitatibus, & paſſionibus.*

80 *Explicatur caſus* Text. in cap. Quis duas de Elect. in 6. *& n.* 107.

81 *Corruente ſuppoſito, corruit actus ſuppoſitivus.*

82 *Ratificatio non ſanat defectum formæ ſubſtantialis.*

83 *In Electione ad Canonicatum non requiritur forma* Capituli quia propter.

84 *Ex ſolo conſenſu non convalidatur actus, niſi denuo ſolemniter fiat.*

85 *Eligentes contra inhibitionem Papæ committunt attentatum.*

86 *Attentans non retractato acta attentate geſto non admittitur ad actum novum, & numero* 87.

88 *Attentatum eſt purgandum pure, & libere, non autem per conditiones.*

89 *Attentans contra Breve Apoſtolicum non poteſt deinde ejus beneficia uti ſine conſenſu Papæ.*

90 *Poſt factam Electionem Eligentes expectare debent Judicium Superioris, nec impedire aliis ſuam Electionem.*

91 *Quando facta ſemel Electione Electores poſſint iterum eligere.*

92 *Electores poſt Electionem tranſmiſſam Papæ ad effectum confirmandi ſuperſedere debent, nec aliquid innovare.*

93 *Nulla eſt Electio ſi fuerit coarctata ad unam tantum certam Perſonam, amplia ibid. num.* 94. *declara n.* 95. 96. *&* 179.

97 *Id procedit etiam in Electione per compromiſſum ſcrutinio mixtum, n.* 98.

99 *Folium conventionale de uno eligendo reddit Electionem coarctatam.*

100 *Inſertio Scripturæ in Inſtrumento facit eam eſſe partem ipſius inſtrumenti.*

121 *Verba quando ſtent reſtrictive ad certam Perſonam.*

102 *Verbum* iterum, & iteratum *quid importet, & num.* 108.

103 *Generalitas quæ in uno tantum verificatur habetur pro ſpecie.*

104 *Dictio*, eandem, *quid importet, n.* 182.

105 *Qualia ſint requiſita continuationis actus.*

106 *Nulla eſt generalitas, quæ non poſſit ad ſuam ſpeciem limitari.*

108 *Conventio facta in Tractatu determinata ad eligendam certam Perſonam nullam reddit Electionem, limita n.* 109.

110 *Electio fieri non poteſt per Vota conditionalia, & de rationibus, n.* 111. *&* 112.

113 *Ratiocinia non attenduntur in concurſu auctoritatum punctualium.*

114 *An fieri poſſit Electio per Vota conditionalia continentia conditiones de præterito; vel præſenti.*

115 *Non valet Electio relata ad Judicium ſuperioris.*

116 *Quando Eligentes ſeſe referunt ad declarationem de futuro, exprimunt illam ſub voluntate dubia.*

117 *Conſenſus Eligentium debet eſſe certus, non autem dubius.*

118 *Electio eſt actus legitimus, qui conditionem non recipit, neque diem.*

119 *Electio requirit conſenſum Electi.*

120 *Clauſula ſine præjudicio facit conditionale quidquid geritur.*

121 *Electus debet dare purum conſenſum Electioni, non autem conditionalem.*

122 *Et quid ſi Electores conſentiant, ſed acceptent conſenſum conditionalem.*

123 *Acceptatio cumulativa duarum Electionum fieri non poteſt ab Electo.*

124 *Actus conſecutivi nihil innovant.*

125 *De Jure præſumitur perſeverantia, & non mutatio voluntatis.*

126 *Procurator non poteſt declarare quæ pendent ab animo Principalis.*

127 *Conſenſus niſi detur per Electum intra menſem privatur Jure ſuæ Electionis.*

129 *Electio, ut ſit nulla ex publicatione Votorum, iſta contingere debet in ipſo ſcrutinio.*

130 *Violatur ſecretum ſi Vocales in ſcriptis propalarent quem vellent eligere.*

131 *Nemo poteſt juvari beneficio termini dati ab homine, ſi illum contempſit, & ſprevit.*

132 *Prorogatio temporis ad eligendum reſpicit utilitatem Eccleſiæ.*

133 *Superior qui prorogatur tempus, concedit illud, quod ſibi competit Jure devoluto.*

134 *Privilegium concernens favorem mixtum Eccleſiæ, & Perſonæ, perditur quantum ad Perſonam per ejus contraventionem, & n.* 136. *& num.* 137.

135 *Paria ſunt non eligere, ac declarare per factum nolle eligere.*

138 *Nullitas actus attentate geſti allegari non poteſt ab Attentante in favorem ſuum.*

136 *Qui*

139 *Qui committit in legem non gaudet beneficio legis.*
140 *Non poteſt excipere de Impedimento qui ſe habuit pro non impedit.*
141 *Electio nulla eſt, facta extra terminum tam Juris quam hominis.*
142 *Vocatus ad Electionem pro certa die, & tunc non accedens, poteſt accedere ſi Electio non illa die, ſed alia celebrata fuit.*
143 *Devolutio intrat non facta intra terminum valida Electione.*
144 *Qui malam Electionem fecerunt quando poſſint elapſo termino novam peragere.*
145 *Alterius Eccleſiæ Epiſcopus non poteſt eligi, ſed poſtulari ad aliam.*
146 *Breve eligibilitatis remanet conſumptum in prima Electione licet nulla, & quando,* n. 147. & 148.
149 *Habetur pro ſciente qui ſcire tenebatur.*
150 *Omnis facultas intelligitur conceſſa in primo actu, declara, & limita ibid.*
151 *Scientia Juris præſumitur, & quando.*
153 *Excuſationes quando dicantur verba malitiæ.*
154 *Quando quis dicatur contemnere.*
155 *Mandatum Apoſtolicum ante eſt adimplendum, aut ſi dubietas oriatur conſulendus eſt Papa.*
156 *Ob ſpretum Mandati Apoſtolici quæ pœna incurratur.*
157 *Non valet Electio facta a ſuſpenſis, amplia, ut ibi.*
158 *Denegans obedientiam Sedi Apoſtolicæ remanet ineligibilis.*
159 *Intronizzans Electum nulliter, privatur poteſtate eligendi.*
160 *Quando incurratur alia pœna præter expreſſam in præcepto Apoſtolico.*
161 *Propter ſpretum Mandati Apoſtolici ſaltem Electio eſt caſſanda.*
162 *Poteſt caſſari Electio ex cauſis extrinſecis, licet valida ex parte formæ, & Perſonæ.*
163 *Contumaces gratiam non merentur circa ſupplendos defectus Electionis, amplia ut ibi.*
146 *Clauſula,* ſupplentes, *ſuper quibus defectibus detur.*
165 *Quales appellari poſſint Rebelles.*
166 *Contemptus contumacibus obeſſe debet.*
167 *Gratia non exercetur in præjudicium alterius, ſed ſeveritas, & rigor, & quando.*
168 *Sententia habetur pro non lata ſtante appellatione.*
169 *Exempla, in quibus Clauſula,* ſupplentes, *datur, & denegatur.*
170 *Sedes Apoſtolica Contumaces, & ſibi Inobedientes non proſequitur favore circa ſupplendas eorum Electiones.*
171 *Pro Electione Coadjutoris ſufficit ſolus conſenſus Capitularium, nec requiritur forma cap.* Quia propter.
172 *Reſolutio Cauſæ in tertia propoſitione.*
173 *Quando ſecundus actus non dicatur novus, & independens.*
174 *Explicatur* Text. in cap. Bonæ 4. de poſtulat. Prælator.
175 *Malum, & bonum tanquam contraria, ſimul ſtare non poſſunt.*
176 *Validitas unius Electionis eſt nullitas alterius.*
177 *Ut actus dicatur novus, nec habeat vitium primi quid requiratur.*
178 *Quod factum fuit, non quod fieri debet inſpiciendum eſt.*
181 *Quando ultima verba non poſſint disjungi ab antecedentibus.*
183 *Totus contentus Orationis eſt inſimul inſpiciendus pro eligenda voluntate.*
184 *Coarctatio Votorum in Electione in quo actu intelligatur.*
185 *Quando detur coarctatio Votorum ſine obligatione, compromiſſione, & pœna.*
186 *Subſcriptio obligat Subſcribentem.*
187 *An declaratio Vocalium in ſcriptis de eligendo aliquem impediat variationem.*
188 *Receſſus ab obligatione quomodo inducatur.*
189 *Variatio non præſumitur ab eo quod fuit promiſſum etiam ſine pœna pecuniaria.*
190 *Promiſſio neceſſitat etiam propter amiſſionem famæ & honoris,* n. 191.
192 *Data, & expreſſa fides quando æquipolleat Juramento.*
193 *Quando Vota non dicantur libera.*
194 *Juramentum de Eligendo digniorem non pertinet ad ſubſtantiam Electionis.*
195 *Clauſula, & formula acceſſoria non immutant intentionem principalem Contrahentium, &* n. 196.
197 *Supradictum Juramentum præſtatur in omni Electione.*
198 *Verba generalia reſtringuntur ad evitandum abſurdum, & inſtantaneam correctionem.*
199 *Secunda Electio eſt prima ob nullitatem primæ.*
200 *Electio coarctata eſt nulla per defectum formæ naturalis.*
201 *Conditionalitas Voti de quo tempore ſit probanda.*
202 *Quando præſumitur receſſus ab illa.*
203 *Electio communis eſt ſubſtantia Electionis.*
204 *Et ſufficit conditione Votorum ibi fuiſſe expreſſam.*
205 *Quando Electio per compromiſſum ſit nulla.*
206 *Dictio* Sic *quid importet.*
207 *Quid importet Clauſula,* ſine præjudicio.
208 *An importet conditionem ſuſpenſivam, vel reſolutivam.*
209 *Etiam conditio reſolutiva induxit perplexitatem conſenſus.*
210 *Conſentiens perplexe male eligit.*
211 *De perplexitate Judæorum.*
212 *Intentio deſumitur etiam ex actibus negativis.*
213 *Conſenſus Electi conditionalis vitiat Electionem.*
214 *Non eſt licitum arguere ex dictis Doctorum per ſubauditos intellectus.*
215 *Interpretatio non fit ad correctionem Juris.*
216 *Electio fieri debet alio determinato, &* numer. 217.
218 *Explicatur* Textum in capit. unic. de poſtulat. Prælat.
219 *In foro externo non attenditur ſecreta intentio gerentis actum.*
220 *Quando Electio non ſit ſanabilis cum Clauſula,* ſupplentes.
221 *Electio præſumitur valida.*
222 *Quando dicatur ſanatus defectus convocationis Vocalium ad Capitulum.*
223 *Quando liceat Capitularibus diſcedere ab Aula Capitulari, ut eorum Capitulum deinde factum ſit legitimum.*
224 *Verba generalia referuntur ad omnia.*
225 *Actus ex pluribus cauſis refertur ad illam, quæ legitima eſt.*
226 *Jus male Eligentium conſolidatur in aliis de Capitulo bene eligentibus licet paucioribus,* n. 227. & 228.
229 *Quando dicantur duæ Electiones contemporaneæ.*
230 *Inter plures Vocales eligere poſſunt illi tantum, quibus lapſus non eſt terminus.*
231 *Jus negligentium adimplere Mandatum Papæ devolvitur etiam ad unum de Capitulo.*
232 *Contemnens inhibitionem Papæ, non poteſt ea juvari in ſui commodum, &* numer. 234. 236. & 237.
233 *Actus nullus operatur in præjudicium facientis.*
235 *Secus in præjudicium, ſeu reſpectu Superioris.*

238 *Reſolutio definitiva Summi Pontificis Clementis XI. in hac Cauſa.*
239 *Senſus Auctoris circa hanc reſolutionem.*
240 *Quando in Capitulo ſunt Vocales qui creduntur inhabiles, ſuſpenſi, aut privati, alii non debent diſcedere, ſed procedere cum proteſtatione.*
241 *Sede Apoſtolica, ex benignitate remittit contemptum ſuum.*

DISCEPTATIO C.

1 VAcaverat Epiſcopatus Monaſterien. ſub die 6. Maii 1706. & durante termino Juris ad eligendum uſque ad diem quinta Auguſti ſubſequentis, placuit univerſo Capitulo deſtinare diem 29. Julii ad explendam Electionem novi Epiſcopi; Verum Summus Pontifex Clemens Undecimus juſtis de cauſis ſibi notis agnito expedire Eccleſiæ Viduatæ Electionem ad aliquod tempus differri, per ſuum ſpecialiſſimum Breve editum motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, eandem Electionem deſtinatam die 29. Julii differri mandavit ad Menſem inde proximum, quo nondum elapſo ſupervenit alterum Breve, quod nihil aliud continebat, quam addere primo Brevi dilationem longiorem alterius menſis, repetendo id facere eiſdem juſtis de cauſis ſibi notis, & ſervata in cæteris forma præcedentium Litterarum, & ſimul quo maturius, & concordius Capitulum, & Canonici in tanta rerum, & temporum perturbatione, ad Electionem Paſtoris idonei omni, & quacunque perſonarum acceptione ſemota, & mundanis affectibus poſthabitis, devenire valerent.

2 Præſentato hoc novo Brevi præpoſito, aliiſque Canonicis Factionariis, qui promovebant Electionem Epiſcopi Paderbonenſis, ſub diebus 28. & 29. Auguſti, iſti loco obediendi eodem modo, ac obediverant primo Brevi, dum hoc ſecundum aliud non erat, quam appendix primi, recuſarunt ei præſtare debitam obedientiam, non alio fine, quam quia aſſecuratis 19. Votis longe ſuperantibus medietatem Capituli, nullatenus expediebat prolongare, juxta notam Axiomam: Semper nocuit differre paratis. Quem tamen unicum finem abſcondere ſtuduerunt præferendo, & prætexendo alias diverſas cauſas magis neceſſarias, quam honeſtas, dum non dubitarunt, Motum proprium Summi Pontificis vocare ſubreptitium, & obreptitium, iterum læſivum Concordatorum Germaniæ, item præjudiciale Eccleſiæ ob dilationem, item denique cauſam Inconvenientium, tanquam productivum majorum Factionum, & rixarum uſque ad effuſionem ſanguinis, & propterea memoratus Præpoſitus tanquam caput cum ſuis Adhærentibus ſub die 30. Auguſti Electionem fecerunt de Meternik Celſiſſimo Epiſcopo Paderbonenſi, proteſtantibus, & re proteſtantibus ante, & poſtea Decano, & ſequacibus Canonicis, necnon prævia laceratione Brevis affixi in publicis Locis, eandem electionem conſumarunt, obtento conſenſu, & acceptatione Electi, quem intronizarunt, actus obſequii præſtiterunt, in Epiſcopum recognoverunt, & in ſignum poſſeſſionis ad veterem Curiam fractus foribus introduxerunt, & Capitulationes cum ipſis initas ſubſcribi fecerunt.

Adveniente die 30. Septembris, in qua facienda erat canonica Electio juxta legem ſecundi Brevis Pontificii, Decanus, ejuſque Adhærentes, tanquam ſanior pars Capituli, convenerunt in Aula Capitulari ad actum Electionis peragendum, pro quo fuerant intimati ipſi tantum, ſed præter omnem expectationem comparuerunt ibi etiam Præpoſitus, ejuſque ſequaces nullatenus vocati, qui Præpoſitus ſtatim exhibuit certam proteſtationem, ſeu potius declarationem conventionalem, cujus ſubſtantia erat in hunc modum.

Dixerunt etiam primo, quod ipſi fecerant Electionem 30. Auguſti tanquam in ſecundo termino bene, & canonice, quod eam non fecerant ex contemptu, aut vilipendio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ſed ex prægnantiſſimis rationibus. Quod Inſtrumentum Electionis transferant ad Romanam Curiam cum certa ſpe obtinendi confirmationem, quod licet Decanus cum Adhærentibus vigore ſecundi Brevis ſubreptitie impetrati, prætenderet Electionem 30. Auguſti eſſe nullam, & procedere velle ad Electionem die 30. labentis Menſis Septembris; attamen quod ipſe Præpoſitus, ejuſque Adhærentes expectabant Confirmationem Apoſtolicam ipſorum Electionis, nec ad ſecundam deveniri interim poſſet non caſſata prima; Quod idcirco ſolemniſſime proteſtabantur ibi: *quod Electioni per nos rite celebratæ conſtanter inhæreamus, eamque canonicam eſſe ſuſtineamus, neque Juri Reverendiſſimo, & Celſiſſimo Epiſcopo Paderbonenſi ex canonica hujuſmodi Electione noſtra ad Eccleſiam, & Epiſcopatum Monaſterienſem quæſito per quencumque actum nullatenus præjudicare, aut Electionem noſtram 30. Auguſti canonice factam infirmare intendamus.*

Addendo in omnem eventum, quo eadem Electio 30. Auguſti in omnibus, & per omnia rite, recte, & punctualiter canonice celebrata, præter omnem expectationem ratione prædicti ſecundi Brevis ſubſiſtere non poſſet, quod volebant iterato uti Jure eligendi, & Jura Juribus cumulare intendentes in hodierna die 30. Septembris pro tertio eligendi termino quantumvis a minore parte Capituli præfixa in humillimum Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ reſpectum, ipſi Electionis negotio una cum reliquis Dominis Capitularibus intereſſe: eandemque Electionem 30. Auguſti repetere, & ad omnem abundantiorem cauthelam ratificare, & iterato celebrare his verbis ibi:

Sæpe factam Electionem noſtram, quatenus, & in quantum forſan pro nulla reputari poſſet, & non alias pro omni exuberanti erga Sanctitatem Suam filialis obſervantiæ documento juxta tenorem, & ordinem Inſtrumenti deſuper confecti repetere.

Et quatenus, & in quantum de Jure neceſſarium, & utile fuerit ad omnem abundantiorem cauthelam, &c. ſolemniter, & canonice ratificare, & in quantum opus iterato celebrare intendamus.

Quæ quidem proteſtatio, ſeu folium conventionale ſubſcriptum fuerat ab omnibus Factionariis Paderbonenſibus cum ordine præciſo illud inſerendi, & regiſtrandi in ipſo Inſtrumento Electionis, ut ſupra repetendæ ibi: *In quorum fidem præſentem declarationem, proteſtationem, & reſervationem Protocollo Capitulari inſerendam propriis manibus ſubſcripſimus*, prout inſerta, & regiſtrata fuit in Inſtrumento Electionis.

Audita hujuſmodi conventione, & conſpiratione, quæ nihil aliud erat, quam repetere eandemmet Electionem attentatam 30. Auguſti, Decanus rogavit Præpoſitum, & Sequaces, ut diſcederent ab Aula Capitulari, nec conturbarent propriam Electionem, quodque non poſſent ipſi ad eligendum admitti, & recuſantibus Præpoſito, & Sequacibus recedere ab Aula Capitulari, Decanus cum ſuis Canonicis prævia proteſtatione de non interruptione actus Electionis, non ſolum ex Cauſis prædictis, ſed etiam, quia ob anguſtiam loci, & timendas altercationes, & ſcandala, alioſque motus periculoſos in præſentia aliorum, Electio celebrari nequiret: coactus fuit abſcedere ab Aula Capitulari, & ad Chorum Eccleſiæ ibi contiguum ſe transferre, ubi ſervata forma canonica elegerunt Sereniſſimum Principem Carolum a Lotharingia Epiſcopum Oſnabrugenſem, per contrarium vero Præpoſitus cum Factionariis remanendo in Aula Capitulari iteravit eandemmet Electionem 30. Auguſti ad formam ſuperius relatæ proteſtationis facta coarctatione omnium Votorum ad unicam perſonam Celſiſſimi Paderbonenſis, mediante formulario votandi concepto his verbis:

Ego N. N. in vim præſtiti Juramenti iterato conſentio in N. N. illumque iterum nomino, & eligo in Epiſcopum, & Paſtorem Eccleſiæ Monaſterienſis.

Immo,

Immo, quod magis eſt, eamdem coarctationem, & ſimplicem repetitionem Electionis attentatæ 30. Auguſti explicarunt, & manifeſtarunt, non ſolum in principio actus ipſius Electionis poſt electum Præpoſitum in Præſidem ibi: *Declarabant ſeſe in eum finem in loco Capitulari remanſiſſe, ut in vim, & conformitatem exhibitæ declarationis, proteſtationis, & reſervationis Jure ſuo uti velint*. Sed etiam in ipſo actu Electionis in communi, ſeu publicationis hujuſmodi, ut dixerunt, reiteratæ Electionis 30. Septembris, & poſt hujuſmodi publicationem dixerunt approbare Electionem factam cum hujuſmodi modo coarctato, & conditionali.

Delata controverſia ad Sacram Congregationem Conſiſtorialem ad effectum obtinendi Confirmationem unius, vel alterius Electionis, Ego una cum aliis Romanæ Curiæ Advocatis aſſumptus ad ſcribendum ſuper nullitate Electionis Celſiſſimi Paderbonenſis, necnon validitate alterius Sereniſſimi Principis Caroli, plures compoſuit Allegationes, occaſione trium Propoſitionum hujus Cauſæ habitarum in Sacra Congregatione, quas principaliores cæteris omiſſis, ut infra regiſtrandas duxi, & in prima Propoſitione habita ſub die 23. Decembris 1706. ita ſcribebam,

CONTUMACIA ERGA SEDEM APOSTOLICAM, in quam enormiter peccavit utraque Electio Celſiſſimi Paderbonenſis, graviſſima etiam vitia, & nullitates, quibus abundat, ſine ullo Juridico funda-
2 mento, præſertim ab illa, quam ſpreverunt, authoritate, confirmationem implorant, quæ proinde ex omnibus Juris noſtri principiis, & regulis omnino deneganda ſperatur.

Et ſane incongrua primo loco detegitur Inſtantia Confirmationis, quia non una tantum proponitur Electio, ſed duplex, & diverſa, & diverſo tempore facta, altera ſcilicet ſub die 30. Auguſti, altera vero ſub die 30. Septembris, quæ duplicitas Electionum totaliter repellit Electum a Jure petendi confirmationem, propter ſpecialem cenſuram, *Text. in cap. Ut quis duas* 25. *de election. in* 6. ubi Bonifacius Octavus ſtatuit, ne quis duas Electiones de ſe factas inſimul proſequatur, & confirmationem petat ibi: *Ut quis duas Electiones de ſe in aliqua Eccleſia celebratas proſequatur inſimul, & confirmationem petat ex eis, cum nonniſi ex una ipſarum valeat Jus habere, rationi conſonum non putamus*, ibique communiter notat univerſa Schola Canoniſtarum ſignanter Franchus *num.* 2. Probus *ad Monach. num.* 1. Bald. *in cap. In Geneſi num.* 10. *de elect.* Lappus *allegat.* 8. *numer.* 4. *& ſeqq.* Lambertin. *de Jurepatron. p.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 28. *num.* 9. Gomes *in regul. de Infirmis quæſt.* 17. *numer.* 5. Paſſerin. *de elect. cap.* 33. *num.* 43. Rota *coram Cavaler. dec.* 297. *num.* 1. *& ſeqq. & in Vicen. Parochialium* 16. *Junii* 1699. §. *Præterea, coram clar. mem. Card. De la Tremoille.*

Et ratione, quod Confirmationis decretum ſuper incerto interponi non poteſt, nec minus incertitudo iſta permitti debet in præjudicium Eccleſiæ, ac alterius Coelecti, ideoque antequam exaudiri valeat Inſtantia ſuper Confirmatione, per actum præambulum neceſſitatur Electus declarare, quam Electionem ex duabus acceptare, & proſequi intendat, ut ſubjungit *Text. in allegato cap. Ut quis duas: Oportet ergo eum, ne cum ipſius Eccleſia, vel ſui adverſarii, ſi quem habet diſcrimine in incerto vagetur, eligere qua proſequi velit ex illis, & Confirmationem pe-
3 tere tantummodo ex eadem*: non obſtante, quod Electus allegare vellet, & proteſtari ſe contentum fore altera ex Electionibus, quæ ſibi melior, & proficua eſſet, ut pariter cavetur in præallegato Textu ibi: *Etiamſi ſe contentum eſſe velle altera, per quam ſuæ intentionis conſequi poſſe effectum, in initio proteſtatur*, ibique Gloſſ. *in verb. Proteſtetur*, Lapp. *in dicta allegat.* 8. *numer.* 3. *in fine*, Barboſ. *in eodem cap. Ut quis numero tertio* Joannes Monach. *numero* 2. Roman. *conſil.* 447. *numero ſexto cum ſeqq.* Donat. *quæſtion. Regular. part.* 2. *tractat.* 6. *tit. de Elect. quæſtion.* 12. *numer.* 1. Cardin. Laurea *in Epitom. Canonum in verbo Electus.*

Verum ſive una, ſive altera ex hujuſmodi Electionibus deſumatur, ſeu præeligatur, certum ſemper eſt neutram eſſe confirmandam, quia neutra ſubſtineri,
& confirmari valet tanquam plena nullitatum ſub- 4
ſtantialium ex multiplici capite ſcatentium, per quas actus utriuſque Electionis irritus ipſo Jure remanſit ad *Text. in cap. Quanquam de Election. in* 6. *& cap. Nihil* 44. §. *Cæterum eodem tit.* Lavor. *de Elect. tit.* 4. *cap.* 27. *num.* 72. Rota *coram Coccin. deciſ.* 1539. *numer.* 1. *deciſion.* 1552. *numer.* 4. *& in Gneſnen. Abbatia Lauden.* 10. *Martii* 1692. §. 1. *coram clar. memor. Card. Priolo.*

Et aggrediendo examen prioris Electionis peractæ ſub die 30. Auguſti, crederem eſſe parum immorandum ad convincendam ejus inſubſiſtentiam, quia Summus Pontifex poſtquam ex gravibus cauſis ſibi notis de plenitudine Poteſtatis Reverendiſſimo Capitulo Monaſterien. per Motum proprium præceptive ordinavit, ut Electionem novi Epiſcopi ſtatutam in termino Juris, ſcilicet die 29. Julii, omnino differret ad menſem Auguſti inde proximum, durantibus eiſdem Cauſis novum illi præceptum direxit de protogando Electionem ad alium menſem, qui erat Septembris, & hoc. ſecundum Breve fuit per Decanum Capitulo præſentatum, & intimatum tam die 28. quam die 29. Auguſti, unde non potuerunt Capitulares Celſiſſimum Paderbonen. eligentes denegare obedientiam Pontifici Maximo, & ſpreto ejus mandato prorumpere ad Electionem die 30. Auguſti, quæ idcirco tanquam actus ſcandaloſe attentatus contra Præceptum Apoſtolicum habens in ven-
tre Decretum irritans excuſari non poteſt ab evi- 5
denti vitio nullitatis aggravatæ ex inobedientia, & ſpiritu Sedis Apoſtolicæ, ut in puncto Electionis factæ contra legem Mandati Pontificii habentis Decretum *irritans, eſt Textus apertus in cap. Si eo tempore cap. Si cui, & cap. Quorundam in fine de Elect. in* 6. *& in Extravag. Sancta Romana Eccleſia de Elect. inter communes*, & ſine controverſia tradunt Joan. Andr. *in cap. Auditis de Elect. num.* 18. Butr. *n.* 21. *verſ. Ponit hic unum*, Petr. de Bayxio *in Director. Elect. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. *verſic. Niſi eſſet appoſitum decretum irritans*, Portell. *in Dub. Regular. in verbo Electio in Addit. ad Addit. n.* 4. Sigiſmund. *de Elect. p.* 1. *cap.* 1. *dub.* 3. *n.* 3.

Immo tantæ venerationis, & reverentiæ eſt in his materiis Summi Pontificis authoritas, ut ſi Electores non habendo notitiam Brevis Pontificii, contra ejus
formam peragant Electionem bona fide, adhuc iſta 6
corruat ipſo Jure non attenta ignorantia, & bona fide, juxta Gloſſ. *in Clement. prima in verbo Inhibentes lit. H. verſ. Sed quæro de Jurepatr.* Emanuel Sà *in Summa in verbo Lex numer.* 13. Pariſ. *de reſignation. lib.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 27. *&* 28. Pignatell. *Conſult. Canonic.* 124. *ſub num.* 3. *verſ. Quæ inſtitutio tom.* 1. *& conſultat.* 27. *num.* 1. *tom.* 10. Card. de Luca *de benef. diſc.* 13. *num.* 13. Rota *coram Coccin. dec.* 1339. *num.* 54. *& dec.* 1810. *per totam, & in recent. dec.* 62. *num.* 6. *p.* 6. *deciſ.* 199. *numer.* 27. *part.* 12. *& dec.* 430. *numer.* 27. *part.* 18.

Quanta igitur, & qualis erit iſta nullitas, qua inficitur contraria Electio, quando Capitulares prædicti habuerunt plenariam notitiam Præcepti Apoſtolici, mediante ejus præſentatione, & intimatione inculcata per Decanum, quando conſtituti fuerunt in mala, & peſſima fide per ſolemnes proteſtationes ab eodem emiſſas, & exageratas, quando Breve fuit affixum ad valvas Eccleſiæ Cathedralis, & in aliis locis publicis, quando ab iiſdem Valvis, & locis fuit avulſum, & laceratum, & quando demum Capitulares illius originale ſibi occuparunt, & Decano, qui conſignaverat, reſtituere recuſarunt, harum namque circumſtantiarum cumulus, ſicut omnem ſuffocat obtentum bonæ fidei, & ex contrario ſpretum, & malitiam adauget, ita prorſus nullam, & Pontificiæ Majeſtatis Ream convincit Electionem, ut firmat Bald. *in cap. Bone* 23. *num.* 37. *de Election*, ibi: *Poſtulatio irritatur, & Poſtulantes privantur. &c. quia contempſerunt Legem vivam, ideſt Mandatum Papæ, & plus peccat, qui Legem vivam offendit, quam qui mor-*

tuam legem, Gloſſ. *in cap. Sciſcitatus* 13. *in verbo Exteſari de reſcript.* & *in cap. Prudentiam in verbo Arguendus de Offic. Delegat.* Bellamer. *in cap. Litteris numer.* 1. Hoſtien. *num.* 5. *verſ. Quamvis*, Imol *n.* 1. *verſ. Sed bene quæritur*, Butr. *num.* 1. *de reſcript.* Frideric. de Senis *conſ.* 290. *num.* 3. Rota *coram Dunozett. Sen. deciſ.* 53. *n.* 8. & 10.

Quod autem Breve Pontificium eſſet præceptivum, non autem facultativum, non meretur in dubium revocari, ſive attendantur verba litteralia, & clauſulæ ejuſdem Brevis, ſive ratio, & cauſa in eo expreſſa, ſive demum ipſa confeſſio Capitularium, qui ad controverſam Electionem devenerunt.

Verba ſunt clara, dum Papa in primo Breve juſſit differri Electionem ad menſem Auguſti inde proximum, dicendo ibi: *Præcipimus*, & *mandamus*: cu-
8 jus propterea primi Brevis verba litteralia, ſicut ad evidentiam præſeferunt Juſſionem, & Præceptum, omnemque excludunt facultatem, ſeu conceſſionem repoſitam in arbitrio Subditorum, ut de verbo *mandamus*, docet *Text. in c. Mandatum* 38. *de Reſcript.* & *in cap. Mandato* 10. *de Præben. in* 6. & de verbo *Præcipimus eſt Textus in Clement. Paſtoralis*, ibique Gloſſa *in verb. de mere de Sentent.* & *de re judicata*, & *in Clement. final.* ibique Gloſſ. *in verbo Jubemus de Cenſibus*, Emanuel Sà *in verbo Lex numer.* 6. Gutierrez *Canonicar. quæſt. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 21. Azor. *Inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6 Barbol. *dict.* 273. *numer.* 1. præſertim quando hujuſmodi verba ſimul junguntur, quo caſu, eo magis jubent, ſtringunt, & neceſſitant Card. *in Clement. final. num.* 1. ibique Imol. *num.* 2. *de Cenſib.* Felin. *in cap. Nam concupiſcentiam num.* 5. & 6. Aleſand. de Nevo *num.* 24. *de Conſtitut.* Sanchez *ad Præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 35. Suarez *de Legib. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 9. Rot. *coram Dunozett. Senior. dec.* 53. *n.* 7. & *ſeqq.* & *dec.* 107. *numer.* 3. & 4.

Ita eodem modo præceptivum convincitur ſecundum Breve, nihil aliud continens, quam appendicem, & ſupplementum primi circa tempus differendæ Electionis, volente Summo Pontifice, quod terminus unius menſis præſcriptus in primo Brevi ampliaretur,
9 & prorogaretur ad alium menſem, juxta ea verba ibi: *Terminum unius menſis, ad quem dictam Electionem differri præcipimus*, & *mandavimus ad alium menſem ab illius fine computandum, ſervata cæteroquin prædictarum litterarum noſtrarum forma*, & *diſpoſitione, tenore præſentium prorogamus, ac extendimus*, & *ampliamus*, eſt enim Theorica non controverſa apud Doctores, quod prorogatio, & extenſio prioris diſpoſitionis eſt ejuſdem formæ, & naturæ, ac ipſa prior diſpoſitio, perinde ac ſi in primo Brevi non terminum unius, ſed duorum menſium adjeciſſet, ut optime Dec. *conſ.* 94. *n.* 5. *in fine*, ibi: *Extenſio, de qua agitur, eſt prorogatio prioris diſpoſitionis, quæ eſſe debet ejuſdem formæ*, & *naturæ*, Bald. *in cap. Venerabilem n.* 22. *de elect.* Caſtren. *conſ.* 390. *n.* 2. *verſic. Licet extendatur tempus*, & *n.* 3. Girocch. *diſcept.* 22. *n.* 40 Marcell. Maur. *allegat.* 10. *n.* 5. 6. & 8. loquens in terminis Electionis prorogatæ ad aliud tempus, Tiraquell. *de Retractu conventional.* §. 1. *gloſſ.* 7. *n.* 2. Card. de Luc. *de Regalar. diſc.* 6. *n.* 16. *verſ. Perinde* & *de Feud. diſc.* 4 *n.* 24. *verſ. Illa eſt*, Rot. *coram Coccin. dec.* 137. *n.* 3. & *coram Gregor. dec.* 522. *n.* 17. & *cor. Buratt. dec.* 29. *n.* 21.

Præſertim quando Papa in ſecundo Brevi expreſſit ſe procedere velle eodem modo ac proceſſerat in primo ex verbis proxime relatis ibi: *ſervata cæteroquin prædictarum noſtrarum Litterarum forma, ac diſpoſitione*: Ex quibus ceſſat omnis Gloſſa, aut contraria interpretatio, dum Papa voluit in ſecundo Brevi ineſſe primum, & in primo ſecundum, itaut una dicatur diſpoſitio per duos actus explicata, & ſic unicum præceptum per duo Brevia ſignificatum, Rota *coram Emerix Junior. deciſion.* 47. *numer.* 6. *deciſion.* 748. *numer.* 1. & *deciſ.* 1045. *num.* 4. & *in rec. dec.* 45. *num.* 5. *p.* 19. *tom.* 2. & *coram Bich. dec.* 357. *numer.* 22.

Naturam quoque præceptivam ſecundi Brevis clare demonſtrant omnes clauſulæ in eo contentæ; nam primo Summus Pontifex ibi procedit Motu proprio,
ſecundo diſponit de plenitudine Poteſtatis, & ma- 11
tura deliberatione deſuper habita; Tertio adjungit ſuas litteras in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari una cum clauſula ſublata, & Decreto irritanti, quæ omnia dant intelligere, quod Papa non faciebat Gratiam, nec Conceſſionem in favorem Capitularium, ſed jubebat, ſed obligabat, ſed ita volebat cum tota plenitudine Poteſtatis, alias enim quis unquam audivit, aut vidit, quod Papa faciat Conceſſiones facultativas, & in favorem Partium utendo plenitudine Poteſtatis, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 67. *n.* 12. & *ſeqq.* Monet. *ad Commutat. ultim. volunt. cap.* 7. *num.* 234. & *ſeqq.* Rot. *coram Coccin. deciſ.* 1810. *n.* 2. *ad* 15. ubi quod omnis facultas ſuſpenſa, & interdicta remanet per Decretum irritans, & *in rec. deciſ.* 212. *n.* 1. & *ſeqq. part.* 4. & *deciſ.* 492. *n.* 6. *part.* 19.

Eadem vis præceptiva pluſquam manifeſtis educitur ex ratione, & cauſa, ob quam Papa motus fuit ad primi, & ſecundi Brevis diſpoſitionem: In primo enim declarat ſe moveri juſtis, & rationabilibus de cauſis Nobis notis; In ſecundo aliquid ex his cauſis propalavit, dicendo: *Quo maturius*, & *concordius Capitulum*, & *Canonici prædicti in tanta rerum, ac temporum perturbatione ad Electionem Paſtoris idonei*, &c. *omni*, & *quacunque Perſonarum acceptione ſemota*, & *mundanis affectibus poſthabitis devenire valeant*: Sciebat enim Prudentiſſimus Pontifex notam ſciſſuram inter Capitulares, eorumque 12
Diſcordias, & factiones, quæ rectum Judicium in
Electione obumbrant, animoſque concitatos huma- 13
nis paſſionibus deerrare faciunt ad parum idoneos, ubi propterea acceleratio erat Eccleſiæ perniciosa, per contrarium vero utilis erat percunctatio, ac mora, juxta illud Taciti *lib.* 1. *Hiſtoriarum* ibi: *Scelera impetu, bona Conſilia mora valeſcere*, & juxta illud Statii *lib.* 8. *Thebaydos* ibi: *Da ſpatium, tenuemque moram, male cuncta miniſtrat impetus*, & juxta præceptum D. Gregorii M. *in Canon. Illa XI. qu.* 3. ibi: *Nil agendum priuſquam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Cum difficile ſit, ut bona peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio*, & *in Can. Principatus prima quæſt.* 1.

Proinde Mandatum Papæ de differentia Electionum ad longiorem terminum, fuit ſanctiſſimum temperamentum unice directum ad utilitatem Eccleſiæ,
non autem ad liberam Canonicorum facultatem, & 14
commodum, unde in his, quæ concernunt bonum publicum Eccleſiæ, Brevia Apoſtolica ſunt Juſſiones, ſunt Oracula, & ſunt Præcepta inviolabiliter obſervanda, non autem privatæ Gratiæ, & Conceſſiones facultativæ, ut egregie Roman. *conſ.* 352. *n.* 13. ibi: *Quia nedum major pars Univerſitatis, ſed etiam tota Univerſitas non poteſt procedere ad derogationem illius Ordinationis, quæ facta eſt in honorem*, & *utilitatem Eccleſiæ: ut eleganter notat Innocentius*, &c. *argumento cap. primi de his, quæ fiunt*, &c. *ubi eſt expreſſum majorem Univerſitatis partem, parte minore contradicente nihil ordinare poſſe, quoad tendat contra utilitatem Eccleſiæ. ſed hæc ſchedula confecta fuit in univerſalis Eccleſiæ favorem, honorem*, & *utilitatem, ſcilicet, ut ceſſarent diſſenſiones*, & *ſcandala*, & *reſpective quies*, & *tranquillitas daretur*, &c. *Igitur eſt conſequens, quod ejus effectum non poteſt major pars tollere.*

Legem denique præceptivam agnoverunt Præpoſi- 15
tus, & Capitulares ejus ſequaces, qui notificato ipſis Brevi Apoſtolico, non allegarunt eſſe facultativum, aut in eorum favorem, ſed illud admiſerunt, & acceperunt in ſenſu veri, ac rigoroſi præcepti, ſolum objectando eſſe ſubreptitium, & obreptitium, Eccleſiæ præjudiciale, aliaſque excuſationes frigidas inferius confutandas, ex quo propterea ſufficiens inſurgit confeſſio Præpoſiti, & Adhærentium, quod Breve nullatenus eſſet ſimplex prorogatio termini in favorem Capitularium, ſed præceptiva ſuſpenſio Electionis uſque ad certum tempus, ut interim beneficio temporis langueſcerent factiones, & paſſiones, & Errantium vota reſipiſcerent, ut de hac confeſſione, ut

ſupra

ſupra implicite deducta firmant Cravett. *conſ.* 1. *n. final.* Herculan. *de negativâ proban. n.* 283. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 38. *n.* 3. & noviſſime Rot. *in Pampilonen. Beneficii* 5. *Junii* 1705. §. *Reſultat itidem, cor. Eminentiſſ. Scotto.*

Clarus eſt igitur ſpretus Papalis Oraculi, & Sacroſancti ejus mandati, & per conſequens nota, & magis notoria redditur nullitas controverſæ Electionis, ad quam proinde colorandam, nihil valent illæ infelices, & frigidæ excuſationes, & præmeditationes, quas contra obedientiam Brevis deduxerunt Præpoſitus, & Adhærentes; omnia enim ſunt fig-
16 menta artificioſe excogitata ad palliandum exceſſum adeo turpem, & prægrandem, ideoque potius retorquentur ad aggravandam malitiam, & obedientiam, ut bene dicebat Innocent. III. *in capit. inter Dilectos* 11. *de exceſſ. Prælat.* ibi: *Excuſationem prædictam, &c. frivolam reputantes, cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas excuſationes in culpis, delinquendi authoritas uſurpatur.*

Et quidem erronea fuit exceptio ſubreptionis, & obreptionis; Cum enim vidiſſet Breve non eſſe ad inſtantiam Partis, ſed præceptivum Motum proprium Summi Pontificis editum de plenitudine Po-
17 teſtatis, ex certa ſcientia, & ex rationabilibus cauſis ſibi notis, improprii ſane, & erronei fuerunt termini ſubreptionis, & obreptionis, quibus non ſubjacent Motus proprii Sedis Apoſtolicæ, ubi Papa procedit ex ſe, nec in his Beneficialibus, & Eccleſiaſticis materiis licitum eſt Subditis opponere, & inquirere, cur ita faciat, ut eſt *Textus rotundus in cap. ſi Motu proprio* 23. *de Præben. in* 6. Roſa *de Execut. Liter. Apoſtol. cap.* 5. *num.* 107. Lotter. *de re beneſ. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 63. Paſſerin. *de Elect. cap.* 14. *num.* 54. & 55. Rota *coram Coccino deciſ.* 888. *n.* 13. & *in rec. deciſ.* 498. *num.* 6. & 13. *part.* 19. *tom.* 2. & *in Lauden. Vicariæ* 14. *Junii* 1694. §. *Primum, coram Card. Caprara* impreſſ. apud Me *diſcept. Eccleſ.* 27. *num.* 48. *part.* 1.

Pejor fuit alia exceptio, quod prorogatio Electionis eſſet Eccleſiæ præjudicialis, juxta *Text. in cap. cupientes de Electione in* 6. quando tamen, quis nunquam audivit, quod Subditi audeant redarguere Papam in iis, quæ ſunt expreſſa in jure, & propterea, ſi Papa ſecundum omnium Doctorum vota habere dicitur in pectore omnes Canones, & omnia
18 jura, utique quando ex cauſis ſibi notis moveatur ad diſponendum contra jus, nefas eſt ei dicere, quod de jure non licet, quodque, ut in præſenti, prorogatio Electionis eſſet in præjudicium Eccleſiæ, & contra diſpoſitionem Canonis, ut inquit Felin. *in cap. ſuper literis num.* 8. *verſic. ſecunda regula de reſcript.* Gonzal. *ad regul.* 8. §. 4. *Proæmial. num.* 83. & *ſeqq.* Rot. *deciſ.* 325. *num.* 16. & *deciſ.* 429. *num.* 23. *part.* 9. *recent.* & *in Hipporegien. Parochialis* 21. *Junii* 1700. § *final.* & *in Auguſtana Canonicatus* 23. *Junii* 1704. §. *finali, coram bon. mem. Molines.*

Magis incongrua fuit oppoſitio, quod ſtante ſciſſura inter Capitulares protractio Electionis non eſſet proficua, ut ea fieret maturius, & concordius, juxta proteſtationem inſertam in Inſtrumento Electionis: Etenim in hac parte Capitulares redarguerunt Papam de imprudentia, quod male exiſtimaſſet proficuam fore Eccleſiæ prorogationem Electionis in tanta rerum, ac temporum perturbatione, quod pariter redolet grandem audaciam in Subditis, qui volunt penetrare Arcana Imperii, & occultas Summi Pontificis cauſas, & rationes, quando certum eſt, quod ſi Papa cenſuit expedire Eccleſiæ prorogationem Electionis, quo matu-
19 rius, & concordius fieret Electio idonei, exprimendo in genere cauſas rationabiles ſibi notas in utroque Brevi repetitas ibi: *Juſtis, & rationabilibus ex cauſis nobis notis*, & habendo ſub oculis ſciſſuras, & factiones ibi: *in tanta rerum, & temporum perturbatione*. Quis Subditorum eſt, qui citra vitium violatæ Majeſtatis Apoſtolicæ denegare poſſit obedientiam Supremo Capiti Eccleſiæ increpando illum de malo conſilio, & de temperamento potius contrario ad finem, quem exoptat, exclamante univerſa Canoniſtarum noſtrorum Schola; quod quidquid Papa diſponit in Motu proprio, præſumatur factum ex cauſis juſtis, quas inquirere, cenſurare, & redarguere non eſt Subditorum ad *Text. in cap. cum inferior diſtinct.* 21. Abbas *in cap. cum veniſſent num.* 8. *de Judic.* Berous *conſ.* 49. *num.* 4. *lib.* 2. & *conſ.* 147. *num.* 5. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 498. *n.* 14. *part.* 19. *rec.*

Hinc ſi Princeps aliquid diſponit ex occultis cauſis ſibi notis, audacia Subditorum eſt latentes cauſas in animo Principis inquirere, diſcutere, & redarguere, ut docuerunt Majores noſtri apud Tacit.
lib. 6. *Annal.* ibi: *Abditos Principis ſenſus, etſi quid* 20
occultius parat, exquirere, illicitum, anceps, & *lib. eodem Annal.* ibi: *Non eſt noſtrum æſtimare, quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis extollas, tibi ſummum rerum Judicium Dii dedere, Nobis obſequii gloria relicta eſt.*

Ex hac reſponſione cadit etiam objectum, quod ſi intercepta non fuiſſet Epiſtola directa ad Summum Pontificem, iſte ulteriorem prorogationem non conceſſiſſet, quia cum durarent eædem cauſæ primæ prorogationis, & primi Brevis, erronea ſpes, & mala interpretatio fuit, quod Papa factum proprium, & conſilium, quod matura deliberatione in utroque Brevi ſtabilitum aſſeruit, turpiter revocaſſet, corruente cæteroquin in facto tam ſuppoſito Epiſto-
læ tranſmiſſæ, quam ejus interceptionis; Cum in 21
hac materia non ſtetur aſſertionibus Electorum, maxime ad palliandam eorum inobedientiam contra Sedem Apoſtolicam, ex animadverſis per Rotam *in recent. deciſ.* 220. *num.* 17. *part.* 17. & *coram Coccino deciſ.* 2341. *num.* 76. & *in Adrien. Canon.* 3. *Aprilis*, §. *Suppoſita, coram bon. mem. Lancetta*, & *in Albaracinen. Canonicatus* 10. *Maii* 1700. §. *Atque hinc, coram bo. mem. Molines* apud Me *diſcept. Eccleſiaſt.* 4. *num.* 136.

Neglectis aliis exceptionibus ejuſdem, ac majoris inſubſiſtentiæ, nempe ſcandali apud Populum ex protractione Electionis, necnon contraventionis Concordatorum; Ultra quod enim Concordata nihil habent commune cum caſu iſto, quia circa tempus Electionis ſe remittunt ad terminum juris expreſſum in *cap. Cupientes*, & *in cap. Ne pro defectu de Electione in* 6. ita ut Papa elapſo termino ju-
22
ris, condendo prorogationem, conceſſerit quod ſuum eſt citra violationem Concordatorum, quæ tali caſu uti relativa ad jus commune nihil de proprio diſponere dicuntur ad theoricam Felini *in cap. ſicut Romana ſub n.* 16. *verſ. licet, verſ. ſed hoc non apparente*, & *verſ. ergo non eſt jus ſtatuentium ad Reſcript.* Soccin. *in leg.* 1. *n.* 52. *verſ. ſeptimus, ff. ad leg. falcid.* Scaccia *de Judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 557. & *ſeqq.* Rota *in Terracinen. Cenſus* 16. *Februarii* 1688. §. *Cum in præſenti*, & 4. *Martii* 1689. §. *Nec urget, cor. bon. mem. Molines.*

Urget reſponſio, quod Præpoſitus, & Adhærentes in hac parte convincuntur de malitia ex ipſa confeſſione, & facto proprio, dum his exceptionibus non oppoſitis, placuit ipſis acceptare primum Breve, primamque prorogationem, eo quia talis prorogatio erat tunc ipſis proficua pro eorum factione, habendo neceſſitatem impinguandi illam cum aliis duobus Votis, quæ non habebant, & pro quibus conſequendis data opera fecerunt, quod duo Capitulares non exiſtentes in Sacris, & ſic voce carentes renunciarent Canonicatus ſtatim collatos in favorem duorum in Sacris exiſtentium, nempe Tuickell, & Vvolff, quibus admiſſis in fine primæ prorogationis, non mirum, ſi acceptare noluerunt ſecundum Breve, & novam prorogationem ad alium menſem; quia nempe timebant, quod ſpatio, ac tempore eorum factionariæ voces in contrariam partem revolverentur, & conſequenter hoc artifi-
23
cium remaneret intolerabile, & abſurdum in jura, quod ex duobus Brevibus prorogatoriis Electionis, iſti Capitulares primum ſibi proficuum acceptaverint, ſecundum refutaverint, & exceptiones utrique Brevi communes applicaverint ſecundo, non autem primo, contra *Textum in l. cum quæritur, ff. de ad-*

de adminiſtrat. Tutor. Bellamer, *conſil.* 9. *num.* 5. & 6, Graſian, *diſcept*, 303. *num* 57, Manſ, *conſult*. 200. *num*. 4. bon. mem. Anſald, *de Commerc. & Mercat. diſcurſ*. 98, *num*, 17. Rota *deciſ*. 716, *num*. 14. *part*. 18, *tom*. *recent*.

Et quibus dilucide patet excuſationes contra obedientiam Sedis Apoſtolicæ fuiſſe petram ſcandali, potius aggravantes, quam emollientes delictum, non obſtante affectata modeſtia, & venuſtate verborum, cum quibus velare ſtuduerunt tantam contumaciam, dicendo ibi: *Seſe ſingulari ſemper veneratione, ac devotione Sanctam Sedem fuiſſe proſecutos, ſemper quoque eandem continuaturos*, hæc enim dulcia verba tanquam habentia venenum, & con-
24 traria facto poſitivi ſpretus, quod eo inſtanti committebatur adverſus præcepta Apoſtolica, eo magis perſuadent artificium, magiſque inobedientiam deſignant, juxta notabile dictum Baldi, de quo Suidus *deciſ*. 194. *n*. 30. & 31. ibi: *Et quamvis verba blanda, & modeſta proferret, &c. petitio tamen erat injuſta, ita quod attendimus factum, non verba, &c, alias dici poſſet, quod Baldus objicit Vaſſallo alienanti ſine Domini conſenſu feudum ſub proteſtatione, dicit enim, quod bene cantat, ſed male ruſpat, & in re facta non proſunt artes verborum*; Et eſt ſolitum artificium diſſimulationis, de quo Tacitus *lib*. 1. *Annal*. ibi: *Specioſa verbis, re inania, aut ſubdola, & rurſus ibidem, plus in oratione tali Dignitatis, quam fidei erat*, & confert dictum Innocentii III *in cap. quanto in fine de conſuetud*. ibi: *Cum umbra quædam oſtendatur in opere, veritas autem non ſubeat in effectu*, & tradunt communiter Jaſon. *in leg. Civitas num*. 16. *digeſtis ſi certum petatur, & in leg. non ſolum*, §. *Morte, num*. 27. *ff. de nov. oper. nunciat*. Ripa *in cap. cum M. Ferrarienſis num*. 80. ibique Felin. *num*. 27. *cum ſeqq. de conſtit*. Rota *coram Penting. dec*. 269. *n*. 15. & *coram Buratt. deciſ*. 46. *n*. 18. & *deciſ*. 388. *n* 5.

Urgente etiam fortiſſima conſideratione, quod eſto etiam per ideale ſuppoſitum, quod Præpoſitus, cum Adhærentibus aliquid coloris habuiſſent, prout non habebant, difficultandi obedientiam, & executionem Brevis, adhuc in caſu iſto non erat eundum per Interpretationes mentis Pontificiæ, & ſub falſa ſpecie recti præceptum Apoſtolicum non erat violandum, & refutandum, ſed de omne pejus ſuperſede-
25 ri debebat, expectando ipſius Papæ interpretationem, & reſponſum, ut docet *Textus in cap*. 5. *de reſcript*. ubi Alexander III. in finalibus verbis admonet, quid in his caſibus ſit faciendum, videlicet, quod: *Aut Mandatum noſtrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non poſſis, rationabilem Cauſam prætendas, & idem dicitur in Canon. multum ſtupeo* 3. *quæſt*. 6. ibi: *Etiamſi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua Conſulta reſcriberemus, ſed etſi quid grave, intolerandumque committeret, noſtra erat expectanda Cenſura, ut nihil ipſe prius decerneres, quam quid nobis placeret, agnoſceres*. Gonzal. *dicto capit*. 5. *de reſcripto*, *num*. 3. & 5. Abbas *num*. 4. Rota *coram Dunoz. Junior. deciſ*. 485. *numer*. 6. *coram Buratt. deciſ*. 652. *num*. 3. & *in rec. deciſ*. 276. *num*. 7. & 8. *part* 16.

Alias enim actum foret de obedientia debita Pontifici Maximo, ſi liceret Subditis etiam adverſus Motus proprios reſiſtere, & facere ſe interpretes voluntatis Pontificiæ, quando tamen principia Sacrorum Canonum edocent, vel eſſe obediendum, vel ſuperſedendum, juxta Textus maxime adductos; Ideoque qui Sacras Juſſiones, & Papalia præcepta
26 interpretari intendit, fit Reus inobedientiæ, & contumaciæ, ut probant *Textus in cap. cum veniſſent de Judic. & in cap. Sicut* 11. *quæſt*. 1. & *cap. inter alia* 31. *de Sentent. Excommunic. cap. cum tempore* 5. *de arbit. cap*. 3. §. *Si vero de Offic. Ordin. in* 6. cum aliis apud Pignatell. *conſult. Canon. tom* 6. *conſult*. 30. *numer*. 10. ad quod pertinet locus Taciti *lib*. 4. *Hiſtoriar*. circa Milites inobedientes eorum Ducibus ibi: *Miles alacer, qui juſſa Ducum interpretari, quam exequi mallet*,

Signanter in hac materia Electionis, quam omnia Capitula recognoſcunt ab ipſo Summo Pontifice, quia de jure antiquo Electio Epiſcopi pertinebat ad 27
Papam; per ea, quæ tradunt Gloſſ. & Canoniſtæ *de Elect. in* 6. Prob. *ad Monach. in cap. Cum de beneſic. num*. 28. *de Prebend. in* 6. ibi; *de Jure antiquo ad Papam ſpectabat Electio Epiſcopi privative*, & *in cap. ſi eo tempore n*. 6, *eodem tit*. Paſſerin. *de Elect. capit*. 3. *n*. 35. ibi; *Jus eligendi non venit ex Jure Eligentium, & Capituli tanquam ex fonte, nec eſt proprium Eligentium, ſed venit ex Summo Pontifice*; Ideoque magis exinde creſcit ſpretus Sedis Apoſtolicæ exclamante ipſa materia Electionis, quam totam receperunt Capitulares ex Papa, & cujus præceptis eam 28
concernentibus clauſis oculis obtemperandum eſt, & obtemperandum erat, ut in puncto Paſſerin. *de Elect. cap*. 14. *n*. 56. ibi: *nullus Capituli Electionis Præſes, aut Capitulum habet, ut poſſit ſimpliciter examinare literas Apoſtolicas, an validæ ſint, vel non validæ, ſed eis obedire debet, & earum executionem non impedire*,

Firmata priori nullitate Electionis ob ſpretum Brevis Apoſtolici habentis decretum irritans, & inſuper ex defectu facultatis eligendi, dum Præpoſitus, & Adhærentes non elegerunt in termino Juris, & ſic Ordinario, ſed in termino hominis, ſeu Extraordinario conceſſo per Papam in primo Brevi, qui 29
ſi fuit prorogatus per ſecundum, per conſequens adempta remanſit omnis facultas eligendi in primo termino ampliato, & innovato, ut dicebat Baldus *in cap*. 1. *num*. 36. *in fine de poſtulat. Prælator*. ibi: *Sicut Sator Agri debet obſervare tempora anni, alias perdit Semen, & Ager non fructificat, ita eligendi, poſtulandique tempora ſunt obſervanda, alias Electio, & Poſtulatio habetur pro nulla*, Butr. *in cap. Auditis de Elect. ſub n*. 20. *verſ. ſed poſſet reſponderi*, ubi reſpondet ad motivum Electionis naturalia, ibi: *licet quoad nudam materiam Juris naturalis Electio ſit valida, non tamen eſt valida in effectu naturali, quem poteſt tollere lex; nam propter Juris poſitivi reſiſtentiam ille effectus naturalis obumbratur, & non dicitur electio tunc habere colorem*, Rebuff. *in tract. de nominat. qu*. 14. *n*. 6. ibi: *neceſſe eſt cuſtodire conſtitutum tempus, & qui non obſervat tempora non dicitur ſervare formam, & per conſequens actus eſt nullus, quod ſi Statuta diſponunt aliquid in tempore, quod ſunt ſervanda ad unguem, & ſi contrafieret, eſſet irritum ipſo jure*.

Conſequitur ſecunda nullitas ex defectu legitimæ convocationis Capituli habiti 30. Auguſti, quam legitimam convocationem eſſe de forma *Text. in celebri capitulo quia propter elect*. punctualiter obſervat ibi Fagnan. n. 4. poſtquam enim Decanus, Capitulum præcedenter habitum ſub die 29. Auguſti legitime diſſolvit ob contumaciam, & contradictionem Præpoſiti, ejuſque Adhærentium, qui noluerunt præſtare obedientiam Brevi Apoſtolico, ſine ejuſdem Decani licentia, & mandato non poterat convocari aliud Capitulum peractum ſub die 30. Auguſti, prout non ab illo, ſed ab alio, & contra ejuſdem Decani voluntatem fuit convocatum, quod ſane pro- 30
ducit nullitatem claram Electionis, & omnium in hoc Capitulo geſtorum, cum tam de jure communi, quam ex generali conſuetudine omnium Eccleſiarum Germaniæ, ad Decanum tanquam primam Dignitatem pertineat convocatio Capituli, & aliter facta remanet ipſo jure nulla, ut firmant Canoniſtæ *in cap*. 1. *de majorit. & obedient*. nempe Innocent, *n*. 2. Panormit. *num*. 4. Felin. *n*. 1. Barboſ. *n*. 4. Joannes de Anania *n*. 1. Fagnan. *in capit. ut Abbates n*. 28. *de ætat. & qualit*. Sigiſmund. *de elect. dub*. 4. *num*. 11. Petrus de Bayſio *in director. Eccleſ part*. 3. *cap*. 6. *verſ. & jura*, quæ dicunt Caſtellin. *de elect. cap*. 13. *num*. 7, *eodem tract. cap*. 11. *n*. 6. *verſ. alias*, & apud Me *diſcept. Eccleſ. n*. 31. & teſtando de præciſo ſtylo Eccleſiarum Germaniæ tradit Andler. *conſil. Imper. Aulic. in cap. conſtit Imper. pag*. 451. *n*. 4. & 6. Card. de Luc. *de Canonic. diſc*. 27. *num*. 7. & 8. ubi loquitur in puncto de Decano Eccleſiæ Monaſterienſis.

Neque adverſatur, quod ſub die 29. Auguſti imme-

diate

diate præcedenti Electionem Præpoſitus de conſenſu
majoris partis Capitularium indixerit Capitulum pro
Electione in ſequenti die facienda, quia ubi agitur
de Capitulo congregando, datur diſtinctio commu-
niter recepta, quod tunc ſufficit convocatio, & et-
iam ipſa Electio facta per majorem partem Capitu-
li, quando inſtat lapſus termini ad eligendum, ſe-
31 cus vero, quando, ut in præſenti, non ſolum non
inſtabat lapſus termini, ſed immo Summus Pontifex
per ſuum motum proprium ordinaverat Electionem
differri ad longiorem terminum alterius menſis.
Tunc enim non potuit Capitulum convocari, nec
accelerari Electio per majorem partem Capituli, ſed
indiſpenſabiliter requirebantur duæ partes ex tribus,
ut eſt inſignis Theorica, Hoſtien. *in cap. cum nobis
19. n. 13. de elect.* ibique Panorm. *num. 9. verſic. ſi au-
tem non conveniunt*, Butrius *num.* 33. Henric. Boich.
num. 2. & 3. Felin. *in cap. cum omnes ſub n. 34. verſ.
Adde*, D. Abbatem *de Conſtit. Card. conſ. 150. ſub
num. 9. verſic. ſed quæro*, Roman. *conſ. 352. n. 15. &
ſeqq.* Sylveſter *in Summa in verb. Electio num. 9.* Le-
zan. *in Summa quæſt. regular. quæſt. 11. cap. 15. num. 7.*
Fagnan. *in cap. quia propter n. 40. de Elect.* Petrus de
Bayſio *in director. elect. part. 3. cap. 6. n. 7.* Paſſatin. *de
elect. cap. 11. num. 98. & cap. 14. num. 12.* Lotter. *de re
benefic. lib. 2. quæſt. 17. num. 7.* Lambert. *de Jurepatron.
part. 2. lib. 2. quæſt. 2. art. 19. n. 5. verſic. ſed adverto,
& num. 7.* Caſtellin. *de elect. cap. 6. n. 5.* Lavor. *variar.
lucubrat. tit. de elect. cap. 18. n. 23.* & apud Me *di-
ſcept. Eccleſ.* 13. n. 32. & eſt opinio hodie firmata in
Tribunalibus, tam cæteris, quam Sacræ Rotæ Ro-
manæ, *ut coram Millin. deciſ. 410. n. 2. & deciſ. 420.
num. 1. & deciſ. 5. n. 1. & ſeqq. part. 18. rec. & in Colo-
nien. Abbatiſſatus 12. Junii 1679. & 19. Februar. 1680.
coram bon. mem. Paluccio, & in Syracuſana Præpoſi-
turæ 5. Decembris 1699. §. finali, coram bo. me. Muto*
impreſſ. apud Me *diſcept. 13. n. 47. & in Recanaten.
Beneficii 9. Maii* 1701. §. *Non attenta reſponſione,
cor. bon. mem. Lanceten.*

Fortius autem, quia reſolutio facta per Præpoſi-
tum, & Adhærentes majorem partem conſtituentes
circa convocandum Capitulum die 30. Auguſti, ema-
navit in Capitulo præcedentis diei 29. Auguſti, poſt-
quam hoc Capitulum fuerat a Decano diſſolutum
32 mediante diſceſſu ipſius, ejuſque Sequacium, unde
poſt hanc diſſolutionem non licuit Capitularibus in
Aula remanentibus aliquod negotium proponere,
cum ipſi tunc conſiderarentur tanquam privati, &
ſingulares, non autem tanquam Capitulariter con-
gregati juxta punctualem Deciſionem Rotæ *in Co-
lonien. Satrapiæ 13. Februarii 1695. coram bon. mem.
Urſino* apud Antonell. *de Juribus, & oner. Cleric. dec.
37. n. 2. & 3.*

Accedit tertia, & quidem inſanabilis nullitas,
ex quo contra expreſſam formam *cap. quia propter*
vota Eligentium non ſolum publicata fuerunt ipſis
33 Scrutatoribus, ſed etiam Syndico Capituli, ejus Se-
cretario, duobus Notariis, ac duobus Teſtibus omni-
no extraneis, quæ propalatio Votorum cum totali-
ter frangat Secretum Electionis in ſupradicto *capit.
quia propter*, ſub pœna nullitatis commendatum,
ſine dubio actum Electionis peccantem in forma,
nullum ipſo Jure reddidit, ut de communi tradunt
Repetentes in eodem *cap. quia propter*, ſcilicet Pa-
normit. *num. 13. verſic. quartum ſubſtantiale*, Imola
num. 8. Joan. Andrea *num. 11.* Butr. *num. 22. verſic.
dicitur ſeptimo*, Hoſtien. *n. 25. & 43. cum aliis uber-
rime cumulatis per Rotam in celebri Treviren. Abba-
tia Sancti Maximi, coram Coccin. deciſ. 1539. numer.*
14. ubi quod inhoneſtum ſit, quod extranei a Col-
legio ſciant conſcientiam illorum, qui ſunt de Col-
legio, & rurſus n. 23. ſubdens in hoc caſu, quod
34 dici nequeat ſervata forma, & num. 24. cum ſeqq.
ubi latiſſime firmat nec etiam ſuffragari poſſe con-
trariam conſuetudinem immemorabilem, *& deciſ.
1552. num. 2. & ſeqq. & deciſ. 1021. per totam* Garz.
de benefic. part. 5. capit. 4. n. 184. 189. & 193. Lavor.
variar. lucubr. tit. 4. cap. 19. num. 22. Sperell. *dec.* 161.
*n. 16. cum ſeqq. & in Meten. Monaſterii deciſ. 132. n.
3. cor. eod. Coccin.*

Quæ nullitas procedit etiam in caſu, quo Ele-
ctio peracta fuerit per viam compromiſſi Scrutinio
mixti, cum etiam in his terminis nequeant omitti 35
ſubſtantialia ipſius Scrutinii recenſita in *d. cap. quia
propter*, & ſignanter Secretum ibi pro forma requi-
ſitum, ut per *Text. in cap. ſi cui de elect. in 6.* citra
diſcrepantiam tradunt relati apud Paſſerin. *de elect.
cap. 16. num. 36. & 39. & cap. 17. n. 6. & cap. 18. n. 67.
& cap. 22. n. 7.* Andreas Vallen. *in paratitlis ad decre-
tal. tit. 6. §. 4. in fin.* Pignatell. *conſult. 100. n. 2. tom.
1.* Sac. Congreg. apud Garz. *de benefic. part. 5. cap. 4.
n. 203. & plene reſolutum fuit in dicta Meten. Mona-
ſterii, coram Coccin. deciſ. 1326. n. 34. & materia ple-
nius examinata in d. Treviren. Abbatia deciſ. 1552.
n. 67. cum pluribus ſeqq. cor. eodem.*

Deſumitur quarta nullitas ex non facta collatio-
ne numeri ad numerum, quæ pariter eſt unum ex 36
requiſitis de forma in *cap. quia propter*, cum enim
inter Eligentes adeſſent DD. Tuickell, & Vvolff,
qui in fraudem paratæ Electionis proviſi fuerant de
Canonicatibus ex reſignatione duorum Canonico-
rum, qui tanquam non conſtituti in Sacris erant
inhabiles ad votandum, & qui proviſi per diem an-
te Electionem admiſſi fuerant ad votandum, con-
tradicente, & appellante Decano, ejuſque Adhæren-
tibus utique in Electione neceſſaria proculdubio erat
collatio numeri ad numerum, ut diſcuteretur, an
voces hujuſmodi Canonicorum eſſent, vel non eſ-
ſent admittendæ, ut in individuo ſimilis quæſtionis
in Capitulo peractæ ſuper duorum admiſſione ſcribit
Butrius *in capit. in Geneſi n. 1. de elect.* ibi: *Secundo
quia fuit facta non habita collatione ſpeciali de eo,
ſuper quo dubitabatur, an illi duo voces haberent,
& de quibus fuerat facta quæſtio ſpecialis*, & genera-
liter, quod collatio numeri ad numerum ſit de for-
ma neceſſaria Electionis ſub pœna nullitatis docue-
runt, Abb. *in cap. quia propter num.* 10. Rota *coram
Coccin. deciſ. 1535. n. 46. & ſeqq.* & præſertim *n. 49.*
ubi quod alias eſſet in facultate Scrutatorum pro-
nunciare Electum, quem mallent, *& in Colonien.
Abbatiſſatus, coram Paluccio in rec. deciſ. 313. n. 6.
part. 19. confirmata ſub die 12. Junii 1679. & 19. Fe-
bruarii* 1680. *coram eodem.*

Facilius quando hujuſmodi novi Canonici non
habebant jus votandi, dum fuit appellatum a pri-
mæva eorum admiſſione ad votum, quæ appellatio
licet extrajudicialis operabatur, ut omnia, quæ fa- 37
cta fuiſſent contra, & poſt appellationem ſubjace-
rent vitio nullitatis, & attentatorum, ut in ſpecie
appellationis etiam extrajudicialis ante Electionem
interpoſitæ probat *Textus in capit. cum nobis 19. de
elect.* ubi Innoc. *n. 2.* Butr. *n. 23.* Imol. *n. 8.* Abb. *n. 7. de
elect.* Joannes *ad decretal. tit. de elect. n. 5.* cum aliis
pleniſſime cumulatis per Rotam *coram Ottobon. dec.
164. n. 16. & ſeqq.* ubi declarat contraria procedere
in pacifice prius admiſſo ad votandum, ſecus in
alio, cujus admiſſio ad poſſeſſionem fuerit contro- 38
verſa, & per appellationem ſuſpenſa, *& in rec. dec.
219. n. 2. & ſeqq. part. 9.* maxime cum appellatio ve-
ſtra reperiretur juſta, & legitima cauſa, eo quia
illi duo Canonici fuerant noviter proviſi appoſite,
& in fraudem intra terminum Electionis in primo
Brevi prorogatum, quo caſu eorum vota ſuffragari
non poterant, nec admitti, ex late diſcuſſis apud
Paſſerin. *de elect. cap. 3. per tot.*

Oritur quinta nullitas, ex quo facta recollectio-
ne omnium 20. votorum, quæ in hac prima Ele-
ctione intervenerunt, fuit per Scrutatores publica-
tum, quod omnium vota convenerint in perſonam
Celſiſſimi Paderbonen. Unde inſtar dilemma inevi-
tabile, quod aut Celſiſſimus Paderbonen. votavit, &
dum nemine excepto relatum fuit omnia vota in
eum conſpiraſſe, perneceſſe fatendum eſt, quod Cel-
ſiſſimus Paderbonen. ipſe ſibi ipſi votum dederit,
propter quod Electio fuit ipſo Jure invalida, ut per
Text. in cap. quia propter, & cap. cum nunc de elect. 39
advertunt Abbas *conſ. 25. num. 3. lib. 1. part. 2.* Peregr.
deciſ. 100. num. 1. verſ. Attamen, Panormit. *in cap.
Venerabilem num. 5. de elect.* Fagnan. *in capit. Nobis
num. 29. de Simonia verſic. Cum nemo poſſit ſe ipſum*

elige-

eligere, &c. etiam cum proceditur per viam compromiſſi, Paſſerin. *de elect. cap.* 22. *n.* 38. *& ſeq.* Sylveſter *in ſumma in verbo Electio* 2. *qu.* 16. *num.* 19. Card. de Luca *de Canon. diſc.* 26. *n.* 3. Rota *coram Boratt. dec.* 316. *num.* 3.

Aut vero idem Paderbonen. non votavit, & hoc
etiam caſu manifeſta inſurgit nullitas Electionis, cum
omiſſio unius tantum voti ex præſentibus vitiet to-
40 tam Electionem juxta diſpoſitionem *Text. in capit.
propter*, requirentis, quod omnes præſtent votum
in illo verbo *cunctorum*, ſicut advertunt ibi: Barb.
n. 19. Panormit. *n.* 16. *ſpeculator in tit. de elect.* §. 1.
num. 17. Petr. de Bayſio *in director. elect. part.* 3. *cap.*
27. Caſtellin. *de elect. cap.* 12. *num.* 27. Lavor. *cap.* 19.
num. 76. Bertachin. *de Epiſc. lib.* 2. *part.* 1. *num.* 2. Paſ-
ſerin. *de elect. cap.* 18. *num.* 42. *& cap.* 22. *n.* 10. Rota
dec. 574. *n.* 3. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Tranſeundo ad examen alterius Electionis pera-
ctæ ſub die 30. Septembris, dicebam, quod ſicut
vitium creſcit eundo, ita ſecunda hæc Electio in
41 circumſtantia nullitatum ſuperat Priorem, & cui
bene applicatur illud, quod inquit *Textus in Ca-
non. Principatus prima quæſt.* 1. ibi: *Difficile eſt, ut
bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata prin-
cipio.*

Ut autem convincatur, quam nulla fuerit hæc
iterata Electio, ſufficit unicum dilemma non habens
reſponſionem, quod nempe aut prætenditur eam
fuiſſe peractam Jure ordinario, ſeu intra terminum
Juris, & prætenſio eſt erronea, dum iſte terminus
jam expiraverat die 5. Auguſti, & conſequenter ex
42 hoc capite Præpoſitus, ejuſque ſequaces de menſe
Septembris non habebant amplius facultatem eligen-
di *capit.* 2. *de conceſſ. Præbend. capit.* 3. *de ſupplen.
negligentia Prælator. capit. Ne pro defectu, & cap.
Quia propter de electione.* Innocent. *in capit. Gratum
il* 1. *numer.* 2. *verſ. Item privati ſunt de poſtulat.
Prælator.* Paſſerin. *de elect. capit.* 31. *num.* 37. Sigiſ-
mund. *de elect. dub.* 103. *numer.* 1. Rot. *in Leodien.
Abbatiſſatus* 7. *Februarii* 1684. §. *Accedebat etiam,
& 28. Aprilis ejuſdem anni* §. *Primo, coram Card.
Matthæjo, & in Leodien. Monaſterii* 4. *Julii* 1598. §.
*Quamvis enim, cor. bo. me. Anſaldo inter ejus im-
preſſ. deciſ.* 61. *ante num.* 1.

Aut prætenditur Electionem fuiſſe peractam Jure
extraordinario, ſeu in termino conceſſo, & ordi-
nato per Summum Pontificem in ejus ſecundo Bre-
vi, cujus vigore tantum poterat Electio fieri, &
hoc caſu nullitas eſt patentiſſima, quia cum Præ-
poſitus, & ſequaces hoc ſecundum Breve tanta cum
pervicacia refutaverint, eique obedientiam denega-
verint, tam verbis, quam ipſo facto, ſcilicet eli-
gendo contra ejus formam ſub die 30. Auguſti Cel-
43 ſiſſimum Paderbonen. nimis clarum eſt, quod non
potuerint ſucceſſive recurrere ad beneficium Brevis
impugnati, refutati, & renunciati; Cum ſit regula
paſſim in jure decantata, quod nemo uti, & juva-
ri poteſt illa diſpoſitione, & actu, quem impugna-
vit, & cui poſitive contravenit, ut inquit *Text. in
cap. Ex eo de regul. juris in* 6. ibi: *Ex eo non debet
quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare,
& in leg. Si ſervus plurium,* §. *Si heredi, ff. de legat.*
1. Surd. *conſil.* 136. *num.* 26. Rot. *deciſ.* 692. *num.* 4. *&
ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *rec. & deciſ.* 299. *n.* 4. *part.* 18. *tom.*
1. Carill. *deciſ.* 135. *n.* 5. *cum ſeqq. & dec.* 178. *n.* 45. &
in ſpecie Brevis impugnati Rot. *coram Dunozet. Sen.
dec.* 53. *n.* 27. *& duob. ſeqq.*

Idcirco Præpoſitus, & Sequaces die 30. Septem-
bris non erant amplius in termino eligendo, nec
Jure ordinario, nec extraordinario, itaut impoſſibi-
le ſit, quod eorum Electio ſubſtineri valeat tanquam
facta a non habentibus facultatem eligendi in ali-
quo termino Juris, vel hominis; Ille enim unicus
terminus datus ab homine, ſeu Papa in ejus ſecun-
do Brevi, quantum ad ipſos non erat amplius in
rerum natura, & proinde habebatur, ac ſi non ema-
naſſet, dum propter contraventionem eidem Brevi
mediantibus exceptionibus, quod eſſet ſubreptitium,
& obreptitium, quod eſſet productivum ſcandalo-
rum, & malorum, quod eſſet læſivum Concordato-
rum, & mediante inobedientia, & ſpretu acceleran-
do Electionem in poſitivum contemptum, & deſpe-
ctum Oraculi Pontificii, unuſquiſque de facili agno-
ſcit, quod ipſi remanſerunt ipſo Jure ſpoliati, & pri-
vati beneficio, & utilitate, quæ ex eodem Brevi
proveniebat, juxta alteram regulam, quod delin-
quens ſemper in eo punitur, in quo deliquit, &
juxta alteram, quod fruſtra legis auxilium invocat, 44
qui committit in legem *ad Textum in cap. final. de
Immunit. cap. Literas de tempor. ordination. cap. Ut
fit deferendum* 42. *de appellat. & cap. quia fruſtra de
uſur. l. Auxilium,* §. *In delictis, ff. de minoribus* cum
recollectis apud Barboſ. *axiom.* 136. *n.* 21.

Hinc etiam ſuccedit tertia regula, quod qui abu-
titur Privilegio, & beneficio, ipſo jure ejus commo-
do privatur, & denudatur, & dicitur abuti Privile-
gio, qui non ſervat formam, & regulas a Conce- 45
dente præſcriptas *ad Text. in Canon. Privilegium* 11.
qu. 3. Barboſ. *ad Jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 12. Jo-
vius *de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ.* 8. §. *ſexta n.*
52. 53. *&* 66. Sperell. *deciſ.* 2. *n.* 33. *& concordat Tex-
tus in cap. Docet de regul. Jur. in* 6. Barboſ. *axiom.*
81. *n.* 4. Eſcobar. *de puritat. & nobilit. part.* 2. *quæſt.* 1.
gloſſ. 8. *num.* 4. & ſine alio diſcurſu in genere ita in
terminis Privilegii Juris eligendi firmat Soccin. Senior.
conſ. 60. *n.* 5. *lib.* 1. ibi: *Dicuntur perdere privilegia,
quæ eorum Electionibus Prælatorum concederentur, ex
quo contra legem Electionis committunt; nam qui
committit in legem, non gaudet beneficio legis, ut eſt
caſus in cap. quia fruſtra de uſuris, &c. aut quis com-
mittit in legem. & vult gaudere beneficio ejuſdem le-
gis, & non poteſt, quia perdit, &c. ex quibus infe-
ro, quod ipſi tantum perdunt privilegia legis Electio-
nis, quam non ſervant*, & in puncto caſus noſtri,
quod tempus prorogatum prodeſſe non poſſit illi,
qui idem tempus noluit acceptare, & ſequi, ſed po-
tius contempſit, eſt notabilis, & elegans doctrina
Bald. *in cap. venerabilem* 34. *n.* 22. *de Elect.* ibi: *Item
non debet ei prodeſſe Beneficium prorogationis, quam
ſecutus non eſt, ſed potius contempſit eam*, & hoc
ipſum repetit idem Inſignis Doctor *in cap. præterea
requiſiviſti* 40. *n.* 19. *de appellat.* ibi: *quia non prodeſt
dilatio ei, qui in dilationem commiſit.*

Quæ infallibilis concluſio in terminis Electionis
firmatur etiam per optimum *Text. in cap. Gratum
de poſtulat. Prælator.* ubi Summus Pontifex poſtquam
caſſaverat per ſuas literas poſtulationem factam per
Canonicos Eccleſiæ Senonen. per Organum Legati
Apoſtolici eis conceſſerat privilegium eligendi de
novo; Cumque major pars Capituli in ſpretum au-
thoritatis Apoſtolicæ abuſa fuiſſet ejus Indulto oc-
cultando literas caſſatorias poſtulationis, eamdem-
que poſtulationem innovando dicit Textus, quod per 46
hujuſmodi abuſum Privilegii, illi Canonici licet ma-
jorem partem Capituli conſtituentes, privati reman-
ſerant Jure eligendi, & poſtulandi, illudque devo-
lutum fuerat ad alios Canonicos, licet numero pau-
ciores, qui elegerant aliam perſonam, ſcilicet Epi-
ſcopum Cameracen. ut ſunt verba literalia Innocen-
tii Tertii ibi: *Eos, qui caſſationem noſtram quodam-
modo revocare volebant, eligendi Privilegium amiſiſ-
ſe, quia conceſſa ſibi ex Apoſtolicæ Sedis benignitate
abuterentur temere poteſtate, ac ideo ad alios licet
pauciores numero, quantum tamen ad hoc pertinet,
conſilia ſaniores eligendi, vel poſtulandi devolutam
eſſe licentiam:* ibique Panormit. *n.* 9. & Joannes de
Anania *pariter num.* 4. dicens ibi: *Nota unum ca-
ſum, in quo quis privatur Jure eligendi ipſo Jure*,
& Cardinalis Zabarell. *n.* 2. *ubi hæc ait: Tertio no-
ta, quod abutens Privilegio, illud perdit*, & Bald.
in cap. Bona 23. *de Elect. n.* 37. cujus verba habentur
ſupra num. 7.

Et motivum augetur in immenſum, reflecten-
do, quod etiam in actu hujus ſecundæ Electionis,
Præpoſitus, ejuſque Sequaces eodem tempore, &
contextu, quo eligere intendebant de novo intra
terminum ſecundi Brevis Pontificii, in præceden-
ti Electione confutati, ſpreti, & vilipenſi, adhuc
ejuſdem Brevis diſpoſitionem de novo ſpreverunt,
& impugnaverunt per viam ſolemnis protesta-

tionis

ſioois allegando, quod volebant ratam habere primam Electionem 30. Auguſti, eamque tanquam Canonicam ſubſtinere ibi: *Solemniſſime proteſtamur, quod Electioni per Nos rite celebrata conſtanter inhareamus, eamque canonicam eſſe ſubſtineamus*, unde, ſi per inobedientiam, & contemptum Brevis in prima Electione verbis, & facto conſumatum, Capi-
47 tulares ipſo jure perdiderunt beneficium, & utilitatem ejuſdem Brevis, a fortiori dicendum eſt eodem Privilegio, & beneficio ipſo Jure privatos remanſiſſe, quando ejus contemptum iterarunt etiam in Electione ſecunda, perſiſtendo, ut prius, in antiqua eorum contumacia ad *Text. in l. Baliſta. ff. ad Trebel.* Curt. Jun. *conſ.* 278. *n.* 18. Barboſ. *axiom.* 105. *n.* 10. *&* 18. Rot. *deciſ.* 140. *n.* 17. *part.* 18. *rec.* & in ſpecie probat Bich. *dec.* 98. *n.* 10. *& in rec. dec.* 576. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 3. *dec.* 275. *n.* 6. *part.* 5. *dec.* 41. *n.* 11. *&* 16. *part.* 10. *& dec.* 186. *n.* 4. *part.* 6.

Et hinc repellitur quævis umbra excuſationis ad colorandum delictum, ſeu ſpretum Mandati Apoſtolici, & per contrarium ad evidentiam dignoſcitur, & convicta remanet malitia, & mala fides, non ſolum ex omnibus late deductis ſupra, ſed etiam ex hac ipſa pertinacia volendi ſubſtinere in acto ſecundæ Electionis errorem primæ, & ſpretum in ea commiſſum contra Sedem Apoſtolicam, quando tamen ſi bono animo Capitulares Adverſarii in prima Electione proceſſiſſent, utique ſaltem errorem ſuum revocaſſent in actu ſecundo, caſſando, & penitus annullando priorem Electionem, fatendo ſpretum, & reintegrando læſam Majeſtatem Summi Pontificis, quod cum non fecerint, immo peccaminoſa conſtantia ratificaverint delictum, & auxerint ſpretum,
48 addendo Inobedientiam Inobedientiæ, & vulnus vulneri infligendo, nemo ſane calidus temporum, & prudens rerum perſuadere ſibi poterit in his Capitularibus regnare potuiſſe ſcintillam bonæ fidei, aut propoſitum Reverentiæ erga Pontificem Maximum Dominatorem in cunctis, & ſtuporem Mundi, cujus proinde clara præcepta de plenitudine poteſtatis fulminata cum clauſulis Obſervantiæ Inviolabilis, & Decreti irritantis regulariter loquendo ſuffocant, & ſilere faciunt quamcunque bonam fidem, & qualemcunque colorem diſcolorant Garz. *de beneſ. part.* 5. *cap.* 5. *n.* 85. *&* 92. Barboſ. *de clauſulis clauſ.* 108. *n.* 12. Buratt. *deciſ.* 479. *n.* 14. §. *Ex quibus*, Cerrus *dec.* 572. *n.* 11. & Rot. *deciſ.* 669. *n.* 1. *part.* 4. *diverſ. & in rec. deciſ.* 324. *n.* 8. *part.* 1. *deciſ.* 126. *n.* 6. *part.* 3. *& dec.* 287. *n.* 13. *part.* 6. & latius eadem Rota *in Colonien. Canonicatus prima gratia* 15. *Junii* 1699. §. *Penultima*, *coram Eminentiſſimo Statsa* ibi: *Minus demum ſuffragari poteſt Matthia ſaltem bona fides, &c. cum enim verba Indulti ſint ſatis clara, &c. certum remanet, quod abſorbeant quemcunque ſtatum Beneficii, bonam fidem, & obſervantiam.*

Quamvis ad hunc effectum otioſa remaneat omnia quæſtio ſuper bona, vel non bona fide, quid-
49 quid enim ſit ad effectum pœnarum ab homine infligendarum ratione delicti, certum eſt, quod ad affectum, ut abutens Privilegio Papæ gaudere non poſſit ejus beneficio, & utilitate, ſatis eſt, quod fecerit, & commiſerit contra Privilegium, cum agatur de Jure acquirendo, & de gaudendo ipſius Privilegii commodo, ubi non ſuffragatur prætextus bonæ fidei, ut probat Ciarlin. *controv. Jur. cap.* 215. *n.* 27. Rota *coram Seraph. deciſ.* 1361. *n.* 5. *& part.* 1. *diverſ. deciſ.* 669. *n.* 1.

Dum itaque Præpoſitus, & Adhærentes fecerunt ſecundam Electionem in termino conceſſo per ſecundum Breve, quem amplius non habebant tanquam expiratum, ſeu non conceſſum quoad ipſos, qui illum ſpreverant, impugnaverant, & turpiter confutaverant, notoria ſane convincitur nullitas
50 iſta, dum provenit ex defectu poteſtatis eligendi extra terminum datum a Jure, vel ab homine, ut in puncto Panormit. *in cap. auditis num.* 6. *de Elect.* ibi: *aut prima Electio erat evidenter nulla, & eligentes non erant privati poteſtate eligendi, & valet ſecunda, ſi autem erant privati poteſtate eligendi, non valet ſecunda*, & melius Innocentius *in capit. Cum vintonem n.* 2. *eodem tit.* & generaliter ſcribunt Canoniſtæ *in cap. gratum de poſtulat. Prælator.* ſignanter Butrius *num.* 15. *verſ. Sextus*, Compoſtellan. *n.* 2. *verſ. Item privati ſunt ipſo Jure*, Innocent. *num.* 2. *verſ. Item privati ſunt poteſtate eligendi*, Barb. *vot. dec.* 106. *ſub num.* 58. *lib.* 3. Paſſerin. *de Elect. cap.* 13. *n.* 19. Marta *in comment. ad concordat. Germania n.* 70. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 26. cum aliis adductis per Rot. *in deciſ.* 61. *n.* 1. *coram bon. mem. Anſaldo*.

Alterum caput nullitatis derivat ex modo contradictorio, & erroneo, cum quo proceſſum fuit ad ſecundam Electionem, prævia ſcilicet proteſtatione, quod Capitulares intendebant primam Electionem ſubſtinere pro valida, *necnon ſolemniter, & canonice ratificare, & in quantum opus iterato celebrare, & rurſus ibi; In omnem vero eventum, quod dicta Electio, &c. ſubſiſtere non poſſe Jure eligendi Nobis adhuc, ut prius in talem eventum incontrovertibiliter competente iterata uti, & Jura Juribus cumulare volentes*. Ex quibus verbis duo tantum neceſſario inferri poſſunt, primum ſcilicet, quod Capitulares, qui elegerant Celſiſſimis Paderbonen. habebant primam Electionem pro valida, & pro tali eam ſubſtinebant, ut etiam dixerunt in aliis verbis ibi: *Proteſtamur, quod Electioni per Nos rite celebrata conſtanter inhareamus, eamque canonicam eſſe ſubſtineamus:* ſecundum vero, quod ſaltem dubitabant, an illa poſſet eſſe valida, itaut in ſumma crediderint, quod validitas Electionis, aut eſſet dubia, & cum tali ſenſu, & tali modo deventum fuit ad ſecundam Electionem, quæ tamen inſpecto utroque modo infecta remanet nullitate evidenti.

Quo enim ad primum modum, ſi prima electio ab ipſis ſupponebatur pro valida, non poterant devenire ad ſecundam *cap. Conſideravimus de Elect. & cap. auditis eodem tit.* quo vero ad ſecundum mo- 51
dum, ſi prioris Electionis validitas in eorum ſenſu erat dubia, adhuc quoad ipſos dubitantes, & facientes interim tenebat Electio prima, nec poterant ipſi novam peragere Electionem in hac eorum opinata dubietate, ſed expectare debebant Judicium Superioris, ſeu Confirmatoris, ad quem pertinebat hæc cognitio, & interim propterea ſuperſedendum erat, dum quantum ad ipſos jam functi erant officio ſuo in primo actu Electionis jam conſumato per publicationem ſcrutinii, & acceptationem Electi, ut probat optimus *Text. in cap. Inter Dilectos de Exceſſibus Prælat.* ibique Gloſſ. *in verb. Irritam*, & tradit Paſſerin. *de Elect. cap.* 31. *n.* 11. ibi: *Nam poſtquam Electores elegerunt, iidem, qui elegerunt non poſſunt iterum eligere, ſed debent expectare Judicium Confirmatoris, qui illos etiam poteſt privare voce, ſi male elegerunt, & repetit in pracedenti cap.* 18. *n.* 40. *&* 41. ibi: *Judicium de Electione ad Confirmatorem pertinet, & Vocales, qui functi ſunt Officio ſuo, non poſſunt factum revocare, ſed illud arbitrio Judicis dimittere, & rurſus* ibi: *Arbitrium Judicis eſt expectandum, & Electores, qui functi ſunt Officio ſuo debent illud expectare.*

Male igitur, & nulliter proceſſerunt Capitulares prorumpendo ad ſecundam Electionem, quando habebant opinionem, quod prima, aut eſſet valida, aut ſaltem dubitabilis, idque duplici convincenti ratione, tum quia in hoc dubio opinato requirere, 52
& expectare debebant Judicium, & determinationem Superioris, ut dictum eſt, tum etiam quia ipſi tanquam Electores dubii, & incerti de validitate, aut nullitate prioris Electionis, non poterant interim de novo eligere, juxta elegantem rationem, quam aſſignat in puncto Baldus *in ejus conſ.* 338. *n.* 3. *lib.* 1. ibi: *Nimirum, quia Eligentes debent eſſe certi tam de jure eligendi, quam de facto, non enim poſſunt facto eligere, ſed tum animi plena deliberatione, & certa ſcientia, & dicit regula Juris in eorum, omnia, qua animi deſtinatione geruntur, non niſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt.*

Tertium caput nullitatis inde derivans eſt, quod ante Electionem, Capitulares ſolemniter proteſtando, quod primam Electionem ratificare volebant, & qua-

Digitized by Google

quatenus opus foret, iterato celebrare, nihil aliud fecerunt, quam duo Contradictoria, quorum unum neceſſario deſtruebat alterum; Etenim prima Electio peccabat contra ſecundum Breve Apoſtolicum, ſecunda autem celebrari debebat ſecundum tenorem ipſius Brevis, prima denegabat obedientiam Brevi, ſecunda concedebat, prima erat in termino revocato, & ampliato, ſecunda in termino revocante, & ampliante, unde cum prima Electio eodem tempore non poſſet conjungi cum ſecunda, ea ſegula, quod ubi unus actus tendit ad deſtructionem alterius, nunquam unus conjungitur cum altero, ut in ſuo caſu bene reſpondit Rota *in deciſ. 712. num. 15. & 16. part. 18. rec.* unde Baldus *in cap. auditis de Elect. num. 4.* agnoſcens, quod actus ſecundæ Ele-
53 ctionis eſt incompatibilis cum actu primo, dicit confirmationem petendam eſſe ea actu ſecundo, ut n. 4. & probat ratio adducta per Paſſerin. *de Elect. cap. 19. n. 53. circa finem*, & Rota *in Paderbunen. Abbatiſſatur 3. Junii 1690. §. Neque ex eo, coram bon. mem. Benincaſa*. Conſequens eſt, ut hæc ſecunda Electio hoc modo qualificata ratione contradictionis, & incompatibilitatis omnino nulla remanſerit, ut probant Aretin. *conſ. 149. numer. 12. verſic. prima eſt*, Bellames. *conſ. 9. num. 6. verſ. quia illud, & dec. 13. num. 1. verſic. aut rem neceſſario perituram*, Gratian. *diſcept. 301. n. 57. & 58. tom. 2.* Rot. *dict. deciſ. 712. e. 14. part. 18. tom. 2. rec.*

Quartum caput nullitatis eſt magis clarum, quoniam iſti Electores forte putarunt Electionem eſſe ad inſtar donationis, quæ poteſt fieri ſecunda, quatenus opus ſit in caſu nullitatis primæ, utque practicatus in aliis Contractibus, dum proteſtati ſunt, *primam Electionem noſtram quatenus, & in quantum forſan pro nulla reputari poſſet, & non alias, &c. Repetere, & quatenus, & in quantum de Jure neceſſarium, & utile fuit ad omnem abundantiorem cautelam, &c. ſolemniter, & canonice ratificare, & in quantum opus iterato celebrare intendamus*: Et tamen nil magis triviale eſt in cunctis Electionibus Canonicis, quam eligere unum ex pluribus in in-
54 certo, & ſecreto juxta formam *Textus in cap. quia propter*, qualis ergo reputanda erit hæc egregia Electio, quando ante illius actum Capitulares declararunt velle ratificare, & de nuvo facere Electionem jam factam, & ſic non eligere unum ex pluribus ſed ſe reſtringere ad unam tantum perſonam jam declaratam, & manifeſtam, quæ reſtrictio operatur patentem nullitatem Electionis, ut de reſtrictione ad unum affirmant Panormit. *in cap. licet 6. n. 12. de Elect.* ubi ait, quod eſt contra proprium ſignificatum, & ſubſtantiale vocabuli; nam eligere eſt unum ex pluribus voluntarie capere, unde non eſt Electio, quando eſt coarctata ad unum, Sigiſmund. *de elect. dub. 52. n. 40.* Caſtellin. *eodem tract. cap. 3. num. 7.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 19. n. 233.* Samuel. *tract. 2. diſp. 1. contrav. 4. num. 11. & eſt Textus clarus in cap. cum Terra de elect.*

Ex quo pullulat quintum Caput nullitatis, dum Electores ante Electionem literis elatis proteſtando, quod volebant repetere, & ratificare, & quatenus
55 opus ſit, iterare eandem primam Electionem Celſiſſimi Paderbonen. jam omnino infregerunt totum ſecretum, quod eſt pupilla Electionum Canonicarum, itaut iſta non fuerit Electio Canonica, ſed expreſſio, & nominatio certæ perſonæ, ſicut eſt illa nominatio, quam faciunt Patroni ad Beneficia Juriſpatronatus juxta *Textum in l. nominationum, Cod. de Decurion. lib. 10.* cum aliis relatis apud Me *diſcept. 24. n. 2 part. 1.* & in terminis violationis ſecreti per manifeſtationem factam a majore parte Capituli, probat Paſſerin *de elect. cap. 17. n. 9. verſ. ſed tamen*, Navar. *conſ. 9. n. 3. de elect. lib. 1.* Sigiſmund. *de elect. dub. 31. n. 4. cum aliis in Treviren. Abbatia, coram Coccin. deciſ. 1539. n. 14. & ſeqq. & dec. 1552. n. 2. & cor. Seraph. deciſ. 516. n. 2.* ubi quod licet permiſſus ſit tractatus de eligenda perſona, illicita tamen ſit Conventio, eoque magis declaratio de tali eligendo.

Exinde etiam deſumitur ſextum Caput nullitatis, quia nempe Electio ſecunda peracta fuit conditionaliter, & in caſum, quo prima non ſubſiſteret, utque dictum fuit ad abundantiorem cautelam, quod 56
pariter vitiat totam hanc Electionem, dum ea fieri prohibetur per Vota conditionalia, & ab incerto futuro eventu dependentia, ut in puncto docet aurea Gloſſ. *in cap. cum Terra 14. in verba Diligentiam de elect.* ibi: *Quod hic dicitur, &c. intelligitur, &c. cum ſub ea conditione eligunt, ſi primus non obtinuerit, & ſecunda Electio expirabit, prima obtinente, ſicut fit in ſubſtitutione, &c. hodie vera non valet Electio per Vota conditionalia*. Cujus dictum reaſſumit Butrius num. 23. ibi: *Secunda fit non pure, ſed conditionaliter, ſi prima non habebit effectum, ſicut dicimus in vulgari, quia ſubſtituitur, qui vulgariter, ſi hæres primus non erit, & ſi primus hæres erit, ſecundus excluditur, ſi primus hæres non erit, ſecundus admittetur, &c. hoc non placet Gloſſæ, & merito, quia actus eligendi eſt legitimus, non recipiens diem, vel conditionem*, Card. Zabarell. ſub n. 3. ibi: *Tertio ſolvit Gloſſa, quod faciunt Electionem ſub conditione, ſi primus non obtinuerit, &c. & eam reprobat dicens, quod hi modi eligendi per Curiam reprobantur*; Innoc. n. 2. & 3. ibi: *Eligant ſecundum ſub ea conditione, ſi primus caſſaretur, expirat ſecunda Electio, prima obtinente, ſicut in ſubſtitutione, ſed hi modi eligendi per Curiam reprobantur*, Hoſtien. n. 10. aliique repetentes, actus igitur iſte ſic factus ad abundantiorem cautelam, fuit mala cautela, quæ nocuit tanquam reprobata per Sacros Canones in *cap. 2. de elect. in 6.*

Septimum Caput nullitatis derivat ex fractione Secreti per aliam viam, ſeu circumſtantiam, nempe per publicationem Votorum factam in actu ſcrutinii tam Scrutatoribus, quam Syndico Capituli, 57
Secretario, tribus Notariis, & duobus Teſtibus, quod ſane Secretum ex omni parte violatum, ſine dubio deſtruit meliorem eſſentiam Electionis conſiſtentem in Secreto per Canones Sacros commendato, & quod in hac Electione, non ſecus, ac in prima multiplicitur remanſit infractum, Gloſſ. *in cap. ſi cui 23. in verbo ſecreta de elect. in 6.* ibique Barboſ. *n. 2.* Pignat. *conſult. 100. n. 2. tom. 1.* Lavor. *de elect. cap. 19. num. 56.* Caſtellin. *eodem tract. cap. 4. n. 3.* Coccin. *d. deciſ. 1552. n. 86.*

Octavum denique Caput nullitatis inſurgit ex eo, quod Electus fuit in Epiſcopum Celſiſſimus Paderbonen. quando erat alterius Eccleſiæ Epiſcopus, unde cum propter ſpirituale Conjugium, quod habebat cum ſua Eccleſia, eſſet ineligibilis, proinde Electio ipſo Jure non valuit, quia tali caſu erat poſtulan- 58
dus, non eligendus, ut docet *Text. in Canon. decimo, & undecimo diſtinct. 61. & in cap. 5. de poſtul. Prælat. cap. Bona 23. cap. In cauſis 30. cap. ſcriptum 40. de elect. capit. unic. eodem titul. in 6. capit. ultimo de Tranſlat. Epiſcop. & Extravaganti unita de elect.* Alteſer. *in Decretal. Innocentii Tertii In tit. de poſtulat. Prælat. cap. 2. verſ. Populatur*, Roman. *conſ. 483. ſub num. 1.* Lotter. *de re beneſic. lib. 3. quæſt. 17. num. 244.*

Nihil ſuffragante, quod Celſiſſimus Paderbonen. haberet Breve Eligibilitatis, cujus vigore omiſſa poſtulatione poterat libere, & licite eligi; Quoniam hujuſmodi facultas proveniens ex Brevi jam expira- 59
verat, & conſumpta fuerat in prima Electione 30. Auguſti ab ipſo acceptata, ex quo Breve erat reſtrictum ad unicam tantum Electionem ibi: *Ut alteratram ex Monaſterien. & Hildeſimen. ad quas dum pro tempore vacant eligi licite, & libere valeat*. Quæ verba reſtringuntur de Jure ad primum actum Electionis, nec extendi ullo modo valent ad ſecundum actum, & ſecundam Electionem ad celeberrimum *Textum in l. Boves, §. Hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific.* Felin. *in cap. ex tenore n. 5. verſ. Et acceptatio invalida de reſcript.* Dec. *in cap. In literis n. 3. de Offic. Delegat.* Roman. *conſ. 492. n. 3.* Tiraquell. *in eadem l. Boves, §. Hoc ſermone limit. 6. num. 4. & limit. 21. n. 1. ff. de verb. ſignific.* cum aliis allegatis per Rot. *deciſ. 33. n. 7. part. 15. rec.*

Non obſtante objecto, quod facultas intelligatur de primo actu valido, & effectuato, non autem, quan-

do pri-

do prima Electio fuit nulla, & non habuit effectum; Quippe in hoc articulo oportet diſtinguere duos caſus, quorum primus eſt, ubi aliquis acceptat Electionem, quam credit eſſe legitimam, dum vitium aliquod latens ei non innotuit de tempore acceptationis, & in hoc caſu vera eſt concluſio, quod per acceptationem actus nulli, facultas Brevis conſumpta non cenſeatur, & in his terminis loquuntur *omnes Auctoritates in oppoſitum allegabiles*, & alter caſus eſt, quando quis ſcienter acceptat Electionem nulliter, & culpoſe factam, & in hoc Themate receptiſſima opinio eſt, quod facultas in primo actu, quantumvis nullo, & ineffectuato dicatur omnino conſumpta, quia ſibi imputare debet ille, qui habet hujuſmodi facultatem, ſi ſcienter actum nullum, & irritum acceptavit ut magiſtraliter diſtinguendo caſum a caſu, probat Doctiſſimus Roman. *in ejus conſ.* 329. *n.* 1. & 3. ibi: *Ego vero, ut omnium dicta æqua diſtinctione complectar dico ſic, quod aut vigore gratiæ acceptat quis Beneficium, quod tamen a principio ſcit ſe acceptare non poſſe, vel quia ſub ejus gratia non incluſum, vel quia alias ſibi non debitum, & tunc conſumitur gratia, & ſibi imputet, qui taliter acceptavit, hæc eſt ſententia Gloſſatoris Ordinarii recte intellecta in dicto Cap. Cum in multis, quæ quidem probatur ex l. Sciphi de option. legat. ubi eſt expreſſum, habentem facultatem acceptandi Jure proprio, male ſcienter acceptantem, ſuam acceptandi facultatem intelligi conſumpſiſſe. Ad idem de Elect. cap. ſi Commiſſarius lib. 6. cum ibi notatis, ſecundo quia illa Electio ſcienter facienti in culpam adſcribitur, propter quod facultate ſibi conceſſa privatur.*

In hoc caſu res verſabatur, quia Celſiſſimus Paderbonen. fuit ampliſſime conſtitutus in mala fide, ne deveniret ad Electionem ſimul cum aliis in Capitulo 30. *Auguſti* propter poſitivam Inhibitionem, ſeu Præceptum Papæ contentum in ejus ſecundo Brevi, ubi mandabatur differri Electionem ad alium menſem, junctis iteratis, & fervidis monitionibus, ac proteſtationibus emiſſis per Decanum contra Ipſum, & Adhærentes, ne intervenirent prædicto Capitulo, & ne attentarent Electionem in ſpretum Brevis Pontificii, & tamen Surda aure, & indurato Corde, auſi fuerunt Capitulares una cum eodem Paderbonenſi denegare obedientiam Brevi, peragendo, & conſumando Electionem ſub eadem *die* 30. *Auguſti*, & ipſe acceptando Electionem paſſus eſt ſe recognoſci pro Electo per plures actus poſitivos, quo caſu innegabilis redditur mala fides in eodem Paderbonenſi, & nimis clare convincitur, ipſum ſcienter acceptaſſe Electionem nullam, non obſtantibus proteſtationibus factis contra Inobedientiam Brevis, tanquam erroneis de Jure, ut ſuperius oſtenſum eſt, unde in his non excuſat error Juris, & paria ſunt ſcire, vel ſcire teneri, ut optime pro-
61 bat Card. Zabarell. *in cap. Inter Dilectus prope finem verſ. ſeptimo caſu aut non tenuis per errorem Juris de Exceſſibus Prælator.* Rota *cor. Put. deciſ.* 261. *n.* 2. *lib.* 1. ibi: *Quia reſpondebatur, quod dicta regula non procedit, ubi ſumus in actu, in quo quis tenetur indagare, quia tunc præſumitur ſcientia*: cum aliis relatis in *Leodien. ſeu Aſquigranen. Decanatus* 10. *Martii* 1702. §. *Alia vero coram Card. Caprara* impreſſa apud Me *diſcept. Eccleſ.* 24. *n.* 72.

Quod autem ſcienter acceptans Electionem nullam conſumat facultatem eligibilitatis, non ſolum reſultat ex allegato *Conſilio Romani* 329. ſed etiam ex
62 ſequacibus, ſignante Mandoſ. *in Addit. ad ipſum lit. C.* necnon Gonzal. *ad reg.* 8. *Gloſſ.* 34. *n.* 36. ibi: *Prout etiam, qui habet expectativam ad primum Beneficium vacaturum, ſi male acceptat conſumit gratiam ſuam, & amplius illa uti non poteſt*: & *Gloſſ.* 45. §. 3. *num.* 53. & 54. ibi: *Sexto quæro, utrum ſi Epiſcopus, vel Capitulum ſciens ad illum, vel illud collationem vacationis non pertinere, nihilominus Beneficium conferat, vel in caſu, quod ad illum pertineat, male conferat, utpote alicui non idoneo, cujus impedimentum collator non ignorabat, talis collatio Turnum, & viciſſitudinem conſumat, reſpondeo, quod ſic; quia imputandum eſt male, vel non idoneo ſcienter conferendi.* Staphileus *in tract. de liter. Gratiæ, & Juſtit. ſub tit. quibus modis expirent literæ ad Beneficia, §. Quarto modo expirant num.* 5. *cum trib. ſeqq.* Rot. *deciſ.* 13. *numer.* 3. & *per tot. de conceſſ. Præben. in nov.* & *coram Puteo deciſ.* 268. *numer.* 2. & 3. *libr.* 1. & *deciſ.* 367. *libr.* 2. Achill. de Graſſ. *deciſ.* 8. *de conceſſ. Præben.* Mohedan. *deciſ.* 14. *eodem titul.* Rota *coram Cerro deciſion.* 326. *numer.* 27. & *ſeqq.*

Et optime concordat Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *capit.* 12. *num.* 118. ubi in terminis diſpenſationis hoc ipſum concludit ibi: *Diſpenſatio tanquam odioſa, & a Jure communi exorbitans non includit, niſi primum actum ſequentem poſt diſpenſationem, &c. etiamſi ille, cum quo eſt diſpenſatum, non fuerit cum effectu, & legitime aſſecutus beneficium, quia ſi fuerit in culpa, veluti quia dictum beneficium recepit injuſte, & ſcienter, &c. & ſic culpa ſua fruſtratus remanet effectu talis diſpenſationis, quæ jam ſic, ut præfertur, effectum ſuum conſumavit in primo actu.*

Tanto magis, quia Celſiſſimus Paderbonenſis receperat ex mera benignitate, & indulgentia Sedis Apoſtolicæ Breve eligibilitatis, propter quod ipſe cautus eſſe debebat in præſtando obſequium, & obedientiam exactam Brevi prorogatorio Electionis, non autem illud ſpernere una cum ſuis Concanonicis, cum propter talem ſpretum Sedis Apoſtolicæ privatus remanſerit Indulto Eligibilitatis pro alia Electione, quia ſpernens Privilegium non ſolum perdit illud, 63 ſed etiam omne aliud, quod ab eodem fonte derivat, ubi eſt connexum, prout eſt connexum, & correlativum utrumque Jus Electionis activæ, & paſſivæ, ut bene fundat Soccin. Sen. ibi: *Aut quis committit in legem, & vult gaudere beneficio ejuſdem legis, & non poteſt, quia perdit illud, aut quæritur, nunquid perdat beneficium alterius legis, in quam non commiſit, & tunc, aut connexæ, & in materia connexa, & idem dicunt*, & allegat doctrinam Hoſtienſ. & Boich. *in cap. Quia fruſtra de uſur.*

In hac prima propoſitione habita ſub die 23. De-
cembris 1706. Sacra Congregatio in magna Votorum 64
ſciſſura uno, vel altero ſuffragio ſuperante, reſolvit confirmandam eſſe Electionem Celſiſſimi Paderbonen. cum Clauſula: *Supplentes*, reliquis ſuffragiis partim judicantibus confirmandam eſſe Electionem Sereniſſimi Principis Caroli, partim Caſſandam utramque Electionem, & uno ex gravioribus reſpondente Caſſandam utramque, & providendam ex integro de Principe Carolo. Cum autem Summus Pontifex Clemens XI. conceſſiſſet novam Audientiam ſub die 11. Januarii 1707. habita fuit ſecunda propoſitio ſub die 10. Februarii ejuſdem anni, in qua Ego iterum ſcribendo, & reaſſumendo omnes plenius deductas difficultates, ita diſcurrebam.

QUANTUS FUERIT CONFLICTUS, quanta diſcordia, & varietas ſuffragiorum præteritæ Congregationis ſuper confirmatione Electionis Celſiſſimi Paderbonenſis, cum omnibus manifeſtum ſit, merito reaſſumitur quæſtio ſuper reſolutis, & Juſtitia ſic exigente, reſolvendum eſt nullam Electionem factam de Perſona Celſiſſimi Paderbonenſis eſſe confirmandam; Etenim prior Electio fuit radicitus nulla ex duplici Capite, altero ſcilicet tanquam attentata contra formam ſecundi Brevis Apoſtolici, & altero tanquam peracta, & accelerata abſque legitima convocatione Capituli, & abſque legitimo numero duarum partium ex tribus, itaut nullitas proveniat tam de Jure communi, quam de Jure ſpeciali.

Quod fuerit nulla de Jure ſpeciali eſt evidens, propter ſecundum Breve, quod præceptive ordinabat differri Electionem ad alium menſem una cum clauſula *ſublata*, & decreto *irritanti*, quod ſi ſufficiens fuiſſet ad irritandam Electionem factam contra Inhibitionem Brevis, etiamſi de illo Capitulares nullam 65
habuiſſent notitiam, quia decretum *irritans* ligat indiſtincte, etiam ignorantes, ſaltem quoad pœnam nullitatis, juxta punctualem *deciſ.* 1810. *n.* 2. & *ſeqq. coram Coccino* ibi: *Dum adjecit Clauſulam decreti irritantis, &c. Electio ad alterius favorem facta,*

irri-

irrita, & nulla eſſet, prout fuit, &c. itaut, quod contra illius tenorem geſtum eſt, attentatum dicatur, ac nullum ipſo Jure, &c. etiam ante ipſius decreti publicationem, &c. ratio eſt, quia hujuſmodi decretum ligat indiſtincte ignorantes, ſaltem quoad pœnam nullitatis, quicquid ſit quoad alias pœnas, & ſunt Textus aperti in capit. Si eo tempore 45. de Elect. in 6. & in cap Si cui, & cap. Quorumdam in fine eod. tit. & lib. in extravag. Sanct. Roman. Eccleſ. de Elect. inter Commun. Gabriel. *de clauſul. lib. 6. con clu. 3. re. 1.* Rota *deciſ. 61. n. 6. part. 6. & deciſ. 199. num. 29. part. 12. & dec. 430. n. 27. part. 18.*

Ergo magis attentata, & nulla remanſit Electio, quando Capitulares proruperunt ad illam, non ſo-
66 lum prævia ſcientia Brevis, & Præcepti Apoſtolici eis intimati, & præſentati, ſed etiam præviis increpationibus, & acerrimis proteſtationibus Decani, ne illi committerent hoc attentatum, & Sedis Apoſtolicæ fierent Contumaces, & Rebelles, in quibus terminis intrat dictum *Gloſſa in cap. Bona 23. de Elect. in verbo Cauſis* ibi: *Plus eſt contemnere legem vivam, quam mortuam*, quam reaſſumit Bald. *ibid. n. 37. ſupra relatus n. 7.*

Evidens quoque eſt, quod Electio fuerit nulla de Jure Communi, quia cum non inſtaret lapſus termini ad eligendum, ſed immo Summus Pontifex per ejus ſecundum Breve terminum ampliaſſet, & Electionem juſſiſſet differri ad alium Menſem, utique diſſentiente Decano, non potuit convocari Capitu-
67 lum, nec accelerari Electio, & celebrari die 30. Auguſti per 20. Capitulares non conſtituentes duas partes ex tribus juxta doctrinam Abbatis *in capit. Cum nobis 19. de Elect. ſub num. 9. verſ. Si autem receptam in omnibus Tribunalibus, & ſignanter Sacra Rota, ut coram Millin. deciſ. 410. n. 2. & deciſ. 420. num. 1. & deciſ. 5. n. 1. & ſeqq. part. 18. rec. & in Colonien. Abbatiſſatus 12. Junii 1679. & 19. Februarii 1680. coram bon. mem. Pauluccio, & in Siracuſana Præpoſitura 5. Decembris 1699. §. finali, coram bon. mem. Muta* impreſſ. apud Me *diſcept. Eccleſiaſt. part. 1. diſcept. 13. n. 47. fol. 273. part. 1. & in Recanaten. Beneficii 9. Maii 1701. §. Non attenta reſponſione, coram bon mem. Lancetta,*

Quæ opinio eſt communis, & non habens Con-
68 tradictorem, quando agitur de Capitulo congregando, non autem jam congregato Butr. *in dict. capit. Cum nobis num. 33.* Boich. *num. 2. & 3.* Felin. *in cap. Cum omnes ſub n. 34. verſ. Adde de Conſtitut. Card. conſ. 150. ſub num. 9. verſ. Sed quæro,* Roman. *conſ. 352. n. 15. & ſeqq.* Silveſter *ſumma in verbo Electio n. 6.* Lezzan. *in ſumma quæſt. Regular. qu. 11. cap. 15. num. 7* Fagnan. *in cap. Quia propter n. 40. de Elect.* Petrus de Bayſio *in director. Elect. part. 3. cap. 6. n. 7.* Paſſarin. *de Elect. cap. 11. n. 98. & cap. 14. n. 12.* Lotter. *de benefic. lib. 2. quæſt. 17. numer. 7.* Lamberrio. *de Jurepatr. part. 2. lib. 2. quæſt. 2. art. 19. n. 5. verſ. Sed adverte & n. 7.* Caſtellin. *de Elect. cap. 6. n. 5.* Lavot. *variar. lucubrat. tit. de Elect. cap. 18. n. 23.*

Immo etiam in terminis, quod ageretur de Capitulo jam congregato, a quo aliqui Capitulares di-
69 ſcedant, quod alii remanentes, ſi non conſtituant duas ex tribus partibus, nequeant procedere ad Electionem, quando non inſtat lapſus termini ad eligendum, plene firmavit, Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 17. n 7.* & ejus opinio recepta fuit per Rot. *in dict. Recanaten. beneficii 9. Maii 1701. §. Non attenta, coram bon. mem. Lancetta* ibi: *Non attenta reſponſione, quod ubi Capitulum ſit congregatum, ſi aliqui ex Capitularibus renuant ſuffragari, tota poteſtas Capitularis tranſeat ad alios juxta doctrinam Butrii in cap. Cum nobis de Elect. &c. quia prædicta Concluſio non procedit indiſtincte, ſed ſolum, quoties inſtet lapſus termini ad præſentandum, aut eo non inſtante, duæ ex tribus partibus Capitularium conveniant in Electione, quæ circumſtantiæ in hypotheſi non concurrunt, ut ex Theorica Abbatis diſtinguenda probat Lotter.*

Ergo nullitas hujus primæ Electionis 30. Auguſti
70 inſpecta diſpoſitione ſolius Juris communis, multo magis redditur clara, quoties agebatur de Capitulo congregando, quod fuit poſtea congregatum per 20. Capitulares non conſtituentes duas ex tribus partibus, proteſtante, & diſſentiente Decano cum reliquis Capitularibus, quod non poterat accelerari Electio contra Mandatum Papæ; Talis quippe nullitas eſt de majoribus, & maximis, quia procedit ex defectu facultatis eligendi, quam non habent in hoc caſu, niſi duæ ex tribus partibus, ut inquit Abbas *in dict. cap. Cum nobis ſub n. 9. verſ. Concluderem de Elect.* ibi: *Concluderem ſic, quod neceſſario requiruntur duæ partes, &c. quia potentiæ Capitulares conſiſtunt in duabus partibus, dum Collegium eſt in congregando,* Butr. *ibidem n. 23. verſic. ſi duæ partes* ibi: *Quia potentia Capitulares, prout Capitulum eſt in congregando ſunt in duabus partibus, quod probant per Textum in leg. Nulli, & leg. Plane, digeſtis quod cujuſque univerſitatis nomine, & l. Nominationum. C. de Decurionibus lib. 10.*

Firmata nullitate prioris Electionis, tam de Jure communi, quam ratione Brevis Apoſtolici, minus confirmari poteſt actus Electionis repetitæ 30. Septembris, cum iſte tanta habeat vitia, & tot numeroſas nullitates, ut quælibet earum etiam ſeorſim conſiderata ſufficiat ad denegandam Confirmationem, vel ſaltem ad Electionem penitus caſſandam, quod ut magis diſtincte, & dilucide oſtendatur, neceſſarium eſt diſcurrere per Articulos ſeparatos procedendo de nullitate ad nullitatem, juxta ſtylum practicari ſolitum per Doctores noſtros, quando ſcripſerunt ſuper hujuſmodi Electionibus, ut videre eſt apud Barboſ. *Vot. deciſiv. lib. 2. vot. 35. nullit. 1. cum quatuor ſeqq.*

N U L L I T A S I.

Ex quo Capitulares 30. Septembris non fecerunt Electionem novam ex integro, ſed repetierunt, & ratificarunt eamdem 30. Auguſti nulliter celebratam.

FUndamentum hujuſmodi prioris nullitatis educitur ex viſceribus Inſtrumenti Electionis 30. Septembris, & ex proteſtatione ibi inſerta, & ſubſcripta ab omnibus Capitularibus Celſiſſimo Paderbonen. favorabilibus, in qua declararunt per ſecundum actum nolle recedere a primo, ſed ei conſtanter inhærere, vel in omnem caſum, quatenus præter omnem expectationem irritus reputari vellet, eumdemmet juxta ordinem, & tenorem primi Inſtrumenti repetere, ratificare, & iterato celebrare; Unde poſita nullitate primæ Electionis, illa perneceſſe influit in actum ſequentem tanquam dependentem, connexum, & omnino inſeparabilem a primo, a quo nunquam, & in nullo caſu recedere voluerunt, quicquid ſecus, quando proceſſum fuiſſet per viam Electionis novæ, & prorſus independentis a prima Gratian. *diſcept. 734. num. 3.* ibi: *Stante nullitate prima, &c. talis nullitas influat in omnes actus ſubſequentes, & vitium, quod erat in primo, perſeveret in aliis, & n. 26.* ibi: *tale vitium in omnes actus ſubſequentes influebat, &c. propter antecedentes nullitates, quæ cum eſſent in primis actibus perſeverabant in ſequentibus, & num. 43.* ibi: *habent dependentiam ad alia acta, quo caſu illa, quæ ſunt valida, non poſſunt valere propter vitium, quod adeſt in aliis ab eis dependentibus,* Cyriac. *controverſ. 452. num. 43.* ibi: *Actus nullus non poteſt ratificari, ſed tantum de novo fieri,* Barboſ. *vot. deciſ. 17. num. 178. & 180.* Ramon. *conſ. 37. num. 78. & 80.* Cravett. *conſ. 135. n. 15.* Rota *deciſ. 158. n. 4. part. 19. to. 2. rec.*

Quod non fuerit facta Electio ex integro, & de novo, ſed ſimplex repetitio actus nulli, perſuadet ad evidentiam tota proteſtatio, ſeu folium conventionale inſertum in Inſtrumento Electionis, ubi primo loco prædicti Capitulares narrant die 30. Auguſti feciſſe Electionem rite, recte, & canonice celebratam, addunt habere certam fiduciam Confirmationis, pro qua tranſmiſerant Inſtrumentum ad Sedem Apoſtolicam ibi: *pro canonica ſuſcipiendam, & a Sanctiſſimo Domino Noſtro auctoritate Apoſtolica confirmandam fore* omni-

omnino perſuaſum habeamus, & prævia concluſione Juris ab eis acceptata, & expreſſa ibi: *& regulariter ad ſecundam Electionem valide procedi non poſſit, antequam prima Electio per Superiorem fuerit caſſata.*

Immediate fundarunt hanc ſolemnem conſequentiam. *Idcirco quam ſolemniſſime proteſtamur, quod Electioni per nos rite celebratæ conſtanter inhæreamus, eamque canonicam eſſe ſuſtineamus, neque Juri Epiſcopo Paderbonen. ex canonica hujuſmodi Electione quæſito per quemcunque actum ullatenus præjudicare, aut Electionem noſtram 30. Auguſti canonice factam infirmare intendamus*, quæ verba non poſſunt eſſe clariora ad perſuadendum, & convincendum, quod Electores per ſecundum actum noluerunt recedere a primo, nec facere ſecundum ex integro, ſed imo
72 adhærere primo, illumque ſuſtinere, uti bene, & canonice factum, & ſic magis confirmare actum præcedentem, & eumque canonizare, & exequi, ut ſtetuunt Surd. *conſ.* 385. *num.* 19. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 134. *nu.* 10. Roman. *conſ.* 37. *num.* 80. ibi: *ex quo facta eſt ad executionem actus præcedentis, ſemper cenſetur, ut præcedens, & nihil extendit, imo reſervationes, reſtrictioneſque, & qualitates univerſa in primo actu cenſentur in confirmatione ad executionem, vel declarationem ipſius facta repetita*, Rota *coram Emerix Junior. deciſ.* 1284. *num.* 1. *& deciſ.* 362. *num.* 8. *coram Royas.*

Sequitur poteſtatio, & conſiderat caſum nullitatis primæ Electionis ſolum propter contraventionem Brevis, ibi: *In omnem vero eventum, quod dicta Electio, &c. in omnibus, & per omnia rite, recte, & punctualiter canonice celebrata, præter omnem expectationem ratione prædicti ſecundi Brevis Apoſtolici ſubſiſtere non poſſet*, & adhuc in iſto caſu Electores noluerit recedere a priori Electione, & devenire ad Electionem novam, ſeu independentem, ſed dixerunt velle repetere eamdem ibi: *Sæpefactam Electionem noſtram, juxta tenorem, & ordinem Inſtrumenti repetere, & quatenus, & in quantum de Jure neceſſarium, & utile fuerit ad omnem abundantiorem cautelam ratificare, & iterato celebrare.*

Quæ voluntas repetendi eamdemmet Electionem, ratificandi, & iterandi, prorſus excludit actum de novo; nam qui facit actum novum debet procedere ex
73 integro, & independenter a primo, una cum alio requiſito habendi notitiam certam, & indubitatam de nullitate actus primi, ut bene obſervat Card. de Luca *de Donat. diſcurſ.* 33. *ſub n.* 18. ibi: *credebam tamen etiam in ſenſu veritatis motivum adhuc ſubſiſtere, cum iſte ſecundus contractus initus eſſet in ratificationem primi, &c. ideoque dicebam intrare veram, atque receptam Concluſionem, ut ratificatio contractus invalidi non attendatur, niſi conſtet de certa, & explicita ſcientia nullitatis tam Facti, quam Juris, adeout conſtet de determinato animo Ratificantis faciendi ſecundum actum ex integro, omnino independenter a primo, & ſub num.* 19. *in fine* ibi: *niſi conſtet de expreſſa, & determinata voluntate, ut ſupra faciendi ex integro, ac principaliter hunc alium actum independenter a primo, quamvis certa ſcientia illius invaliditatis habeatur.*

Deficit in caſu iſto utrunque requiſitum, & quidem deficit hæc ſcientia certa, & explicita nullitatis primæ Electionis 30. Auguſti; Etenim nullitas illa proveniens a Jure communi, de qua ſuperius dictum fuit, fuit penitus ignorata, ſolumque expreſſa fuit illa proveniens virtute Brevis Apoſtolici, & adhuc iſta non fuit conſiderata, quia ſemper Capitulares dixerunt, & millies repetierunt eum non obſtare ob prægnantiſſimas rationes, quas habuerant de non obediendo Mandatis Apoſtolicis, uſque ad exprimendum, quod habebant certam fiduciam impetrandi Confirmationem ibi: *Auctoritate Apoſtolica confirmandam fore omnino perſuaſum habeamus*, & ibi: *eamque canonicam eſſe ſuſtineamus*, & rurſus ibi: *præter omnem expectationem; &c. ſubſiſtere non poſſet*, quæ omnia excludunt
74 certam, & explicitam ſcientiam nullitatis, quam requirunt Doctores, ad effectum, ut actus dicatur fa-

ctus de novo, itaut non ſufficiat ſcientia dubia, ut obſervat Jovius *de Solemnitat. in Contract. Minor. gloſſ.* 22. §. 23. *ſub num.* 96. *verſ. Immo*, Menoc. *conſ.* 564 *ſub num.* 21. *verſ. Immo nec dubitans*, Gobb. *conſult.* 31. *ſub num.* 16. *&* 17. ibi: *debet eſſe clara, ſpecifica, & individualis, & num.* 21. Rota *deciſ.* 166. *nu.* 10. *part.* 10. *rec.*

Deficit etiam alterum requiſitum magis eſſentiale, ſcilicet faciendi actum de novo, & omnino independenter a primo, quod ex pluribus redditur manifeſtum.

Primo enim declararunt, quod per quemcunque actum non intendebant præjudicare Juri quæſito per Electionem 30. Auguſti ipſi Celſiſſimo Paderbonenſi, nec minus per quemcunque actum infirmare velle eamdem Electionem ibi: *neque Juri Epiſcopo Paderbonenſi ex canonica hujuſmodi Electione quæſito per quemcumque actum nullatenus præjudicare, aut Electionem noſtram 30. Auguſti canonice factam infirmare intendamus*, ergo ſecundus actus maxime geſtus per viam ratificationis, repetitionis, & iterationis, impoſſibile eſt, quod juxta voluntatem Agentium dici poſſit Electio nova, & independens a prima, quando proteſtati ſunt, quod per quemcumque actum nolebant eam infirmare; Actus 75
enim novus eſſe debet ſeparatus, & diſconnexus a primo, non autem ejus conſervativus, & conſequenter, qui procedit ratificando, repetendo, ac iterando primum actum cum declaratione non infirmandi illum, nihil ſane agit de novo, ſed illummet actum confirmat, & illummet replicat, cum omnibus ſuis qualitatibus ab initio annexis, *ad Textum in leg. final. Cod. de novation.* Cæphal. *conſ.* 73. *num.* 25. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 78. *num.* 13. *& ſeqq.* Surd. *dec.* 321. *num.* 1. *& ſeqq.* Mantic. *de Tacit. lib.* 16. *tit.* 15. *num.* 38. Rota *deciſ.* 42. *num.* 30. *part.* 11. *& deciſ.* 85. *num.* 3. *part.* 17. *& deciſ.* 398. *num.* 8. *par.* 18. *recent.*

Secundo, in caſum nullitatis in animo hujuſmodi Capitularium reputatæ impoſſibilis ibi: *præter omnem expectationem*, litteris claris profeſſi ſunt velle ſolum Jura Juribus cumulare ibi: *Jura Juribus cumulare volentes*, evidens ergo eſt, quod voluerunt 76
ſuſtinere, ſeu conſervare illæſam priorem Electionem, & conſequenter non facere ſecundam ex integro, ſed adjungere ſimplicem ratificationem per modum accumulativum, & complicativum, ut una eſſet, eademque Electio duobus actibus replicata, & complicata, quod pariter oſtendit non fuiſſe deventum ad Electionem novam, nec adeſſe duas Electiones diſtinctas, & independenter, ſed potius unicitatem actus, qualis dicitur ille, qui accedit ad conſervationem, & confirmationem actus præcedentis, ut inquit Rota *deciſ.* 142 *num.* 3. *& part.* 19. *recent.* ibi: *cumulando Jura Juribus, &c. quod nihil aliud importat, quam conſervationem, & confirmationem prioris Juris.*

Tertio hoc ipſum demonſtrant ea verba: Juxta tenorem, & ordinem Inſtrumenti deſuper confecti repetere. Nam repetitio actus primi, juxta ſuum tenorem in corpore, & ſubſtantia, penitus repugnat actui novo, & independenti, qui non debet eſſe repetitivus primi, ſed ſeparatus, diverſus, & alius, 77
ut in puncto duarum Electionum ad eamdem Eccleſiam, docet *Gloſ. in cap. ut qui duas* 25. *de elect. in* 6. ubi exemplificando caſum duarum Electionum diſtinctarum, & independentium, hæc ait: Ideo reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam electionem de eodem Titio fecerunt: Et in verbo ex una melius explicat, ibi: *Sed hic duas, vel plures Electiones diverſa proſequi prohibitum eſt.* Ergo ut Electio dicatur novus actus debet eſſe alia, debet eſſe diverſa, non autem repetitio primæ juxta ſuum ordinem, & originarium tenorem, cum talis repetitio reſolvatur in meram confirmationem, Decian. *conſ.* 3. *n.* 6. *lib.* 1. ibi: *Fuit factum in executionem dicti primi Inſtrumenti, ad quod ſi refert ideo primum attenditur tanquam origo*, Cravett. *conſil.* 135. *num.* 13. *& ſeqq.* ibi: *Dicitur confirmatoria tanquam facta ad ejus formam, & tenorem.*

Quar-

Quarto famulantur ſequentia etiam verba ibi: *Ad omnem abundantiorem Cauthelam, &c. ratificare, & in quantum opus iterato celebrare*, certi namque Juris eſt, quod ratificatio, & iterato ejuſdem Electionis 78 non valet producere duas Electiones ſeparatas, & diſtinctas, ſed per talem modum dicitur renovari idem actus, eo modo, & forma, quo per antea geſtus apparet juxta naturam, & indolem ratificationis, de qua Bald. *in l. obſervare*, §. *Poſt hac num.* 6. *ff. de Offic. Proconſul. & Legat.* ibi: *Eſt etiam hoc notandum, quod ratificatio eſt quædam relatio, quia ad aliquid dirigitur, & refertur* Rota *deciſ.* 204. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 1. *rec. verſ. iſte actus.*

Dum itaque in ſecundo actus ineſt primus, & uterque habetur per modum unius Electionis, non autem duarum, ad quem effectum una Electio debet eſſe diſtincta, & ſeparata ab alia, nullam idcirco confirmationem conſequi poteſt actus ſecundus tanquam connexus, ſubſtantiatus, & concatenatus cum ipſa prima Electione attentata, & nulla, tam de Jure communi, quam propter inhibitionem ſecundi Brevis, alias eſſet confirmare attentatum, & ſpretum Sedis Apoſtolicæ, & ſibi imputent Electores, qui non proceſſerunt ad Electionem diverſam, ſeu novam, & independentem, ſed voluerunt ratificare, ſeu renovare eamdemmet Electionem præcedentem, juxta tenorem, & ordinem Inſtrumenti deſuper confecti, quod operatur unicitatem actus, & unicitatem Electionis, a qua ſeparari non poſſunt qualitates, & paſſiones, quæ ab origine illam in-
79 fecerunt, & vitiarunt, ut inquit Baldus *in l. obſervare*, §. *Poſt hac num.* 12. ibi: *Nec enim poteſt unus, & idem actus a ſuis qualitatibus, & paſſionibus ſeparari, extante ſubjecto, non poteſt ab ipſo ſeparari accidens inſeparabile ab ipſo, ff. de Offic. Proconſul. & Legat.* Gratian. *dicta diſceptat.* 734. *num.* 43. Imola *in cap. ad probandum num.* 18. *de re Judic.* cum aliis relatis per Rotam *coram Otthoben. deciſ.* 204. *num.* 2. & 3.

Neque in his terminis applicari poteſt *Text. in cap. ut quis duas de elect. in* 6. permittens duas Electiones fieri de eodem ad eamdem, & dans liber-
80 tatem Electo proſequendi illam, quam velit, & petendi confirmationem ex illa; Loquitur enim de caſu, quo factæ fuerant duæ Electiones diſtinctæ, quarum ſecunda non dependebat a prima, ut probant verba litteralia Textus ibi: *Ut quis duas Electiones de ſe in aliqua Eccleſia celebratas proſequi poſſit*, ibique *Gloſſa in verbo ex una*, in caſu autem iſto non adſunt duæ Electiones diſtinctæ, & independentes, ſed unica tantum facta 30. Auguſti, & repetita 30. Septembris juxta eumdem tenorem, & ordinem Inſtrumenti deſuper confecti cum præciſa declaratione ſuſtinendi, & non infirmandi eamdem Electionem 30. Auguſti ibi: *Nec per quemcunque actum infirmare intendamus*, quod excludit ſuppoſitum duarum Electionum, quæ ubi ſint diverſæ, & diſtinctæ, una non poteſt eſſe præſervativa alterius, ea ratione, quod unius validitas eſt nullitas alterius *Gloſſa in d. cap. ut quis duas in verbo ex una* ibi: *Si enim prima valuit, ſecunda non valuit, ſi ſecunda valuit, ergo prima non valuit, & inferius in verbo renunciare. Et eſt ratio, quia ſibi ſunt contraria*; ita & taliter, quod in hujuſmodi terminis non poſſet Electus acceptare unam Electionem independenter ab alia, dum ſub die 30. Septembris memorati Capitulares renovarunt eamdemmet factam 30. Auguſti juxta ejus ordinem, & tenorem, unde cum ſecundus actus ſit annexus primo, ſit conſervatorius primi, ſit denique ſimplex approbatio, & ratificatio primi, non eſt dare ſubjectum diſtinctum, quod poſſit eligi ab Electo in concurſu alterius.

Fortius autem reflectendo, quod Electores in ſuperius relata proteſtatione duo fecerunt inter ſe diſtincta, unum ſcilicet adhærere ſimpliciter Electioni 30. Auguſti, eamque ſuſtinere, prout jacebat ibi: *Solemniſſime proteſtamur, quod Electioni per nos rite celebratæ conſtanter inhæreamus, eamque canonicam eſſe ſuſtineamus*, aliud vero ratificare, & iterare illammet in ſolo caſu, quo eſſet nulla ibi: *Ratione ſecundi Brevis Apoſtolici, aut ex virtute Decreti irritantis*, cum ergo eſſet nulla, non ſolum ex capite ejuſdem Brevi Apoſtolici, ſed etiam de Jure communi ex ſuperius demonſtratis, in iſto caſu Electores ſibi non providerunt per viam ratificationis, & iteratæ Electionis, ſed proceſſerunt, aut procedere velle declararunt per viam adhæſionis ibi: *Electioni per nos rite celebratæ conſtanter inhæreamus*. Ergo non adeſt nec ratificatio, nec nova Electio in hunc caſum volita, ſed adeſt ſola adhæſio, & perſeverantia in primo actu Electionis cum ſuppoſito, quod præſcindendo a Brevi Apoſtolico eſſet validus ibi: *Rite, recte, & canonice celebratam*, quo ſuppoſito corruente, corruit actus approbationis, & adhæſionis Jovius *de ſolemnitat. in contractib. minor. Gloſſ.* 81
22. §. 23. *num.* 99. Caſtill. *lib.* 4. *controverſ. cap.* 55. *nu.* 31. Gobb. *conſultat.* 31. *num.* 14. Otthobon. *deciſ.* 191. *num.* 20. & *in rec. dec.* 98. *num.* 9. *part.* 11.

Retento igitur hoc ſuppoſito, quod die 30. Septembris non fuerit facta Electio nova, ſed ſimplex renovatio præcedentis, de facili corruit reſponſio, quod de Jure permiſſa reperiatur hæc ſimplex renovatio, quando tendit ad convalidationem alicujus extrinſecæ ſolemnitatis, vel accidentalis defectus, quoniam præcedens Electio non fuit defectuoſa propter extrinſecam ſolemnitatem, vel accidentalem defectum, ſed prorſus nulla ex defectu ſubſtantiali, & ſubſtantialiſſimo, tum quia eo tempore accelerari non poterat, & fieri per Capitulares non habentes poteſtatem Capitularem duarum ex tribus partibus, diſſentiente alia parte Capituli, quod eſt nullitas ſubſtantialis ex defectu facultatis eligendi, tum quia defectus ejuſdem facultatis proveniebat ex Brevi Apoſtolico, quod inhibebat, & ſuſpendebat illam uſque ad tempus in eo præfixum, una cum Decreto irritanti, cujus virtute Electio irrita remanſit vitio ſubſtantiali, & inſanabili, quod convalidari non poteſt, niſi faciendo actum ex integro, & de novo, ut in ſpecie Jovius *de ſolemnitatibus in contract. mi-* 82
nor. Gloſ. 22. §. 23. *num.* 126. & *ſeqq.* ibi: *Ratificationem nunquam ſanare defectum formæ ſubſtantialis, nec quæ a Jure ſunt prohibita ratificari poſſunt, ratificatio enim conciliat, quæ ab animo pendent, non quæ ex legis diſpoſitione, vel alia Conſtitutione contraria, vel vetita ſunt, & multo minus ratificatio operaretur, ſi in Lege, vel Statuto adeſſet Clauſula annullativa*, Barboſ. *vot. deciſ. lib.* 2. *vot.* 17. *num.* 178. Rot. *deciſ.* 293. *num.* 4. *verſ. ratificatio part.* 3 *rec.*

Nihil ad rem facientibus auctoritatibus Baldi *in cap. Auditis de elect. ſub nu.* 3. & 7. & Cerr. *dec.* 106. *num.* 15. quia potius retorquentur tanquam loquen- 83
tes in Electione ad Canonicatus, pro qua non requiritur forma ſtabilita *in cap. quia propter*, ſed attenditur nudus conſenſus quomodolibet datus abſque forma, & adhuc expreſſe limitant, quando nullitas provenit ex defectu formæ eoque magis ex defectu poteſtatis ibi: *Regulare eſt, quod ubi nullitas provenit non ex defectu formæ, ſed conſenſus, eo quomodolibet ſuperveniente convalidatur actus*, ſunt verba Rotæ *coram Cerro deciſ.* 106. *num.* 17. at in præſenti caſu nullitas Electionis 30. Auguſti proceſſit ex defectu formæ Brevis Apoſtolici non ſervatæ, & ex defectu facultatis eligendi, tam de Jure communi, quam propter Inhibitione Papæ, quo caſu erat fa- 84
cienda Electio de novo Bellamer. *in capit. quod ſicut num.* 54. *de elect.* ibi: *Non poteſt actus invalidus ex novo, & nudo conſenſu convaleſcere, ſed oportet, quod denuo ſolemniter fiat*, relatus apud Me *diſceptat. Eccleſ.* 24. *num.* 7.

NUL-

N U L L I T A S II.

Quia poſt Attentatum contra Inhibitionem Papæ non potuit ab iiſdem Attentantibus procedi ad ſecundam Electionem non renunciata prima, præſertim in præjudicium alterius partis Capituli, cui fuerat Jus quæſitum per contradictionem, & proteſtationem,

QUando per hypotheſim erroneam, actos 30. Septembris reputandus foret Electio nova, & independens, adhuc quia Electores faciendo Electio- 85 nem 30. Auguſti contra præceptum, & Inhibitionem Papæ commiſerunt attentatum, ut in terminis Rota *deciſ.* 90. *num.* 2. & 3. *part.* 9. *recent.* & *coram Coccin. deciſ.* 1810. *num.* 5. non poterant utique procedere ad Electionem novam in tempore eis tranſportato virtute ejuſdem Præcepti, ſeu Brevis Pontificii, & ſic facere actum obedientiæ ad formam Brevis, niſi prius revocaſſent errorem commiſſum, ſeu Attentatum, cujus pœna inter alias eſt, ut impediat procedere ad novum actum; donec prior attentate geſtus, non fuerit revocatus, ſeu retractatus, adeout Electores ſeſe penitus ſpoliaſſent omni Jure 86 competente Ipſis, & Electo in vim primæ Electionis, Lancellot. *de attentat. part.* 3. *cap.* 30. *nu.* 128. Rota *dec.* 682. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* & *cor. Bich. dec.* 534. *num.* 14. intercedente etiam conſenſu, ſeu renunciatione Electi, ne ullo unquam tempore habere poſſet regreſſum ad primam electionem Rota *dec.* 264. *num.* 3. *part.* 1. & *dec.* 29. *num.* 6. *part.* 16.

Repugnat autem, quod Electores poſt factam contraventionem Præceptis Apoſtolicis potuerint novam peragere Electionem in ſequelam, & formam Brevis, quod ſpreverunt, quando, ut ſuperius dictum eſt, noluerunt recedere ab eadem Electione attentata, ſed immo declararunt: Nec per quemcunque actum eam infirmare intendamus, & in caſu nullitatis propter hoc attentatum proceſſerunt per viam ratificationis cum clauſula *Jura Juribus cumulare volentes*, & ſic retento themate non infirmandi primum actum cum ſecundo, in quibus circumſtantiis omnia Jura repugnat, quod alicui permiſſum ſit, non purgata contumacia, & attentato, procedere ad actum novum, præſertim ad effectum 87 gaudendi termino tranſportato per Papam in ejus ſecundo Brevi, ut probat *Gloſſ. in capit. fin. de Jurepatron.* ubi quod poſt factam præſentationem malam non alias admittuntur ad præſentandum, nec puniuntur Præſentantes, niſi quando *ipſi iidem correxerint factum ſuum* & *in cap. quanto* 2. *quæſt.* 5. ibi: *Et de inobedientia ſua egerit pœnitentiam*, & *in Canon. quoties*, & *in Canon. auditis* 2. *quæſt.* 5.

Nec ſuffragatur proteſtatio, in qua fit ratificatio in caſu nullitatis, quia ibi potius aggravatur contumacia, cum ſemper repetitum fuerit, quod Electio erat bene facta, & nullitatem crediderunt declarari non poſſe, niſi ibi: *Præter omnem expectationem*; unde iſte modus non dicitur ſatisfactorius, cum Attentatum ſit purgandum pure, & libere, non autem 88 per conditiones, & ambiguitates Rota *coram Gregor. dec.* 486. *num.* 16. & *cor. Bich. dec.* 658. *n.* 6. Lancellot. *de attentat. par.* 3. *cap.* 29. *num.* 31.

Et habemus obvium exemplum in praxi de Creditore, qui pendente ſuperſeſſoria, & Inhibitione Judicis, proceſſit ad executionem attentatam, quod tempore habili, ſeu expirata ſuperſeſſoria non poteſt ad novam executionem procedere, niſi prius eidem executioni, ſeu Attentato renunciaverit pure, & libere, ut Practici notum eſt per *Textum in cap. non ſolum* 7. *de appellat. in* 6. & *in cap. conſideravimus* 10. *de elect.* ibi: *Per quam omnia debet ad ſuum ſtatum reduci*; Lancellott. *de Attentat. cap.* 31. *nu.* 13. Seraphin. *deciſ.* 1176. *num.* 4. & in puncto Electionis Rota *deciſ.* 196. *num.* 12. *part.* 9. *recent. verſ. quorum cognitio*, alias enim Attentatum non haberet aliquod privilegium, ſed poſt illud commiſſum, & non reintegrata Majeſtate Judicis, eoque magis Papæ, licitum foret devenire ad actum novum, ſeu ulteriorem, quando tamen magna eſt differentia inter Attentatum, & ſimplicem nullitatem.

Idque alia ratione convincenti, quod cum fuerit ſpretum Breve Summi Pontificis in Electione attentata, non poterant Attentantes pro ſuo arbitrio Breve ſpretum acceptando juxta ejus formam procedere 89 ad novam Electionem per viam ratificationis ſine novo conſenſu, ſeu licentia ipſius Papæ, cujus fuerat læſa Majeſtas, & auctoritas, ut inquit Ruin. *conſ.* 158. *lib.* 4. *num.* 5. & 6. ibi: *Annullatur actus factus contra Prohibitionem Papæ, &c. annullatio actus dicitur eſſe pœna, &c. & quoad eam eſt Jus quæſitum ipſi Papæ, &c. ergo ſine illius conſenſu non poteſt actus nullus validari.*

Eo magis, quia Electio 30. Auguſti fuerat præventive reclamata per proteſtationem Decani, ejuſque Adhærentium, ubi propterea memorata Electores non potuerunt devenire ad novam Electionem in præjudicium Juris quæſiti eidem Decano, & Ad- 90 hærentibus per proteſtationem, ſed tamquam functi Officio ſuo ſuperſedere debebant expectando Judicium Superioris, nec interim impedire poterant quominus Alii Capitulares ſuam Electionem facerent, etiamſi eſſent minor pars Capituli, juxta punctualem doctrinam Paſſerini *de elect. cap.* 18. *num.* 39.

Ea ratione, quod Electores, qui non peccarunt, habent Jus quæſitum eligendi, propter emiſſam proteſtationem, illi autem qui peccarunt, impediti remanent eligere, donec ſequatur Judicium Superioris, dum iſte non ſolum poteſt nullam declarare Electionem, ſed etiam eos privare Jure eligendi, & hæc 91 eſt ratio, quare nequeant iterum eligere, præveniendo Judicium Superioris, & eludendo, ſeu futuram pœnam declinando, ut inquit Paſſerin. *de elect. cap.* 31. *num.* 11. ibi: *nam poſtquam Electores elegerunt, iidem, quem elegerant, non poſſunt iterum eligere, ſed debet expectare Judicium Confirmatoris, qui illos etiam poteſt privare voce, ſi male elegerunt.*

In hoc habetur confeſſio ipſorum Capitularium, qui in ſæpe memorata proteſtatione dixerunt, & regulariter ad ſecundam Electionem valide procedi non poſſit, antequam prima Electio per Superiorem fuerit caſſata, & de Jure eſt, ut licet prima exiſtente nulla, poſſit Electio ſecunda celebrari, id tamen procedat, ubi fiat a diverſis, non autem ſi ab iiſdem Electoribus, juxta diſtinctionem *Gloſſæ in cap. Inter dilectos de exceſſib. Prælator. in verbo irritum* ibi: *ergo fuit hæc ſecunda Electio irrita ipſo Jure, ut videtur per hanc Litteram, quod eſt verum, quia prima non caſſata, ſecunda non potuit, nec debuit attentari, etiamſi prima ipſo Jure nulla fuiſſet, quia functus erat Officio ſuo, &c. ſignatur contrarium huic verbo irritam ſupra de Electione cap. Conſideravimus, & cap. Auditis, & ibi utraque caſſatur, hic vero diverſus eſt caſus, ibi factæ fuerunt Electiones a diverſis partibus, hic ab una, eademque perſona*, ibique Innocent. n. 2. & cæteri Canoniſtæ.

Non obſtante, quod regula hæc non procedat, quando fit Electio de eodem ad eamdem Eccleſiam, *juxta Text. in allegato cap. Ut quis duas de elect. in* 6, & doctrinam Ripæ in contrarium allegati, quia Textus, & Doctores loquuntur in terminis differentiſſimis, quando ſcilicet iidem Electores, qui fecerunt primam, fecerunt, & ſecundam, ut explicat *Gloſſ. in figuratione caſus in eodem cap. ut quis. duas* ibi: *Canonici convenerunt in unum, &c. Titium elegerunt, Electione facta, &c. reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam Electionem de eodem Titio fecerunt*, nullatenus autem applicantur, aut locum habent, quando Capitulum ſcinditur in duas partes, & una pars voluit ab initio male eligere contra proteſtationem alterius partis, quia tunc non conſideratur, an ſit eadem perſona reelecta, nec attenditur ſubjectum Electi, ſed conſideratur factum Electorum, qui voluerunt male eligere, proteſtante in contrarium altera parte, & acquirente per proteſtationem Jus impediendi, ne altera pars poſſit eligere de novo tamquam functa officio ſuo, & expectare debens Judicium Superioris, juxta auctoritatem Paſſerin. *de elect. cap.* 18. *num.* 39.

Fortius quia Electores Celſiſſimi Paderbonen. jam
tranſmiſerant Inſtrumentum Electionis ad Sedem
Apoſtolicam, & expectabant Confirmationem cum
fiducia certa eam obtinendi ibi: *Confirmandam fo-
re omnino perſuaſum habeamus*, & conſequenter, ſi
vera eſt concluſio ſuperius adducta, quod poſt fa-
ctam malam Electionem ſuperſedere debebant, &
94 expectare Judicium Confirmatoris, multo magis ve-
ra erit, quando ipſi Electores fecerunt recurſum ad
Superiorem pro confirmatione habenda, & confi-
tentur ſe eſſe perſuaſos de obtinenda Confirmatio-
ne, juxta *Text. in cap. Bonæ memoriæ numer. 4. de
poſtulat.* ibi: *Si enim poſtquam poſtulatio ſubſcriptio-
nibus poſtulantium roboratur, & præſentatur Roma-
no Pontifici approbanda, poſſent ab ea recedere po-
ſtulantes nobis frequenter illuderent, & Judicium no-
ſtrum ex eorum pendere videretur arbitrio*, & ibi;
Gloſſ. in verbo illudere ibi: *quia quantum ad ſe il-
lam approbaverunt per præſentationem*, & Panormi-
tan. *num. 1. in fine verſ. Si enim poſtquam poſtulatio
præſentatur D. Papæ, &c.* Bald. num. 16. Layman.
in Decretal. lib. 1. tit. 5. cap. 4. nu. 6. ibi: *Poſtquam
poſtulatio Superiori præſentata fuit, Poſtulantes rece-
dere, ſeu variare non poſſunt, ſed illius Judicium
expectare debent.*

NULLITAS III.

*Ex coarctatione Votorum ad unam tantum Perſo-
nam Celſiſſimi Paderbonenſis facta continuative an-
te Scrutinium, in Scrutinio, & poſt Scrutinium.*

HÆc nullitas eſt una de majoribus, quæ non
habet reſponſionem; Etenim ſuppoſita prote-
ſtatione, ſeu potius folio conventionali ſubſcripto
ab omnibus Capitularibus factionariis, in quo di-
xerunt velle conſtanter adhærere Electioni jam fa-
ctæ in perſonam Celſiſſimi Paderbonenſis, & qua-
tenus eſſet nulla, eamdemmet repetere, ratifica-
re, & iterare, naſcitur ex hoc ſtrictiſſima coarctatio
ad una tantum certam perſonam Celſiſſimi Pader-
bonenſis, qua ſtante, Electio remanet ipſo Jure
93 nulla nullitate intrinſeca, & ſubſtantiali juxta *Text.
apertum in cap. Ubi periculum, §. Cæterum de elect.
in 6.* ibi: *Ceſſat electio dum libertas adimitur eli-
gendo*, non quidem per vim extrinſecam, ſed per
ſolam neceſſitatem ſtandi conventionibus, ut dici-
tur in *dicto* §. ibi: *Depoſita cujuslibet pactionis, con-
ventionis, obligationis neceſſitate, & in cap. Cum Ter-
ra de elect.* Donat. *in prax. Regular. part. 2. tract. 1.
quæſt. 9. num. 1.* Paſſerin. *de elect. cap. 2. num. 5.* Bar-
boſ. *de Jur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 19. num. 233.* Sa-
muel *tract. 2. de elect. diſp. 1. controverſ. 4. num. 11.*
Sigiſmund. *dub. 52. num. 1.* Marta *de Cauſ. Conſiſtor.
ſect. 19. §. 3. num. 61.* A Spirit. Sanct. *in Director. Re-
gular. tom. 1. tract. 5. ſect. 5. num. 88.* Rota *deciſ. 386.
num. 9. part. 16. rec.*

Quæ Concluſio vera generaliter eſt, ſive coarcta-
tio proveniat ex parte Superioris, ſive etiam ex
parte ipſorummet eligentium, dummodo omnes Ca-
pitulares non conſentiant in hujuſmodi coarctatio-
nem, prout non conſenſerunt in caſu iſto, niſi
Capitulares Celſiſſimo Paderbonen. favorabiles pro-
94 teſtante in contrarium Decano cum cæteris Cano-
nicis ibi: *De ejuſmodi attentatis, nullitatibus, &
factionalitatibus*, ut in puncto, quod coarctatio fie-
ri non poſſit, etiamſi unus tantum ex Capitulari-
bus diſſentiat, inquit Paſſerin. *de Election. cap. 2. n.
25.* ibi: *Coarctatio non officiat ſi fiat de conſenſu
Electorum, quod verum puto, ſi omnes nullo excepto
ſint contenti coarctatione, aliter uno non annuente
non poſſet, &c.*

Immo in caſu iſto nec etiam de voluntate om-
nium Eligentium fieri potuiſſet coarctatio, ex dupli-
ci capite inevitabili, primo ſcilicet, quia coarctatio
ad unum eligendum tunc ab aliquibus Doctoribus
95 ſuſtinetur, quando eſt talis, quæ non tollat liber-
tatem Eligentibus variandi in Scrutinio, & alterum
eligendi, in quibus terminis ſe explicando loquitur

Donat. *in Prax. Regular. part. 2. tract. 1. quæſt. 10.
num. 12.* ibi: *Tunc libertas adimitur eligendi, quan-
do neceſſitas ad hoc cogit, in caſu autem poſito, poſ-
ſunt Electores illum non eligere, etiamſi unus ſolus
ad paſſive eligendum proponatur, ergo Electio nulla
non eſt, quia libertas eligendi tunc non adimitur,
nec aufertur; nam cum poſſit quis eligere, & non
eligere, ſi eligat, non ex neceſſitate, ſed libere eli-
git, quia quod poſſibile eſt non eſſe, non neceſſe eſt
eſſe*: idemque dicit Pellizar. *tract. 9. capit. 2. ſect. 1.
num. 34.* ibi: *Moneo hic unum, Electionem fore libe-
ram in caſu, quo unus tantum proponatur eligendus,
ſi Electores poſſint illum non eligere, ad hoc enim,
ut actus Electionis ſit liber, ſufficit, quod ſit liber
quoad exercitium, ſiquidem quod poſſibile eſt non eſ-
ſe, non neceſſe eſt eſſe.*

Secus in præſenti, ubi coarctatio fuit talis, quæ
abſtulit libertatem variandi in Scrutinio, ut proba- 96
bitur infra; tunc enim oritur nullitas contra in-
trinſecam ſubſtantiam Electionis, quæ eſt unum ex
pluribus voluntarie capere, & ubi adimitur libertas,
unum ex pluribus capiendi, Electio non eſt amplius
Electio, & Scrutinium perdit naturam Scrutinii,
ita & taliter, quando potius dicenda ſit nominatio,
quam Electio, ut in puncto limitat Pellizar. *d. tract.
9. cap. 2. ſect. 1. ſub num. 34.* ibi: *Econtra non cenſetur
libera, ideoque eſt nulla Electio, in qua Electores
coarctantur*, Donat. *in prax. Regular. part. 2. tract. 1.
quæſt. 9. num. 1. & ſeqq.* ibi: *Eligere eſt unum ex plu-
ribus accipere, unde aliter facta, eſt ipſo Jure nulla,
quandoquidem ſubſtantia contractus conſiſtit in conſen-
ſu libero, & merito quia deficiente ſubſtantia omnia
corruunt, &c. unde Electiones factæ per pacta, con-
ventiones, intendimenta, &c. ex quo libertatem aufe-
runt, ſunt nullæ*, Lavor. *de elect. tit. 4. cap. 21. num.
11.* ibi: *Nunquam tamen reſtrictio fieri poteſt ad unam
perſonam ex Butr. &c. enim tolleretur libertas, & per
conſequens Electio eſſet nulla, quia eſt contra ſignifi-
catum vocis Electio, ſeu eligere; nam eligere eſt unum
ex pluribus voluntarie capere, & ſic ceſſat Electio ubi
libertas adimitur eligendi.*

Secundo autem res tranſit in evidentiam, refle-
ctendo, quod in caſu noſtro agitur de Electione
per Compromiſſum, Scrutinio mixtum, ubi cum
prævaleat forma Compromiſſi ſpectata principali E- 97
ligentium intentione, ut inquit Layman. *in Decre-
tal. lib. 1. cap. 29. de elect. num. 6.* ibi: *Sed quæritur
utrum ſit potius forma Scrutinii, an Compromiſſi?
Reſpondeo ſpectata principali intentione eſt potius Com-
promiſſum*, ſequitur ut non potuerit Electio coar-
ctari ad unam tantum perſonam contra naturam
Compromiſſi, cum libertas Compromiſſarii non poſ-
ſit reſtringi ad certam perſonam eligendam, ſicut
non valeret Compromiſſum ita factum, ut Judex
ſic, & ſic pronunciaret, ut in puncto Butrius *in c.
cum in Jure num 30. de Elect.* ibi: *Quoniam reſtrin-
gitur libertas ad unum, & tunc non valeret Compro-
miſſum ſecundum Calderin. hic, ut ſi compromittitur,
ut eligant talem, quia ſicut non valet Compromiſſum,
ut certam ferat ſententiam, ita non valet compromiſ-
ſum, ut certum eligat*, ubique reſpondet ad contra-
riam doctrinam Text. in oppoſitum allegati *in cap.
Conſtitutis de Appellat.* dicendo, quod ibi erat facta
reſtrictio ad duos in defectum aliorum non idoneo-
rum ibi: *Quandoque reſtringitur poteſtas ad duos,
nec adhuc fieri poteſt de appellat. cap. Conſtitutis dum-
modo reſtrictionis dederint cauſam eligentes, vel alii
non ſint idonei, ut ibi.*

Hoc ipſum firmavit Calderin. *in dicto cap. Cum in* 98
Jure num. 9. inter repetit. Canonic. diverſor. tom. 2. ibi:
*Poteſtas Compromiſſariorum non valeat moderari, quia
in Electione debet eſſe libertas, &c. ratio eſt, quia ſe-
cundum hoc ſequitur quod poſſet compromitti in ali-
quem, ut certum eligeret, quod eſt abſurdum, dic er-
go melius quod moderari, & limitari poteſt poteſtas
Compromiſſariorum ad certam formam in eligendo ſer-
vandam, & ad tempus, & ad locum, & ad perſonas,
dummodo non ad unam tantum, ut probant Jura, quæ
allegavi, & hoc etiam poſſet conſuetudo, ſed non ad
certam perſonam eligendam, quo modo, qui habe-*
res

*rat eligere, non haberet libertatem eligendi, quod eſt
contra ſignificationem vocabuli, ſicut non valet Com-
promiſſum, ut Arbiter ferat ſententiam, vel quod
pronunciet ſecundum voluntatem Tertii, quia libertas
totaliter Arbitro aufertur his caſibus, ſic nec in caſu
iſto valeret Compromiſſum, licet limitatum ad unam
certam perſonam eligendam per Compromiſſarium, nec
obſtat decretalis conſtitutus 2. de appellat. quia ibi non
arctat ad certum, ſed ad alterum de duobus*, concor-
dat Paſſerio. *de elect. c.* 22. *n.* 11. ibi: *Colligitur tertio
Electionem fore nullam, ſi Electores compromittant in
aliquos, ut determinate eligant talem, hic enim, &
Compromiſſum, & Electio eſt nulla*, a Spiritu Sanct.
in Director. tract. 5. *diſput.* 1. *ſect.* 1. *numer.* 11.
ibi: *Requiruntur tamen ad hujuſmodi Electionem
aliqua conditiones, prima ut Compromiſſum ab om-
nibus ſimul congregatis habentibus Jus eligendi, nemi-
ne diſcrepante fiat, ſecunda, ut Compromiſſarii eli-
gant eum, in quem major pars Capituli conſenſerit,
tertia, quod Compromiſſum non fiat de eligenda certa
perſona.*

Iſta theorica igitur eſt plana, & vera in Jure,
ſolum remanet, ut applicetur ad factum, & ſic exa-
minandum venit, an in caſu iſto fuerint ligatæ ma-
nus Eligentium, & Compromiſſariorium de eligenda
ſolum perſona Celſiſſimi Paderbonenſis, quod in fa-
cto remanet indubitatum.

Primo hæc coarctatio fuit expreſſa in folio conven-
tionali, ſeu proteſtatione, in qua Eligentes clare ſe
reſtrinxerunt ad ſolam perſonam Paderbonenſis ele-
ctam 30. Auguſti; declarando velle ejus Electioni iam
factæ conſtanter adhærere, nec per quemcunque a-
ctum illam infirmare, ſed ad abundantionem cauthe-
lam juxta tenorem, & ordinem Inſtrumenti deſuper
confecti repetere, ratificare, & iterato celebrare cum
99 ordine inferendi hoc folium conventionale in Proto-
collo, ſeu Inſtrumento Electionis, prout inſertum
fuit, quod folium, cum fuerit ſubſcriptum ab om-
nibus Capitularibus, qui illum elegerunt, non pote-
rant amplius recedere a conventione ibi ſtabilita, & ſic
omnino adempta remanſit libertas variandi in Scruti-
nio, Actolin. *reſolut.* 67. *num.* 1. de Angel. *de Confeſ-
ſion. lib.* 2. *quæſt.* 8. Jovi *de Solemnit. in Contract. Mi-
nor. gloſſ.* 4. *in Appendic. num.* 149. *in fine*. Quod ſane
folium conventionale ſufficeret, ut Electio dicatur co-
arctata, ita & taliter, quod non potuerint Vocales ſic
obligati variare in actu Scrutinii, ut in puncto *dicto §
Cæterum cap. Ubi periculum* 3. *de Elect. in* 6. & Caſtell.
de Election. cap. 13. *num.* 27. ubi quod ſtante de-
liberatione, & diſpoſitione Vocalium ad eligendum
unum, non valet contraria regula, quod Vocales
potuerint alium eligere, eumque refert, & ſequi-
tur Barboſ. *Vot. deciſiv. lib.* 2. *Vot.* 35. *nullit.* 3.
nu. 65.

Præſertim quia impoſſibile eſt, quod aliter fieri
potuerit, eo ipſo, quod Vocales illud folium con-
ventionale ab ipſis ſubſcriptum mandarunt inferendum
eſſe, prout inſertum fuit in Inſtrumento Electionis.
Hoc enim caſu vocari non poteſt actus præambulus,
ſeu actus extrinſecus ab ipſo Scrutinio, ſeu Electione,
quando inſertio Scripturæ in Inſtrumento facit eam
eſſe partem eſſentialem ejuſdem Inſtrumento Electio-
100 nis, adeout informet totam Electionem in principio,
medio, & fine, cum non detur prius, aut poſterius
in Inſtrumento, omnibuſque ejus partibus, juxta do-
ctrinam Bartoli *in leg. Contractus num.* 4. *&* 5. *Cod. de
fid. inſtrument.* Surd. *conſil.* 217. *numer.* 9. *verſic. Quia
quoad juris*, Rota *coram Merlin. deciſ.* 792. *num.* 20.
& in recent. deciſ. 193. *num.* 15. *& deciſ.* 370. *num.* 14.
p. 17.

Secundo, poſt recitatam proteſtationem in eo folio
contentam, & poſt diſceſſum aliorum Capitularium
ab Aula Capitulari, ne ſe immiſcerent hujuſmodi
Electioni coarctatæ, & nullæ, Electores remanentes
ibi ſoli in primo actu, nominarunt in Præſidem Ele-
ctionis Præpoſitum, dicendo: Præpoſitum, &c. in
reiterandæ Electionis Præſidem nominabant, & de-
clarabant ſeſe eum in finem in loco Capitulari reman-
ſiſſe, ut in vim, & conformitatem exhibitæ proteſta-
tionis, & reſervationis Jure ſuo uti velint: ecce igitur

quod primus actus Electionis incœpit cum eadem co-
arctatione, ſcilicet, ut eligerent in conformitatem
exhibitæ proteſtationis, quæ verba ſtant reſtrictive ad
ſignificandam Electionem faciendam de ſola Perſona 101
Paderbonenſis in proteſtatione expreſſa, Peregrin. *conſ.*
5. *num.* 104. *lib.* 1. Rota *coram Pænia dec.* 1307. *nu.* 8.
Gratus *conſ.* 102. *num.* 2. *lib.* 2. Barboſ. *dict.* 187.
nu. 13.

Tertio etiam fuit ſtabilitum Formularium ad effe-
ctum præſtandi ſuffragium his verbis: Ego N. N. in-
vim præſtiti Juramenti iterato conſentio in N. N. il-
lumque iterum nomino, & eligo in Epiſcopum, &
Paſtorem Eccleſiæ Monaſterienſis. Si ergo Electores
in ipſo Formulario voti præſtandi, & ſic in ipſo Scru-
tinio ſe reſtrinxerunt ad ipſum Paderbonenſem, vanum
eſt objectum, quod Electores potuerint variare, quan-
do ipſummet Scrutinium convincitur ſtrangulatorum,
& coarctatum, ut donatant ea verba, iterato conſen-
tio, & illa alia, illumque iterum nomino, ſicut enim
hujuſmodi Electores antea nullum alium nominave-
rant, niſi Paderbonenſem, ſcilicet 30. Auguſti, ita
conſenſus iteratus, & iterata nominatio expreſſa in
Formulario voti non poteſt verificari, niſi in eodem 102
Paderbonenſi, ut de verbo, Iterum, & iterato, ita
dicit Alberic. *in Dictionar. in verbo Iterato, idest ſecun-
do per Text. in leg.* 1. *Cod. Si adverſus rem judicatam,
& in leg. Lucius Titius, digeſtis ad Turpilianum Ca-
non. Quibus iteratur de Conſecrat. diſtinct.* 3. *leg. Nefan-
diſſimum, Cod. de Inceſt. nupt.* Barboſ. *dict.* 186.
num. 5.

Non obſtante, quod hæc formula dicat N. N. non
exprimendo in ſpecie perſonam Paderbonenſi, quia
cum verba, iterato conſentio, illumque iterum nomi-
no, ſint clara, nec verificari poſſint in alia perſona,
quam Paderbonenſi, cujus tantum reſpectu prædicari
poteſt, quod iterum nominatur, & Electores in il- 103
lum iterato conſentirent, perinde eſt, ac ſi ille fuiſſet
nominatus in ſpecie, ut tradit Rota *coram Gregor. de-
ciſ.* 90. *num.* 3. *& in recent. deciſ.* 71. *num.* 10. *par.* 7. ibi:
*Ubi enim diſpoſitio generaliter, & indefinite facta non
poteſt intelligi, niſi de uno, perinde eſt ac ſi de illo ſpe-
cialis mentio facta fuiſſet, & deciſ.* 501. *num* 17. *p.* 18.
& dec. 85. *n.* 8. *p.* 9. *& in Novarien. Interventus in Pon-
tificalibus* 27. *Junii* 1704. *§. His autem, cor. bon. me.
Omana.*

Quarto, ultimus ultimus actus Electionis, ſcilicet
ipſa Electio in communi, & ejus publicatio facta per
Compromiſſarios eandem coarctationem mirabiliter
continet ibi: *Cum vacante Eccleſia, &c. in hodierna
die Electionem a majori parte Capituli antecedenter
die* 30 *Auguſti proximo præteriti canonice celebratam,
placuerit reiterari, & eamdem per formam Compromiſ-
ſi Scrutinia mixti, ſi, & quatenus opus iterato cele-
brare, &c. compertum fuerit totum Capitulum in per-
ſonam Epiſcopi Paderbonenſis vota ſua iterato unani-
miter direxiſſe*. Ecce quod in ipſa etiam Electione in
communi, ſeu publicatione reiteratæ Electionis di-
ctam fuit, fuiſſe iteratam per vota eamdem individuan-
do illam 30. Auguſti, & relative ad illam, & repeten-
do votam per viam iterationis. Vota ſua iterato una-
nimiter direxiſſe, quod oſtendit colligationem, & re-
ſtrictionem claram Votorum ad ſolam Perſonam Pa-
derbonenſis, dum in corpore, & ſubſtantia iterarunt 104
ejus Electionem iam factam ibi: *eamdem*, & ſic
eamdem Perſonam, ejuſdem Electionis Gratus *conſil.*
21. *n.* 26. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 3. *num.* 4. *lib.* 3. cum aliis
apud Barboſ. *diction.* 143. *num.* 1. *& diction.* 186.
num. 1. Rota *deciſ.* 453. *num.* 5. *part.* 19. *tom.* 2. *re-
cent.*

Ex quibus probatur actus continuativus coarctatio-
nis ad Perſonam Celſiſſimi Paderbonen. nunquam in-
terruptus, & ex omni parte obligatus ante actum,
ſcilicet per proteſtationem toties dictam, in principio
actus, nempe in declaratione ſeſe in loco Capitula-
ri remanſiſſe ad eligendum in conformitatem pro-
teſtationis, in medio actus, ſcilicet in Scrutinio,
ſeu Formulario præſtandi ſuffragium, & denique
in fine actus, ſeu in publicatione mox relata, 105
adeout concurrant omnia requiſita continuationis, de
quibus Bald. *in cap. Si alicujus* 59. *de Elect. num.* 5.

ibi: *Ante negotium, in negotio, & poſt negotium.*

Hinc non relevante quod facultas data Scrutatoribus legatum cum illis verbis: *Ut ſecreto, & ſigillatim vota diligenter exquirant, & cum, in quem, vel omnes, vel major pars Capituli conſenſerit, Electum pronunciens*, prout etiam Juramentum eorundem Scrutatorum, & Capitularium de eligendo, quem magis idoneum judicaſſent, iſta enim generalitas verborum non intelligitur judaice, prout ſonat, ſed intelligitur juxta declarationem expreſſam antè actum, in principio actus, in medio actus, & in fine actus, nempe de eli-
106 gendo ſolam Perſonam Paderbonenſis, quam alias idoneam judicaverant, cum nulla generalitas unquam reperiatur, quæ non poſſit ad ſuam ſpeciem reſtringi, & limitari per *Text. in l. Si cui ſimplici, ff. de Servitut. & in l. Obligatione generali, ff. de pignorat.* Mantic. *de Tacit. lib. 3. tit. 2. num. 13 & tit. 5. n. 4.* ibi: *Quod generaliter dicitur in uno Capitulo poteſt ſuppleri, ut intelligatur ſecundum tenorem conventionis in alio expreſſum, & lib. 3. tit. 2. nu. 24. & 36.* ibi: *Verba generalia debent reſtringi ad præcedentia, quæ ſunt ſpecialiter expreſſa, &c. nam diſpoſitio generalis ſemper reſtringitur ad ea, quæ ſpecialiter ſunt expreſſa, &c. quod ſi reperiatur Inſtrumentum, in quo dicitur, quod Sejus fecit Procuratorem Titium contra Cajum, in tali cauſa, & in omni alia intelligitur de omni cauſa, quæ ſit contra Cajum, qui eſt nominatus, non autem contra alios.*

Et clare probat Formularium Votorum ibi: *In vim præſtiti Juramenti iterato conſentio in N. H. illumque iterum nomino*, ergo Juramentum generaliter expreſſum reſtringebatur ad iteratum conſenſum, & iterum nominandum N. N. ſcilicet Paderbonenſem, non autem alios, & ad propoſitum hujuſmodi coarctationis
107 nihil facit *Text. in cap. Ut quis duas de elect.* quia non agit caſum, quo Electores devenerint ad Electionem de eodem ad eandem cum præciſa coarctatione conventionali iterum eligendi ſemel Electum, ſed quando devenerunt ad Electionem liberam, in qua poterant eligere alium, ſi voluiſſent, ut inquit Gloſſa in figuratione caſus ibi: *Reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam electionem de eodem Titio fecerunt.* In caſu præſenti, nec fecerunt aliam Electionem, ſed eandem, nec libere proceſſerunt ad votandum, ſed prævia coarctatione, nec fuerunt omnes Capitulares, qui primam fecerunt, & ſecundam, ſed una pars, altera contradicente, & proteſtante de nullitatibus, ſactualitatibus, & attentis.

NULLITAS IV.

Quia Electio facta fuit in vim præcedentis conventionis, ſeu Folii conventionalis.

Differt hæc nullitas ab antecedenti, quia procedit etiam cum ſuppoſito, quod non adeſſet coarctati in ipſo actu Electionis, ſed potuiſſent Electores variare, & recedere, hoc enim non obſtante, adhuc contingat Electionem fieri de illamet perſona,
108 de qua convenerant Electores in folio ſubſcripto, ea tanquam illicite facta omnino caſſanda venit juxta auream theoricam Innoc. *in c. bon. mem. de elect. num. 5. 5. & 6.* cujus verba ſunt hæc.

Caveant iſti, ſegregati, vel omnes ſimul ne ſuper contradicendo alicui malo, vel de promovendo aliquo bono faciant aliqua Juramenta, vel promiſſiones, vel Subſcriptiones, quia ſi fecerint punientur.

Sequitur immediate, & dicit: *tamen quod poſtea fiet ab iſtis Conſpiratoribus valet, niſi facerent factum conſpiratum, puta ſi eligerent Perſonam, de qua conſpiraverant; nam Electionem credimus hujuſmodi caſſandam, quia fuit contra mandatum jurium prædictorum.*

Addit proſequendo ibi. *Sed nec credimus ipſo jure nullam, nec ipſo jure Conſpiratores privatos poteſtate eligendi, quia hoc Canone non prohibetur, ſed licet non ſunt privati poteſtate eligendi, tamen voces eorum, qui conſpiratam Perſonam nominaverint non præſtabunt eis ſuffragium, non ea ratione, quia privati ſunt poteſtate eligendi, ſed quia Lege, vel Canone prohibente elegerunt, vel nominaverunt.*

Et ſolum hoc limitat in caſu, quo Electores ante Electionem receſſiſſent à ſcriptura, vel ſubſcripto ibi: *Tamen, ſi illi, qui ſe obligant prædicta definitione; vel Scriptura, vel aliis modis prædictis poſtea ſe abſol-
vant, ſatis dici poteſt, quod non caſſabitur Electio, & eorum voces præſtabunt ſuffragia, jam enim erant in tali ſtatu, quod Lex, vel Canon non prohibebat ab Electione, ſed tamen non nego quin poſſint puniri pro præterito exceſſu.* 109

Cum igitur loquatur Innocent. de tractatu definitorio poſt mortem Prælati, qui eſt illicitus, ad differentiam præparatorii, *ut in d. cap. Bona n. 5.* ibi: *Poſt mortem Prælati non eſt illicitum tractare communiter de Electione Succeſſoris, nec diviſim, dummodo nihil ibi definiant, hæc enim duo, ſcilicet deliberare, & definire, maxime certum ſunt illicita, & videtur definitio, ſi is, cui commiſſum eſt, dicit, eligatis talem, vel talem, &c. ſive omnes, vel major pars dicit bene ſumus omnes concordes, quod talis eligatur*, conſequens eſt, ut probata in caſu iſto Scriptura conventionali, ſeu ſubſcriptione Capitularium illorum de eligendo eumdemmet Electum juxta tenorem, & ordinem Inſtrumenti deſuper confecti 30. Auguſti. Electio poſtmodum effectuata in hunc modum illicitum ad formam folii ſubſcripti, veniat omnino caſſanda, ut ſequendo Innocentium, tradunt omnes Canoniſtæ *in eodem cap. Bona memoria 36. de Elect.* ſignanter Hoſtien. n. 8. ibi: *Sed cavendum eſt, ne ſegregati, vel omnes ſimul ſuper contradicendo alicui malo, vel promovendo aliquo etiam bono, promiſſionem faciant, vel ſubſcribant &c. ſi eligant Perſonam, de qua conſpiraverunt, caſſanda eſt Electio tanquam minus Canonice facta*, Joann. Andr. n. 8. ibi. *Caveant etiam Canonici ſecundum Innocentium, ne ſimul omnes, vel ſegregatim ſuper promovendo aliquo bono, vel contradicendo alicui malo faciant colligationes, obligationes, juramenta, vel ſubſcriptiones, quod ſi fecerint punientur, &c. valeret tamen, quod poſtea fieret ab iſtis, niſi facerent, ad quod ſe colligaverant, illum ſcilicet eligendo, dicit Innocentius illam Electionem caſſandam, quia fit contra mandatum jurium prædictorum*, Bellamer. n. 8. ibi: *Sive omnes, ſive major pars tractandum in Capitulo, & idem ſi extra Capitulum concluſive dicant nos ſumus concordes, quod eligatur talis, quia hæc videtur definitio, vel ordinatio, &c. Electionem hujuſmodi credimus caſſandam*, & cæteri Canoniſtæ.

Conſonant Moderni ſcilicet A Spiritu Sanct. *in Director. Regular. tract. 5. diſp. 2. ſect. 7. nu. 113.* ibi: *Limita tertio, ſi Electores non ſolum habeant Conſilium de eligenda Perſona, ſed deliberaverint de ea; nam licet tractatus de eligenda Perſona ſit ſemper permiſſus, at conventio de tali eligendo eſt illicita*, Samuel. *de elect. tract. 2. diſput. 12. controverſ. n. 12.* Petrus de Bayſio *in Director. Elect. p. 3. c. 3. de Elect.* à Sanct. Ubald. *Quodlibet. Regul. quodlibet. 12. dub. 13. n. 1292.* Rota *cor. Seraph. dec. 516. n. 2.*

Quando itaque non concurret, niſi ſolum folium conventionale, & ſubſcriptio Capitularium etiam conſideratum extrinſece ab ipſo actu Electionis abſque inſertione, & coarctatione; attamen hoc ſufficeret ad effectum caſſandi Electionem ſecutam in Perſona illicite concordata in folio, quidquid ſecus, ſi præcedenter Electores ante actum Electionis retractaſſent proteſtationem, ſeque abſolviſſent ab obligatione, ſeu ſubſcriptione juxta doctrinam Innocent. ubi ſup. acceptatam ab omnibus Canoniſtis.

Neque hic repeti valet ſolita exceptio *Text. in c. ut quis duas de elect. in 6.* cum in eo caſu non concurret folium conventionale, & ſubſcriptio Canonicorum iterum eligendo illo Titio, prout concurrit in caſu noſtro.

NUL.

NULLITAS V.

Ex modo iterandi Electionem conditionaliter, ſi, & quatenus prima Electio non ſubſiſteret.

PRO hac nullitate ſtat regola, & aſſiſtentia juris expreſſa in *c. 2. de Elect. in 6.* ubi prohibetur in Electionibus procedere per modum conditio-
110 nalem, quæ regula generalis præciſe locum habet in caſu iſto, ubi contrarii Electores profeſſi ſunt ratificare, & iteram celebrare velle primam Electionem, ſi, & quatenus ea non ſubſiſteret, ut in terminis terminantibus docent omnes Canoniſtæ *in c. cum Terra 14. de Elect. ſignanter ibi Gloſſ. in verbo diligentia*, ubi quod non valet ſecunda Electio facta in caſum, quo Electus non obtineat ex prima ibi: *Quod hic dicitur, &c. intelligitur, &c. cum ſub conditione eligunt, ſi primus non obtinuerit, & ſecunda Electio expirabit, prima obtinente, ſecus ſit in ſubſtitutione, &c. hodie vero non valet Electio per vota conditionalia*, & ſequitur Butrius n. 23. ibi: *Secunda ſit non pure, ſed conditionaliter, ſi prima non habebit effectum, &c. hoc non placet Gloſſa, & merito, quia actus eligendi eſt legitimus non recipiens, nec conditionem*, Card. Zabarell. ſub n. 3. ibi: *Tertio ſolvit Gloſſa, quod faciunt Electionem ſub conditione; ſi primus non obtinuerit, &c. & eam reprobat dicens, quod hi modi eligendi per Curiam reprobantur*, Innocentius n. 2. & 3. ibi: *Vel eligant ſecundum, ſub ea conditione, ſi primus caſſaretur, ſed hi modi eligendi per Curiam reprobantur*, Hoſtien. ibidem nu. 10. ibi: *Alii dixerunt ex hac littera quod ſub conditione poteſt fieri Electio, puta eligimus Petrum, & ſi ipſum non poſſumus habere, eligimus Gulielmum, &c. hoc reprobatur leg. actus, digeſtis de regul. jur. Vota enim conditionalia pro non adjectis habentur voce eorum, qui non pure conſenſerunt ea vice in alios reſidente, Gloſſa in Canon. Studii diſtinct. 61. in verbo declinare* ibi: *Secundum alios poteſt eligi ſub conditione, ut ſi primus non obtineat, ſecundus maneat, &c. hodie evacuatur totum per Capitulum Innocentii IV. quod incipit in Electionibus de elect. lib. 1.*

Huic Juris diſpoſitioni, cui ſtandum eſt, niſi contraria probetur limitatio, non obſtat reſponſio, quod relatæ auctoritates loquantur de Electione ſecunda conſumata in Perſona diverſa a prima, ideoque non applicentur ad importandam nullitatem ſecundæ electionis celebratæ in eamdem Perſonam, quæ poteſt legitime fieri, etiam pendente validitate, vel invaliditate primæ, juxta ſolitum intercalare *Text. in c. ut quis duas de elect. in 6.*

Manifeſtum namque eſt æquivocum, dum hujuſmodi reſponſio eſſet juridica, quoties ratio prohibendi Electionem conditionalem *in c. de elect. in 6.* pro-
111 cederet a ſubjecto ipſius Electi, ejuſque intereſſe, ſeu præjudicio, ſecus autem, quando procedit ex diverſiſſima ratione, quæ nihil commune habet cum Perſona unius, vel alterius Electi, quia nempe ratio prohibendi Electiones ita conditionata naſcitur a ſubjecto conſenſus ipſorum Eligentium, qui cum in Electionibus debeat eſſe certus, non autem dubius, & incertus, qualis eſt omnis ille, qui præſtatur ſub conditione, ut inquit Joannes Andr. *in cap. ut quia duas de elect. in 6. numer. 1.* ibi: *Conſenſus Eligentium debet eſſe certus*, Ancharan. *in cap. 2. de Elect. in 6. ſub nu. 2.* ibi: *Sed ſi ſint conditiones impropria, nec ſuſpendant, tamen habeant incertitudinem, an ſit ita, & Electio non facto, ſed deliberato animo, & certo judicio fieri debet, ſicut Judex debet ferre ſententiam, & liquere ſibi de eo, quod pronunciat, & in principio* ibi: *Ut ergo certo animi judicio, & deliberatione videatur iſta facere oportet, quod pure conſentiat*, Bald. *conſil. 338. nu. 3. lib. 1.* ibi: *Nimirum, quia Eligentes debent eſſe certi tam de jure eligendi, quam de facto; non enim poſſunt facto eligere, ſed cum animi plena deliberatione, & certa ſcientia, & dicit regula juris in totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, nonniſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt*, Vincent. de Fran. *dec. deciſ. 438. nu. 6. & 7.* ibi: *Conditiones, &c. habens, &c. incertitudinem an ſit ita, & Electio deliberato animo, & certo judicio fieri debet, ſicut Judex debet ferre ſententiam, & liquere ſibi de eo, quod pronunciat.*

Ergo cum ratio concluſionis percutiat ipſus Electores, eorumque conſenſum, non autem perſonam Electi, ad nullum propoſitum facit allegare *Tex. in*
c. ut quis duas, qui non loquitur de Electione ſecun- 112
da facta conditionaliter, quatenus prima non ſubſiſtat, & male ad id perſuadendum adducuntur verba Gloſſæ in eo Textu dicentis ibi: *Canonici quendam Titium elegerunt, Electione facta dubitaverunt, peccaſſe in forma Electionis, ideoque reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam Electionem de eodem Titio fecerunt.* Ex his enim verbis aliud colligi non poteſt, quam quod Canonici dubitaverunt ſtatim facta Electione de ipſius validitate, non autem ubi reverſi ſunt ad Capitulum pro facienda alia Electione, hanc aliam Electionem fecerint ſub conditione, quatenus prima ſubſiſtat, & conſequenter ſub conſenſu dubio faciendi, & non faciendi ſecundam Electionem, quando littera Textus palam oſtendit illi Canonicos feciſſe, & facere voluiſſe ſecundam Electionem animo certo, & determinato, ut præſumitur etiam de jure juxta doctrinam Baldi, ubi ſupra fundatam *in leg. in totum 76. digeſtis de regul. juris* ibi: *In totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, nonniſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt*, & de Cætero novum eſt, quod procedatur per hujuſmodi erroneas inductiones, & ratiocinia, quando habemus in pun-
cto auctoritates tot claſſicorum Canoniſtarum *in* 113
cap. cum Terra de elect. quæ faciunt ceſſare mille argumenta a remotis, ut inquit Cyriac. *controv. 248. num. 21.* ibi: *Deciſiones, quæ ſunt in terminis, faciunt ceſſare omnia argumenta, & regulas generales.*

Æque inſubſiſtens eſt altera reſponſio, quod Textus prohibens Electionem conditionalem *in c. 2.*
de Elect. in 6. locum habeat in conditionibus ve- 114
rificandis de futuro, non autem in illis relationem habentibus ad tempus præteritum, vel præſens, juxta aliquos paucos Doctores in oppoſitum fruſtra adductos.

Hæc enim reſponſio non ſubſiſtit in jure, nec in facto, non quidem ſuſtinetur in jure, dum revolutis omnibus auctoritatibus quiquid pauci de infima Claſſe ſenſerint, communis opinio eſt, quod Electio non ſuſtinetur, licet ſit conditionata per conditionem de præterito, vel de præſenti, ita dicunt.

Gloſſa in dicto cap. 2. de election. in 6. in verbo incerta ibi: *Nam & video, quod conditio, quæ ineſt ſi exprimatur, facit legatum conditionale, & in addit.* ibi: *Conditio ergo, quæ de ſui natura ineſt non facit contractum conditionalem, contrarium nota hic in illa Gloſſa ſolve, ſi apponitur, & exprimitur, nihilominus facit contractum conditionalem.*

Archidiaconus ſub num. 2. ibi: *Sed videtur, quod quis poſſit conſentire in aliquem ſub ea conditione, quæ ex ipſo jure ineſt ipſi Electioni, ſive Electo, quia non dicitur conditio cum ſubintelligitur, &c. ego non credo, quod aliquo modo dictio, quæ ſonat in aliquam conditionem poſſit apponi in conſenſu Electionis, & ſi addicatur non tenet votum, ut infra clare patet, unde non tenet votum, ſi dicat conſentio in A. ſi eſt legitime natus, ſecundum Innocent. & Hoſtien. & poteſt eſſe ratio, quia in Electionibus faciendis cura debet eſſe perſpicua; nam inquirendum eſt, antequam quis eligatur, & poſt hoc purus eſt præſtandus conſenſus, item enim Electio ſpiritualis ſit actus legitimus, conditionem non recipit.*

Joan. Andr. ſub num. 7. ibi: *Licet conditio de præſenti, vel de præterito non habeat in ſui eſſe pendentiam; tamen neceſſaria eſt cauſa cognitio, an ſit ita, & ſic habeat incertitudinem; ſicut ergo certa eſt Eccleſia, ita certum eſt votum, ſit ratio ſecundum Archidiaconum, quia Electionem præcedere debeat cura perſpicua, prius ergo inquirat, & poſtea eligat.*

Geminian. in oppoſitum allegatus n. 10. ubi poſt longam diſputationem, recolligendo ea, quæ ſuperius dixerat, concludit per hæc verba, ibi; *Secundo tangit Gloſſa, quid de Electione, an valeat facta ſub conditione, ſi vacet, & in hoc tenet Gloſſa, quod non, idem Archidiacon. dicens, quod nulla poteſt poni dictio, quæ ſonet in conditionem, & licet Franciſcus Vercelien. diſtingueret inter conditionem de præterito, & conditionem de præſenti, & tunc valeret, & ſi de futuro eſset, non valeret, finaliter tamen tenet opinionem Archidiaconi, & idem dicunt Innocent. & Hoſtienſ. ſi dicat, conſentio in talem, ſi eſt legitimus ut non valeat, & ſecundum hoc erit caſus ſpecialis, in quo nulla debet apponi conditio, aſſignat Ioannes Monachus rationem, quod licet conditio de præſenti, vel de præterito non habeat in ſui eſſe dependentiam, tamen neceſsaria eſt conditio, an ſit ita, & ſic habeat incertitudinem, ſicut ergo certa eſt Eccleſia, ſic debet eſſe certum votum, & eſt ratio ſecundum Archidiaconum, quia Electionem procedere debeat cura perſpicua, prius ergo inquirat, & poſtea eligat.*

Cardin. Monach. ſub n. 5. ibi: *Sed quid ſi conditio eſt de præterito, vel de præſenti videtur, quod valeat, quia non moratur, &c. dic contra; nam conditio de futuro facit pendere promiſſum, ſecus in promiſſo de præſenti, vel de præterito, & dato, quod ibi non ſit pendentia, eſt tamen ibi cauſæ cognitio, an ita ſit, vel fuerit, vel non, & ſicut Eccleſia eſt certa, cui eſt providendum, ita votum debet eſſe certum, ex quo debeat fieri proviſio,*

Hanc opinionem tenet ipſe Innocent. in principio Textus, quem explicando ſuper conditionibus ibi prohibitis, hæc ait: *Puta conſentio in A. ſi eſt legitime natus, vel ſi novit Jura, & hujuſmodi, vel eligo, ſi habeat majorem numerum*, quæ ſola auctoritas ſilere facit quoſcunque Doctores in contrarium, dum ipſe Innocentius eſt Legislator, qui fecit ſupradictum *Textum in cap. 2. de Elect. in 6.* & ipſe eum gloſſando, & interpretando intelligit ibidem prohibuiſſe conditiones omnes, etiamſi ſint de Præterito, vel de præſenti, prout eſt illa conditio, ſi eſt legitime natus, vel ſi novit Jura, de qua Innocentius intellexit in ſuo Textu.

Concordant omnes alii communiter ſcilicet Hoſtienſ *in eodem cap. 2. in princip.* Barboſ. *numer.* 10. ibi; *Non valet Electio facta ſub conditione ſi vacat, vel ſimili, & quod in ea nihil adjici poteſt, quod ſonet in conditionem etiam de præterito, ſeu de præſenti*, Franch. num. 5. Ripa *lib. 2. reſponſ.* 32. Covar. *lib. 3. variar. reſolut. cap.* 16. *nu.* 2. Lapp. *allegat.* 6. *n.* 4. ubi pariter de conditione de præſenti, ſi ſit Doctor, per quam dicit variari Electionem, quia requiritur cauſæ cognitio Garzias *de benefic. par.* 8. *cap.* 2. *num.* 9. & 10. Vincent. de Franch. *decif.* 438. *num.* 7. ibi: *Licet conditiones de præſenti non ſint proprie conditiones, non ſuſpendant, habent tamen incertitudinem, an ſit ita, & Electio deliberato animo, & certo Judicio fieri debet, &c. & ita deciſum fuit die* 30. *Maii* 1588. ibique Carol. Anton. de Luc. *in obſerv. n.* 1.

Quæ communis opinio tanquam ipſa veritas firmata per Innocentium Legislatorem, omneſque claſſicos Doctores non meretur inturbidari cum doctrinis in oppoſitum allegatis; nam Geminian. Sarboſa, Garzias, dicunt totum oppoſitum, ut ex lectura, prout oppoſitum dicit Sigiſmund. *de Elect. dub.* 28. *n.* 9. & 11. ubi reprobat Cuchum ita, & tamen quod non remanet, niſi *decif.* 106. *coram Cerro*, quæ non loquitur de Electionibus ſubjectis formæ *c. quia propter*, ſed de Electione, ſeu nominatione ad Canonicatum Toletanum, necnon remanet ad caſum ſola auctoritas Paſſerini, qui egregie allucinatus eſt in opinione ſua opponendo pectus contra Torrentem, & cujus Fundamenta tolluntur legendo rationes, quæ allegantur per Doctores ſuperius adductos.

Verum nec ſubſiſtit in facto contrarium aſſumptum, quod agatur in caſu iſto de conditione relata ad tempus præteritum, vel præſens, quia Electores Celſiſſimi Paderbornen. ſe habuerunt relative ad ſolam conditionem de futuro, videlicet, non ad nullitatem, quæ tunc erat in rerum natura, ſed ad nullitatem forſan declarandam in futurum in Judicio Superioris, ſeu Papæ confirmatoris, ut litteraliter cantat proteſtatio ibi; *In omnem vero eventum, quod dicta Electio noſtra in omnibus, & per omnia rite, recte, & punctualiter canonice celebrata præter omnem expectationem ratione prædicti ſecundi Brevis Apoſtolici ſubſiſtere non poſſet, aut ex virtute decreti irritantis, non obſtantibus noſtris prægnantiſſimis rationibus pro infecta, & irrita reputari vellet*. Quæ verba habent oculos ad nullitatem in futurum declarandam ex verbo poſſet, & ex verbo vellet, juncto cum dictione dubitativa forſan, & alia dictione, quatenus, & in quantum inſimul tempus futurum denotantia, & dubitationem referentia ad deciſionem, ſeu declarationem poſtmodum habendam juxta doctrinam Bartoli *in l.* 1. *num.* 20. *ff. de condit. & demonſtrat.* Beroiis *conſ.* 51. *num* 13. Hondedi. *conſ.* 2. *num.* 56. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 186. *n.* 20. cum aliis apud Rotam *in Romana, ſeu Coſentaten. fideicommiſſi ſuper reſervatis* 24. *Aprilis* 1705. §. *Hinc videmus, coram bon. mem. Anſaldo, & in Romana Renunciationis* 25. *Junii* 1706. §. *finali, coram bon. mem. Molines*, & in terminis, quod non valeat Electio relata ad Iudicium 115
Superioris, firmat Ripa *lib. 2. reſponſ.* 32. qui ait non valere Electionem factam ſub illa conditione, ſi placuerit Summo Pontifici, & refert Garzias *de benef. par.* 8. *cap.* 2. *nu.* 11. ibi; *Apparetque bene reſpondiſſe Ripam lib. 3. reſponſ. cap. 32. Electionem factam ſub illa conditione, ſi placuerit Summo Pontifici, irritam fore*, & pariter refert Barboſa *in cap. 2. de elect. in* 6. *numer.* 10. Sigiſmund. *de elect. dub.* 28. *num.* 11. *verſ. Et hinc quoque*.

Ratio concluſionis eſt, quod etiamſi conditio ſit certa in rerum natura; attamen quando Eligentes ſe referunt ad ejuſdem conditionis declarationem de futuro habendam, jam eam exprimunt ſuſpenſive, & 116
ſub voluntate dubia, & incertam, ut loquit Garz. *de benefic part.* 8. *c.* 2. *nu.* 8. ibi: *Et ratio eſt; nam tunc iſtæ conditiones videntur exprimi ſuſpenſive, & faciunt actum conditionalem, & ſic non exprimuntur eo modo, quo inſunt, non enim inſunt ſuſpenſive*, & bene diſtinguendo Sigiſmund. *de elect. dub.* 28. *nu.* 11. ibi; *Conditiones non exprimantur, ſicut inſunt actui cum exprimantur in futuro, & per conſequens ſuſpenſive, &c. & ipſe, &c. quoque ſuſpenſive cum exprimantur in futurum, bene igitur exprimerentur, ſicut inſunt actui ſi diceretur eligo Titium, ſi Juramentum ſolitum præſtitit, vel præſtat, &c. ſi beneficium dimiſit, &c.* Carol. Anton. de Luc. ad Vincent. de Franch. *decif.* 438. *num.* 1. *verſic. Pro eadem opinione*.

Altera ratio ſecundaria eſt, quod per conditionem relatam ſuſpenſive ad futuram declarationem, con- 117
ſenſus Eligentium interim remanet dubius, & dicitur fluctuare in incerto, quo cum tempore Electionis dubitent, an illa conditio ſit eventura, an dubitarunt contrarii Electores ibi; *Præter omnem expectationem, quatenus, & in quantum forſan pro nulla reputari poſſet, & non alias, &c.* utique recurrit diſſonantia per Sacros Canones improbata, quod Conſenſus Eligentium ſit dubius, & incertus, quando debet eſſe certus, & cum animi plena deliberatione, ita ut prius teneantur inquirere, an illa conditio, ſeu illa dubietas ſubſiſtat, vel non ſubſiſtat, & poſtea eligere, ut loquit Joan. Andr. *in dicto cap. 2. de Elect. in 6. num. 7.* ibi; *Neceſſaria eſt cognitio, an ſit ita, & ſic habeat incertitudinem, &c. prius ergo inquirat, & poſtea eligat*, Archidiacon. ſub num. 2. ibi; *In Electionibus faciendis cura debet eſſe perſpicua; nam inquirendum eſt, antequam quis eligatur*, idemque dicunt Geminian. *num.* 10. *verſ tamen neceſſaria eſt cognitio an ſit ita*, Vicent. de Franch. *dec.* 438. *n.* 6.

Utque valida foret Electio, neceſſarium eſſet, quod verificaretur, ſeu dilucidaretur dubietas Electorum de tempore actus, juxta rationem, quam allegat Card. Monach. *in cap. 2. de Elect. in 6. n.* 5 ibi; *Dato, quod ibi non ſit pendentia quoad veritatem rei, eſt tamen ibi Cauſæ cognitio, an ita ſit, vel fuerit, vel non, de qua nil habet facere ille, qui collationem eſt facturus*

publi-

Digitized by Google

publicato ſcrutinio, qui non habet ſe divertere ad alios actus, nec protrahere, quod incumbit, quem refert, & ſequitur Vincentius de Franch. *dicta deciſ.* 438. *num.* 5. ibi: *Quia in Electionibus faciendis cura debet eſſe perſpicua, quia antequam quis eligatur, eſt inquirendum, &c. quia licet, quando conditio ſit de præſenti, quoad veritatem rei, non ſit in pendenti, tamen eſt ibi Cauſa cognitio, an ita ſit, de qua nihil habet facere illi, qui collationem eſt facturus publicato ſcrutinio, qui non habet ſe divertere ad alios actus.*

Et per conſequens ſemper verum eſt, quod conſenſu Eligentium de tempore actus producere non poteſt validam Electionem tamquam incertus, ſuſpenſus, & exiſtens ſub obſcuritate, & caligine, ut egregie Caſtrenſ. *conſ.* 221. *ſub num.* 4. *poſt medium lib.* 2. ibi: *Dum ergo eſſent incerti, an facultatem haberent, videtur, quod poſito, quod revera ipſam haberent, non potuerunt ea uti*, & conferunt tradita per Bartolum *in leg. multum intereſt* 21. *num.* 2. *ff. de condit. & demonſtrat.* quod Judex, qui ignorat ſe Judicem, nulliter procedit, licet revera ſit Judex, & Tutor ignorans ſe Tutorem, nihil agit, quamvis vere ſit Tutor.

Nullitas ergo hujus Electionis eſt inevitabilis, quia de tempore actus, Electores erant ita incerti de nullitate primæ Electionis, ut dixerint ſe habere certam fiduciam obtinendi Confirmationem illius, eam vocaverint rite, recte, canonice, & punctualiter celebratam in omnibus, & per omnia, quodque præter omnem expectationem forſan nulla reputari poſſet, faciendo ſecundum actum in caſum hujus tantum nullitatis in eorum animo quaſi inveriſimilis cum Clauſula illa, & non alias. Itaut dari non poſſit conſenſus magis ambiguus, magiſque fluctuans
118 in incerto contra ſubſtantiam Electionis, qui tamquam actus legitimus conditionem non recipit, neque diem, ad *Textum in leg. actus legitimi* 77. *ff. de regul. juris* ibi: *Actus legitimi in eorum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem.*

N U L L I T A S VI.

Ex quo Electus non acceptavit legitime reiteratam Electionem 30. *Septembris, ſed conditionaliter, vel ſaltem cumulative cum prima* 30. *Auguſti.*

Certa regula, quod nulla Electio valet, quæ ſit deſtituta legitimo conſenſu Electi, juxta *Textum in cap. quam ſit de Elect. in* 6. ubi etiam ſtatuitur, quod in caſum non præſtiti legitimi conſen-
119 ſus intra menſem, Electus declaratur ipſo Jure privatus ſua Electione ibi. *Quem ſi Electus ipſe ultra præſtare diſtulerit Jure, ſi, quod ei ex ſua Electione fuerat acquiſitum ex tunc ſe noverit eo ipſo privatum*, Caſtellin. *de Election. cap.* 14. *num* 40. Barboſa *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 224. Paſſerin. *de Elect. cap.* 20. *num.* 23. Rota *deciſ.* 7. *de Elect. in nov.*

Celſiſſimus Paderbonenſis præſentata ſibi aſſerta Electione 30. Septembris, oppoſuit ſtatim, quod erat valde cogitandum, ex quo anterior Electio erat valida ibi: *Quamvis reiterata hæc Electio propter anteriorem in forma Canonica rite celebratam] deliberatione videatur indigere*, attamen reſpondit ſe conſentire citra quodcumque præjudicium primæ Electionis ibi: *Citra quodcunque præjudicium conſentio*, prævia ſuppoſitione, quod prior Electio non eſſet nulla virtute Brevis Apoſtolici ibi: *Cum perſpectum habeam, quod Electio* 30. *Auguſti non ex contemptu Sanctiſſimi, ſed ex rationibus pregnantiſſimis per Dominos Capitulares ad Rom. Cur. tranſmiſſis celebrata, & in hodierno termino reiterata fuerit.*

Qui modus conſentiendi, & acceptandi ſecundam Electionem cum clauſula illa citra quodcumque præjudicium in ordine ad primam, quam Ele-
120 ctus credebat validam, abſque dubio, dicitur importare conſenſum conditionalem, ut inquit Gratian. *diſceptat.* 980. *num.* 7. ibi: *Et tales Clauſulæ ſine præjudicio, & ſimiles ſunt adeo præſervativæ omnium Jurium, ut reddant conditionale, quicquid geritur, & operatur, ut quatenus inferatur præjudicium, perinde ſit, ac ſi actus non fuiſſet geſtus, itant etiam iſta verba ſalvo Iure, & ſine præjudicio, & ſimilia, idem ſignificant, quod nec alio modo, quam conditionalem Conſenſum inducunt*, Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 138. *num.* 2. Rota *coram Merlin. deciſ.* 316. *num.* 25.

Paria ſunt autem in Jure noſtro nullum præſtare Conſenſum Electioni, ac conditionaliter conſentire,
quia Conſenſus, niſi ſit certus, non eſt Conſenſus, 121
ut optime Innocent. *in ſuo Textu in cap.* 2. *de elect. in* 6. *num.* 1. ibi: *Talis Conſenſus nullus eſt, cum Electiones purum Conſenſum requirant, ſicut ipſi in eum pure conſentire tenentur*, Joann. Andr. ibidem num. 4. ibi: *Purum enim dare debet Conſenſum Electoribus, ſicut, & Electores dant ſibi, ſit ergo cautus Electus, ut intra terminum Juris, ita plene deliberet, quod pure conſentiat, nam ſi illo termino elapſo reperiatur non pure conſenſiſſe, locus eſt ei, quod dicit Innocentius, quod Electores eligere poſſint*, Ancharan. ante num. 1. ibi: *Idem dicas de Electo, qui infra tempus a Jure ſtatutum, debet pure conſentire, alias Electores poſſunt alium eligere.*

Quod adeo verum eſt, ut ſi Electores conſentiant, ſeu acceptent acceptationem conditionalem Electi,
etiam eorum vota fiunt conditionalia, & reproba- 122
ta, nec Electio poteſt amplius ſuſtineri, aut effectuari, niſi fiat de novo, ut ſubjungit Innocent. ubi ſupra ibi: *Immo plus videtur, quod ſi Electores, tunc conſentiant Electo, ſcilicet, qui ſub conditione conſentiat Electioni, tunc, & eorum vota ſimiliter conditionalia reprobata ſunt, unde ex illis votis non debet effectum ſortiri facta Electio, niſi fieret de novo*, Ancharan. ante num. 1. ibi: *Si Electores conſentiant Electo in tali conditionali Conſenſu, eorum vota fiunt conditionalia, & reprobata, nec ex illis debet Electio facta ſortiri effectum, niſi de novo fiat*, Jo: Andr. num. 4. ibi: *Si Electores conſentiant Electo, in tali conditionali Conſenſu, quod eorum vota fiunt conditionalia, & reprobata, nec ex illis debet Electio facta ſortiri effectum, niſi fiat de novo*, Geminian. numer. 6. ibi: *Ex tali conſenſu Electi efficiuntur conditionalia ipſorum vota, & per conſequens reprobata.*

Immo acceptatio Electi cum clauſula citra quodcumque præjudicium involvit aliam circumſtantiam, quod nempe eſt acceptatoria ſecundæ Electionis cumulative cum prima, quod expreſſe damnatum re-
peritur per *Textum in ſæpecitato cap. ut quis duas* 123
de Elect. in 6. ubi requiritur, quod Electus conſentiat determinate uni tantum Electioni, nec poſſit unam acceptare cumulative cum altera, ad effectum, ut ex una illarum valeat Jus habere, ut in puncto, quod iſta acceptatio cumulativa ſit permiſſa in beneficialibus, ſed prohibita in Electionibus tradit Ancharan. *in eodem capit. ut quis duas num.* 5. ubi reddit rationem, quia eſſet cumulatio contrariorum, quæ non licet ibi: *Ratio prohibendi iſtam cumulationem eſt, quia eſſet ſibi contrarius*, Archidiac. num. 1. Geminian. num. 3. Jo. Andr. n. 1. Prob. ad Monach. num. 2. & ſeqq. & communiter cæteri Canoniſtæ.

Neque his adverſatur, quod Electus poſtea fecerit mandatum Procuræ ad petendam Confirmationem reiteratæ Electionis, tamquam apertum æquivocum, quia Electus non facit, niſi actum continuativum in ſequelam acceptationis cumulativæ, a qua non cenſetur receſſum per mandatum Procuræ, ut de his actibus conſecutivis generaliter
firmat Rota *deciſ.* 558. *num.* 4. *part.* 19. *tom.* 2. ibi: 124
Poſita reſciſſione conditionali, intelligitur facta, retentis eodem themate, & conditione, quatenus Conſtitutiones obſtent, potiſſime cum omnes actus prædicti ſint conſecutivi, & in executionem ejuſdem reſciſſionis Conditionalis, quapropter ex illis tamquam geſtis pro executione, & adimplemento ipſius reſciſſionis novatio, & deſtructio ejuſdem reſultare non poteſt.

Ergo mandatum Procuræ non ſubſtulit conſenſum Ele-

Electi condicionalem cumulative datum primæ, ac reiteratæ Electioni, & de jure præſumitur perſeve-
126 rantia in eodem propoſito, non autem mutatio voluntatis, niſi hæc probata ſit expliciter, & concludenter ad tradita per Corn. *conſil.* 275. *ſub num.* 5. *lib.* 4. Decian. *conſ.* 515. *num.* 5. Rota *in Jannen. Abbatiæ* 5. *Decembris* 1689. §. *Et ſane*, *coram bon. memor. Ma-*
127 *nuel* cum aliis relatis apud Me *diſceptat. Eccleſ.* 19. *num.* 6. *& diſceptat.* 20. *num.* 13. Rot. *deciſ.* 206. *nu.* 18. *part.* 7. *recent. & coram Merlin. deciſ.* 164. *num.* 23. *& deciſ.* 194. *num.* 15.

Minus dici poteſt, quod ſaltem Procurator Electi habens amplas facultates, poſſit hoc declarare; nam ultra defectum poteſtatis declarandi ea, quæ pendent ab animo Electi, & quæ iſte tanto ſtudio, & data opera expreſſit, ut probat Ancharan. *in cap. conſtitutis num.* 1. *de elect.* loquens in terminis Electionis, & generaliter Gregor. *deciſ.* 268. *num.* 7. Dunozett. jun. *deciſ.* 856. *num.* 15. Bich. *deciſ.* 66. *num.* 4. *& in dec.* 659. *num.* 12. *cor. Caprara*. Urget reſponſio, quod non agitur hic de declaratione, ſed de ipſa destructione conſenſus præſtiti per Principalem citra præjudicium primæ Electionis, & in omnem caſum iſta declaratio, aut novus conſenſus debet fieri tempore habili, ſcilicet intra menſem a die præſentatæ Electionis, quo elapſo non poteſt amplius fieri talis declaratio, ſed Electus remanet privatus ipſo facto Jure ſuæ Electionis, ut diſponit *Textus in dicto cap. quam ſi de elect. in* 6.

N U L L I T A S VII.

Ex quo ſervatum non fuit ſecretum Electionis, ſed publice, & palam violatum, mediante proteſtatione reiterandi Electionem in perſonam Celſiſſimi Paderbonen.

EX illa proteſtatione, unde tot derivarunt nullitates, deſcendit etiam iſta, quod nempe, dum Electores Celſiſſimi Paderbonen. ibi palam declararunt ſe velle conſtanter inhærere Electioni 30. Aug. & quatenus opus eam repetere, iterumque eligere Celſiſſim. Paderbonenſem, exinde infractum, ac penitus violatum remanſit totum ſecretum ſcrutinii adeo per Sacros Canones commendatum in Electionibus Eccleſiaſticis ſub pœna indeclinabilis nullitatis, etiamſi agatur, ut in caſu iſto, de Electionibus factis per Compromiſſum ſcrutinio mixtum,
128 ut per *Textum in cap. ſi cui de Elect. in* 6. communiter tradunt relati apud Paſſerin. *de elect. cap.* 16. *n.* 36. *&* 39. *& cap.* 17. *num.* 6. *& cap.* 18. *num.* 67. *& cap.* 22. *num.* 7. Andreas Vallen. *in paratillis ad decretal. tit.* 6. §. 4. *in fine*, Pignatell. *conſult.* 100. *num.* 2. *tom.* 1. Sac. Congregatio apud Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 203. *& plene reſolutum fuit in Metten. Monaſterii, coram Coccin. deciſ.* 1326. *num.* 34. *& materia plenius examinata in Creveren. Abbatiæ deciſ.* 1552. *nu.* 67. *cum pluribus ſeqq. coram eodem.*

Nihil obſtante, quod publicatio perſonæ eligendæ ante actum Electionis in ejus tractatu, ſeu diſcurſu præparatorio non dicatur violare ſecretum, ex quo Electores ab hujuſmodi tractatu, & colloquio poſſunt recedere in actu ſcrutinii, & propterea re-
129 quiratur publicatio votorum in ipſo ſcrutinio ad effectum, ut ſecretum cenſeatur infractum, juxta doctrinam Lavor. *de elect. tit.* 4. *cap.* 19. *n.* 56. Paſqualig. *dec. moral.* 262. *num.* 2. *& quæſt. moral. centur.* 2. *q.* 105. *num.* 6. *& alios.*

Etenim non agitur de propalatione votorum facta per aliquem, vel aliquos ex Capitularibus in Colloquiis fieri ſolitis ante actum Electionis, in quibus terminis concluſio procedit, ſed agitur de folio conventionali firmato cum ſubſcriptionibus Capitularium, & inſerto in ventre Inſtrumenti ipſius Electionis, quo caſu iſta proteſtatio, ſeu folium conventionale, ſicut dicitur informare totam Electionem, ita etiam directe percutit ipſum ſcrutinium, ejuſque
130 ſecretum omnino infringit, ut limitando contrariam regulam, explicat Caſtellin. *de elect. in Addit. ad cap.* 7. *nu.* 2. *&* 3. ubi poſt firmatam concluſionem, quod non vitietur Electio, ſi quis ante illam, vel etiam poſt, profiteatur ſe velle eligere hunc, vel illum, deinde limitat ibi: *Si vero hanc propalationem facerent Vocales cuncti præſertim in ſcriptis cum eorum propriis ſubſcriptionibus, &c. proculdubio agerent directe contra diſpoſitionem Decreti Concilii, &c. & per conſequens redditur Electio nulla, & invalida, &c.* idemque firmat Lavor. in oppoſitum allegatus *tit.* 4. *cap.* 19. *num* 56. juxta verba fideliter, & integraliter tranſcripta ibi: *Nec ſi ante Electionem, vel etiam poſt, quis Eligentium diceret ſe velle eligere, vel elegiſſe hunc, vel illum, vitiaretur Electio, quia non per hoc non diceretur ſecreta ad præſcriptum Concilii; Cum potuerit pro altero ſuffragium præſtare, quia non cenſetur Electio, niſi in ipſo actu Electionis, ſeu emiſſionis voti, non tamen debet per Superiores tolerari, aut permitti, ut Vocales omnes, vel major pars ante Electionem ſuam declaret mentem, maxime in ſcriptis cum eorum ſubſcriptionibus, ſignificando palam litteris aliquando directis etiam Superioribus, quem velint eligere, hoc enim eſſet contra Concilii diſpoſitionem, & per conſequens redderetur Electio nulla.*

Si hoc procedit, quando non adeſſet niſi ſola proteſtatio firmata cum ſubſcriptionibus Eligentium, & inſerta in Inſtrumento Electionis, multo magis procedere debet, quando ad ejus formam illi declararunt velle eligere in principio actus Electionis, quando ipſam formulam voti conceperunt cum his verbis: *Ego N. N. in vim præſtiti Juramenti iterato conſentio in N. N. illumque iterum nomino in Epiſcopum*, & quando demum in ipſo actu Electionis communis dixerunt, quod Electionem 30. Auguſti placuerat reiterari, & quatenus opus iterato celebrari, juxta tenorem proteſtationis, quæ omnia oſtendunt ſecretum fuiſſe violatum in tota continuatione actus, & præciſe in ipſa præſtatione votorum in actu ſcrutinii, juxta doctrinam Innocentii *in capit. bona* 23. *de election. num.* 10. *in fine verſic. Cum a principio, quo poſtulaverunt uſque ad finem*, ibique Hoſtienſ. num. 32.

N U L L I T A S VIII.

Ex defectu facultatis eligendi in vim ſecundi Brevis tranſportantis terminum Juris ad diem 30. Septembris quod Electores ſpreverunt conſumando totam facultatem eligendi die 30. Auguſti.

DUrabat Trimeſtre ad eligendum uſque ad diem tertiam Auguſti, ſumpto initio ad ipſa die 6. Maii, qua obiit Epiſcopus anteceſſor, Capitulum vero deſtinaverat diem 29. Julii ad explendam Electionem, ſupervenerunt duo Brevia, ſeu Motus proprii Summi Pontificis, quorum primum mandavit differri Electionem ad menſem inde proximum, id eſt 30. Auguſti, alterum vero erat prorogatorium primi ad alium menſem, ſcilicet uſque ad 30. Septembris.

Cum autem Capitulares Celſiſſimo Paderbonen. favorabiles, poſtquam acceptarunt primum Breve, recuſaverint acceptare ſecundum, & mediante inexcuſabili contumacia, & ſpreto voluerint anticipare Electionem, eamque peragere, & conſumare ſolum in ſequelam primi Brevis ſub die 30. Auguſti, utique non potuerunt poſtea iterare Electionem die 30. Septembris, ea ratione convincenti, quod ad tempus hoc non extendebatur eorum ordinarius Terminus eligendi, niſi mediante ſecundo Brevi Apoſtolico, cujus effectu juvari amplius non poterant, poſt-
quam illud poſitive ſpreverant, & verbis, ac facto 131
renunciaverant, & conſequenter omni effectu ſpoliati erant juxta indubitatum Juris noſtri principium, quod fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem, ut eſt *Text. in cap. bona mem.* 23. *de Elect. verſ. quia fruſtra legis auxilium invocat, & in cap. quia fruſtra de uſur. & leg. auxilium, §. delictis, ff. de minoribus*, & in puncto facultatis eligendi Soccin. Sen. *conſ.* 60. *num.* 5. *libr.* 1. & in terminis prorogationis Bald. *in c. venerabilem n.* 22. *de Elect.* ibi: *Item non debet ei prodeſſe beneficium prorogationis, quam ſequutus*

non

non eſt, ſed potius contempſit eam, & in cap. præterea requiſiviſti num. 19. de appellationib. quia non prodeſt dilatio ei, qui in dilationem commiſit.

Nec obſtat, quod hujuſmodi regula procedit in terminis privilegii, & gratiæ, nec ideo ſit applicabilis ad Breve inhibitorium, quod mandando differri Electionem, per conſequens interim inhibebat, & ligabat manus Electoribus, quo minus durante tempore prohibito eligere poſſent.

Quoniam diverſi erant effectus, quos ſecum ferebat lex inhibitoria, ſeu Breve Apoſtolicum prorogatorium Electionis ad longiorem terminum, & Primus conſiſtebat in Præcepto, & inhibitione, ne fieret Electio intra Menſem prohibitum, & veriſſimum eſt, quod iſte reſpectu Canonicorum erat præceptum, inhibitio, & impedimentum, reſpectu vero Eccleſiæ erat favor, & gratia, ut ei maturius
132 provideratur, ex firmatis apud Cotrad. *in prax. benef. lib. 4. cap. 2. num. 68.* ibi; *Cauſa ipſa reſpicit utilitatem Eccleſiæ vacantis, & ſic quandoque vidimus prorogationem concedi ad alios tres, vel quatuor Menſes, &c. ut ſic opportunius eidem Eccleſiæ conſulatur; juxta illud tempore egemus, ut aliquid maturius agamus.* Alter vero effectus Brevis conſiſtebat in tranſportatione termini Juris, qui expirabat 5. Auguſti ad tempus extraordinarium diei 30. Septembris, quod
133 ſecluſo Brevi Apoſtolico, de Jure Canonicis non competebat, ſed erat tempus ipſi Papæ competens Jure devolutum, qui propterea concedebat, quod ſuum erat, juxta Creſcent. *deciſ. 11. de dilation.* Cotrad. *in prax. beneficior. lib. 4. cap. 2. num. 66.* Pax Jordan. *tom. 2. lucubrat. lib. 10. tit. 7. num. 345.* Rota *dec. 180. num. 5. part. 18. rec.*

Facta hac diſtinctione, clarum eſt, quod licet quoad primum effectum Capitulares, qui elegerunt Paderbonenſem non potuerint renunciare Brevi Apoſtolico, eo quia reſpiciebat favorem Eccleſiæ, & obedientiam debitam Summo Pontifici; potuerunt tamen renunciare quoad ſecundum effectum reſpicientem eorum intereſſe, & reſpective præjudicium, quia potuerunt nolle exercere Jus eligendi in tempore extraordinario, ſeu potius in termino Juris tranſportato virtute Brevis ad tempus extraordina-
134 rium; nam ſicut adveniente die 30. Septembris potuiſſet non eligere, ita præventive potuerunt declarare de non volendo eligere in illo termino tranſportato, juxta doctrinam Abbat. *in capit. pro illorum de præbend. n. 4.* ibi: *Si autem privilegium pariter concerneret perſonam, & Eccleſiam, tunc per Contraventionem perditur Privilegium, quatenus tangit perſonam, ſed non quatenus tangit Eccleſiam,* & quod
135 paria ſint, non eligere ſeu negligere in termino ſibi conceſſo, ac declarare per aliquod factum nolle eligere, tradit Ruin. *in leg. Servi electione, ff. de Legat. prima num. 40.* ubi allegat rationem, quia plus delinquit faciendo, quam negligendo.

Et ratio concludentiſſima eſt, quod Breve Apoſtolicum ex ſupradictis, cum eſſet mixtum, partim ſcilicet continens impedimentum circa prohibitionem eligendi intra certum tempus, partim vero continens tranſportationem termini ordinarii ad tempus extraordinarium, idcirco intelligebatur concedere hanc tranſportationem termini correſpective ad obedientiam præſtandam a Canonicis circa ſuperſedendum ab Electione tempore prohibito, habendo conditionem, ſi & quatenus illi ſervaſſent legem in Brevi præfixam, dum ergo noluerunt obedire Brevi circa partem inhibitoriam, & ſuſpenſivam facultatis eligendi, per conſequens non potuerunt deinde juvari eodem Brevi in parte tantum ipſis favorabili circa gaudendum termino tranſportato, juxta regulam correſpectivitatis oneris, & commodi, de qua *Textus in l. Neſennius Appollinaris 39. ff. de excuſation. Tutor. & in l. ſecundum naturam, ff. de regul. jur.* Ancharan. *conſ. 217. n. 4.* Menoch. *conſ. 738. n. 9.* Rota *cor. Gregor. dec. 187. n. 20. & dec. 371. num. 4.*

Neque hic applicantur termini privationis, & odioſitatis, quia non prætenditur privatio aliqua Ju-
136 ris quæſiti incuſſa ob delictum, vel contumaciam Capitularium, ſed ſolum dicitur, quod ipſi agunt de Jure quærendo, ſcilicet de acquirendo effectu Brevis, quod inhibebat fieri Electionem certo tempore, eamque concedebat in alio per viam tranſportationis termini ordinarii ad tempus extraordinarium, quæ tranſportatio juvare non poteſt illis Canonicis, qui noluerunt præſtare obedientiam primæ parti Brevis concernenti inhibitionem, & ſuſpenſionem facultatis eligendi; nam alias ſequeretur, quod contemnens Inhibitionem, & Præceptum Superioris, poſſet
deinde illo uti, quoad affectus ſibi favorabiles, ut 137
in puncto eſt *Textus in cap. bonæ 23. de elect.* ubi decidituir, quod illi Canonici, qui non obſervarunt Inhibitionem vigore appellationis interpoſitæ ad Papam, non poſſunt gaudere illa in favorabilibus contra alios ibi; *Ubi contra ipſum hac exceptione non poſſent, quia fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem,* & obſervat Layman *in decretal. libr. 1. tit. 6. c. 23. n. 6.* ibi: *Hac autem Inhibitionem, vel ab initio non acceptavit, vel ſi acceptavit poſtea violavit, itaque conqueri hi non poſſunt de aliis Capitularibus, quod a Conſtitutione, atque interpoſita appellatione receſſerint, quia, ut in Textu dicitur, fruſtra legis, aut cujuſcumque conſtituti auxilium implorat, qui committit in legem.*

Minuſque iterat reſponſio, quod Breve, & Præceptum Papæ non penderet ab acceptatione, vel non acceptatione Canonicorum, quod proinde in omni caſu etiam contraventionis remaneat operativum, quoniam veriſſimum eſt aſſumptum, ſed fallacia conſiſtit in applicatione; nam aliud eſt, quod Breve remaneat operativum ad effectum, ut non obſtante Inobedientia, & contraventione irritet ipſo Jure actum attentate geſtum, & ne iſte valeat reſpectu Superioris, & partis, aliud vero eſt, quod remaneat operativum ad effectum, ut poſt contraventionem, impugnationem, & renunciationem, Canonici contumaces poſſint ad illud recurrere, illoque juvari quoad effectum ſibi proficuum, ſcilicet ad effectum gaudendi termino traſportato virtute Brevis, & quod
ſecluſo Brevi ipſis non competiiſſet de Jure commu- 138
ni; quia tali caſu nullitas actus attentate geſti non poteſt allegari in favorem Attentatis, ut producat effectum recurrendi ad Breve, eoque utendi, re amplius non integra, ut firmat Paril. *de reſign. lib. 7. q. 1. n. 21. & ſeqq.* Lancellott. *de attentat. p. 3. c. 31. n. 289.* juxta noviſſimam impreſſionem Pax Jordan. *to. 3. lucubr. lib. 14. tit. 14. n. 229. circa fin.* ibi: *Vigeſima ſecunda pœna, quod Attentans non poſſit ad ſui favorem allegare nullitatem actus per eum attentati,* Ferrett. *conſ. 155. ſub n. 7.* Gonzal. *ad reg. 8 gloſ. 27. n. 36. & 37.*

Idcirco allegare non juvat, Electores uſos fuiſſe Jure ſuo, ſeu eorum termino ordinario, quod antea currere non potuit ipſis impeditis ſuſpenſione, & impedimento Brevis; Cum enim ipſi die 30. Aug. noluerint obedire eidem Brevi, & exiſtimaverint non eſſe tunc impedimentum, non eſſe inhibitionem, & in ſumma non eſſe quoad ipſos aliquod ligamen tanquam nullum, & ſubreptitium, non poſſunt deinde poſt commiſſum attentatum, & enormem ſpretum allegare, quod eſſet impedimentum ipſis auferens, ſeu ſuſpendens facultatem eligendi, dum quando Capitulares 30. Auguſti noluerunt obedire, tunc non erat impedimentum repugnantibus principiis, ut quis aliquam diſpoſitionem accipiat pro impedimento, & pro non impedimento, & in ſumma vo-
lit committere in legem, & gaudere diſpoſitione le- 139
gis, ad *Text. in l. conqueritur, ff. de adminiſtrat. tutor.* Urſell. *concl. legal. 131. n. 36.* Palm. Nep. *allegat. 44. n. 16.* Manz. *conſul. 200. n. 4. bo. me.* Anſald. *de commerc. & mercat. diſc. 89. n. 17.* Gratian. *diſcept. 301. n. 51. & 57.* Rota *dec. 712. part. 18. tom. 2. rec.*

Hinc propterea cum Capitulares memorati ſe non habuerint pro impeditis die 30. Auguſti deveniendo ad Electionem plene conſumatam, dicere non poterant, quod tunc ipſis non curreret tempus ad eligendum propter impedimentum Brevis, quod ipſis non fuit Impedimentum, nec fuit habitum pro impedimento, & per conſequens ceſſato quo ad ipſos impedimento, terminus Juris quoad eoſdem terminavit die 5. Septembris; nam ab ipſo die 30. Auguſti habuerunt manus ſo-

lutas,

lutas, & uſque ad hoc tempus duravit eorum tempus ordinarium ex eorum propria voluntate, & conſenſu, qui ſibi ipſis in hac parte præjudicare potue-
140 runt habendo ſe pro non impeditis, cum non poſſit excipere de impedimento, qui ſe habuit pro non impedito Roman. *conſ. 9. in princ. §. In contrarium* ibi: *Tunc enim impotentia tanquam ſua culpa cauſata ei non prodeſt quin terminus currat*, Layman. *in decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 52. num. 6.* Card. de Luca *de credit. diſc. 143. num. 6.* Rota *deciſ. 263. num. 13. part. 17. recent.* & probat allegatus *Text. in cap. bonæ 23. de elect.*

Ea ratione, quod hæc allegatio impedimenti eſt utilitas ne terminus Juris currat, quomodo autem licitum erit hoc allegare illis Canonicis, qui contraveniendo Brevi Apoſtolico ſe noluerunt habere pro impeditis? Eo enim ipſo, quod reſpectu Electorum Celſiſſimi Paderbonen. non fuit habitum pro impedimento, niſi primum Breve, ſecundum vero fuit ſpretum tanquam non impeditivum, & nullum, inde eſt, quod ab illo die, quo ſe declararunt liberos, ſcilicet 30. Auguſti, incœpit currere reſiduum termini Juris, quod terminavit die 5. Septembris, itaut die 30. Septembris non fuerit amplius tempus ordinarium, quod jam lapſum erat, & ſic fecerunt Canonici iteratam Electionem extra tempus, tam
141 Juris, quam hominis Innocent. *in cap. conſideravimus num. 3. verſ. & intelligo ſuſpenſos de elect.* ibique Bellamer. *num. 8. in fin.* Paſſerin. *de elect. cap. 31. num. 37.* Sigiſmund. *de elect. dub. 103. num. 1. cum aliis in Leodien. Monaſterii 4 Julii 1698. §. Quamvis enim, cor. bo. mem. Anſaldo inter ejus impreſſ. dec. 61. ante n. 1.*

Nihil faciente in oppoſitum doctrina Bellamer. *in cap. Eccleſia veſtra de elect. ſub num. 16.* nam loquitur de eo, qui ſe facit extraneum ab actu, non vero a facultate actus, videlicet ſi Canonicus in die Electionis deſtinata per Capitulares non accedit ad Capitulum, ut firmat Bellamer. quod ſi contingat illo die non fieri Electionem, ſed in alio die,
142 poſſit ille Canonicus accedere ad Capitulum, quod nihil percutit quæſtionem iſtam.

Sic etiam extra propoſitum allegatur Paſſerin. *de elect. cap. 13. num. 41.* quatenus tenet aliud eſſe non eligere in terminis Juris, aliud vero nulliter eligere, quia ejus doctrina vera eſt, ut nulliter Eligentes poſſint iterum eligere, quando tamen durat terminus ad eligendum, unde cum in præſenti iidem Capitulares poſtquam ſe habuerunt pro non impeditis a die 30. Auguſti, fecerint Electionem, & terminus Juris ab inde citra currendo terminaverit die 5. Septembris, non habebant amplius facultatem eligendi die 30. Septembris, ſed eorum Jus remanſit devolutum ad alios Capitulares, quibus uti obedientibus virtute ſecundi Brevis durabat terminus Juris ut probat Lotter. *de re benefic. libr. 3. quæſt. 17.*
143 *num. 105.* Pelizzar. *in manual. tom. 2. tract. 9. cap. 2. ſect. 1. num. 52.* ibi: *Devolvi in duobus caſibus, primo propter negligentiam, ſecundo ob culpam, ut quod in eligendo non ſervaverit debitam formam*, Layman. *in Theolog. moral. in fin. tit. de elect. Prælat. cap. 9. n. 94.* Rota *coram Coccin. deciſ. 1539. num. 3.* ibi: *Immo ſi eſt nulla ob non ſervatam formam cap. quia propter de Elect. poteſtas providendi devoluta eſt.*

Elapſo autem termino Juris, qui malam Electionem fecerunt, non poſſunt de novo eligere, niſi agatur de caſu, quo Electio ſit caſſata propter aliquod occultum vitium Electi, ubi non conſideratur
144 culpa Electorum, ſecus ſi vitium fuiſſet patens, & Electores eſſent in culpa, ut eſt *Text. in cap. ſi Electio de elect. in 6.* ubi Ancharan. conſiderando verba Textus hæc ait: *Propter occultum vitium, quaſi ſecus, ſi propter patens ad hoc faciunt illa Jura, quæ volunt, quod paria ſunt non facere, vel inutiliter facere.*

NULLITAS IX.

Quia Electores non poterant amplius eligere Celſiſſimum Paderbonenſem virtute Brevis eligibilitatis jam conſumpti in primo actu Electionis 30. Auguſti.

SI Breve eligibilitatis remanſerat conſomptum in Electione 30. Auguſti, jam nullitas reiteratæ Electionis eſt patens, dum Celſiſſimus Paderbonen. 145
tanquam alterius Eccleſiæ Epiſcopus non erat eligendus, ſed poſtulandus, *cap. 5. de poſtulat. Prælat. cap. Bonæ cap. In Cauſis, & cap. Scriptum de elect. cap. unic. eodem tit. in 6. cap. ult. de elect. Epiſcop. & extravagant. unic. de Elect.*

Quod Breve prædictum remanſerit conſumptum, eſt evidens, quia quicquid ſit, ubi prima Electio fuiſſet nulliter facta, ſed ignoranter, ſecus vero ubi facta, fuit ſcienter, habita ſcilicet notitia, quod fieri non poterat propter inhibitionem ſecundi Brevis 146
prorogatorii; nam tali caſu Breve eligibilitatis tanquam merum privilegium, remanſit conſumptum in primo actu, juxta Roman. *in ejus celebri conſ. 329. num. 1. cum duobus ſeqq.* quod reperitur communiter receptum per Sac. Rotam, *ut coram Puteo dec. 357. lib. 1.* Rota *deciſ. 3. part. 3. lib. 1. diverſ. & dec. 3. part. 3. lib. 2.* Geminian. *conſ. 103. num. 8.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſ. 24. num. 36. & gloſ. 45. §. 3. numer. 53. & 54.* Corrad. *in prax. beneficiar. lib. 2. cap. 12. num. 118.* Rota *coram Cerro dec. 106. num. 27.* & probat Matta *de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 10. §. 4. num. 30.*

Neque adverſatur, quod ad effectum, ut dicatur ſcienter male facta, & acceptata Electio, requiratur dolus in Acceptante, aut ſaltem ſcientia certa nullitatis, quia contrarium de Jure eſt verius, quod nempe ſufficiat, quod Acceptans ſciat difficultatem, propter quam naſci poteſt nullitas, ut in præſenti caſu optime ſciebat Celſiſſimus Paderbonen. non ſolum difficultatem, ſed immo veritatem nullitatis ob clarum, & rotundum Breve Summi Pontificis prohibens Electionem illo tempore, quo facta fuerat, proteſtante ad hoc, & ingerente malam fidem 147
Decano, & expreſſe demonſtrante nullitatem, & attentatum apertum, in quibus terminis gratia eligibilitatis dicitur conſumpta, cum ad hunc effectum ſufficiat, quod Acceptans ſciverit difficultatem nullitatis, ea ratione, quod ſibi imputare debet, ſi in tali difficultate non conſuluit Peritiores ante acceptationem, ut in puncto Baldus *conſ. 128. num. 14.* ibi: *Interdum acceptatio prima eſt irrita de Jure, & tunc gratia non exſpirat, interdum de Jure valet, ſed facti executio quaſi impoſſibilis eſt, & tunc quidam dicunt, quod poteſt iterato acceptare, Ego dico, quod aut ſciebat tantum difficultatem ingerentem, & ſibi imputet, aut ignoraverit, alias non accepturus, ſi ſciviſſet, & tunc iterata eligere poteſt, idemque firmat Gloſſa in cap Ut quis duas de elect. in 6. in verbo eligere*, ubi quod non excuſat ignorantia Juris.

Pro qua concluſione aſſiſtit ratio, dum agitur de mera gratia, & privilegio contra Jus, quod caute exerceri debet: nam alias cum agatur de Jure quærendo, actus quicunque ſufficit ad conſumptionem facultatis, dummodo ſcienter factus appareat, ut tradit Gabriel. *commun. concl. lib. 6. tit. de legib. concl. 2. num. 31.* Rota *coram Emerix Junior. deciſ. 27. num. 1. & per tot.* ubi quod ſufficit ſcientia etiam præſumpta, & veriſimilis ad effectum conſumptionis facul- 148
tatis, & quod ſufficiat ſola, ac ſimplex ſcientia formæ non ſervatæ, firmat Abbas *in cap. Cauſam quæ num. 10. de elect. verſ. Aut ignoranter*, Matta *de Cauſ. Conſiſtorial. ſect. 19. num. 30.*

Sibi enim imputare debet Celſiſſimus Paderbon. ſi ſciendo, quod habebat merum privilegium eligibilitatis exorbitans, & continens Jus quærendum poſt intimatum ei Breve Apoſtolicum, & ſibi deductam notitiam nullitatis, acceptare voluit Electionem nullam, quia ſpeciale eſt, ut in hac materia ſtricte procedatur, & ſufficiat ſcientia facti, ex quo reſultat nullitas, ſive Acceptans eam credat, vel non credat, quia nunquam excu-

excuſatur, dum tenetur indagare, & interim habe-
149 tur pro ſciente Card. Zabarell. *in cap. Inter dilectos num. 5. in fine de exceſſib. Prælator.* Rota *cor. Puteo deciſ.* 261. *numer.* 2. *lib.* 1. ibi: *Quia reſpondebatur, quod dicta regula non procedit, ubi ſumus in actu, in quo quis tenetur indagare, quia tunc præſumitur ſcientia, cum aliis relatis in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus* 10. *Martii* 1702. §. *Alia vero coram clar. mem. Eminentiſs. Caprara.*

Nihil ſuffragante, quod *conſil. Romani* 329. loquatur de expectativa ad diverſum beneficium, non autem ad idem, quia id non legitur in eo Conſilio, & quando hæc circumſtantia adeſſet, nihil officeret; nam ratio Concluſionis eſt, quod omnis facultas
150 conceſſa intelligitur in primo actu, non autem pro ſecundo, juxta *Text. in leg. Boves*, §. *Hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific.* unde ſolum querunt Doctores, an actus ad effectum, ut dicatur conſumpta facultas, debeat eſſe validus, & affirmative concludunt, quoties tamen quis non acceptet actum nullum ſcienter, ſeu habita notitia nullitatis, ut in materiis profanis habemus in materia optionis legatæ, ubi ſi quis habens Electionem Vini, eligat Acetum ignoranter, non conſumit facultatem in illo actu, ſecus ſi eligat Acetum ſcienter, ut eſt *Text in leg.* 2. *in fine*, *& leg.* 3. *de optica. legat.* ibique Bartol. *nu.* 3. ad rem noſtram advertit, quod in Electionibus beneficialibus facultas eligendi conſumitur per primam vicem, quando Electio facta eſt ſcienter ibi: *An eſt conſumpta Electio? Reſpondeo, aut Elegerunt ſcienter, aut ignoranter, ut hic dicitur, & inferius ibi utrum debeat diſtingui, ſcienter, vel ignoranter male elegerit, videtur quod ſic, ut in cap. Quia propter* 10. *de Elect.* Gabriel. *commun. concluſ. lib.* 2. *concluſ.* 2. *num.* 6. *verſ. Amplia*, Baldus *d. conſ.* 228. *num.* 1. *to.* 4. ſibi ergo imputet Celſiſſimus Paderbonen. ſi loco bonæ acceptavit Electionem malam, & ſic loco Vini elegit Acetum.

Et mirabiliter probat *Text. in ſæpe memorato cap. Ut quis duas de elect. in* 6. ubi permittit Electo in duabus Electionibus ſibi capere, & acceptare illam Electionem, quam proſequi intendat, ibique *Gloſſ. in verbo Eligere* firmat, quod ſi eligat male ignorantia Juris, hæc illum non excuſat, quia tenebatur conſulere Peritiores, & conſequenter, licet agatur
151 de eadem Eccleſia, adhuc facta ſemel mala Electione, non poteſt habere regreſſum ad aliam Electionem, ſed facultas eligendi conſumpta remanet in primo actu, & regulare eſt, quod ubi habetur notitia facti, ſcientia nullitatis, quæ Juris eſt, præſumetur, etiamſi agatur de Ruſticis, & fœminis, eo principio, quod agitur de Jure quærendo ad *Text. in leg. Si emancipata, Cod. de jur. & fact. ignorantia*, optime Sperell. *deciſ.* 61. *num.* 31. *& deciſ.* 91. *num.* 83. *in fine*, præſertim quando nullitas erat manifeſta propter decretum irritans Brevis, quod ligat nedum Scientes, ſed etiam Ignorantes, Sperell. *deciſ.* 191. *num.* 31. Lavor. *de elect. cap.* 19. *num.* 10. Rota *coram Coccin. deciſ.* 1810. *num.* 5. *& ſeqq.*

Quibus accedit, quod hoc Breve eligibilitatis erat pura gratia Sedis Apoſtolicæ circa Jus quærendum, ubi Celſiſſimus Paderbonen. eo ipſo, quod una cum aliis Capitularibus denegavit obedientiam eidem Sedi Apoſtolicæ, & aliquid commiſit, quod
152 tangeret auctoritatem Papæ concedentis, ipſo Jure cecidit a beneficio, & gratia eligibilitatis tamquam in materia connexa, juxta punctuale *conſil.* 60. Soccin. Senioris *num.* 5. *lib.* 1. ibi: *Aut quis committit in legem, & vult gaudere beneficio ejuſdem legis, & non poteſt, quia perdit illud, aut quæritur numquid perdat beneficium alterius legis, in quam non commiſit, & tunc aut connexæ, & in materia connexa, & idem dicunt.*

N U L L I T A S X.

Ex quo Capitulares ſpreverunt præceptum Papæ, inthronizzarunt Celſiſſimum Paderbonen. in Epiſcopum Electum die 30. *Auguſti, quod nullam reddit iteratam Electionem, vel ſaltem caſſandam, & non confirmandam cum clauſula Supplentes.*

QUam enormis fuerit ſpretus commiſſus per Canonicos Electores Celſiſſimi Paderbonenſis contra ſecundum Breve Sedis Apoſtolicæ, amplius in dubium revocari non poteſt, quia non obſtante ejus Intimatione, & præſentatione denegarunt illi executionem, & obedientiam conſumando Electionem 30. Auguſti cum ſpretu Auctoritatis Apoſtolicæ, & Sacroſancti Oraculi ſan. mem. Clementis XI. vocando illud ſubreptitium, & obreptitium, læſivum Concordatorum Germaniæ, præjudiciale Eccleſiæ circa longiorem Electionis protractione, & denique productivum ſcandalorum, & rixarum uſque ad profuſionem ſanguinis, ex quo dicitur contempta Auctoritas Papæ, nedum per exceptiones incongruas, 153
ſed etiam per inobedientiam qualificatam cum excuſationibus frivolis, quæ non minuunt, ſed aggravant delictum, tamquam media incongrua ad uſurpandam auctoritatem delinquendi, & denegandam obedientiam Supremæ Poteſtati, ut ait *Textus in cap. Inter dilectos* 11. *de exceſſib. Prælator.* ibi; *Excuſationem prædictam frivolam reputantes, cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas excuſationes in culpis delinquendi auctoritas aſurpatur*, ibique Butr. num. 3. hæc ait: *Nota tertio, quod delictum non alleviatur excuſatione, aut palliatione, ſed potius aggravatur*, concordat Hoſtienſ. num. 9. ubi ait hujuſmodi excuſationes eſſe verba malitiæ ibi: *Quæ verba malitioſa ſunt, unde Pſalmus, non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis, ex quo ſumpta ſunt verba illa, qui excuſatores magis puniendi ſunt, quam alii delinquentes, cum eis præſtent materiam delinquendi.*

Cui non reſiſtit illud objectum, quod aliud ſit non parere, & aliud contemnere; quoniam illi Capitulares non ſolum ſe continuerunt intra limites non parendi per verba, & proteſtationem, detrectando obedientiam, ſed immo ſe extenderunt ad poſitivum ſpretum mediante facto prorumpendo ad Electionem, eamque conſumando, non obſtantibus 154
acerrimis proteſtationibus Decani, ante, & poſtea repetitis, ut probat Felin. *in cap. Si quis num.* 7. *de majoritat. & obedient.* ibi: *Quod quis dicitur contemnere ſecundum eum ille, qui monitus pertinaciter ſe ingerit*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 433. *num.* 1. *&* 4. ibi: *Probatur autem quem contemnere, qui monitus pertinaciter ſe ingerit*, Riminald. Jun. *conſ.* 703. *num.* 2. ibi: *Contemnere eſt aſpernari, & non curare*, & rurſus ibi: *Tunc dicitur contemnere, quando voluntas ejus in hoc dirigitur, ut nolit obedire, quia ſpernit poteſtatem præcipientis, & conſ.* 708. *num.* 20. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *in præfat. num.* 43. ibi: *Qui contemptus deducitur ſi quis ſciens, & prudens prohibitioni Superioris non pareat.*

Sic etiam adumbrari non valet enormitas ſpretus, ex quo tam Celſiſſimus Paderbonenſis, quam ejus Electores paruerunt primo Brevi, & tamen non paruerunt ſecundo, quatenus hoc habebat in ventre cauſam ſpecialem; quo maturius, & concordius Canonici devenire poſſint ad Electionem, quia ſecundum Breve erat appendix primi, & uniforme primo etiam circa cauſam, advertendo, quod primum dicebat: Juſtis, & rationabilibus ex cauſis nobis notis, ſecundum vero habebat in ventre primum ibi: *Servata cæteroquin forma noſtrarum præcedentium litterarum*, & ſic continebat eaſdem cauſas generales, quibus cumulative tantum ſuperaddita fuit cauſa ſpecialis, quo maturius, & concordius, urgente de cætero firmiſſime regula, quod etiam ſtante illa cauſa ſpeciali, erat obediendum, non autem reſiſtendum per Subditos, mediantibus interpretationibus, & gloſſis, cum non pertineat ad Subditos ſe facere Judices Brevium Apoſtolicorum de

plenitudine poteſtatis emanatorum, & ſub hoc artificioſo velamine impune contemnere Præcepta Apoſtolica, quod eſſet difficultate Obedientiam Pontifici Maximo per totum Orbem Catholicum, eoque magis in partibus, ubi non deficiunt Acatholici, ut
155 in terminis, quod etiam in caſu legitimæ dubitationis nunquam ſit contraveniendum, ſed ſolum liceat ſuperſedere, & expectare reſponſum Papæ, loquit *Text. in Canon. multum ſtupeo* 3. q. 6. ibi: *Noſtra erat expectanda cenſura, ut nihil ipſe prius decerneres, quam quid nobis placeret agnoſceres, & in capit.* 5. *reſcript*, ibi: *Aut mandatum noſtrum reverenter adimpleas, aut per Litteras tuas, quare adimplere non poſſis rationabilem cauſam pretendas*, Gonzal. *in dicto cap.* 5. *de reſcript. num.* 3. Paſſerin. *de elect. cap.* 14. *num.* 56. ibi: *Nullus Capituli Electionis Præſes, aut Capitulum habet, ut poſſit ſimpliciter examinare Litteras Apoſtolicas, an validæ ſint, vel non validæ, ſed eis obedire debent, & earum executionem non impedire.*

Firmato autem hujuſmodi ſpretu qualificato, inde oritur nullitas iteratæ Electionis 30. Septembris, eo
156 quia Electores propter hunc ſpretum remanſerunt ſuſpenſi, vel cenſuris Eccleſiaſticis innodati; nam de Jure civili hujuſmodi Tranſgreſſores puniri debent pœna ſacrilegii, ut in *l. Sacrilegii inſtar, Cod. de diverſ. reſcript.* ubi Baldus in ſummat: *Contemptor auctoritatis Pontificalis pœna ſacrilegii punitur*, quod repetit Gonzal. *in cap.* 5. *de reſcript. in verbo reverenter adimpleas.*

Inſpecta autem Juris canonici diſpoſitione, certum eſt, quod præter nullitatem actus, Tranſgreſſores hujuſmodi gladium Excommunicationis incurrunt, ut ſpectato Jure antiquorum Canonum legere eſt in *Can. omnis* 11. q. 3. ibi: *Inobediens mucrone ſpirituali truncatur, & in Canon. nulli diſtinct.* 19. Cujus verba notanda ſunt ad effectum, ut dignoſcatur, cujus ponderis, & gravitatis judicetur Clericorum inobedientia erga mandatum Summi Pontificis, ait enim Gregorius IV. ibi: *Nulli fas eſt vel velle, vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ Sedis præcepta, nec noſtræ diſpenſationis miniſterium, quod veſtram ſequi oportet Charitatem. Sit ergo ruina ſua dolore proſtratus quiſquis Apoſtolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter Sacerdotes habeat, ſed extorris a Sancto miniſterio fiat, nec de ejus Judicio quiſquam poſtea curam habeat, quoniam jam damnatus a Sancta, & Apoſtolica Eccleſia, & auctoritate ſua de inobedientia, atque præſumptione a quoquam eſſe non dubitatur, quia majoris excommunicationis dejectione eſt abjiciendus, cui Sanctæ Eccleſiæ commiſſa fuerit diſciplina, qui non ſolum præfatæ Sanctæ Eccleſiæ juſſionibus parere debuit, ſed etiam aliis, ne præterirent inſinuare, ſitque alienus a Divinis, & Pontificalibus Officiis, qui noluit Præceptis Apoſtolicis obtemperare*.

Attento autem Jure noviſſimo decretalium a Gregorio IX. compilatorum, habemus diſpoſitionem
157 *Text. in cap.* 1. *de nov. oper. nunciat.* ubi ſtatuitur ſuſpenſio ab officio ibi: *Si vero, quod non credimus, præceptum noſtrum, ſicuti præmiſſum eſt, vel contempſeris, vel diſtuleris adimplere a Pontificali Officio ex tunc noveris te ſuſpenſum.*

Stante autem hac ſuſpenſione ſaltem incurſa per iſtos Capitulares propter denegatam obedientiam Præceptis Apoſtolicis, eorum Electio iterata die 30. Septembris ſuſtineri non poteſt tamquam facta a ſuſpenſis, juxta *Text. in cap. Cum inter* 16. *de elect. & cap. Cum dilectus* 8. *de conſuetud. ibique Gloſſ. in verbo a ſuſpenſis*, Innocent. *num.* 4. Panormitan. *num.* 18. Bald. *num.* 13. Caſtellin. *de elect. cap.* 5. *num.* 15. Paſſerin. *eod. tract. cap.* 10. *num.* 88. & 96. ubi ampliat etiam in ſuſpenſis occultis, dummodo, ut in caſu iſto fuerit illis facta oppoſitio ante Electionem, Rota *coram Seraphin. deciſ.* 890. *num.* 8.

Rurſus ſuſtineri non poteſt etiam ex parte Electi, qui ſimul cum Electoribus non præſtitit obedientiam
158 Sedi Apoſtolicæ, & propter hoc remanſit ineligibilis, juxta *Text. in cap. de poſtulat. Prælator.* ubi Papa irritam declaravit Poſtulationem factam de Epiſcopo Altiſſiodorenſi, eo quod non paruerat Interdicto Apoſtolico, non obſtante, quod idem Epiſcopus allegaret plures cauſas, ob quas obedire obligatus non fuerat, dum eas Papa reputavit inſufficientes, ibi: *Inde liquido conſtat ſæpedictum Epiſcopum ſufficienter excuſari non poſſe, &c. poſtulationem hujuſmodi repellimus, ut indignam*, & Bald. *in cap. licet de vitanda num.* 7. *de elect.* dicens ibi: *Numquid omnis, qui non obedit Papæ eſt ineligibilis? reſpondeo, licet non ſit hæreticus, quia credit in Symbolo, nec ſit ſchiſmaticus, quia credit in vera Eccleſia militante; tamen impoſtulabilis eſt, & multo fortius ineligibilis.*

Ex alio etiam capite nullitas Electionis deſumitur, dum hujuſmodi Electores recognoverunt in prima Electione Celſiſſimum Paderbonen. eumque receperunt, ut electum, mediante inſtallatione, præſtatione obſequii, deductione ad Palatium, introductione ad Curiam Tribunalium, ſubſcriptione Capitulationum, & contradiſtinctione per locum ſeparatum ab aliis Capitularibus, propter quam recognitionem ipſi 159
uſque tunc remanſerunt privati ipſo jure poteſtate eligendi, itaut poſtea non haberent facultatem reiterandi Electionem, ut firmat Innoc. *in c. gratum ſub n.* 2. *de poſtulat. Prælator.* ibi: *Item, qui recipit in Epiſcopum Poſtulatum, vel Electum, cujus nulla eſt Poſtulatio, vel Electio ipſo jure privatus eſt poteſtate eligendi*; quem ſequuntur omnes Canoniſtæ Butr. nu. 15. Panormit. n. 14. Hoſtien. n. 2. Bellamer. n. 1. Jo: Andr. n. 4. quam nullitatem ſalvare non poteſt ſtylus Regionis, ſi qui adeſt faciendi ſimiles recognitiones, & receptiones Electi, quia eſſet corruptela contra Sac. Canones introducta, nec ideo apta ad evitandam privationem facultatis eligendi expreſſa in jure.

Pariter non obſtat, quod in Brevi Apoſtolico non fuerit adjecta alia pœna, quam nullitatis actus, quia diſtinguendum eſt inter eos, qui ignorant Præceptum Papæ, & inter ſcientes, & contumaces; Re- 160
ſpectu enim ignorantium, verum eſt, quod non poteſt dari alia pœna, quam adjecta, ſeu veniens ex natura Brevis, ſecus reſpectu ſcientium, qui ultra nullitatem actus evitare non poſſunt alias pœnas expreſſas in jure, ut eſt illa ſuſpenſionis, & ineligibilitatis, de quibus ſupra.

Verum, ubi etiam dicendum foret ex hoc capite ſpretus Electionem non fuiſſe nullam ipſo jure, adhuc inevitabile eſt motivum, quod ſaltem ut caſſan- 161
da, vel non confirmanda, tamquam facta per Contumaces Sedis Apoſtolicæ, qui non debent relinqui impuniti, ne factum adeo notabile tranſeat in exemplum auctoritati Apoſtolicæ pernicioſum, & ne Inobedientes triumphent, & mereantur gratiam confirmationis Electionis ab Apoſtolica Sede, cujus auctoritatem ſpreverunt in ipſa materia Electionis, ut expreſſe proteſtatur Pontifex de puniendo hujuſmodi Inobedientes *in cap.* 1. *de Poſtulat. Prælator.* ibi: *Secundum Apoſtolum prompti ſumus Inobedientiam omnem ulciſci, ne nil obedientia prodeſſe videretur humilibus, ſi contemptus Contumacibus non obeſſet, ibique Gloſſa in verbo Contemptus*, reddit rationem; nam facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi, & in terminis punctualiſſimis, quod ſit caſſanda poſtulatio facta per Contumaces Sedis Apoſtolicæ eſt *Text. in cap. Bona* 23. *de elect.* ubi quod Canonici ſpernentes appellationem interpoſitam ad Papam reddunt ſe indignos ibi: *appellationem ad nos legitime interpoſitam contemnentes reddiderint ſe indignos*, ibique Bald. n. 37. in fine, ſic ad propoſitum concludit, *poſtulatio irritatur, quia contempſerunt Legem vivam, ideſt mandatum Papæ, & plus peccat, qui Legem vivam offendit, quam qui mortuam Legem, & gloſſ. ibid. in verbo Cauſis ibi: & plus eſt contemnere Legem vivam, quam mortuam*.

Et habemus frequentia exempla in Decretalibus, ubi propter aliquam circumſtantiam, ſeu culpam, Romani Pontifices conſulti ſuper materia Electionum, eas, licet mero jure validas, tamen caſſarunt, Confirmationem denegantes, ut omnem Inobedientiam ulciſcerentur, & ne contemptus Contumacibus obeſſet, ut in *cap.* 1. & 2. *de poſtulat. Prælator. cap. Per inquiſitionem cap. Bona* 23. *cap. Cum ad noſtram, & alibi de elect.* unde cum ſucceſſerit iſte caſus, & cauſa pendeat in Conſiſtorio Papæ, eſſet dare aliis incentivum impune ſpernendi auctoritatem Sedis Apoſtolicæ, ſi loco caſ-

ſandi

ſandi Electionem in pœnam contumaciæ, ea deberet
confirmari, ut in terminis, quod etiam Electio va-
lida ex parte Formæ, & Perſonæ poſſit per Superio-
rem caſſari, ex cauſis extrinſecis, & bonum publi-
162 cum reſpicientibus, prout ſine dubio eſt illa punien-
di Contumaces in eo, in quo delinquerunt, & re-
integrandi Majeſtatem Sedis Apoſtolicæ firmat Paſ-
ſerin. *de elect. cap.* 33. *n.* 150. ibi: *ex cauſa extrinſeca
ſpectante ad bonum publicum etiam nullo præſuppoſito
defectu, vel in Electione, vel in Electo, & Ego ſcri-
pſi diſceptat. Eccleſ.* 21. *n.* 1. & in puncto Rota *dec.*
518. *n.* 7. *&* 8. *cum duobus ſeqq. part.* 19. *rec.* ubi in ter-
minis Concordatorum Germaniæ.

Vel in omnem caſum hujuſmodi Electio facta
per Contumaces Sedis Apoſtolicæ debet ſubtiliter,
& rigoroſe examinari, itaut quicumque minimus
defectus ſufficiens eſſe debeat ad eam annullandam,
& caſſandam, & itaut nullo modo poſſit concedi
163 confirmatio cum clauſula *Supplentes*, quia talis clau-
ſula eſt de mera gratia, quam ſane merentur Con-
tumaces, & Inobedientes, ut inquit Bald. *in c.* 1. *de
Poſtulat. Prælator. num.* 17. ibi: *Nota quod incaſſum
laborat, qui Papæ ſupplicat, &c. quia non eſt veriſi-
mile, quod gratia concedatur odioſis.*

Quod reſultat ex ipſa mente Concordatorum Ger-
maniæ, in quibus dicitur, quod ſi Electiones ſint
minus canonicæ providebimus, quæ verba ſignifi-
cant, quod non teneatur Papa relaxare habenas in
confirmatione hujuſmodi Electionum, ſi minus ca-
nonicæ ſint, ſcilicet, ſi patiantur aliquem qualem-
cumque defectum, etiam ſi reliqua concurrerent pro
validitate, ut reſpondendo Literis Eneæ Silvii, po-
ſtea Pii Secundi, reſpondet Rota *cor. Coccin. deciſ.*
1552. *a n.* 41. *uſque ad n.* 55. unde rigor Juris, & Con-
cordatorum nequaquam ſecumfert iſtam gratiam ſa-
natoriam cujuſcumque defectus.

Cum itaque in hujuſmodi Electione concurrant
tot, tantique defectus, ſcilicet tam defectus faculta-
tis eligendi, quam alii reſpicientes penitus violatam
formam *c. quia propter*, imperceptibile videtur, quo-
modo huic Electioni ſuppleri poſſint defectus adeo
ſubſtantiales, ut recognovit Rota *in d. dec.* 1552. *ex
n.* 36. *ad ſeqq.* ubi dicit Electionem triplici modo di-
ci canonicam, large, ſtricte, & ſtrictius, quodque
Concordata intelligenda ſunt de Electionibus ſtri-
ctiori modo acceptis, ſcilicet factis cum tota minu-
tiſſima ſolemnitate, quæ præſcribitur *in capitul. quia
propter Elect.* Matta *de Cauſ. Conſiſtorial. ſection.* 20.
164 ubi quod ſuppleantur tantum defectus accidentales,
quorum unus eſſet, ſi Electio facta fuiſſet in loco
minus honeſto, ſecus ſecus ſubſtantiales, ut *n.* 31. 32.
& 44. Paſſerin. *de Elect. cap.* 33. *n.* 167. *verſ. & nihilo-
minus*, Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 18. *q.* 6.
num. 4. Barboſ. *clauſ.* 177. *n.* 11.

Fortius autem, quando ex prædictis agitur de E-
lectione facta per Inobedientes, & Contumaces Se-
dis Apoſtolicæ, ubi nullus inter Doctores hactenus
dixit, quod poſſit concedi clauſula *Supplentes*, etiam
ſi agatur de accidentalibus defectibus, dum totus ri-
gor exercendus eſt adverſus hujuſmodi Contumaces,
165 quos Rebelles vocant Butr. *in c. Sane il* 2. *n.* 4. *de Of-
fic. delegati*, & poſt ipſum Fagnan. *in c. Cum ex injun-
cto n.* 42. *de nov. oper. nunciat.* & Angelus *in l.* 2. *§. fin. n.* 2.
de Judic. ubi hæc notabiliter ait ibi: *Intelliguntur
Rebelles omnes exiſtentes in protervia, & in notoria ino-
bedientia*, & ſequitur Natta *conſ.* 480. *n.* 18.

Alias enim procedendum eſſet contra ſententiam
Text. in c. 1. *de poſtulat. Prælator.* ibi: *prompti ſumus
Inobedientiam omnem ulciſci nil obedientia prodeſſe
videretur humilibus, ſi contemptus Contumacibus non
obeſſet*, dum alii Canonici obedientes nullum fructum
conſequerentur de eorum obedientia, ſi Electio Con-
tumacium non ſolum non caſſaretur, ſed immo con-
166 cederetur Confirmatio cum ſanatione defectuum, &
ſic nedum contemptus Contumacibus non obeſſet,
ſed prodeſſet, cum exemplo perniciosiſſimo poteſtati
Apoſtolicæ, cujus Præceptis contraventum fuit.

Eo magis, dum non tractatur de Electione facta
cum magno exceſſu votorum ultra dimidiam partem,
& adeſt Sereniſſimus Princeps Carolus Contradictor
in Cauſa una cum ſuis Capitularibus, in quorum
præjudicium nunquam exerceri poteſt ullus minimus
actus gratiæ, ſed jura noſtra clamant rigorem, ex- 167
poſcunt ſeveritatem, & repoſcunt vindictam, ut in
dicto Textu ibi: *prompti ſumus Inobedientiam omnem
ulciſci*, & in puncto clauſulæ *Supplentes*, tradit Jo-
vius *de Solemnit. in contract. Minor. gloſſ.* 8. *§.* 5. *n.* 8. &
in terminis Electionis factæ in diſcordia magna, quo-
rum altera non multum excedat medietatem, eſt *Gloſſ.
in cap. Si quando de elect. in* 6. Fagnan. *in cap. Nihil* 44.
n. 6. *de elect.* ubi reddit rationem, ne gratia uni fa-
cta redundet in alterius injuriam, & præjudicium,
idem Fagnan. *in cap. Publicato n* 30. *& ſeqq. de elect.*
Caſtellin. *de elect. cap.* 15. *n.* 58. *verſ. & pariter*, Donat.
q. Regular. part. 3. *tract.* 7. *q.* 9. *n.* 4. Peyrin. *in Formular.
elect. in verbo Confirmato cap.* 18. *n.* 6. *in fin.* & optime
Lezan. *tom.* 4 *conſult.* 10. *n.* 32.

Neque hoc evitatur, ex quo Summus Pontifex
audita reſolutione Sacr. Congregat. illam clementiſ-
ſime approbavit; Cum enim eodem contextu con-
ceſſerit novam Audientiam, novum ſane argumenti
genus eſt prætendere, quod definitive approbaverit,
& ſuſtulerit omnes exceptiones Cauſæ, quando nil
magis tritum, quod donec pendet appellatio, & au-
dientia, non poteſt allegari aliquod definitum, vel
ſententiatum, & illa approbatio Summi Pontificis 168
habetur pro non approbatione, perinde ac ſi non
emanaſſet; nam alias novam Audientiam, novam-
que Cauſæ reviſionem non conceſſiſſet, ut eſt re-
gula quotidiana, de qua Rota *coram Gregor. deciſ.*
313. *num.* 4. *& deciſ.* 365. *num.* 3. *& coram Coccin. dec.*
125. *num.* 4. *& coram Peutinger. deciſ.* 173. *num.* 18. *&
in rec. deciſ.* 230. *num.* 13. *part.* 18. *tom.* 1.

Nec etiam ſuffragatur exemplo in Colonien. Con-
firmationis Electionis, quoniam in ea Cauſa non
comparebat, nec informabat Cardinalis de Furſtem-
berg coelectus, & ideo non mirum, ſi adjecta fuit
clauſula *Supplentes*, contrarium vero exemplum ha-
betur in Leodin. Electionis inter Principem Clemen-
tem Bavariæ, & Eminentiſſ. Cardin. Bulionum, in 169
qua Cauſa ſan. mem. Innocentius XII. noluit, quod
aliquid ex gratia ſuppleretur, ſed totum procederet
ex Juſtitia æque adminiſtranda inter duos Colliti-
gantes, ſecluſa hinc inde Gratia, ſeu clauſula *Sup-
plentes*, quod exemplum eſt punctuale ad caſum, &
unice ſequendum ad *Text. in leg. Prætor*, *§. Quoties*,
ff. de Collat. bonor. ibi: *Quod dico exemplo, ut mani-
feſtius fiat*, Oldrad. *conſ.* 244. *num.* 14. *verſ.* 5. Bald.
conſ. 358. *num.* 4. *verſ. Sed quid eſt lib.* 1.

Ultra aliam reſponſionem, quod nullum adeſt ex-
emplum, quod fuerit confirmata Electio facta per
Contumaces Sedis Apoſtolicæ cum clauſula *Supplen-
te*, ſed bene revolventibus Decretales Juris Canoni- 170
ci, patebit in pluribus caſibus fuiſſe caſſatas hujuſ-
modi Electiones, non autem ullo modo confirma-
tas, ne detur motivum impune reſiſtendi Præceptis
Papæ, utque inquit *Text. in leg. meminerit*, *C. un-
de vi* in illis verbis ibi: *Ne injuriarum naſcatur oc-
caſio, unde Jura naſcuntur*, & conſequenter non ap-
plicantur exempla in Monaſterien. Coadjutoriæ, &
in dicta Colonien. Confirmationis Electionis, quæ
allegantur in oppoſitum recurrente doctrina Bald.
in cap. 1. *de poſtulat. Prælat. n.* 17. quod, incaſſum la-
borat qui Papæ ſupplicat pro perſona ſibi non gra-
ta, quia non eſt veriſimile, quod gratia concedatur
odioſis, & notandum eſt, quod Baldus intelligit
odioſos Inobedientes, de quibus loquitur ille *Textus*,
& Can. eſt injuſta miſericordia 23. *q.* 4. *in fine*.

Præſertim quia exemplum in eadem Monaſterien.
Coadjutoriæ, de quo agit Card. de Luc. *de Canonic.
diſc.* 17. *n.* 3. *&* 4. ex alio capite non applicatur, dum
emanavit in materia Electionis Coadjutoris, in qua
locum non habet forma ſtabilita *in cap. quia propter*, 171
nec conſequenter nullitas ex eo deducta, ſed ſuffi-
cit pro Electione Coadjutoris ſolos conſenſus Capi-
tularium, ut in ſpecie Card. de Luc. *de Canonic. d.
diſc.* 27. *nu.* 4. *&* 5. Matta *de Cauſ. Conſiſtorial. ſect.* 22.
num. 79. R. P. D. Marald. *in voto apud ipſum impreſſo
ibidem num.* 86. *verſ. ſecunda*.

Acerrime diſcuſſa fuit hæc Cauſa in hac ſecunda pro-
poſi-

poſitione habita ſub die 10. Februarii 1707. ubi quaſi
in factiones diviſi extiterunt ſuffragia 26. Votantium,
tam Cardinalium, quam Prælatorum, & nulla e-
172 manare potuit reſolutio, propter Votorum ſciſſuram
in duas partes æquales, itaut reſponſum fuerit, *di-
lata*, nec fuit Cauſa majoris ſtrepitus in tota Cu-
ria cum magna diſcordia inter Votantes, unde Sum-
mus Pontifex Clemens XI. in tertia propoſitione ex-
pediens cenſuit coram ipſo Cauſam examinari, &
in effectu ipſe auditis ſuffragiis judicare voluit, ut
inferius dicetur; In hac igitur tertia propoſitione re-
novato certamine, & repetita inculcatione fundamen-
torum, quæ in præteritum deducta fuerant, in hunc
modum in Cauſa differebam pro receſſu a deciſis.

INEVITABILES SUNT NULLITATES Electio-
nis Celſiſſimi Panderbonen. quarum prima fuit, quod
ejus Electores poſt commiſſum attentatum Electionis
30. Auguſti contra Præceptum Papæ, loco procedendi
ad Electionem novam ex integro, ſeu prorſus inde-
pendentem a prima, peſſimum temperamentum acce-
perunt procedendi ad Electionem cumulativam cum
prima, ibi: *Jura Juribus cumulare volentes*, eamque
faciendi non infirmendo primam ibi: *nec Electionem
noſtram 30. Auguſti per quemcumque actum infirmare
intendamus*, & in ſumma renovandi illammet præ-
cedenter factam, ut in actu Electionis in Commu-
ni ibi; *Electionem 30. Auguſti placuerit reiterari, &
eamdem iterato celebrare*, idcirco ob cumulationem
utriuſque actus, quorum unus renovat alterum, ſi
primus non ſubſiſtit, corruit & ſecundus.

Corruente objecto, quod Electores adhibuerint illa
verba *iterato celebrare* ſolita importare actum novum;
Actus utique iteratus dupliciter fieri, & dari poteſt,
nempe, aut dependenter, aut independenter a primo,
quando autem iteratur cumulative cum primo, & cum
173 expreſſa declaratione non infirmandi primum, impoſ-
ſibile eſt, quod poſſit eſſe independens, & diſconne-
xus ab actu præcedenti, quia per talem modum dici-
tur confirmatorius, & conſervatorius primi, ut ob-
ſervat Rot. *dec.* 142. *n.* 3. *&* 4 *p.* 19. *rec.* ibi: *Cumulan-
do Jura Juribus, &c. quod nihil aliud importat, quam
conſervationem, & confirmationem prioris Juris*, &
in terminis terminantibus eſt *Text. in cap. Bona* 4. *de
Poſtulat. Prælator.* ubi erat caſus, quod Canonici Ar-
174 chiepiſcopalis Eccleſiæ Strigonien. poſtulaverant Ar-
chiepiſcopum Colocen. contemptis Suffraganeis, qui
prætendebant habere vocem in Electione; Cumque
Papa mandaſſet, ut Canonici iterum procederent per
Electionem canonicam, vel poſtulationem concordem
de conſenſu Suffraganeorum, ſi iſti Jus haberent, illi
loco procedendi ad poſtulationem novam, renovarunt
præcedentem, ut in caſu iſto fecerunt prædicti Eccle-
ſiæ Capitulares, ibi, *Mandato noſtro recepto hi, qui
in Colocen. convenerat, ad ejus poſtulationem recedere
noluerunt, ſed innovaverunt eamdem.*

Papa autem conſiderans, quod Canonici non fece-
rant poſtulationem ſecundam, ſeu novam, ſed proceſ-
ſerant per modum renovatorium primæ poſtulationis
defectuoſæ, neutram poſtulationem approbavit, ut in
puncto Card. Zabarell. *ſuper hoc Texto ſub n.* 3. *§. Ve-
rum* ibi: *Poſtulatio prima Colocen. non eſt approban-
da, quia facta contemptis Suffraganeis, ſecunda vero
de eodem ideo caſſata, quia, &c. Innocentius in verb.
Innovaverunt dicit, quod hæc fuit potius Innovatio,
quam ſecunda poſtulatio, quia nunquam receſſerunt a
prima, & circa finem* ibi: *Item ſecunda de eodem Ca-
locen. non tenebat, tum quia non fuit nova poſtulatio,
ſed innovatio, &c. & ſic non tribuebat novum Jus*, In-
nocent. ibi ſub num. 8. in fine dicens: *hæc eſt ſecunda
poſtulatio Colocen. immo potius innovatio, quia nunquam
ab ea receſſerunt*, Jo. Andr. num. 6. *Hæc fuit ſecunda
poſtulatio Colocen. vel potius innovatio, &c. dicit au-
tem, quod hæc innovatio nil novi juris tribuebat.*

Idem firmat Bellamer. num. 1. in fin. ibi: *Neutra po-
ſtulatio erat approbanda, primo non illa innovata de
Colocen. quia non erat mandatum, quod innovarent,
ſed erat mandatum, quod per poſtulationem concordem
providerent, modo ipſi innovarunt, & non poſtula-
runt, & etiam innovatio non fuit concors*, & optime
Hoſtien. ſub num. 19. in fin. ibi: *& Innovatio talis
nihil Juris de novo attribuebat, ſed innovabatur an-
tiquum, ſi quod erat.*

Si igitur juxta prææallegatum Textum, & Cano-
niſtas non dicitur poſtulatio, ſeu Electio ſecunda,
& nova, quod Eligentes noluerunt recedere a pri-
ma ibi: *ab ejus poſtulatione recedere noluerunt, ſed
innovaverunt eamdem*, evidens eſt, quod Electio fa-
cta 30. Septembris non fuerit nova, & independens,
ſtante declaratione nolentes infirmare primam 30.
Auguſti, ſed Jura Juribus cumulare volendi, & rei-
terandi eamdem ea ratione, quod verbum illud ite-
rare ſolum importat actum novum, & independen-
tem, quando dirigitur ad Electionem in genere, ſe-
cus ad Electionem in ſpecie, ſeu ad actum primum,
dicendo ſcilicet eamdem ſæpefactam 30. Aug. cele-
bratam, & rurſus ibi: *juxta tenorem, & ordinem In-
ſtrumenti deſuper confecti repetere, & ratificare*, tunc
enim dicitur mera, ac ſimplex renovatio unius, e-
juſdemque Electionis: quæ ſecum portat vitium a-
ctus renovati, & repetiti nihil novi Juris tribuendo,
juxta *Text. in d. cap. Bona* 4. *de Poſtul. Prælat.* Joan.
Andr. ibi n. 6. Hoſtien. n. 19. in fine in verbis proxi-
me relatis ibi; *Innovatio talis nihil Juris de novo at-
tribuebat, ſed innovabatur antiquum, ſi quod erat.*

Ex alia ulterius ratione Electio per talem modum
reiterata, ſubſtineri non poteſt, quia nempe licet
ſecundus actus dici poſſit materialiter diſtinctus ab
antecedenti, formaliter tamen eſt connexus in vim
declarationis cumulandi Jura Juribus, ideſt Electio-
nem Electioni, necnon primam Electionem conſer-
vandi, & non infirmandi per ſecundam; Quæ qui-
dem cumulatio, & conſervatio aliud non importat,
quam unionem, & complicationem manifeſtam duo-
rum Contrariorum ſe invicem deſtruentium, quia
ſicut non poſſumus facere actum bonum, non re-
cedendo a malo, ita non poſſumus facere Electio- 175
nem validam non recedendo ab Electione nulla, cum
nullitas, & validitas habeant ſe ſicut malum, &
bonum, quæ tanquam contraria ſimul ſtare, con-
ſervari, & cumulari non valent, ut firmant *Gloſſ.
in cap. Auditis in verbo Ex poſt facto verſ. quia con-
traria ſunt de elect.* Menoch. *de retinend. poſſeſſ. re-
med.* 13. *num.* 516. Surd. *deciſ.* 24. *num.* 10. *& dec.* 92.
num. 11. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 54. *num.* 24. Gratian.
diſcept. 894. *num.* 4.

Pro qua nullitate mirabiliter retorquetur ille ſem-
per repetitus *Tex. in c. Ut quis duas de elect. in* 6. Ete-
nim cum ex duabus Electionibus factis de eodem
ad eamdem Eccleſiam diſponat, ut Electus optare
teneatur illam, quam proſequi intendit, prohibendo
proſequutionem, & cumulationem utriuſque, exin-
de probat non poſſe dari duas Electiones validas de
eodem ad eamdem, ea ratione inſuperabili, quod
validitas unius Electionis, eſt nullitas alterius, ut
bene advertit *Gloſſa ſuper eodem Text. in verbo ex* 176
una ibi: *Si enim prima valuit, ſecunda non valuit, ſi
ſecunda valuit, ergo prima non valuit, & inferius in
verbo renunciare*, ibi: *eſt ratio, quia ſibi ſunt contra-
ria*, & melius explicando firmat Michael Moez n. 7.
ibi: *quia videlicet contrariantur inter ſe duæ Electio-
nes, cum non poſſit ſubſiſtere ſimul una, & alia*, &
proſequitur n. 11. ibi: *Moveor auctoritate noſtri Tex-
tus, ubi in ſpecie duarum Electionum, quæ ad eumdem
finem, & effectum tendunt, agnoſcit Pontifex contra-
dictionem inter eas, ut ſi una valet, alia inefficax ſit*,
Panormitan. *in cap. ſi Conſideravimus n.* 2. *circa finem
de Elect.* ibi: *Quia non poſſunt eſſe validæ duæ Ele-
ctiones ad eamdem Eccleſiam.*

Dum itaque hujuſmodi duæ Electiones ſunt ad in-
vicem contrariæ, propter quod non poteſt Electus
eas ſimul proſequi, & cumulare eadem ratio pro-
cedit quoad Electores, ut non liceat ipſis eas cumu-
lative facere, ſeu celebrare ſecundam Electionem non
recedendo a prima, ſed cumulando, eſt enim mo-
dus contradictorius involvens duo contraria, quæ
propter repugnantiam ſe invicem elidunt, & nolen-
do unum ſine altero perditur utrumque, Bellamer.
conſil. 9. *n.* 6. Gratian. *diſcept.* 301. *n.* 57. *verſic. & iſta
duo ſunt contraria, & n.* 75. Aretin. *conſ.* 149. *n.* 12.
Rota *coram Bich. deciſ.* 437. *num.* 26.

Nec

Nec hujuſmodi declaratio Jura Juribus cumulandi, & non infirmandi primam Electionem evitatur ex motivo, quod proceſſerit ex mala Electorum opinatione, quod illa eſſet valida, ut expreſſerunt in priori parte proteſtationis, hæc enim declaratio adjecta legitur præciſe in ſecunda parte ejuſdem proteſtationis, in qua iidem Electores ſibi præfigurabant caſum nullitatis primæ Electionis ibi: *in omnem vero eventum, quo Electio noſtra, &c. forſan irrita reputari vellet Jure eligendi iterato uti, & Jura Juribus cumulare volentes in hiſce ſcriptis, nos declaramus*, hic ergo modus, & hæc voluntas adeo contradictoria, & repugnans, impoſſibile eſt, quod ſalvari poſſit ab evidenti nullitate, cum Electores nunquam potuerit in duobus contrariis unum velle, & aliud facere, ideſt præſervare, ut validam primam Electionem nullam, & peragere novam validam, cum inter iſta duo non daretur medium, aut enim totaliter debebant adhærere primæ, aut totaliter recedere a prima, eoque magis, quando hæc haberet in ſe vitium Attentati contra Præceptum Papæ, & Electores declararunt procedere ad ſecundum actum ad purgandum ſpretum Sedis Apoſtolicæ ab ipſis præcognitum ibi: *in hu-*
177 *millimum Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ reſpectum*, quo caſu adhiberi non poterat iſte modus faciendi ſecundum actum abſque præjudicio, & infirmatione primi, ſed expreſſe erat ab eo recedendum, ut ſic purgatus emmaneret ſpretus, & verificaretur iſte humillimus Sedis Apoſtolicæ reſpectus, ut docet *Textus in Canon. ſaluberrimum* 1. *quaſt*. 7. ibi: *qui ſe correctos videri volunt prius errores ſuos ſine ambiguitate fateantur*, & optime Baldus *in dicto cap. Bona 4. de poſtulation. ſub n.* 44. ibi: *Nota ſimilitudinem, quia ſicut novum opus deſtruitur expenſis ædificantis contra nunciationem novi Operis, ita hic contemptus purgatur per refectionem expenſarum, & operis deſtructionem*.

Non ſuffragante ad hoc erronea opinatione Capitularium ſuper validitate primæ Electionis, quoniam ipſi in relata proteſtatione duo fecerunt, unum ſubſtinere validitatem ejuſdem Electionis, alterum vero ejus nullitatem prævidere, & in caſu nullitatis eamdem iterare, ideoque in hoc caſu, ſi procedant cum ſenſu nullitatis, non poterant cumulare primam Electionem, & declarare animum non infirmandi illam, aut præjudicandi Juribus Electi, cumque in hac parte verba ſint clara, non eſt recurrendum ad interpretationem, intentionem, aut veriſimilitudines, dum in o-
178 mni materia non quid fieri debuerit, ſed quod factum fuerit inſpiciendum venit, ut probat Sperell. *dec.* 91. *num.* 36. Rota *deciſ.* 36. *numer.* 6. *part.* 17. Cravett. *conſ* 189. *num.* 7. *verſ. Quartus caſus, & in Romana Cambii* 28. *Junii* 1700. §. *Eſt certum, coram bon. me. Molines Decano*, cum aliis apud Me *diſcept. Eccleſ.* 81. *n.* 19.

Alia nullitas omni ex parte inevitabilis deducebatur ex coarctatione Votorum ad unam tantum perſonam Celſiſs. Paderbonenſis facta mediante folio illo conventionali ſubſcripto ab omnibus illis Capitularibus colligatis in fidem ſtabilitæ factionis, & conventionis. *In quarum fidem præſentem declarationem, proteſtationem, & reſervationem Protocollo Capitulari inſerendam propriis manibus ſubſcripſimus*, quæ ſane nullitas eſt de majoribus, & maximis, quæ dari valeant in toto genere Electionum Canonicarum, ubi enim
179 Vocales ſeſe reſtringunt ad unum non eſt amplius Electio, ſed factio, ſed conſpiratio, ſed monopolium tollens libertatem Electoribus, & diſrumpens meram eſſentiam ipſius Electionis juxta auream doctrinam Divi Thomæ, *prima ſecundæ qu.* 13. *art.* 2. ibi: *Cum Electio ſit præceptio unius reſpectu alterius neceſſe eſt, quod Electio ſit reſpectu plurium, quæ eligi poſſint, & ideo in his, quæ ſunt penitus determinata ad unum Electio locum non habet, cum aliis doctrinis ſuperius relatis*.

Quod autem relatum folium per Capitulares ſubſcriptum præſeferat ſtrictiſſimam coarctationem ad ſolam perſonam Paderbonenſis, eſt innegabile in facto ex verbis illis: *Jura Juribus cumulare volentes ſæpefactam Electionem noſtram juxta tenorem, & ordinem Inſtrumenti deſuper confecti, repetere, ratificare, & in quantum opus iteratu celebrare intendamus*, ſicut enim hæc verba important declarationem repetendi, ratificandi, & iterato celebrandi illammet Electionem præcedenter factam de perſona Celſiſs. Paderbon. ibi: *Sepefactam Electionem*, ita præſeferunt determinatum animum iterato eligendi eademmet perſonam electam, quia tantum eſt dicere, iterato celebrare primam Electionem, quantum dicere, iterato eligere perſonam primo Electam, & ſic evidentiſſima eſt coarctatio ad unam tantum perſonam, ut in puncto docet *Text. in cap. gratum* 2. *de poſtulat. Prælator.* Ubi dicendo, quod Electores poſtulationem jam factam innovare denuo niterentur, intelligit de poſtulatione ejuſdem perſonæ antea poſtulatæ, ut explicat *Gloſſ. in verbo niterentur* ibi: *poſtulando eundem Altiſiodoren. & in cap. bona* 4. *eod. tit.* ubi idem intelligit, quando Canonici, qui convenerunt in Colocen. ab ejus poſtulatione recedere noluerunt, ſed innovaverunt eamdem.

Illa ſiquidem noviſſima verba, & in quantum opus iterato celebrare non referuntur ad Electionem in genere, ſed ſunt alligata, & coarctata ad Electionem in ſpecie, ſcilicet illam 30. Auguſti præcedenter expreſſam, ut clare probat ea dictio *Iterato* relata ad verbum præcedens *ſæpefactam Electionem*, quæ cum maxima evidentia demonſtrat voluntatem fixam celebrandi pro ſecunda vice Electionem jam factam de eodem, & ſic eumdem dumtaxat eeligendi, ut advertit Calvin. *in Lexicon Jur. in verb. præfata, & in verb. iterato*, ubi 280
quod iterato celebrare importat pro ſecunda vice facere, quod factum fuerat prius Butr. *in c. Conſideravimus n.* 18. *in fin. de elect.* ibi: *Ille poterit iterare aſſumi*, Archidiac. *in cap. ab eo n.* 2. *verſ. Iterato de appellat. in* 6. *Text. in Can. nunc vero* 9. *q.* 3. ibi: *nunc vere iterato tibi ſcribimus*.

Imo non contenti Electores contrarii de coarctatione expreſſa cum illo verbo *ſæpefactam* ad magis coarctandum, addiderunt alia verba ibi: *Juxta tenorem, & ordinem Inſtrumenti deſuper confecti, repetere, ratificare, & in quantam opus iteratu celebrare*, cum enim agatur de unica oratione, & periodo, ultima verba *ratificare, repetere, & iterato celebrare*, quæ ſunt activa, non poſſunt disjungi ab antecedentibus, quæ ſunt paſſiva, alias non haberent ſenſum grammati- 281
calem, quia deficeret illud, quod eſt repetendum, quod eſt ratificandum, quod eſt iterato celebrandum, & conſequenter deficeret ipſum verbum accuſativum, Nevizzan. *conſ.* 72. *n.* 23. Rota *dec.* 194. *n.* 94. & 95. *par.* 5. & *dec.* 130. *n.* 14. *part.* 11. & *dec.* 174. *n.* 41. *part.* 12. & *dec.* 332. *n.* 3. & 4. *part.* 14. *rec.* Balducc. *dec.* & *rerum judicat. tit.* 3. *dec.* 56. *n.* 6.

Quæ coarctatio reducitur ad caſum de indubitabili, reflectendo ad alia verba relati folii conventionalis, necnon ad actus juxta ejus formam ſubſequutos; Adeſt enim coarctatio in declaratione de non infirmando primam Electionem, nec præjudicando Juribus Electi: adeſt coarctatio in obſtinato animo tenaciter inhærendi Electioni jam factæ ibi: *Electioni per nos rite celebratæ conſtanter inhæreamus*, adeſt coarctatio in clauſula illa: *Jura Juribus cumulare volente*, quæ importat declarationem pro eligendo eumdem, qui fuerat ante electus, & pro quo militabant Jura, quæ cumulari volebant; adeſt coarctatio in formulario voti præſtiti per verba coarctata ad jam Electum ibi: *Iteratu conſentiu in N. N. illumque iterum nomino*, adeſt denique coarctatio in ipſo actu ſubſtantiali Electionis communis ibi: *Electionem* 30. *Auguſti canonice celebratam placuerit reiterari, & eamdem per formam Compromiſſi Scrutinio mixti, ſi, & quatenus opus iterato celebrare*, notando hic dictionem illam *Eam-* 282
dem, quæ coarctat ad illammet Electionem 30. Auguſti, & ad illammet perſonam ibi electam juxta Textum punctualem in *d. cap. bona* 4. *de poſtulat. Prælator.* ibi: *Innovaverunt eamdem*, & generaliter Aretin. *conſ.* 155. *n.* 1. Cravett. *conſ.* 45. *n.* 4. Grat. *conſ.* 21. *n.* 26. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 3. *n.* 4. *lib.* 3. Rota *coram Cerr. dec.* 174. *n.* 4. Fuſat. *conſ.* 170. *n.* 14. Menoch. *de præſumpt.* 173. *n.* 10.

Non relevante, quod verba Folii conventionalis
non debeant ſimul conglobari ad inducendam coarcta-
tionem, eoque minus cum eo conjungi actus ſub-
ſequentes, ſcilicet formulariorum voti præſtiti, & Ele-
ctio Communis; Etenim non ſolum in ultimis vo-
luntatibus, ſed etiam in contractibus, aliiſque diſpo-
ſitionibus nil magis habemus triviale, & decantatum
183 in Jure, quam quod totus contextus Orationis ſit in-
ſimul accipiendus pro elicienda voluntate, ſive Teſta-
torum, ſive Contrahentium, & ea tota maſſa Con-
tractus judicare quid fieri voluerit, quid ſenſerint Par-
tes, ut ait Surd. *deciſ.* 202. *num.* 15. *&* 16. uniendo
etiam, & cumulando actus ſubſequentes pro obſer-
vantia interpretativa tractatus, ſeu conventionis præ-
cedentis, ut in puncto coarctationis dixit Rot. *deciſ.*
77. n. 21. & 22. coram ſan. mem. Alexandro Octavo
ibi: *ſucceſſive Electores ad alios actus coarctationem de-
notantes proceſſerunt, cum actus ſubſequentes præſu-
mantur geſti in executionem præcedentis tractatus*,
Lezzan. *oper. moral. tom. 4. conſult. 53. n. 69. verſicul.
actus enim.*

Non ſubſiſtere objecto, quod folium per Capitula-
res ſubſcriptum non importaret præciſam obligatio-
nem in ſenſu coarctato tamquam actus extrinſecus ab
ipſo actu Electionis, & Scrutinii, quia non reperi-
tur ſcriptum apud Doctores, quod coarctatio fieri de-
beat in actu Scrutinii, cum eo tempore ſit impracti-
cabilis diverſio ad actus extraneos, ſeu conventiones,
& coarctationes, ſed bene omnes Canoniſtæ commu-
184 niter firmant, quod coarctatio iſta ſolum practicatur
in ipſo tractatu ante Electionem, ut dicunt Joan-
nes de Anan. *in c. Conſtitutis n. 3. de appellat.* ibi:
*quod eſt verum ſi Eligentes ad hoc ſe reſtrinxerunt in
tractatu*, Imol. num. 2. ibi: *quando in tractatu ad hoc
ſe adſtrinxerunt Canonici*, Butr. num. 3. ibi: *ubi ſe
ad hoc in tractatu adſtrinxerunt Canonici*, Rota di-
*cta deciſion. 37. numer. 20. coram ſan. mem. Alexand.
Octavo* ibi: *dupliciter coarctatio fieri poteſt, uno
modo ſi Electores ad hoc ſe adſtrinxerunt in tra-
ctatu:*

Hoc ipſum tradiderunt iidem Canoniſtæ gravioris
authoritatis in *cap bona 36. de elect.* nempe Innocent.
num. 5. ibi: *non eſt illicitum tractare, &c. dummodo
nihil ibi definiant, hæc enim duo ſcilicet deliberare,
& definire maxime certum ſunt illicita*, Bellamer. nu-
mer. 8. ibi: *ſive omnes, ſive major pars tractantium
in Capitulo, & idem, ſi extra Capitulum, concluſive
dicant nos ſumus concordes, quod eligatur talis*, A
Spirit. Sanct. *in Director. Regular. tractat. 5. diſput. 2.
ſect. 7. n.* 113. ibi: *limita tertio, ſi Electores non ſo-
lum habeant Conſilium de eligenda perſona, ſed deli-
beraverint de ea; nam licet tractatus de eligenda per-
ſona ſit ſemper permiſſus, at conventio de tali eligendo
eſt illicita*, Maldogott. *de elect. capit. 52. litt. I.* ibi:
*hoc enim caſu ipſo Jure redderetur vitioſa ipſa Electio,
ſi Electores concordaſſent ante Electionem extra Ca-
pitulum, cum aliis ſupra numer. 108. cum ſequenti-
bus.*

Minus ſubſiſtit, quod præallegata declaratio in fo-
lio ſubſcripto emiſſa, non fuerit de illo genere obliga-
torio, quod tolleret libertatem Vocalibus ſubſcriptis
variandi in actu Scrutinii, ex quo non continebat
185 obligationem cum promiſſione, vel pœna, quoniam
ad hunc effectum nulla doctrina reperitur, quæ di-
cat ſine promiſſione, vel pœna non poſſe dari coar-
ctationem; nam obligatio promiſſione interveniente
dicitur obligatio, ſeu Conventio Simoniaca, quod
eſt genus diverſum appellatum per Doctores ſub no-
mine tractatus Simoniaci, quod non excludit aliud
genus, ut eſt noſtrum, tractatus Conventionalis,
ſeu obligatorii, ut explicat Hoſtien. *in d. cap. Bona* 36.
n. 11. de elect. ibi: *Omnis tractatus reprobatur, ſi ſit
ambitioſus, item Simoniacus, item conditionalis, vel
conventionalis quicunque.*

Obligatio autem etiam ſine pœna dubitari non po-
teſt, quin ſit manifeſta coarctatio, colligatio, & con-
ſpiratio in Jure noſtro damnata pro Electionibus Cano-
nicis, ad quem effectum nihil aliud requiritur, quam
quod Electores ſe obligaverint per ſubſcriptionem co-
rum Conventionis, ſeu Colligationis, ſeu Accordii,
ſeu Intendimenti, cum hæc omnia ſint vocabula Syno-
nyma, ut in puncto quod hujuſmodi ſubſcriptio obli-
get Subſcribentem, ne poſſit variare votum ſuum,
notat *Gloſſ. in Canon. Epiſcopus in verbo ſubſcriptioni-
bus* ibi: *Duabus enim Cauſis fit ſubſcriptio, una Cau-
ſa, ut ſi quis vellet variare vota ſua, inciperet ei ob-
viare propria Confeſſio*, Turrecremat. ibid. n. 2. ibi:
*Ad cauthelam, ut ſi poſtea, &c. vellet variare, ob-
ſtet ei propria Subſcriptio diſtinct. 61.*

Et ita concludunt omnes Canoniſtæ in præallegato 186
cap. Bona 36. de elect. ubi Innocent. n. 5. & 6. triplici
modo conſiderat hanc obligationem coarctatam ſcili-
cet per Juramentum, per promiſſionem, vel ſubſcri-
ptionem ibi: *Caveant iſti Segregati, vel omnes ſimul
ne ſuper contradicendo alicui malo, vel de promovendo
aliquo bono faciant aliqua juramenta, vel promiſſiones,
vel ſubſcriptiones*, quos tres modos dicit eſſe obli-
gatorios ibi: *Qui ſe obligant prædicta deffinitione,
vel ſcriptura, vel aliis modis prædictis*, Hoſtien. n. 8.
ibi: *Promiſſionem faciant, vel ſubſcribant*, Jo. Andr.
num. 18. ibi: *Colligationes, obligationes, vel ſubſcri-
ptiones*, & in puncto declarationis ſubſcriptæ per ma-
jorem partem Capitularium, Caſtellin. *de elect. cap. 5.
ſub n. 27. & in Addit. ad cap. 7. n. 3. cum duob ſeqq.*
ibi: *Si vero hanc propalationem facerent Vocales cun-
cti, præſertim in ſcriptis cum eorum propriis ſubſcriptio-
nibus, &c. per conſequens redditur Electio nulla, &c.
quia admit quodammodo libertatem, ideo talis abuſus
venit radicitus evellendus.*

Hinc patet reſponſio ad illud aſſumptum, quod ſu-
pradicta declaratio, & obligatio in ſcriptis non tol-
leret libertatem variandi, urget enim inevitabile di-
lemma, quod aut ſupponitur, quod Electores ſubſcri- 187
pti in illo folio potuerint omnes ſimul variare, & re-
ſilire concorditer ab eorum folio, & ſubſcriptionibus,
& Concluſio eſt vera, ſed male applicatur ad Caſum,
ubi neceſſarium eſt probare, quod iidem Subſcribentes
ante Electionem laceraverint folium, ſeſeque poſue-
rint in libertate per actum retroſimilem, ut docet In-
nocent. *in dicto cap. Bona 36. n. 5. de elect.* ibi: *Si illi,
qui ſe obligant prædicta diffinitione, vel Scriptura,
poſtea ſe abſolvant*, Hoſtien. n. 9. ibi: *Niſi forte an-
te Electionem ſe ad invicem abſolviſſent, tunc enim
non impediretur*, Joann. Andr. num. 17. ibi: *Quod ſi
aliqui etiam diffinitive, & per Scripturam; &c. ſimul
ſe obligaverunt ad aliquem eligendum, poſtea ſe abſol-
vunt, valet Electio*, Bellamer. num. 12. ibi: *Qui ſe
obligarunt prædicta diffinitione, vel Scriptura, vel aliis
modis prædictis de certa perſona eligenda, poſtea ſe ab-
ſolverunt, & a prædicto tractatu omnino recedunt*,
Butr. num. 15. *Si omnes ſe colligaverunt de uno eligen-
do, poſtea diſcedant.*

Quæ circumſtantia in caſu iſto non ſolum abeſt,
ſed probatur tota in contrarium, quia primo Capitu-
lares congregati in Capitulo ſimul cum omnibus aliis
alta voce legerunt declarationem ſubſcriptam. Secun-
do illam regiſtrari fecerunt in Inſtrumento Electionis,
prout inſerta, & regiſtrata fuit. Tertio aliis Canoni-
cis recedentibus ab Aula Capitulari dando principium
Electioni dixerunt ſe velle eligere: In vim, & confor-
mitatem relatæ proteſtationis, declarationis, & reſer-
vationis. Quarto in præſtatione votorum concordan-
do cum proteſtatione dixerunt: Iterato conſentio in
N. N. illumque iterum nomino. Quinto demum in
actu Electionis communis repetierunt tenorem prote-
ſtationis ibi: *Electionem die 30. Auguſti celebratam
placuerit reiterari, & eandem ſi, & quatenus opus ite-
rato celebrare*, unde hoc factum inalterabile demon-
ſtrat non fuiſſe receſſum a Folio ſubſcripto ante Ele-
ctionem, eo ipſo quod fuit inſertum in illa, repetitum 188
in illa, & ſubſtantiatum cum illa, quando tamen pro
receſſu ab obligatione folii ſubſcripti oportebat illud la-
cerare, aut per contrariam declarationem in ſcriptis
retractare juxta regulam, de qua *Text. in §. final. In-
ſtit. quibus mod. tollitur obligatio, & in l. 1. in fin. C.
quando liceat ab emption. diſcep.* Rota *coram Coccin.
deciſion. 750. numer. 3. verſic. In qua declarat, &
coram Merlin. deciſ. 608. n. 25. verſ. Et opus eſſet, &*
opti-

Digitized by Google

aptime dec. 792. n. 14. cor. eodem, & in rec. dec. 174. n. 6. part. 13.

Aut vero ſupponitur, quod non obſtante folio ſubſcripto ex defectu pœnæ ibi adjectæ ſinguli ex Capitularibus potuerint variare in actu Scrutinii, & iſta variatio erit de facto, non de Jure, & talis variatio de facto non dicitur dare libertatem variandi in ſcrutinio, ea ratione inevitabili, quod in cunctis hominibus, & præſertim in Equitibus, aliiſque Nobiliſſimis
189 Viris, ut ſunt Canonici hujus Eccleſiæ, non præſumitur, nec eſt dabilis hujuſmodi variatio de facto tamquam ea, quæ denigraret famam Electoris variantis propter notam inconſtantiæ, ſeu inſtabilitatis, quam incurreret cum ignominia manifeſta, ut in puncto obſervat Caſtellin. *de elect. c. 5. ſub n. 7.* cujus verba alias adducta juvat hic repetere ibi: *Licet enim poſſint variare, & unum ſcribere, aliud vero agere; attamen conſimilis modus involvit aliqualem fraudem, & votorum prepalationem, doloſe quidem ſunt aliquando, qui Vocales inducant ad hoc, ut ſic illos adſtringant ad eligendum hunc, vel illum in particulari, Vocales enim ob promiſſionem factam in ſcriptis, ut effugiant notam inſtabilis, vel falſi, ſive alterius criminis ignominioſi quandoque eligunt, quem non eligerent, & id agunt quodammodo coacti per promiſſionem, ſive declarationem antea factam in ſcriptis, quapropter, &c. ſupradictus modus tamquam vituperabilis reprobatur,*

Neque hæc dici valet opinio ſolius Caſtellini, quamvis enim unius etiam Doctoris ſententia dicatur caſua legis, quando, ut in præſenti non habet Contradictorem ex firmatis in *dec. 106. num. 7. part. 18. recentior. & in Syracuſana Prepoſitura an. Novembris 1697. §. Quod autem, cor. bon. mem. Muto, & in Gerunden. Beneficii 8. Martii 1697. §. Secus autem, cor. eodem, & in Legionen. Parochialis 2. Julii 1706. §. Admiſſa, cor. bon. mem. Kaunitz.*

Attamen ſatis eſt allegare, quod opinio Caſtellini fundatur in Oraculis graviorum Canoniſtarum ſignanter Innocentii *in c. Bona 36. de electiom.* quatenus inter modos obligatorios, & coarctatos in materia Electionis conſiderat ſolam ſcripturam cum ſubſcriptionibus, ut probandum eſt, & ſi quærimus alios Doctores modernos Caſtellini ſententiam comprobantes, in promptu eſt doctrina Garziæ *tract. 9. difficult. 5. dub. 7. n. 2.* cujus verba ſunt hæc: *Secundo adverte cum Samuel, &c. quod neceſſitas coarctativa, licet procedat ex promiſſione, ex qua aliquis ſe obligavit eligere certam perſonam reputatur concurrere in Electione, quando Vocalis, qui promiſit non poteſt reſcindere promiſſionem abſque gravi ſuo damno, aut infamia, aut in bonis, ratio eſt, quia in illo caſu Vocalis, qui promiſit jam caret libertate eligendi, & ſi eligit, eligit coarctatus, ſi tamen Vocalis, qui promiſit poteſt reſcindere promiſſionem abſque jactura ſua vita, fama, aut bonorum, non habebit neceſſitatem coarctativam, quæ eum compellat, & cum poſſit eligere libere, non adeſt ratio, quæ annullet Electionem, quam faceret.*

Ergo iſta variatio de facto, ſeu violatio fidei, tamquam irregularis, incongrua, & diffamatoria Perſonarum Nobilium non poteſt allegari ad ſalvandam libertatem Electorum in folio ſubſcripto obligatorum, & conſequenter exinde non dicitur ceſſare neceſſitas coarctationis, quæ ſemper conſtringit cum
190 pœna, ſi non pecuniaria, ſeu bonorum, ſaltem pœna amiſſionis famæ, & honoris, cujus metus apud Nobiles æquiparatur jacturæ bonorum, & vitæ, ut præter adductos probat Samuel *de elect. tract. 2. diſput. 1. controverſ. 3. concluſ. 2. fol. mihi 269.* ibi: *Neceſſitas enim hæc coarctata, quamvis ex promiſſione procedat, per quam quis ſe obligavit ad certum aliquem eligendum cenſetur, quando Promiſſor non poteſt promiſſionem reſcindere ſine gravi detrimento, &c. quia tunc Promiſſor neceſſitate coactus eligeret, & libera poteſtate eligendi careret.*

Et generaliter, quod Nobiles nunquam præſumantur variare, ſeu recedere a ſemel dictis, ſeu
191 promiſſis, quinimmo eos potius de vita, quam de fide data periclitari velle, tradunt Bonden. *collect. legal. 50. num. 13. lib. 2.* ibi: *Ex parte Domini Marchionis præſumi non debet, &c. voluiſſe in diſcrimen Nobiliſſima ejus conditionis mendaciter proferre, & revocare fidei obſervantiam, quam in Nobili uſque ad ſupremum gradum præſumi ait Surdus,* Riminald. Jun. *conſil. 5. numer. 120. lib. 1.* ibi: *Et præſertim præmiſſa procedunt, ſi aſſerens ſit Nobilis, &c. quod potius de vita, quam de veritate, & fide vellent periclitari,* Menoch. *conſil. 466. numer. 32.* Bellon. *conſil. 58. numer. 124. verſicul. Neque enim honeſtum eſt.*

Præſertim, quia Nobiliſſimi Capitulares in Folio 192
illo colligatorio declararunt ſe ſubſcribere in fidem omnium eorum, quæ ſecum convenerant ibi: *In quorum fidem præſentem declarationem, &c. propriis manibus ſubſcripſimus,* quæ data, & expreſſa fides per ſubſcriptionem æquipollet Juramento, & vim Religionis inviolabilis apud Nobiles habere cenſetur, ut in ſpecie ſcripſerunt Ruin. *conſ. 9. num. 4. libr. 3.* ubi propter hanc fidem ſubjungit ibi quod: *Præſumitur quis deliberate acceſſiſſe ad actum,* & plene Gratian. *diſcept. 752. n. 5. cum plurib. ſeqq.* Bardellon. *conſil. 82. num. 25.* Marr. Medices *examin. 17. num. 13. & ſeqq. & num. 55. & 29.* Rota *dec. 1. ſub num. 29. part. 8. recentior.*

Quicquid ergo in his terminis firmarunt Caſtellin. Garzia, Samuel, & alii ubi ſupra, non eſt opinio ſingularis, aut nova, ſed concluſio fundatiſſima in ratione, & lege etiam naturali, ſi enim Electio Canonica tantam expoſcit libertatem, ut nullo arctante ſincerum Electorum Judicium, niſi Deo, puris, & liberis mentibus optimus inter plures eligatur, quomodo, & qualis appellari poterit Electio iſta, quæ ante acceſſum ad Capitulum jam facta erat in Camera cum 193
folio ſubſcripto per majorem partem Capitularium, & coarctata ad unam perſonam certam? per hanc namque Colligationem, ſeu Accordium, nemo eſt, qui poſtea in ſcrutinio præſumere poſſit libertatem non aliter recuperandam, quam cum turpi nota inconſtantiæ, inſtabilitatis, ac violationis fidei, & conſequenter cum jactura gravi exiſtimationis, & famæ contra regulam, de qua Corneus *conſ. 275. num. 5. ad finem lib. 4.* Decius *conſ. 515. n. 5.* Rota *dec. 16. n. 14. parte 17. recent. & in Jannen. Abbatiæ 5. Decemb. 1689. §. Et ſane, cor. bon. mem. Manuel.*

Congruente ad propoſitum etiam doctrina Paſſerini *de elect. cap. 5. n. 70.* ubi agendo de his tractatibus ante Electionem ſuper deſtinatione perſonæ eligendæ, eos abſolute damnat qualeſcumque ſint, ex eodem motivo, quod Vocalis poſtquam in tractatu approbavit aliquem, hæc approbatio in tractatu publice facta, impedit libertatem variandi in ſcrutinio ſecreto ibi: *Et cum quis publice approbavit aliquem uti dignum Electione hoc eſt motivum ſatis urgens, ut in ſecreto ſcrutinio non diſcordet a voce,* addendo ibidem ſub num. 71. quod tali caſu variare eſſet ſubjectum difficultatibus, & periculis ibi: *Alias &c. poſtea non reprobaſſe aliquem in voce, & illum reprobare in ſcrutinio eſt res ſubjecta difficultatibus, & periculis,* eo magis autem eſt res periculoſa in exiſtimatione, & fama, ac etiam propter Inimicitias, & ſcandala, quando præceſſit folium ſubſcriptum per Capitulares.

Ex Juramento præſtito per Capitulares de eligendo digniorem in genere, inferri non poteſt deſtructio hujus coarctationis tanto ſtudio, & cauthela repetitæ ante Electionem, videlicet in principio, medio, & fine Electionis, quippe hujuſmodi Juramentum in his circumſtantiis dicitur ſtare de ſtylo, ſeu pro mera cæremonia, & formalitate, non autem pro ſubſtantia Electionis, quæ ſola inſpicienda venit, ſicut in Inſtrumentis clauſulæ generales cenſentur appoſitæ de ſtylo, quæ non alterant mentem Contrahentium jam ſufficienter ex- 194
preſſam in parte ſubſtantiali, ut in puncto, quod Juramentum eligendi digniorem non pertineat ad ſubſtantiam Electionis, ſed ſit actus præambulus, ſeu extrinſecus, tradit Donat. *quæſt. Regular. tom. 2. tractat. 4. quæſt. 23. numer. 3.* ibi: *Eſt de præambulis, ſeu de extrinſecis non autem de intrinſecis Electionis,* Peyrin. *in Formular Prælator. Regular. litt. E capit. 2. numer. 7.* ibi: *Nulla modo pura*

S 3 per-

pertinere ad ſubſtantiam Electionis, ſed tantum ad bene eſſe, Caſtellin. *de elect. cap. n.* 3. 21. Bordon. *reſolut.* 26. *quæſt.* 9. *n.* 28.

Nec ideo hujuſmodi actus extrinſecus de formula, & ſtylo apponi ſolitus deſtruere poteſt ipſam ſubſtantiam Electionis, ſeu mentem, & obligationem Electorum coarctatam ad certam, & unicam perſonam, cum hujuſmodi formulæ, & generalitates ſemper dicantur acceſſoriæ, & famulatoriæ intentioni princi-
195 pali Contrahentium, ſive Eligentium juxta indubitatam propoſitionem, de qua Rota *dec.* 11. *n.* 18. *p.* 7. *& dec.* 91. *n.* 8. *part.* 8. *& dec.* 673. *n.* 2. *&* 3. *p.* 19. *tom.* 2. *& coram Emerix. Jun. dec.* 33. *n.* 5. *cum aliis in Romana Dotis* 2. *Maii* 1692. §. *In nihilo, coram bon. mem. Urſino*.

Ex quo ſequitur hujuſmodi Juramentum, aut non alterare mentem Capitularium coarctatam, ut ſupra, ad Perſonam Paderbonenſis, aut ejus verba generalia de eligendo digniorem reſtringi, & famulari debere eidem menti expreſſæ in ſubſtantia, & corpore Electionis, in quo inſerta fuit ſchedula, ſeu folium per Capitulares ſubſcriptum, & ad cujus formam ipſi procedere velle aſſeruerunt etiam in principio Electionis, cum non repugnet quamcumque generalitatem verborum reſtringi poſſe ad certam ſpe-
196 ciem, ſeu perſonam prius expreſſam, ut probat Mant. *de tacit. libr.* 3. *titul.* 2. *numer.* 13. 24. *&* 26. Rota *coram Coccin. deciſ.* 444. *numer.* 1. *&* 2. *& in recent. deciſ.* 4. *n.* 3. *&* 4. *part.* 15. *& deciſ.* 326. *n.* 4. *part.* 6.

Alias enim abſurdiſſima ſequeretur conſequentia, quod nulla amplius dari poſſet coarctatio in omni Electione, ſi eam excludere, aut inturbidare aptum eſſet Juramentum generale de eligendo digniorem, quoniam, cum nulla reperiatur Electio, in
197 qua non præſtetur tale Juramentum, Donat *tom.* 2. *tract.* 4. *quæſt.* 22. *n.* 1. Lavor. *de elect. tit.* 4. *cap.* 19. *num.* 48. utique repertum eſſet remedium ſalvandi omnem coarctationem, nec eam amplius reducendi ad praxim, & poſſent Electores facere inter ſe colligationes, coarctationes, & conſpirationes, quantum vellent, dum eas omnes ſanaret Juramentum generale de eligendo digniorem, quod eſt diſſonantiſſimum abſurdum ab omni Jure damnatum, ad quod propterea evitandum, quæcumque verba
198 etiam generalia, & generaliſſima reſtringere oportet ad ſpeciem, & perſonam expreſſam, *leg. Scire oportet*, §. *Aliud*, *ff. de excuſation. Tutor.* Mar. Antonin. *var. reſol. lib.* 2. *reſolut.* 40. *n.* 11. Barboſa *Axiom.* 22. *n.* 39. Rota *cor. Cerro dec.* 88. *n.* 12. *& cor. Bich. dec.* 332. *n.* 17.

Etiam ex motivo non inducendi correctionem Inſtantaneam in uno eodemque actu Electionis, ſi enim ibi fuit inſertum folium coarctationis, ſi Capitulares juxta ejus formam procedere dixerunt, ſi denique ipſa Electio communis concordat cum eodem folio, impoſſibile eſt, quod eodem contextu, & actu Capitulares per Juramentum generale de eligendo digniorem ſibi contradixerint, ſeſeque incontinenti corrigere voluerint, ad *Text. in l. Cum hic ſtatus*, §. 1. *in fine*, *ff. de donation. inter Vir. & Uxor.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 37. *n.* 14. Rota *dec.* 240. *n.* 5. *part.* 8. *& deciſ.* 273. *num.* 11. *& dec.* 322. *num.* 16. *part.* 15. *& dec.* 219. *n.* 11. *p.* 16. *& cor. Emerix Jun. dec.* 889. *n.* 14. *& dec.* 1042. *n* 3.

Fruſtra etiam opponitur, quod in omnem caſum ſit licita coarctatio, quando ſit in eamdem perſonam præcedenter electam, juxta *Text.* in millies repetito *cap Ut quis duas de elect. in* 6. hoc enim eſt unum de gravibus æquivocis, quæ dari poſſunt, quia *Textus* ille nihil diſponit de hoc, ſed tantum præſupponit poſſe Canonicos duas Electiones facere de eodem ad eamdem, quod intelligitur, prout de Jure, ut nempe in caſu nullitatis primæ, procedere valeant ad ſecundam ſervato Sacrorum Canonum præſcripto, nempe cum votis liberis, & mente libera, iterum eligendi, vel non eligendi Perſonam electam, non autem cum votis omnino ligatis ad illam, quod eſt canonica ineptia a nemine hactenus ſomniata, ea ratione evidenti, quod ubi prior Electio eſt nulla nullum Jus quæſitum eſt
Electo, & Electores habent plenariam libertatem 199
pro ſuo arbitrio illum reeligendi, & non reeligendi, & procedunt tamquam in prima Electione, dum per nullitatem primæ, ſecunda non eſt ſecunda, ſed prima Electio, ut probant Fagnan. *in in cap. Cum autem n.* 11. *&* 12. *de Jurepatron.* Lambertin. *eodem tract. lib.* 2. *quæſt.* 6. *artic.* 12. *ſub nu.* 4. Vivian. *de Jurepatronat. libr.* 10. *capit.* 1. *num.* 16. *& ſeqq.* cum aliis apud Rotam *coram Anſaldo dec.* 52. *ſub numer.* 15. & Ego ſcripſi *diſceptat. Eccleſiaſt.* 4. *num.* 52.

Si igitur Electores procedunt in caſu iſto, ut in prima Electione, & habent liberas manus eligendi alium, quam nulliter Electum, eorum libertas non debet coarctari potius ad unum, quam ad alium, ſed totum pendere debet ex eorum conſcientia, & arbitrio, ut nempe quatenus velint, male Electum reeligere poſſint, juxta *Txtum in c. ſuper eo* 12. *de elect.* Roman. *conſ.* 492. *n.* 3. adeout ſit concluſio omnibus principiis contraria, quod coarctatio ſit licita, quando dirigitur ad perſonam nulliter electam, eſſet enim firmare magnam diſſonantiam, quod licitum foret violare Canones, & peccare contra ſubſtantiam Electionis propter perſonam primo loco male, nulliter, & attentate electam, quod eſt
aſſumptum undique erroneum, cum per hujuſmodi 200
modum coarctatum electio dicatur nulla per defectum formæ naturalis, qui nullo caſu eſt licitus Lavor. *de elect. tit.* 4. *c.* 21. *n.* 11. ibi: *Si arctaretur electio nulla eſſet per defectum formæ naturalis.*

Proinde Doctores noſtri bene intelligunt comprehendere etiam iſtum caſum, quando generaliter, & indiſtincte prohibent in Electionibus omnem præcedentem tractatum, in quo fiat Coarctatio, Colligatio, aut Condictum, ut explicat Joan. Andr. *in cap. ubi periculum n.* 7. *in fine de elect. in* 6. ibi: *Condicti quaſi ſimul dicti puta quia aliqui fecerunt ligam*, Samuel *de elect. tract.* 1. *diſput.* 4. *controv.* 11. *concluſ.* 5. *n.* 6. ibi: *Ante Electionem dumtaxat ſunt omnino tractatus ambitioſi, factionales, conditionales, & conventionales prohibiti, minime vero Conſultorii de aliquo eligendo*, Maldogor. *de elect. cap.* 52. *litt. I.* ibi: *Hoc enim caſu ipſo jure redderetur vitioſa ipſa Electio, ſi Electores concordaſſent ante Electionem extra Capitulum cum ſupra allegatis.*

Sequens nullitas, quæ reſpicit modum eligendi factum ſub conditione, & perplexitate magna, demonſtratur ſolidiſſima, & omni ex parte inevitabilis, quia cum Electio ſit actus legitimus non recipit conditionem, nec incertitudinem, ſed animus Electorum eſſe debet certus, purus, & determinatus, ut per Textus, & Claſſicos Canoniſtas probatum fuit ſupra, non obſtante objecto, quod conditio, perplexitas, & incertitudo probari debeat adjecta in ipſo voto, & ſuffragio, alias non ſufficiat appoſita in proteſtatione, ſeu actu præambulo ex contraria poſſibilitate, quod Votum potuerit
eſſe purum, & certum; Etenim licet non conſtet, 201
an ſuffragium habeat in verbis annexam conditionem, ſeu perplexitatem, attamen eo ipſo, quod probatur præceſſiſſe actum proteſtationis antecedenter factæ in ſcriptis, quæ totam informat Electionem tamquam in ejus Inſtrumento inſerta, hoc ſufficit, ut votum dicatur, & reputetur conditionatum, ſi non actualiter, ſaltem virtualiter, ea ratione, quod qualiacumque fuerint verba ejuſdem voti, ſemper intelliguntur retento themate Conditionis præcedenter expreſſæ in folio proteſtationis, itaut ſi Votum diceret, iterum Eligo virtualiter continet conditionem ſupra declaratam, nempe: Iterum eligo, ſi & quatenus prima Electio non ſubſiſtat, ut in ſimilibus, immo fortioribus terminis matrimonii plene fundat Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *q.* 18. *n.* 21. Reginald. *in prax. lib.* 31. *cap.* 14. *n.* 93. Pignatell. *conſult.* 136. *n.* 13. *verſic. ita tamen tom.* 9. Filiucc. *oper. moral. tom.* 1. *tract.* 10. *de Sacram. matrim. cap.* 2. *n.* 34. & in terminis Electionis, Otthobon. *dec.* 37. *n.* 22.

Et tunc ſolum præſumendus eſſet in Voto receſſus a conditione, quando præambula proteſtatio fuiſſet

per

202 per contrarium actum revocata; nam alias ſine tali revocatione ſemper Votum virtualiter cenſetur conditionatum, Sanchez ubi ſupra n. 21. ibi: *Deſideratur tamen, at ea intentio apponendi talem conditionem, ſit actualis, aut virtualis, nimirum, ut Contrahens habeat tunc illam actu, vel virtute, quam antea habuit, nec per contrarium actum revocata eſt*, Reginald. *in prax. dicta c.* 14. *n.* 93. ibi: *Requiri, ut intentio ponendi talem conditionem ſit actualis, ſeu quam Contrahens tunc actu habuit, cum contrahebat, aut ſaltem virtualis, ſeu quam Contrahens habitam priuſquam contraheret, non revocavit per actum contrarium*, Pignatell. *d. conſult.* 136. *n.* 13. *in fine* ibi: *Intentionem conditionatam poſſe præcedere contractum, ſi habitam, antequam contraheret, non revocavit.*

Sed funditus corruit objectum reflectendo ad actum Electionis in Communi factum per Compromiſſarios, qui eſt principaliter, & unice attendendus ad effectum dignoſcendi, quomodo Vota fuerint data, & electio fuerit facta, cum hujuſmodi Electio communis ſit ip-
203 ſa ſubſtantia Electionis, ut docet Suarez *de religion. tom.* 4. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 24. ubi agendo de hac electione Communi, ſic ait: *Eſtque omnino de ſubſtantia, vel ut ita dicam ipſa ſubſtantia, & forma Electionis, quia non cenſetur Electio facta, donec ita fiat*, Layman. *in cap.* 2. *de Elect. in* 6. *n.* 1. *verſic. addendum*, ubi quod iſta Electio: *Debet eſſe conformis, datis prius ſuffragiis, ſive Votis*, Rota *coram Cerrin. dec.* 1539. *num.* 46.

Hæc autem Electio communis clare probat Vota fuiſſe conditionata cum præſeferat in verbis illammet conditionem expreſſam in Folio proteſtationis, ut in verbis toties repetitis, & hic neceſſario repetendis ibi: *Cum vacante Eccleſia, &c. in hodierna die Electionem a majori parte Capituli antecedenter die* 30. *Auguſti proxime præteriti canonice celebratam placuerit reiterari, & eamdem per formam Compromiſſi ſcrutinia mixti, ſi, & quatenus opus, iterata celebrare*, quæ quidem noviſſima verba, *ſi, & quatenus, opus*, tamquam conditionata, & præciſe concordantia cum tenore proteſtationis expreſſæ cum eiſdem verbis. *Quatenus, & in quantum forſan pro nulla reputari poſſet, quatenus, & in quantum de jure neceſſarium, & utile fuit, & in quantum opus iterato celebrare*, ad eviden-
204 tiam demonſtrant Electionem non aliter factam fuiſſe, quam conditionate ad formam proteſtationis, & ideo nihil refert inquirere quomodo Vota fuerint data, cum ſufficiat pro nullitate Electionis, quod ipſa Electio communis præſeferat conditionem, ut in terminis terminantibus, quod *Textus in cap.* 2. *de elect. in* 6. prohibens vota conditionalia, & incerta, habeat locum etiam in pronunciatione Electionis conditionaliter facta docent omnes Canoniſtæ, ſignanter Joannes Andr. *in eodem cap.* 2. *ſub n.* 1. *in fine* ibi: *Nedum depoſitionem voti, ſed etiam ipſam pronunciationem Electionis, vel poſtulationis improbat*, Franch. *ibidem in principio dicens: Nota hunc Textum, per quem tenet Joannes Andrea, quod ſicuti vota ſcrutinii debent eſſe certa, & pura, ita & pronunciatio Electionis, vel poſtulationis alias non valet*, Butr. ſub n. 1. ibi: *Innocentius prohibet ſcrutiniis, nedum depoſitionem voti, ſed, & ipſam pronunciationem Electionis, & poſtulationis.*

Concordant etiam recentiores Canoniſtæ, ſcilicet Joannes de Vanquel. *in dicto cap.* 2. *de elect. in* 6. ibi: *Et habet hic Textus etiam locum in Collatione Beneficii. Item in pronunciatione Electionis, & in omnibus ſubſtantialibus Electionis, non autem in extrinſecis*, Vvames *conſ.* 18. *ſub num.* 9. *lib.* 1. ibi: *Cum igitur hi quatuor Eligentes in ſcrutinio, qui dictum Ægidium elegerunt non pure cum elegerint, ſeu nominaverint, ſed ſub hac verborum forma dummodo intra terminum Canonis reddat ſe qualificatam, & ſub eadem forma verborum ex hac nominatione per ſcrutantes facta ſit Electio, & illius publicatio certum, & manifeſtum eſt hanc ex his quatuor nominationibus factam electionem omnimodo eſſe conditionalem.*

Fortius autem reflectendo ad naturam hujus Electionis, quæ facta non fuit per viam ſimplicis Scrutinii, ubi dantur vota per Schedulas, in quibus apparere, & legi poteſt eorum tenor, & ubi Electio fit ab Eligentibus nomine proprio, ſed facta fuit per Compromiſſum ſcrutinio mixtum, ubi tunc dicitur fieri actualis Electio, quando Compromiſſarii pronunciant Electionem in communi ex Votis receptis ad aures; nam ipſi tantum dicuntur Electores, & ipſi ſoli eligunt, ita & taliter, quod Electio ſit nulla, ſi Compromiſſarii illam non faciant nomine proprio, ſed Compromittentium, ut inquit 205
Innocentius *in capit. in cauſis de electione. ſub numero* 4. *verſic. ex hoc videtur*, Bald. *in Margarit. ad eumdem Innocent. in verbo Electio verſic. Electores, qui habent ab alio*, Bertachin. *de Epiſcop. part.* 1. *libr.* 3. *titul. qualiter eligatur Epiſcopus numero* 45. *fol.* 35.

Unde dubitari non poteſt, quin unice Inſpicienda veniat hæc electio communis, an contineat conditionem, cum pertineat ad Compromiſſarios eligere, & juxta modum ab eis expreſſum declarare ſuffragia conditionaliter data, ſi ergo ipſi cum tali conditione publicarunt Electionem, præſumitur eos ita egiſſe ex voluntate Capitularium recepta in votis auricularibus, & exinde Electio remanet inevitabiliter nulla, præſertim quia eamdem ſic conditionate publicatam acceptarunt Capitulares ibi: *Electione Communi in Capitulo ſic rite celebrata, & publicata, omnes Domini Capitulares, & ſinguli hanc Electionem laudarunt, & approbarunt*, quæ approbatio facta cum illa particula *ſic*, 206
refertur ad acceptandam Electionem modo conditionato ſuperius pronunciatam, Gomeſ. *ad regul. de triennal. quæſt.* 10. *n.* 7. Honded. *conſ.* 64. *n.* 7. *lib.* 2. Cen. *practicar. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 21. *n.* 17. Rota *dec.* 124. *n.* 4. *part.* 8. *diverſ.*

Ultra modum Electionis conditionate factum unitive etiam concurrit Conſenſus Electi conditionate datus in acceptatione Electionis, requiſitus enim ut 207
conſentiret, primo loco maxime dubitavit acceptare ſecundam Electionem, ſtante acceptatione prioris, quam validam, & validiſſimam ſuppoſuit, ideoque ſequendo veſtigia Eligentium acceptavit ſecundam cum clauſula illa, *citra quodcumque præjudicium*, hoc eſt citra præjudicium prioris Electionis jam ab ipſo acceptatæ nolendo ab ea recedere, & conſequenter conditionate, & perplexe juxta naturam præallegatæ clauſulæ, quæ expreſſam Conditionem importat, Spad. *conſ.* 4. *n.* 40. *tom.* 1. Pariſ. *conſ.* 83. *n.* 142. *libr.* 1. Rota *dec.* 430. *n.* 12. *part.* 5. *recent.* & *coram Cerro dec.* 93. *n.* 16.

Nihil attenta reſponſione, quod eadem clauſula non importet Conditionem ſuſpenſivam, ſed reſolutivam, ut ſcilicet actus reſolvatur conſtito de præjudicio, ac quod interim habeatur pro puro; Etenim in hac ma- 208
teria Electionis nihil attenditur genus Conditionis, an ſit ſuſpenſivum, vel reſolutivum, ſed unice conſideratur, an illud ſit tale, quod reddat conſenſum Electi incertum, & perplexum, ut in ſpecie, quod damnata ſit perplexitas tam in Electoribus, quam in Electo, probat Cardin. Monac. *in cap.* 2. *de elect. in* 6. *n.* 7. *verſic. unde propter perplexitatem*, Barboſ. *numer.* 2. Miranda *in manual. Prælator. tom.* 2. *qu.* 23. *art.* 17. *concl.* 2.

Certum eſt autem, quod omnis conditio etiam reſolutiva ante reſolutionem reſpectu facientis actum interim inducit perplexitatem conſenſus, & incerti- 209
tudinem animi ignorantis, an prima Electio ſit nulla, & an acceptatio ſecundæ inferat præjudicium in ordine ad primam, Card. Monac. *in d. capit.* 2. *de elect. in* 6. *ſub n.* 7. ibi: *Nam non poteſt ſtare conditio, niſi primo conſenſerit, nec poteſt conſentire, niſi conditione extante, unde propter perplexitatem non valet.*

Præſertim, quando agitur de perplexitate non reſolubili, qualis eſt, ubi verſatur inter duo contraria; nam tunc ſemper vitiat diſpoſitionem ad differentiam perplexitatis reſolubilis, quæ perplexitas non reſolubilis exemplificari poteſt in eo, qui eligit bonum citra præjudicium mali, quod tamquam inter duo contraria vitiant Electionem ratione perplexitatis non reſolubilis, ut bene advertit Prob. ad Monac. *in dict. cap.* 2. *de elect. in* 6. *n.* 6. ibi: *Ulterius in ma-*

terio dic, quod eſt quædam perplexitas reſolubilis, & alia, quam non reſolubilem appellamus, prima quando eligendo alterum extremorum non ſequitur impoſſibile, nec contrarietas, ſed tantummodo aliquod inconveniens, non reſolubilis dicitur, quando electo alter extremorum, qualecumque ſit, ſequitur impoſſibilitas, vel contrarietas, &c. ſi vero eſt reſolubilis non vitiatur, & optime Barboſa *clauſul.* 157. *numero* 14.

Neque ob talem conſenſum conditionatum, & perplexum inter duo contraria dici poteſt, quod conditio habeatur pro non adjecta, quia cum conſenſus ſemper requiratur certus, & limpidus juxta Sacros Canones, hinc ſequitur, ut qui conſentit perplexe inter duo con-
310 traria exiſtens dicatur in culpa ad effectum vitiandi
Electionem, ut firmat Vvames *dict. conſ.* 18. *ſub n.* 9. ibi: *Verba Conſtitutionis in d. cap. 2. aperta ſint, quod adjecta conditio non tantum vitietur, ſed etiam vitiet ipſam Electionem, & egregie docet Gloſſ. in Canon.* 1. *diſtinct.* 93. *in verb. Item adverſus*, ibi: *Perplexio ergo quantum ad rem nihil eſt, ſed quantum ad animum, & ad ſtultam opinionem alicujus perplexi aliqua eſt, unde Judæi non erant perplexi, niſi quantum ad animum, & ideo debuiſſent conſulere peritiores, ut Apoſtolicos, vel Sacras Scripturas.*

Quæ Gloſſa præciſe loquitur de perplexitate Judæorum inter duo contraria circa Crucifixionem Chriſti Domini, qui eum crucifigendo, peccabant occiden-
311 do Innocentem, ſi non crucifigebant, ipſi habebant
opinionem ſtultam, & erroneam peccandi, quia ſupponebant facere contra eorum legem diſponentem, quod qui ſe Filium Dei diceret morte moreretur, ut legere eſt in relata *Gloſſa in principio verſic. Dicunt quidam*, eamque refert Prob. ad Monac. *in d. c.* 2. *de elect. in* 6. *n.* 5. unde hæc perplexio inter duo contraria ſemper vitiat actum, quia conſulere debebant Peritiores, ut eadem Gloſſa advertit.

Et in terminis punctualibus admonet *Gloſſa in dict. capit. ut quis duas de elect. in* 6. quæ in caſu duarum Electionum de eodem ad eamdem litteraliter dicit non ſuffragari perplexitatem, & incertitudinem in his, quæ Juris ſunt, vel Facti proprii, ut in verbo eligere ibi: *Aut incertus, & diſtingue hunc, quia aut ſum incertus per Juris imperitiam, & tunc nihilominus eligere debeo, quia Peritiores conſulere debui, & ignorantia Juris non excuſat, aut per errorem Facti, & tunc ſubdiſtingue, quod aut erat error proprii Facti, aut alieni, &c. ſi ex errore proprii facti eligere debeo, quia in proprio facto intolerabilis eſt ignorantia, ſi propter errorem facti Adverſarii, tunc non teneor eligere, & in cap. unico de poſtulat. Prælator. in verb. probabiliter* ibi: *quod hic dicit, intelligo, ſi dubitetur in facto, ſi autem dubitaretur ignorantia Juris, hic ſecus crede, tum quia Peritiores conſulere debuerunt, & quia Juris ignorantia, nec eſt probabilis, nec excuſat.*

Pro qua perplexitate conſenſus Electi circa acceptandam poſteriorem Electionem mirabiliter confert notabiliſſima circumſtantia, quod ipſe vigore ſolius primæ Electionis recepit Intronizzationem, & cœpit poſſeſſionem Eccleſiæ, vigore autem ſecundæ Electionis non curavit novam poſſeſſionem accipere, ſed perſeveravit in prima, unde edocemur ipſum eatenus noluiſſe conſumare ſecundam Electionem, quatenus dederat conſenſum conditionatum, & perplexum in acceptatione expreſſum, cujus proinde incertitudo, & perplexitas magis ex hoc declarata remanſit, cum ex actibus etiam negativis deſumatur intentio, & quali-
312 tas animi præcedentis, Spada *conſ.* 232. *n.* 13. *libr.* 2.
Rota *dec.* 56. *n.* 7. *part.* 6. & *deciſ.* 130. *n.* 23. & 24. *part.* 12. & *deciſ.* 520. *n.* 15. *part.* 13. & *deciſ.* 613. *n.* 26. & *dec.* 654. *n.* 8. *part.* 18. *tom.* 2. *rec.* & *coram Bich. deciſ.* 660. *n.* 17.

Et poſita conditionalitate, ſeu perplexitate conſenſus Electi, ipſa etiam Electio efficitur perplexa, & conditionalis, quamvis perplexe, & conditionabiliter facta non fuiſſet, ut notat Ancharan. *in c.* 2. *de*
313 *election. in* 6 *n.* 1. ibi: *idem dicas de Electo, qui infra
tempus a Iure ſtatutum debet pure conſentire*, Layman. *num.* 2. ibi: *addendum tertio, quod etiam Electus debeat pure, & ſimpliciter conſenſum dare Electioni*, Joan. Andr. ſub n. 4. Innoc. n. 1. de quibus ſupra quando præſertim conſenſum Electi conditionatum in caſu iſto Canonici acceptarunt cum illis verbis ibi: *quam reſolutionem Reverendiſſimi Domini Capitulares gratanter acceptantes*; nam tunc Electionem etiam pure factam tranſire in conditionatam probat Vanquell. *in dict. cap.* 2. ibi: *& nedum in Eligentibus conditio reprobatur, ut hic, ſed etiam in Electo, qui pure conſentire debet, &c. quinimmo ſi Electus ſub conditione conſentit, & Electores conſentiunt efficitur Electio eorum (quamvis pura fuit) invalida, & reproba, quia ex illo conſenſu eorum vota efficiuntur conditionalia*, & ita concordant Innoc. Anchar. Jo. Andr. & alii ſupra relati necnon Lap *alleg.* 6. *ſub n.* 1.

Neque huic nullitati obſtat unicum refugium Gloſſæ in toties repetito *c. ut quis duas de elect. in* 6. in figuratione caſus ibi: *vacante aliqua Eccleſia Canonici convenerunt in unum ſuper futuro Prælato illius Eccleſiæ eligendo, qui Canonici quemdam Titium elegerunt, Electione facta dubitaverunt Canonici peccaſſe in forma Electionis, ideo reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam Electionem de eodem Titio fecerunt*, inferendo ex hac Gloſſa, quod ubi agitur de reeligendo eumdem Electum, poſſit iterari Electio ſub perplexitate, & dubio ibi: *dubitaverunt Canonici*.

Sed, quantum erronea ſit hujuſmodi interpretatio, oſtendit ſenſus etiam grammaticalis verborum relatæ Gloſſæ, ſi enim dicit, quod Canonici dubitaverunt Electione facta, ergo nullatenus dicit, quod dubitaverunt poſtquam reverſi ſunt ad Capitulum cum iſti duo actus, & iſta duo tempora figurentur ſeparata, & diſtincta inter ſe in eadem Gloſſa per duas orationes omnino diſconnexas, quarum prima eſt illa: *Electione facta dubitaverunt Canonici peccaſſe in forma Electionis*, altera vero oratio diſtinctiſſima eſt illa: *ideo reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam Electionem de eodem Titio fecerunt*, in qua non poteſt intelligi repeti-
tum verbum illud *dubitaverunt* in præcedenti periodo 314
expreſſum, neque ex verbis Gloſſæ, & Doctorum in Jure noſtro, licitum eſt arguere per tacitos, & ſubauditos intellectus, prout licitum eſt in Legibus, & Decretalibus, maxime quando illi procedunt per verba narrativa facti *Gloſſa in l.* 1. *Cod. quand. non petent. p.* Ruin. *conſ.* 166. *n.* 2. *lib.* 4. Gonzal. *in cap. cum Eccleſia n.* 6. *de elect.* Lambertin. *de Iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 2. *artic.* 4. *n.* 13. Barboſa *axiom.* 93. *n.* 1. Surd. *de Aliment. tit.* 1. *quæſt.* 112. *n.* 8. *verſ. & non obſtat*, Lotter. *de re benefic. libr.* 1. *quæſt.* 18. *n.* 9. *verſic. nam hoc*.

Et propterea male inſiſtitur ſuper verbis Gloſſæ ſolum exponentibus figurationem caſus, & nihil determinantibus, nec de Jure, nec de Facto, an Canonici in ſecunda Electione dubitaverint de prima, ſed potius, ſi licet argumentis, exprimentibus, quod dubitando ſtatim facta Electione, amplius non dubitaverint, quando reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam fecerunt Electionem, ut in puncto probat Ripa in oppoſitum allegatus *reſponſ.* 7. *de elect.* ibi: *Papa in capit. ut quis duas eodem tit. in* 6. *non dubitavit an Capitulum poterit facere duas Electiones de eodem, ſed ſolum dubitet, an Electus poſſit petere confirmationem vigore utriuſque, &c. non dubitent ergo Canonici, ſed dubitationem relinquant Electo.*

Eo magis, quia juxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum in *c.* 2. *de elect. in* 6. expreſſe prohibita reperitur Electio ſub conditione, perplexitate, & dubio, ideoque monſtruoſum eſt, & extravagantiſſimum velle hanc Gloſſam quaſi trahere per capillos ad ſignificandum unum facti, quod non dicit, & alterum Juris, quod dicere non poteſt, nempe, quod dubitaverint Canonici etiam quando reverſi ad Capitulum fecerunt ſecundam Electionem, quodque cum hac dubitatione, & incertitudine potuerint valide, licite, & canonice eligere, cum nunquam fieri debeat interpre-
tatio ad correctionem Juris, Cardin. Tuſch. *practicar.* 315
concluſ. tom. 2. *litt. G. concluſ.* 1037. *numero* 1. Barboſa *Axiom.* 60. *n.* 3. Rota *coram Coccin. dec.* 1162. *n.* 17. & *coram Merlin. deciſ.* 747. *n.* 12. *in fine verſic. Sique aliter*.

Nullo

Nullo cæteroquin concurrente motivo, quod ſecunda Electio fieri poſſit animo dubio, & incerto, quia ſi iſta aſſe deber Electio validanb nullitatempeimæ, jam ſupponere debemus, quod ea facienda ſit, prout de Jure præviis requiſitis neceſſariis, quorum principale eſt, quod fiat animo determinato, & cer- 216 to, non autem involuto, & caliginoſo, ut inquit Bald. *conſ.* 338. *n.* 3. *lib.* 1. ibi: *nimirum quia Eligentes debent eſſe certi tam de Jure eligendi, quam de Facto, non enim poſſunt facto eligere, ſed cum animi plena determinatione, & certa ſcientia, & dicit regula Juris in totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt nonniſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt*, cum cæteris ſupra relat. n. 120. cum ſeqq. unde Canonici, qui habent cauſam dubitandi, an prima Electio ſit valida, vel nulla prius inquirant, conſulendo Peritiores, & poſtea eligant, ut communiter tradunt Canoniſtæ jam allegati n. 217.

Et adeo verum eſt, & abſolutum hoc principium quod Electio non valeat, ſi fiat animo dubio, ut non attendatur, quod nulla dubietas concurrat ex parte rei, ſed ſatis ſit, quod iſta, tota ſe babeat in mente, & imaginatione Eligentium, ut in exemplo eorum, qui nondum certiorati de caſſatione primæ Electionis, procedunt ad ſecundam tempore, quo prima jam erat caſſata per Superiorem, quamvis enim porior E- 217 lectio propter caſſationem jam facta ex parte rei operetur, quod ſecunda ſit valida, dum Electores revera eo tempora habent jus eligendi de novo, adhuc tamen, quia caſſatio illa non eſt nota Eligentibus, nec iſti ſunt certi de Jure ſuo, ſi eligant, nulliter eligunt, ut in puncto obſervat Anchar. *in cap. Innotuit de elect. n.* 7. ibi: *Decimo nota in verbo decernentes, quod ad hoc, ut Electione caſſata Electores poſſint procedere ad ſecundum, requiritur, quod caſſatio talis fuerit eis nota per litteras Superioris; nam ante ſunt dubii de jure ſuo ſuper jure eligendi, & licet in rei veritate ad ipſos poſt caſſationem jus eligendi iterum devolvatur, tamen debent hoc ſcire, nec ſufficit fieri facta, quia ſcientia facti cum poteſtate requiritur*, quomodo igitur ſubſtentari poteſt Electio ſecunda facta per contrarios Electores tempore, quo credebant, & ſperabant obtinere confirmationem primæ, & ſecundam faciebant animo dubio, & ſub conditione dubia, quatenus prima forſan irrita reputari vellet extra omnem expectationem.

Nullamque applicationem ad caſum noſtrum habet *Text. in capit. unico de poſtulat. Prælator.* in caſu dubitationis probabilis admittens, quod Electores procedere poſſint ſub hac verborum formula: Eligo, vel 218 poſtulo, prout poteſt melius de jure valere, quia loquitur de caſu, quo Electores ignorant factum alienum, utrum ſcilicet perſona ſit eligibilis, vel poſtulabilis, quod idem eſt ac dicere, an ſit alteri Eccleſiæ alligatus, vel non, vel habeat necne defectum ætatis, & proinde locum non habet in dubitatione facti proprii, aut propter ignorantiam Juris, ut explicat ibi: *Gloſſa in verbo probabiliter*, ibi: *Quod hic dicit intellige, ſi dubitetur in facto, ſi autem dubitaretur ignorantia juris, hic ſecus credo*, Anchar. n. 4. ibi: *Intelligit de ignorantia facti*, Archidiac. *ſub n.* 1. *in fine* ibi: *Quia forte dubitatur, an aliquis ſit defectus in eo, quem volunt habere in Prælatum*, Lavor. *de elect. tit.* 4. *cap.* 14. *n.* 2.

Qui proinde Textus reſtringitur ad ſuum caſum dubitationis facti alieni, nec poteſt extendi ad correctionem alterius *Text. in cap.* 2. *de elect. in* 6. prohibentis Electiones incertas, & perplexas, eoque magis, quia reſpectu Electionis: Eligo, vel poſtulo, prout melius de jure fieri poteſt, non inducitur incertitudo, quia Perſona eſt certa, & Electio eſt certa, ut inquit Lap. *allegat.* 6. *n.* 4. ibi: *Nam ſi dico elige Titium, vel Sempronium prima non eſt certa, vel ſi dico eligo ſi ſit Doctor, eſt incerta perſona, & dubia, quæ requirit Cauſa cognitionem, ſi dico eligo, ſi debeo eſt incertitudo Juris, &c. ſed cum dico elige, vel poſtulo, prout melius de jure valet tunc Perſona certa, & Electio eſt certa*, quando autem fit Electio ſub conditione, ſi prima non ſubſiſtat, tunc dicitur fieri incerte, & perplexe per meram ignorantiam Juris, ut in caſu iſto, ubi modus non eſt licitus, quia poterant Canonici conſulere Peritiores, ac etiam quia conditionem expreſſerunt relative ad futurum caſum, quo prior Electio per Sedem Apoſtolicam irrita reputari poſſet, quæ eſt ſpecies conditionis ſuſpendentis actum, & conſenſum, ut de verbis, in eventum, in quem adjectis in ſæpecitato folio conventionali firmat Rot. *cor. Cerr. deciſ.* 208. *n.* 5. & de conditione. Si Papæ placuerit, ſeu relata ad ejus Judicium, Sigiſmund. *de elect. dub.* 28. *n.* 11. *verſ. & hinc quoque.*

Quibus nullitatibus adeo craſſis, & manifeſtis obſtare non valet exceptio illa, quod Capitulares non habuerint intentionem eligendi conditionaliter, coarctate, & per viam renovationis primæ Electionis, quoniam licet iſta ſit bona excuſatio in mate- 219 ria Sacramentorum, & in Foro interno, eſt tamen inepta, & prorſus erronea in Foro externo, & in materiis legalibus, & canonicis, ubi in judicando non attenditur ſecreta intentio actum gerentis, ſed illa talis reputatur, qualem verba demonſtrant, ſi ergo clariſſima ſunt verba ad oſtendendam Electionem renovatoriam primæ coarctatam, & conditionatam, occultus animus, & intentio Electorum ſoli Deo nota tamquam contraria verbis, in Judicio nihil operatur, immo attendi prohibetur, & ab omni humano jure damnatur, ne alias ab occultis, & de occultis incongruum feratur Judicium, & Cenſura Legum fallaci prætextu latentis intentionis ex toto ſubvertatur, juxta doctrinam D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 100. *art.* 9. quam refert, & ſequitur Paſſerin. *de elect. c.* 17. *ſub n.* 10. ibi: *Nam cum homo Legiſlator intentionem operantium, nec videat, nec poſſit videre, ideo lex humana, non intentionem, ſed opus externum præcipit, aut prohibet, &c. unde ubi de lege humana eſt ſermo, non eſt attendenda intentio operantium, ſed opus externum præceptum, & prohibitum.*

Eſſet enim manifeſta ſubverſio, & ſupplantatio cujuſcumque Legis humanæ, ſi quis factum prohibitum ſalvare poſſet ab intentione, quoniam ex. gr. licitum foret Electori pro aliquo eligendo accipere decem mille dupplas, & actum Simoniacum excuſare ex motivo, quod habuerit intentionem eligendi illum tamquam digniorem, & eodem modo quis excuſaret furtum cum intentione mutui, ſtuprum intentione Matrimonii, & ſic de ſimilibus, quod ſane involvit apertiſſimum abſurdum, & fraudem quoad omnes Leges tam Canonicas, quam Civiles omnino damnatam in foro externo, & docet *Text. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. verſ. Itaque, qui aliud dicit*, quam Card. Pariſ. *conſ.* 73. *n.* 30. *libr.* 1. Surd. *conſ.* 321. *n.* 56. Barboſ. *axiom.* 230. *n.* 3. Rota *dec.* 354. *n.* 6. *part.* 1. *recent.* & optime Sperell. *dec.* 98. *n.* 36. *&* 37. Cyriac. *controverſ.* 521. *n.* 36. *&* 39. *cum trib. ſeqq.* ubi dicit cum Alciato, quod ſatius eſt in hoc imitari Eccleſiam, quæ non judicat de occultis Burſatt. *conſ.* 13. *n.* 37. Alexand. *conſ.* 170. *n.* 1. *lib.* 5. cum aliis apud Balducc. *deciſ. & rer. judicat. tit.* 3. *dec.* 39. *num.* 43. *dec.* 178. *n.* 8. *part.* 6. *rec.*

Conſtito ex his, quod contraria Electio ſit penitus nulla, non ex uno, ſed ex multiplici vitio nullitatum ſubſtantialium, non intrat adjectio clauſulæ *Supplentes*. Quando enim vitia Electionis ſunt enormia, ſubſtantialia, & peccantia in forma etiam naturali, tunc nunquam audita fuit, aut practicata con- 220 firmatio cum tali clauſula, quia non eſt dabilis confirmatio, ubi ſubjectum Electionis ex capite nullitatis dicitur non extare, nec adeſſe in rerum natura, quidquid ſecus ſi ageretur de levibus minutiis, & ſcrupoloſitatibus, quæ ſi deficiant in Electionibus, ſuppleri, & ſanari ſolent per Superiorem, ut communiter advertunt Barboſ. *clauſ.* 177. *n.* 11. Matta *de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 20. *num.* 31. 32. *&* 44. Jov. *de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ.* 8. *§.* 5. *n.* 6. Peſſer. *de elect. cap.* 33. *n.* 167. *verſic. Et nihilominus*, & in ſpecie, quod clauſula *Supplentes* tali caſu non ſit conceſſibilis, firmat Barboſ. *clauſ.* 104. *n.* 5. Jov. *de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ.* 8. *§.* 5. *n.* 8. *cum aliis relatis n.* 167.

terio dic, quod eſt quædam perplexitas reſolubilis, & alia, quam non reſolubilem appellamus, prima quando eligendo alterum extremorum non ſequitur impoſſibile, nec contrarietas, ſed tantummodo aliquod inconveniens, non reſolubilis dicitur, quando electo altero extremorum, qualecumque ſit, ſequitur impoſſibilitas, vel contrarietas, &c. ſi vero eſt reſolubilis non vitiatur, & optime Barboſa *clauſul*. 157. *numero* 14.

Neque ob talem conſenſum conditionatum, & perplexum inter duo contraria dici poteſt, quod conditio habeatur pro non adjecta, quia cum conſenſus ſemper requiratur certus, & limpidus juxta Sacros Canones, hinc ſequitur, ut qui conſentit perplexe inter duo con-
310 traria exiſtens dicatur in culpa ad effectum vitiandi Electionem, ut firmat Vvames *dict. conſ.* 18. *ſub n.* 9, ibi: *Verba Conſtitutionis in d. cap. 2. aperta ſint, quod adjecta conditio non tantum vitietur, ſed etiam vitiet ipſam Electionem, & egregie docet Gloſſ. in Canon.* 1, *diſtinct.* 93. *in verb. Item adverſus*, ibi: *Perplexio ergo quantum ad rem nihil eſt, ſed quantum ad animum, & ad ſtultam opinionem alicujus perplexi aliqua eſt, unde Judæi non erant perplexi, niſi quantum ad animum, & ideo debuiſſent conſulere peritiores, ut Apoſtolicos, vel Sacras Scripturas.*

Quæ Gloſſa præciſe loquitur de perplexitate Judæorum inter duo contraria circa Crucifixionem Chriſti Domini, qui eum crucifigendo, peccabant occiden-
311 do Innocentem, ſi non crucifigebant, ipſi habebant opinionem ſtultam, & erroneam peccandi, quia ſupponebant facere contra eorum legem diſponentem, quod qui ſe Filium Dei diceret morte moreretur, ut legere eſt in relata *Gloſſa in principio verſic. Dicunt quidam*, eamque refert Prob. ad Monac. *in d. c. 2. de elect. in 6. n.* 5. unde hæc perplexio inter duo contraria ſemper vitiat actum, quia conſulere debebant Peritiores, ut eadem Gloſſa advertit.

Et in terminis punctualibus admonet *Gloſſa in dict. capit. ut quis duas de elect. in* 6. quæ in caſu duarum Electionum de eodem ad eamdem litteraliter dicit non ſuffragari perplexitatem, & incertitudinem in his, quæ Juris ſunt, vel Facti proprii, ut in verbo eligere ibi: *Aut incertus, & diſtingue hunc, quia aut ſum incertus per Juris imperitiam, & tunc nihilominus eligere debeo, quia Peritiores conſulere debui, & ignorantia Juris non excuſat, aut per errorem Facti, & tunc ſubdiſtingue, quod aut erat error proprii Facti, aut alieni, &c. ſi ex errore proprii facti eligere debeo, quia in proprio facto intolerabilis eſt ignorantia, ſi propter errorem facti Adverſarii, tunc non teneor eligere, & in cap. unico de poſtulat. Prælator. in verb. probabiliter* ibi: *quod hic dicis, intelligo, ſi dubitetur in facto, ſi autem dubitaretur ignorantia Juris, hic ſecus credo, tum quia Peritiores conſulere debuerunt, & quia Juris ignorantia, nec eſt probabilis, nec excuſat.*

Pro qua perplexitate conſenſus Electi circa acceptandam poſteriorem Electionem mirabiliter confert notabiliſſima circumſtantia, quod ipſe vigore ſolius primæ Electionis recepit Intronizzationem, & cœpit poſſeſſionem Eccleſiæ, vigore autem ſecundæ Electionis non curavit novam poſſeſſionem accipere, ſed perſeveravit in prima, unde edocemur ipſum catenus noluiſſe conſumare ſecundam Electionem, quatenus dederat conſenſum conditionatum, & perplexum in acceptatione expreſſum, cujus proinde incertitudo, & perplexitas magis ex hoc declarata remanſit, cum ex actibus etiam negativis deſumatur intentio, & quali-
312 tas animi præcedentis, Spada *conſ.* 232. *n.* 13. *libr.* 2, Rota *dec.* 56. *n.* 7. *part.* 6. *& deciſ.* 130. *n.* 23. *&* 24. *part.* 12. *& deciſ.* 520. *n.* 15. *part.* 13. *& deciſ.* 613. *n.* 26. *& dec.* 654. *n.* 8. *part.* 18. *tom.* 2, *rec. & coram Burb. deciſ.* 660. *n.* 17.

Et poſita conditionalitate, ſeu perplexitate conſenſus Electi, ipſa etiam Electio efficitur perplexa, & conditionalis, quamvis perplexe, & conditionabiliter facta non fuiſſet, ut notat Ancharan. *in c. 2. de*
313 *election in 6 n.* 1. ibi: *idem dicas de Electo, qui infra tempus a Iure ſtatutum debet pure conſentire*, Layman. *num.* 2. ibi: *addendum tertio, quod etiam Electus debeat pure, & ſimpliciter conſenſum dare Electioni*, Joan. Andr. ſub n. 4. Innoc. n. 1. de quibus ſupra quando præſertim conſenſum Electi conditionatum in caſu iſto Canonici acceptarunt cum illis verbis ibi: *quam reſolutionem Reverendiſſimi Domini Capitulares gratanter acceptantes*; nam tunc Electionem etiam pure factam tranſire in conditionatam probat Vanquell. *in dict. cap.* 2. ibi: *& nedum in Eligentibus conditio reprobatur, ut hic, ſed etiam in Electo, qui pure conſentire debet, &c. quinimmo ſi Electus ſub conditione conſentit, & Electores conſentiunt efficitur Electio eorum (quamvis pura fuit) invalida, & reproba, quia ex illo conſenſu eorum vota efficiuntur conditionalia*, & ita concordant Innoc. Anchar. Jo. Andr. & alii ſupra relati necnon Lap *alleg. 6. ſub n.* 1.

Neque huic nullitati obſtat unicum refugium Gloſſæ in toties repetito *c. ut quis duas de elect. in* 6. in figuratione caſus ibi: *vacante aliqua Eccleſia Canonici convenerunt in unum ſuper futuro Prælato illius Eccleſiæ eligendo, qui Canonici quemdam Titium elegerunt, Electione facta dubitaverunt Canonici peccaſſe in forma Electionis, ideo reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam Electionem de eodem Titio fecerunt*, inferendo ex hac Gloſſa, quod ubi agitur de reeligendo eumdem Electum, poſſit iterari Electio ſub perplexitate, & dubio ibi: *dubitaverunt Canonici*.

Sed, quantum erronea ſit hujuſmodi interpretatio, oſtendit ſenſus etiam grammaticalis verborum relatæ Gloſſæ, ſi enim dicit, quod Canonici dubitaverunt Electione facta, ergo nullatenus dicit, quod dubitaverunt poſtquam reverſi ſunt ad Capitulum cum iſti duo actus, & iſta duo tempora figurentur ſeparata, & diſtincta inter ſe in eadem Gloſſa per duas orationes omnino diſconnexas, quarum prima eſt illa: *Electione facta dubitaverunt Canonici peccaſſe in forma Electionis*, altera vero oratio diſtinctiſſima eſt illa: *ideo reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam Electionem de eodem Titio fecerunt*, in qua non poteſt intelligi repeti-
tum verbum illud *dubitaverunt* in præcedenti periodo 314
expreſſum, neque ex verbis Gloſſæ, & Doctorum in Jure noſtro, licitum eſt arguere per tacitos, & ſubauditos intellectus, prout licitum eſt in Legibus, & Decretalibus, maxime quando illi procedunt per verba narrativa facti *Gloſſa in l. 1. Cod. quand. non petent. p.* Ruin. *conſ.* 166. *n.* 2. *lib.* 4. Gonzal. *in cap. cum Eccleſia n. 6. de elect.* Lamberin. *de Iurepatr. lib. 2. part.* 1. *quæſt.* 2. *artic.* 4. *n.* 13. Barboſa *axiom.* 93. *n.* 1. Surd. *de Aliment. tit. 1. quæſt.* 112. *n.* 8. *verſ. & non obſtat*, Lotter. *de re benefic. libr. 1. quæſt.* 18. *n.* 9. *verſic. nam hoc*.

Et propterea male inſiſtitur ſuper verbis Gloſſæ ſolum exponentibus figurationem caſus, & nihil determinantibus, nec de Jure, nec de Facto, an Canonici in ſecunda Electione dubitaverint de prima, ſed potius, ſi licet argumentis, exprimentibus, quod dubitando ſtatim facta Electione, amplius non dubitaverint, quando reverſi ſunt ad Capitulum, & aliam fecerunt Electionem, ut in puncto probat Ripa in oppoſitum allegatus *reſponſ. 7. de elect.* ibi: *Papa in capit. ut quis duas eodem tit. in 6. non dubitavit an Capitulum poterit facere duas Electiones de eodem, ſed ſolum dubitet, an Electus poſſit petere confirmationem vigore utriuſque, &c. non dubitent ergo Canonici, ſed dubitationem relinquant Electo.*

Eo magis, quia juxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum in *c. 2. de elect. in* 6. expreſſe prohibita reperitur Electio ſub conditione, perplexitate, & dubio, ideoque monſtruoſum eſt, & extravagantiſſimum velle hanc Gloſſam quaſi trahere per capillos ad ſignificandum unum facti, quod non dicit, & alterum Juris, quod dicere non poteſt, nempe, quod dubitaverint Canonici etiam quando reverſi ad Capitulum fecerunt ſecundam Electionem, quodque cum hac dubitatione, & incertitudine potuerint valide, licite, & canonice eligere, cum nunquam fieri debeat interpre-
tatio ad correctionem Juris, Cardin. Tuſch. *practicar.* 315
concluſ. tom. 2. litt. G. concluſ. 1037. *numero* 1. Barboſa *Axiom.* 60. *n.* 3. Rota *coram Coccin. dec.* 1162. *n.* 17. *& coram Merlin. deciſ.* 747. *n.* 12. *in fine verſic. Si quæ aliter*.

Nullo

Nullo cæteroquin concurrente motivo, quod ſe-
cunda Electio fieri poſſit animo dubio, & incerto,
quia ſi iſta eſſe debet Electio valida ob nullitatem pri-
mæ, jam ſupponere debemus, quod ea facienda ſit,
prout de Jure præviis requiſitis neceſſariis, quorum
principale eſt, quod fiat animo determinato, & cer-
216 to, non autem involuto, & caliginoſo, ut inquit
Bald. *conſ.* 338. *n.* 3. *lib.* 1. ibi: *nimirum quia Eligen
tes debent eſſe certi tam de Jure eligendi, quam de
Facto, non enim poſſunt facto eligere, ſed cum animi
plena determinatione, & certa ſcientia, & dicit regu-
la Juris in totum omnia, quæ animi deſtinatione agen-
da ſunt nonniſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt*,
cum cæteris ſupra relat. n. 120. cum ſeqq. unde Ca-
nonici, qui habent cauſam dubitandi, an prima Ele-
ctio ſit valida, vel nulla prius inquirant, conſulen-
do Peritiores, & poſtea eligant, ut communiter tra-
dunt Canoniſtæ jam allegati n. 117.

Et adeo verum eſt, & abſolutum hoc principium
quod Electio non valeat, ſi fiat animo dubio, ut non
attendatur, quod nulla dubietas concurrat ex parte
rei, ſed ſatis ſit, quod iſta, tota ſe habeat in mente,
& imaginatione Eligentium, ut in exemplo eorum,
qui nondum certiorati de caſſatione primæ Electio-
nis, procedunt ad ſecundam tempore, quo prima jam
fuit caſſata per Superiorem, quamvis enim potior E-
217 lectio propter caſſationem jam facta ex parte rei ope-
retur, quod ſecunda ſit valida, dum Electores reve-
ra eo tempore habent jus eligendi de novo, adhuc
tamen, quia caſſatio illa non eſt nota Eligentibus,
nec ipſi ſunt certi de Jure ſuo, ſi eligant, nulliter eli-
gunt, ut in puncto obſervat Anchar. *in cap. Innotuit
de elect. n.* 7. ibi: *Decimo nota in verbo decernentes,
quod ad hoc, ut Electione caſſata Electores poſſint pro-
cedere ad ſecundum, requiritur, quod caſſatio talis fue-
rit eis nota per litteras Superioris; nam ante ſunt du-
bii de jure ſuo ſuper jure eligendi, & licet in rei veri-
tate ad ipſos poſt caſſationem jus eligendi iterum devol-
vatur, tamen debent hoc ſcire, nec ſufficit fieri facta,
quia ſcientia facti cum poteſtate requiritur*, quomodo
igitur ſuſtentari poteſt Electio ſecunda facta per cun-
ctatios Electores tempore, quo credebant, & ſpera-
bant obtinere confirmationem primæ, & ſecundam
faciebant animo dubio, & ſub conditione dubia, qua-
tenus prima forſan irrita reputari vellet extra omnem
expectationem.

Nullamque applicationem ad caſum noſtrum ha-
bet *Text. in capit. unico de poſtulat. Prælator.* in caſu
dubitationis probabilis admittens, quod Electores pro-
cedere poſſint ſub hac verborum formula: Eligo, vel
218 poſtulo, prout poteſt melius de jure valere, quia lo-
quitur de caſu, quo Electores ignorant factum alie-
num, utrum ſcilicet perſona ſit eligibilis, vel poſtu-
labilis, quod idem eſt ac dicere, an ſit alteri Eccle-
ſiæ alligatus, vel non, vel habeat necne defectum
ætatis, & proinde locum non habet in dubitatione fa-
cti proprii, aut propter ignorantiam Juris, ut expli-
cat ibi: *Gloſſa in verbo probabiliter*, ibi: *Quod hic di-
cit intellige, ſi dubitetur in facto, ſi autem dubitaretur
ignorantia juris, hic ſecus credo*, Anchar. *n.* 4. ibi:
Intellige de ignorantia facti, Archidiac. *ſub n.* 1. *in
fine* ibi: *Quia forte dubitatur, an aliquis ſit defectus
in eo, quem volunt habere in Prælatum*, Lavor. *de
elect. tit.* 4. *cap.* 14. *n.* 2.

Qui proinde Textus reſtringitur ad ſuum caſum du-
bitationis facti alieni, nec poteſt extendi ad correctio-
nem alterius *Text. in cap.* 2. *de elect. in* 6. prohiben-
tis Electiones incertas, & perplexas, eoque magis,
quia reſpectu Electionis: Eligo, vel poſtulo, prout
melius de jure fieri poteſt, non inducitur incertitudo,
quia Perſona eſt certa, & Electio eſt certa, ut inquit
Lap. *allegat.* 6. *n.* 4. ibi: *Nam ſi dico eligo Titium,
vel Sempronium prima non eſt certa, vel ſi dico eligo
ſi ſit Doctor, eſt incerta perſona, & dubia, quæ re-
quirit Cauſæ cognitionem, ſi dico eligo, ſi debeo eſt in-
certitudo Juris, &c. ſed cum dico eligo, vel poſtulo,
prout melius de jure valet tunc Perſona certa, & Ele-
ctio eſt certa*, quando autem ſit Electio ſub conditio-
ne, ſi prima non ſubſiſtat, tunc dicitur fieri incer-
te, & perplexe per meram ignorantiam Juris, ut in

caſu iſto, ubi modus non eſt licitus, quia poterant
Canonici conſulere Peritiores, ac etiam quia condi-
tionem expreſſerunt relative ad futurum caſum, quo
prior Electio per Sedem Apoſtolicam irrita reputari
poſſet, quæ eſt ſpecies conditionis ſuſpendentis actum,
& conſenſum, ut de verbis, in eventum, in quem
adjectis in ſæpecitato folio conventionali firmat Rot.
cor. Cerr. deciſ. 208. *n.* 5. & de conditione. Si Papæ
placuerit, ſeu relata ad ejus Judicium, Sigiſmund.
de elect. dub. 28. *n.* 11. *verſ. & hinc quoque.*

Quibus nullitatibus adeo craſſis, & manifeſtis
obſtare non valet exceptio illa, quod Capitulares
non habuerint intentionem eligendi conditionaliter,
coarctare, & per viam renovationis primæ Electio-
nis, quoniam licet iſta ſit bona excuſatio in mate- 219
ria Sacramentorum, & in Foro interno, eſt tamen
inepta, & prorſus erronea in Foro externo, & in
materiis legalibus, & canonicis, ubi in judicando
non attenditur ſecreta intentio actum gerentis, ſed
illa talis reputatur, qualem verba demonſtrant, ſi er-
go clariſſima ſunt verba ad oſtendendam Electionem
renovatoriam primæ coarctatam, & conditionatam,
occultus animus, & intentio Electorum ſoli Deo
nota tamquam contraria verbis, in Judicio nihil
operatur, immo attendi prohibetur, & ab omni hu-
mano jure damnatur, ne alias ab occultis, & de
occultis incongruum feratur Judicium, & Cenſura
Legum fallaci prætextu latentis intentionis e toto ſub-
vertatur, juxta doctrinam D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 100.
art. 9. quam refert, & ſequitur Paſſerin. *de elect. c.* 17.
ſub n. 10. ibi: *Nam cum homo Legiſlator intentionem
operantium, nec videat, nec poſſit videre, ideo lex hu-
mana, non intentionem, ſed opus externum præcipit,
aut prohibet, &c. unde ubi de lege humana eſt ſermo,
non eſt attendenda intentio operantium, ſed opus exter-
num præceptum, & prohibitum.*

Eſſet enim manifeſta ſubverſio, & ſupplantatio cu-
juſcumque Legis humanæ, ſi quis factum prohibitum
ſalvare poſſet ab intentione, quoniam ex. gr. licitum
foret Electori pro aliquo eligendo accipere decem mille
dupplas, & actum Simoniacum excuſare ex motivo,
quod habuerit intentionem eligendi illum tamquam di-
gniorem, & eodem modo quis excuſaret furtum cum
intentione mutui, ſtuprum intentione Matrimonii,
& ſic de ſimilibus, quod ſane involvit apertiſſimum
abſurdum, & fraudem quoad omnes Leges tam Ca-
nonicas, quam Civiles omnino damnatam in foro
externo, & docet *Text. in l. in ambiguo, ff. de reb.
dub. verſ. itaque, qui aliud dicit*, quam Card. Pariſ.
conſ. 73. *n.* 30. *libr.* 1. Surd. *conſ.* 321. *n.* 56. Barboſ.
axiom. 230. *n.* 3. Rota *dec.* 354. *n.* 6. *part.* 1. *recent.*
& optime Sperell. *dec.* 91. *n.* 36. & 37. Cyriac. *contro-
verſ.* 521. *n.* 36. & 39. *cum trib. ſeqq.* ubi dicit cum
Alciato, quod ſatius eſt in hoc imitari Eccleſiam,
quæ non judicat de occultis Burſatt. *conſ.* 13. *n.* 37.
Aleſand. *conſ.* 170. *n.* 1. *lib.* 5. cum aliis apud Balduce.
deciſ. & rer. judicat. tit. 3. *dec.* 39. *num.* 43. *dec.* 178.
n. 8. *part.* 6. *rec.*

Conſtito ex his, quod contraria Electio ſit peni-
tus nulla, non ex uno, ſed ex multiplici vitio nul-
litatum ſubſtantialium, non juvat adjectio clauſulæ
Supplentes. Quando enim vitia Electionis ſunt enor-
mia, ſubſtantialia, & peccantia in forma etiam natu-
rali, tunc nunquam audita fuit, aut practicata con- 220
firmatio cum tali clauſula, quia non eſt dabilis
confirmatio, ubi ſubjectum Electionis ex capite nul-
litatis dicitur non extare, nec adeſſe in rerum natu-
ra, quidquid ſecus ſi ageretur de levibus minutiis,
& ſcrupoloſitatibus, quæ ſi deficiant in Electioni-
bus, suppleri, & ſanari ſolent per Superiorem, ut
communiter advertunt Barboſ. *clauſ.* 177. *n.* 11. Mat-
ta *de Canſ. Conſiſtor. ſect.* 20. *num.* 31. 32. & 44. Jov.
de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ. 8. *§.* 5. *n.* 6. Peſſer.
de elect. cap. 33. *n.* 167. *verſic. Et nihilominus*, & in
ſpecie, quod clauſula *Supplentes* tali caſu non ſit con-
ceſſibilis, firmat Barboſ. *clauſ.* 104. *n.* 5. Jov. *de ſole-
mnit. in contract. minor. gloſſ.* 8. *§.* 5. *n.* 8. *cum aliis re-
latis n.* 167.

R E S T R I C T U S

Super Validitate, & Confirmatione Electionis Sereniſſimi Oſnabrugenſis.

REgula eſt pro validitate hujus Electionis maxime ob nullitatem alterius, quia ſufficit Electo eam oſtendere, abſque eo quod probare teneatur eſſe vali- 221 dam, & canonicam, cum talia præſumatur, donec de nullitate in contrarium concludenter doceatur Abb. *in cap. Licet Epiſcopus n. 3. & ſeqq. de Præbend. in 6.* Rota *dec.* 289. *n.* 25. & 26. *part.* 6. & *dec.* 244. *numer.* 34. *part.* 8. *rec.* & *in Albaricen. Canonicatus* 10. *Maii* 1700. §. *Sed antequam, coram bon. memor. Molinee* impreſſ. apud Me *Diſceptat. Eccleſ.* 4. *num.* 127. *fol.* 114.

Non obſtat prima exceptio, quod Capitulum non fuerit legitimum, dum Capitulares contrariæ factionis ad illud non fuerunt intimati, Ex duplici enim capite totaliter evaneſcit, tum quia conſtat eos fuiſſe invitatos uſque ſub die 29. Auguſti in Capitulo tunc peracto occaſione ſupervenienti ſecundi Brevis Apoſtolici, quod differebat Electionem ad alium menſem ibi: *Brevi illi in omnibus clauſulis, & contentis obtemperandum eſſe cum determinatione termini Electionis ad trigeſimum Septembris inde proximi*, tum etiam quia prædicti Capitulares comparuerunt in Aula 222 Capitulari die 30. Septembris pro facienda Electione, quo caſu defectus intimationis, ſi qui adeſſet, ſanatus remanſiſſet, juxta communem Concluſionem, de qua Bald. *in leg.* 1. *ff. de fer.* Alexand. *conſ.* 123. *numer.* 8. *in fine lib.* 6. Felin. *in cap. illud numer.* 8. *de præſcript.* Dec. *conſil.* 183. *num.* 3. *verſic.* & *quia iſte*, Ubert. *de Citat. capit.* 16. *numer.* 80. Rota *coram Verall. deciſ.* 112. *part.* 1. & *coram Coccin. deciſ.* 216. *numer.* 26.

Minus obſtat, quod Capitulares, qui elegerunt Sereniſſimum Principem Carolum ſe diſgregando ab aliis per diſceſſum ab Aula Capitulari ſe fecerint extraneos a Capitulo, quod proinde dici non potuerit legitimum, 223 hujuſmodi enim objectum procedit, quando Vocales diſcedunt ab Aula Capitulari ſine ulla legitima, vel juſta cauſa, ut in caſu *cap. cum nobis* 19. *de elect.* ſecus vero quoties concurrit juſtum motivum diſceſſus, & ſeparationis, ut fuit in præſenti, videre, & audire Capitulares contrarios nolle recedere a prima Electione facta in ſpretum Summi Pontificis, & illegitime procedere velle inſimul coarctatos, & colligatos ad eligendam ſolam perſonam Paderbonenſis per modum conditionatum, & manifeſtationem Votorum, hæc quippe erat legitima cauſa ſeparandi Canonicos a Canonicis, ne Innocentes ſe immiſcendo cum Contumacibus etiam ipſi ſe involverent in nullitatibus contrariæ Electionis Rota *coram Remblod. deciſ.* 190. *ſub n.* 4. *verſ.* & *licet* ib: *Juſtam cauſam habuerunt dicti Canonici a Capitulo recedendi, ne dictam conceſſionem approbare videantur*, Barboſa *de Jur. Eccleſ. libr.* 1. *cap.* 19. *num.* 17. quodque iſti Capitulares niſi diſceſſiſſent, non potuiſſent niſi nulliter eligere, probat Anchoran. *in cap.* 6. *de poſtulat. Prælator. n.* 4. *in fine* ibi: *quia non poſſunt aliqui peccare in forma quin peccent omnes quia forma concernit Capitulum, non ſingulos.*

Neque ſubſiſtit, quod diſceſſus non emanaverit ex hac cauſa folii ſubſcripti per contrarios Eligentes, ex quo reſultabant coarctatio, modus conditionatus, aliæque nullitates jam deductæ. Etenim corruit objectum ex proteſtatione Decani, ejuſque Adhærentium in Inſtrumento contrariæ Electionis ibi: *Nos de ejuſmodi attentatis nullitatibus, & ſactualitatibus, quam ſolemniſſime proteſtamur, & hiſce expreſſe declaramus, quod nullatenus eoſdem ad celebrandam novam Electionem admittere, &c. volumus, ſed, &c. recedere*, quæ ver- 224 ba tamquam generalia referuntur non ad unam, ſed ad omnes nullitates, quibus ſe involvebant contrarii Electores in illo folio ſubſcripto, Rota *deciſ.* 7. *numer.* 5. *part.* 17. *recentior.* Dunozett. Jun. *deciſ.* 346. *num.* 4. Bich. *deciſ.* 634. *num.* 16. Cerr. *deciſ.* 28. *n.* 12. & 20.

Additis aliis verbis magis generalibus ibi: *Ne Ego, aliique mihi aſſentientes DD. Prælati, & Capitulares Canonici in hoc ex multis de jure aliiſque notis cauſis condeſcendere, aut tales ad iteratam faciendam Electionem ullo modo admittere valeamus*, itaut amplius dubitari non poſſit, quod inter alias notas cauſas fuerit iſta evitandi nullitates, quibus contrarii Electores ſe immiſcere declaraverunt, mediante illo folio ſubſcripto, cumque iſta fuerit juſta, & legitima cauſa de Ju- 225 re permiſſa, ex iſta, & non ex alia non permiſſo diſceſſus præſumitur factus ad *Text. in leg.* 1. *digeſtis de Teſtam. militis, leg. cum pater, digeſtis de jur. dot.* Barboſ. *axiom.* 12. *n.* 30. Decian. *conſ.* 81. *numer.* 52. *verſ.* & *non poteſt lib.* 1. Rota *dec.* 410. *n.* 15. *part.* 15. *rec.*

Non obſtat denique alia exceptio, quod Capitulares tamquam minor pars Capituli valide eligere non potuerint Sereniſs. Principem Carolum, quoniam cum Electores contrarii abuſi fuerint poteſtate eligendi deveniendo ad Electionem coarctatam, conditionatam, & renovatoriam præcedentis nullæ, & attentatæ, contradicente, & proteſtante in contrarium Decano, ejuſque Adhærentibus, indubitata oritur conſequentia, quod totum Jus eligendi conſolidatum remanſit in reliquis Capitularibus, qui ſe ſeparando ab aliis nulliter, & abuſive eligentibus diſtinctam poſtea fecerunt Electionem, juxta caſum deciſum per Sacram Rotam in Majoricen. Beneficii 15. Junii 1699. §. *Arriſit*, coram bon. mem. Anſaldo, ubi cum Electio 226 pertineret ad quatuor Conſules, cum major pars eorum, ſcilicet tres nulliter compromiſerint in tribus Presbyteris Commiſſariis abſque conſenſu alterius quarti Conſulis, illique Compromiſſarii nulliter elegiſſent per ſortes, deciſum fuit totum Jus eligendi fuiſſe conſolidatum in illo unico Conſule.

Theorica hæc, validiſſima fundatur ratione, ubi enim major pars Capituli vult abuti poteſtate eligendi, peccando ſcienter contra formam *cap. quia propter*, contradicente, & propter hoc ſe ab illa ſeparante altera minori parte, tunc minor hæc pars privari non debet ſuo Jure eligendi propter delictum majoris, ne- 227 que Juſtitia patitur, ut peccatum unius redundet in perniciem alterius, ideoque ea pars, quæ non delinquit, ſed delicto contradixit, conſequitur jure accreſcendi, ſeu non decreſcendi totam potentiam Capitularem, ad effectum, ut valide eligere poſſit, hæc eſt doctrina Paſſerio. *de elect. capit.* 18. *n.* 39. ibi: *Minor pars, immo unus ſolus poteſt reſiſtere futuræ Electioni communi, & impedire ne fiat, & ſi fiat ab ea appellare, quia juſtum eſt, ut ex ſcrutinio nullo, & invalido non habeatur Electio nulla, & hoc intereſt cujuſcumque Electoris, &c. quod ſi proteſtatione ſpreta nihilominus deventum fuit ad Electionem communem, qui proteſtati fuerunt poſſunt iterare ſcrutinium, & ex ſcrutinio recte facto eligere, quoniam in illis poteſtas Capituli remanet, quæ eſt celebrandi Rectum ſcrutinium, & ex recto ſcrutinio eligendi, quam ea vice amiſerunt, quia contra jura ex ſcrutinio nullo, & nulliter celebrato elegerunt.*

Si hoc procedit quando major pars abuſa fuit poteſtate eligendi, peccando contra formam *Cap. quia propter* res non videtur amplius habere difficultatem, quando illi abuſi fuerunt eadem poteſtate procedendo 228 ad Electionem conditionatam contra prohibitionem, *Textus in c.* 2. *de elect. in* 6. tunc enim ſicut Electio per talem modum habetur pro non facta, ita voces eorum, qui ſic elegerunt, conſolidantur ea vice etiam in minori parte, quæ bene, & non conditionatam fecit Electionem, ut diſponit literaliter idem *Text. in cap.* 2. *de elect. in* 6. ibi: *voce illorum, qui non pure conſenſerint ea vice in alios reſidente, ibique Gloſſ. in verb. reſidente* notat, quod conditionate Votantes perinde reputentur ibi: *Ac ſi ipſi de Capitulo non eſſent*, Innocent. *numer.* 1. *verſicul. hoc intelligitur* dicens Textum, cujus ipſe fuit Auctor, intelligi, quando factæ fuerunt duæ Electiones, ſupponendo, quod una fiat per majorem, altera per minorem partem, dummodo hæc minor pars faciat ſuam Electionem contemporaneam, alias ſecus, ſi hæc omitteret facere ſuam

Ele-

Electionem Butr. *in cap. audiiis ſub num.* 20, *verſ. per
quod conſuluit*, Joan. Andr. *n.* 15.
Quod autem iſti Capitulares fecerint Electionem
contemporaneam, & eodem contextu cum illa eo-
rum, qui elegerunt Celſiſſimum Paderbonen. eviden-
ter probatur, ex quo receſſerunt ab Aula Capitulari ſub
expreſſa proteſtatione, quod non intendebant per hoc
interrumpere, ſed continuare actum Electionis, ibi:
*Sub iteratis proteſtationibus, & cum primis de non
Interrumptione actus Electionis, ſed quod eumdem ani-
mo, & intentione continuare omnino intendamus*, &
proinde verſamur in caſu duarum Electionum uni-
229 co contextu factarum, ubi locum habet Jus accre-
ſcendi, ſeu non decreſcendi favore Capitularium,
qui pure elegerunt in Concurſu eorum, qui con-
ditionalem fecerunt Electionem in vim relatæ prote-
ſtationis, quæ contextum Electionis reddit non inter-
ruptum, perinde ac ſi factus non fuiſſet diſceſſus ab
Aula Capitulari, ex firmatis per Jo. Andr. *in cap. Au-
ditis n.* 30. *de elect. verſ. Si enim una pars recederet*,
Innoc. *in cap. Conſideravimus* n. 30. *verſ. Niſi forte*,
ibique Bellam. *n.* 13. *de elect.*
Ulterius valida fuit Electio Sereniſſimi Principis,
ex quo facta apparet in Concurſu aliorum, qui fece-
runt Electionem prævio ſolio conventionali, quia tunc
valet Electio minoris partis Capituli, dummodo hæc
minor pars faciat ultra tertiam partem, ut firmat Bel-
lamer. *in cap. Bona* 36. *de elect. ſub n.* 11. ibi: *Quaro
de tali quæſtione, pene tractantes illicite, & non tra-
ctantes convenerunt tempore licito ad eligendum, quo-
rum Electio tunc prævalebit.* Dicunt Innocent. & Com-
poſtellan. *quod tunc tenebit Electio facta ab illis, qui
ſic male non tractaverunt, dummodo faciant ultra ter-
tiam partem Capituli, quia tunc eſt ſanior pars, ut
infra eodem c. Scriptum in fine, & notavi eodem ſu-
pra cap. dudum, & infra eodem capit. Congregato. Vo-
ces enim illorum, qui perſonam illicite nominatam ele-
gerunt, non præſtant eo ſuffragium, non ea ratione,
quia ſunt privati poteſtate eligendi, cum hoc in Canon.
non reperiatur, ſed quia Lege, vel Canone prohibente
elegerunt ſecundum* Innocent. & Compoſtellan. *ſed ſi
facerent partem minorem, quam tertiam, utraque Ele-
ctio caſſaretur.*
Ex alio etiam Capite hæc Electio omnino fuit vali-
da, quia nimirum die 30. Auguſti iſti tantum Capi-
tulares erant in tempore eligendi, illi autem, qui ele-
gerunt Paderbonenſem erant omnino extra tempus,
unde certum eſt, quod iſti tantum poterior valide
eligere, dum ipſi tantum erant in tempore eli-
gendi, juxta doctrinam Innocentii *in capit. Conſi-
230 deravimus numer.* 3. ibique Bellamer. *numer.* 8. *in fi-
ne de Election.* Paſſerin. *eodem tractat. capitul.* 31. *nu-
mer.* 31.
Quod contrarii Electores non eſſent amplius in
tempore, ſed extra tempus eligendi, jam ſupra pro-
batum extitit non obſtante ſuppoſito impedimento ſe-
cundi Brevis; Si enim ex facto declaraverunt ſe il-
lo non impeditos contra ejus Inhibitionem eligendo,
ſub die 30. Auguſti, ipſis per conſequens ab eadem
die 30. Auguſti cœpit decurrere reſiduum termini Ju-
231 ris, & hic expiravit die 5. Septembris, per contrarium
vero hujuſmodi terminus duravit reſpectu Capitula-
rium eligentium Sereniſſimum Principem Carolum,
qui præallegatum Breve acceptarunt ſe habendo pro
impeditis, & faciendo quicquid ipſis incumbebat, ita
firmat Ancharan. *in cap. Bona* 4. *de poſtulac. Prælator.
n.* 9. *verſic. Septimo quæro.* ibi: *an illud ſit ſemper ve-
rum, ut aliqui poſſint implere mandatum Apoſtolicum,
aliis negligentibus, diſtingue, &c. aut major pars Ca-
pituli negligit, & contemnit implere, &c. & tunc exe-
cutio devolvitur ad alias etiam ad unum, non ut adim-
pleat, ut ſingularis, ſed ut Capitulum, quia ratione
talis negligentiæ, & delicti Jus Capituli iſto caſu eſt
ad ipſum devolutum*, ibique Joan. Andr. num. 31. ibi:
*Niſi Jus Capituli recidiſſet in unum, vel quia omnes
alii, &c. ſunt negligentes, & inobedientes*, Butr. nu-
mer. 32. ibi: *Niſi per negligentiam, vel aliter ſit de-
voluta poteſtas ad unum, &c. vel quia omnes, &c. ſunt
inobedientes, & negligentes.*
Neque hic obſtat reſponſio, quod Inhibitio Papalis
non penderet ab acceptatione Capituli, quod etiam
invitum ea ligabatur, quia talis diſcurſus procederet
in terminis diverſiſſimis, quando ſcilicet Electio fa- 232
cta 30. Auguſti prætenderetur valida, non obſtante In-
hibitione Brevis Apoſtolici, & in his terminis vera
eſt regula, quod Inhibitio Superioris non dependet ab
acceptatione Subditorum, ea enim ſive acceptata, ſi-
ve non acceptata ſemper reddit actum nullum quoad
Superiorem, & partem, cujus intereſt eumdem actum
eſſe nullum.
Secus vero eſt ad effectum, quod ille, contra quem
tendebat Inhibitio poſſit allegare ejus impedimentum
quoad favorabilia, ut ſcilicet currat ei tamquam im-
pedito terminus Juris, hoc enim caſu, ſi inhibitio-
nem ſprevit, declarando ſe non impeditum ab illa,
& faciendo actum inhibitum, fruſtra tunc juvari præ-
tendit eo impedimento, quod contempſit, & ſibi ma-
nus non ligavit, etiamſi actus, quem fecit remaneat
nullus, cum etiam actus nullus operetur in præju-
dicium ejus, qui nullitatem, & Attentatum commi- 233
ſit, ut communiter tradunt Ferret. *conſ.* 225. *n.* 6. *in
fine verſ. ſed author*, & *n.* 7. Lancellott. *de attentat.
tit. de pœn. attentat. part.* 3. *cap.* 31. *n.* 286. juxta no-
viſſ. impreſſ. Pax Jordan. *tom.* 3. *lucubrat. lib.* 14. *titul.*
14. *n.* 229. *in fine*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.*
27. *n.* 36. & 37. Pariſ. *de reſignat. libr.* 7. *quæſt.* 2. *nu-
mer.* 12. *cum ſeqq* Cardin. de Luc. *de penſion diſc.* 80.
n. 16. & *de benefic. diſc.* 34. *n.* 11. & *ſeqq.* Rota *coram
Dunozett. Junior. deciſ.* 123. *n.* 1. *cor. Emerix Jun. dec.*
1288. *n.* 5.
Alias enim abſurdiſſimum foret, quod quia ſperne-
ret pro ſui libito inhibitionem, & impedimentum ſe
declarando non Impeditum verbis, & facto, deinde
autem ob nullitatem ejus facti admitti poſſet ad con-
tradictionem allegando impedimentum ejuſdem inhi-
bitionis, inde reportando utilitatem ab eadem Lege, 234
quam ſprevit, nempe ut propter illam non patiatur de-
curſum termini legalis non obſtante, quod contra
illam commiſerit, & quantum in ſe fuit, non reco-
gnoverit Inhibitionem, nec impedimentum contra
*Text. in cap. quia fruſtra de uſur. & in leg. auxilium,
§. In delictis, ff. de minor.* Soccin. Sen. *conſ.* 60. *n.* 5.
lib. 1. & in terminis Canonicorum, qui non obſer-
varunt Inhibitionem vigore appellationis interpoſitæ
ad Papam eſt *Textus in cap. bona* 23. *de elect.* ibique
Layman. *n.* 6. ibi: *Hac autem inhibitionem, vel ab
initio non acceptavit, vel ſi acceptavit, poſtea viola-
vit, itaque conqueri hi non poſſunt de aliis Capitulari-
bus, quod a Conſtitutione, atque interpoſita appellatio-
ne receſſerint, quia ut in Textu dicitur fruſtra legis,
vel cujuſcumque Conſtituti auxilium implorat, qui com-
mittit in legem.*
Punctus itaque non conſiſtit in eo, an actus contra
inhibitionem factus ſit nullus, ſed an hujuſmodi nul-
litas operari poſſit in ſavorem Attentantis, & nulliter
gerentis contra Legem, ut ipſe illam inhibitionem,
quam attendere noluit, nec recognovit pro Impedi-
mento, deveniendo ad actum inhibitum, poſſit de-
inde eamdem inhibitionem prætendere impeditivam
ejus, quod nulliter fecit, in quo ſane articulo nul-
la reperitur doctrina imaginabilis, quæ firmet pro-
pter nullitatem actus licitum eſſe Attentanti allegare
contrarium ejus, quod verbis, & facto dixit, & com- 235
miſit, ſed bene regula eſt, ut iſta nullitas non poſſit
per ejus Authorem allegari, quodque actus dicatur
tantum nullus reſpectu Superioris, & Partium, va-
lidus vero in præjudicium Agentis, ut inquit Pariſ.
de reſignat. lib. 7. *qu.* 1. *n.* 23. & *ſeqq.* ibi: *Accedat ad
comprobationem communis Doctorum Sententia, quæ ſe
habet ut contractus factus contra legem ſit nullus quo-
ad commodum Contrahentium, validus autem quoad eo-
rum incommodum, ideo punitur faciens talem actum,
& æquitati conſonum eſt, ut damnum, quod quis ſua
culpa ſentit ſibi imputetur.*
Quamvis ergo renunciatio Brevis, & inhibitionis
Papæ mediante facto Electionis contra illam attenta-
tæ ſit nulla quoad Superiorem, eſt tamen valida quo-
ad præjudicium Renunciantis ejus impedimento, ut
non poſſit ad illud amplius recurrere, ſeu habere re-
greſſum, juvando ſe exceptione impedimenti, quod
pro

pro impedimento recognoſcere noluit, Patiſ. *dict. lib. 7. qu. 1. n. 21.* ibi: *Ratio eſt, quia eſt nulla hujuſmodi renunciatio quoad Superiorem, cum fiat contra legem, quo tamen ad prajudicium renunciantis erit valida*, Bart. *in leg. non dubium num. 16. Cod. de leg.* ibi: *Omnia iſta habentur pro infectis, quantum eſt ad commodum facientium, quantum ad incommodum facientium non habentur pro infectis, quia ceſſat æquitas, quare ipſa infectio debeat induci, quia in veritate deliquerunt.*

Quam Bartoli doctrinam ſequuntur omnes ibi Repetentes, ſignanter Caſtren. num. 9. ubi exemplificat in eo, qui facit contractum, pro quo ſolvenda venit gabella, dicens, quod ſi Contractus fiat contra inhibitionem Legis, eſt quidem nullus quoad commodum facientis, ne in ſui favorem valeat, eſt tamen validus fictione Juris quoad ejus incommodum, ut pro eo tamquam valido non poſſit evitare ſolutionem Gabellæ ibi: *Etiam quantum ad evitandum incommodum, quod ſentiret contrafaciens, ſi actus non eſſet prohibitus, ut incommodum Gabellarum*, ibique Bald. n. 11. ibi: *Ipſum factum non habetur pro infecto, ſed ex eo non reſultat Juris effectus, quoad commodum facientis, ſed quantum ad incommodum ejus ſit. &c. Tu breviter dic quod prohibita habentur pro infectis, quoad jus firmitatem, ſed non habentur pro infectis quoad facientis pœnalitatem.*

Quæ omnia fortius procedunt attenta impugnatione impedimenti facta per illos Capitulares tamquam nulli ob affectam ſubreptionem Brevis Apo-
236 ſtolici, quæ ſola impugnatio facta per ſolemnem proteſtationem ſufficit, ut impugnans impedimentum non poſſit amplius illud in ſui favorem allegare etiam ad alium effectum per *Text. in capit. ex eo de regul. Jur. in 6.* Surd. *decif. 196. numer. 5.* Rot. *coram Emerix Junior. decif. 1190. numer. 8. & coram Dunozet. Senior. decif. 53. num. 7. & ſeqq.* eoque magis, quando ab hac impugnatione prædicti Capitulares non deſtiterunt etiam de tempore reiteratæ Electionis 30. Septembris dicendo etiam tunc durare
237 Cauſas eorum impugnationis, ut in ſæpecitata proteſtatione ibi: *Electionem 30. Menſis Auguſti celebratam, &c. ex prægnantiſſimis tunc temporis nos moventibus, & adhuc durantibus rationibus*, & rurſus ibi: *Electioni per nos rite celebrata conſtanter inhæreamus, eamque canonicam eſſe ſubſtineamus*. Quo caſu eo minus licitum eſt allegare impedimentum ſemper impugnatum, & a qua impugnatione nunquam fuit receſſum, ut docet Felin. *in capit. Capitulum ſub numer. 13. de reſcript.* ibi: *Ex quibus omnibus ſumenda eſt multiplex cauthela, &c. alia pro impugnante, ut ſi videat Impugnationem poſſe tandem prodeſſe gerenti actum deſiſtat ab impugnatione, & forte neceſſarium eſt, quod de deſiſtentia proteſtetur, quia in dubio non præſumitur mutatio voluntatis, &c. regula procedit ubi ego perſiſtens in impugnatione volo me fundare in actu impugnato, quia non poſſum.*

Summus Pontifex Clemens Undecimus in hac tertia propoſitione facta coram ſe ipſo ſub die 10.
238 Maii 1707. poſt auditas informationes in voce Defenſorum utriuſque Partis, inter quos Ego electus fui ad eum informandum, auditis votis Cardinalium, & Prælatorum, neutram Electionem confirmandam eſſe cenſuit, ſed utramque caſſandam, & Jure devoluto providendum ex integro Celſiſſimum Paderbornenſ. ut in Decreto ſequentis tenoris.

D E C R E T U M

Monaſterien. Electionis.

De mandato Sanctiſſimi, habita coram Sanctitate Sua Sacr. Congregatione rebus Conſiſtorialibus præpoſita, in qua denuo diſcuſſum fuit, An eſſet ſtandum, vel recedendum a Deciſis in eadem Sacra Congregatione habita die 23. Decembris proxime præteriti in Cauſa Monaſterien. Electionis Epiſcopi, Sanctiſſimus Dominus Noſter auditis votis DD. Cardinalium, & Prælatorum, qui eam totam mature, atque exactiſſime diſcuſſerunt, prævio receſſo ab approbatione alias facta Decreti editi ab hac Sac. Congregatione dicta die ſuper confirmatione Electionis Epiſcopi Paderbonen. neutram Electionem confirmandam eſſe decrevit, utraque autem Electione caſſata decrevit inſimul vacanti Eccleſiæ Monaſterien. ex integro providere de perſona ejuſdem Epiſcopi Paderbonen. juxta modum a Sanctitate Sua præſcribendum, Datum Romæ die 10. Maii 1707.

F. Card. Nerlius.

Loco † Sigilli.

G. Paſſioneus Secr.

Ita judicavit Summus Pontifex juſtiſſime quoad utramque Electionem caſſandam, dum illa facta in Perſonam Celſiſſimi Paderbonen. erat infecta tot nul- 239
litatibus, quot ſupra deductæ fuerunt; Illa autem Sereniſſimi Principis Caroli non habebat ſufficientem numerum Votorum, quæ majorem partem Capituli conſtituerent, nec devolutio virtutis Capitularis ad hanc minorem partem Capituli allegabilis erat ob vitia, & nullitates, cum quibus alii Capitulares majorem Capituli partem conſtituentes ſuam fecerant Electionem, quia quando minor pars ſe congregavit in Choro Eccleſiæ diſcedendo ab Aula Capitulari faciendo ibi ſuam Electionem nondum major pars privata erat Jure eligendi per Electionem ſuam poſtea nulliter factam, & ſic minor pars non repræſentabat Capitulum tempore quo ſe congregaverat in loco ſeparato, cum non haberet in ſe conſolidatam tempore ſuæ Electionis Virtutem Capitularem ex aliorum Capitularium vitio nondum commiſſo; Addita circumſtantia, quod in Aula Capitulari omnibus Congregatis facta fuit ſeparatio Canonicorum a Canonicis per modum duorum Capitulorum, ſeu Corporum inter ſe contrariorum, ubi minor pars remanere recuſavit, diſcedendo ad alium locum pro ibi facienda Electione ſeparata, remanente in Aula Capitulari majore parte acriter inſtante ne minor pars diſcederet, quæ diviſio tumultuaria hujuſmodi Electionem reddidit vitioſam tamquam per factionem, & diſmembrationem unius Capituli in plura Corpora, juxta illud, quod habetur apud Tacit. *lib. 16. annal.* ibi: *ſeceſſionem jam id & partes, & ſi multi idem audeant bellum eſſe*, debebat enim minor pars remanere in Aula Capitulari, 240
emiſſa proteſtatione reſpectu aliorum, quos credebat inhabiles, aut ſuſpenſos, aut privatos, juxta Theoricam Innocent. *in cap. Illa n. 4. de elect.* Panormit. *in cap. cum Vintonen n. 14. verſ debent illos admittere de elect.* Lavor. *lucubrat. Canonic. tit. 14. cap. 15. num. 85.* Rot. *in Oſnaburgen. Canonicatus 10. Decembris 1714. §. Ad effectum coram Reverendiſſimo Criſpo cum aliis ſupra diſceptat. 94. n. 9.*

Quo vero ad providendum ex integro Jure devoluto Celſiſſimum Paderbonen. Cauſam præbuit diſpoſitio decretalis pluries ſupra allegatæ *in capitul. bone 4. de poſtulat. Prælat.* quæ ſicut induxit ad judicandum pro nullitate, ſeu caſſatione Electionis Celſiſſimi Paderbonen. tamquam innovatoriæ prioris nulliter factæ, ita etiam favore ipſius Paderbonen. ſubminiſtravit fundamentum providendi ipſum ex integro; Etenim Summus Pontifex Innocentius III. *in dicto cap. Bone*, poſtquam nullam declaravit poſtulationem Archiepiſcopi Colocen. ad Eccleſiam Strigonien. deinde Jure devolu-

to,

to, eumdem Archiepiſcopum nulliter poſtulatum pro-
videre conſuit ex integro, propter conſenſum natura-
lem omnium ſuffragiorum reportatum in poſtulatione
nulla ibi: *partem tamen elegimus potiorem, & eum-
dem Archiepiſcopum, in quem omnes, quorum conſen-
ſus in Electione, vel poſtulatione Paſtoris requiritur,
licet diverſis temporibus convenerant, a vinculo, quo
tenebatur Colocen. Eccleſiæ abſolventes, ad Metropo-
lim Strigonien. transferimus*, non obſtante, quod in
caſu iſto attendibilis non videretur conſenſus hujuſmo-
di Vocalium, qui conſenſerant in Celſiſſimum Pader-
bonen. tamquam Contemptorum Mandati, ſeu Bre-
vis Apoſtolici, propter benignitatem Summi Pontifi-
cis, de qua *in c. ut noſtrum de Offic. Archidiac.* juxta
verba Decretalis data per extenſum apud Goozal.
24 ibi: *Sed miſericordia, quæ ſuperexaltat Judicium nos
inducit, ut quod in contemptum noſtrum creditur eſſe
factum de benignitate Sedis Apoſtolicæ remittamus,
cum ad pœnam illis ſufficiat, quod præter hoc ſecundo
ad Sedem Apoſtolicam laboravit.* Ego autem caſſata
utraque Electione credebam Jure devoluto potiorem
fuiſſe in linea gratiæ ſuper proviſione Epiſcopatus
Sereniſſimum Principem Carolum, ut erat Votum
unius S. R. E. Cardinalis inter Votantes Sacræ Con-
gregationis Doctiſſimi, junctis cæteris, qui pro con-
firmatione Electionis Principis Caroli ſuffragium
tulerant, ea ratione, quod majori prærogativa præ-
ponderare videbatur Sereniſſimus Princeps Carolus a
Lotharingia Epiſcopus Oſnaburgen. Conſenſus autem
Capitularium, qui elegerant Celſiſſimum Paderbo-
nenſem non erat univerſalis ſicut in caſu *Textus
in c. Bona 4. de poſtulat. Prælat.* ſed ſolum conſtitue-
bat majorem partem Capituli, & ulterius urgebat cir-
cumſtantia illa conſenſus hujus majoris partis non
præſtiti naturaliter, & libere, ſed prævia coarcta-
tione, mediante Folio conventionali ab eis ſubſcri-
pto, itaut hujuſmodi conſenſus non videretur mul-
tum conſiderabilis ad hunc effectum; Verum cum
in linea gratiæ Summus Pontifex habeat liberam
gratificationem, ejuſque mens moveri poſſit, &
mota præſumatur ex aliis juſtis, & prudentialibus
cauſis, idcirco ejus reſolutionibus pleni obſequii
gloria debetur; Si enim in quocumque Principe mi-
litat præſumptio, quod rite, ac recte proceſſerit
ex juſtis, & prudentialibus motivis, eo magis hu-
juſmodi præſumptio locum habet in Summo Ponti-
fice, cui applicatur quidquid habetur apud Tacit.
lib. 3. Annal. ibi: *Summum Pontificem etiam ſummum
hominum eſſe, non æmulationi, non odio, aut privatis
affectionibus obnoxium.*

FINIS.

IN-

INDEX
RERUM NOTABILIUM,

Quæ in hac Tertia Parte Diſceptationum Eccleſiaſticarum continentur,

Prior numerus indicat Diſceptationem, Secundus ejuſdem Diſceptationis numerum marginalem deſignat.

A

Abbas,

Abbati Priores ſunt ſubordinati in Monaſteriis, diſcept. 59. n. 9.
Abbas Commendatarius, an habeat Juriſdictionem in concernentibus diſciplinam Regularem diſcept. 61. n. 58. & ſeqq.
De Diſtinctione inter Monaſteria, quæ reguntur Jure ſingulari, aut quæ redacta ſunt in Congregationem ibidem n. 59. 77. & 78.
Revocatur in dubium hæc diſtinctio, ut Abbas Commendatarius utroque caſu non habeat Juriſdictionem in concernentibus Diſciplinam Regularem ibidem numer. 60. & ſeqq. Vide num. 79. Diſpoſitio in hac re Concilii Tridentini, & Conſtitutionis Innocentii Decimi ibidem numer. 62.
In concernentibus Regulam Juriſdictio Priori Clauſtrali, non autem Commendatario competit ibidem numer. 63. & 64.
Revocatur in dubium opinio *Card. de Luc.* quod in Monaſteriis viventibus Jure ſingulari Abbas Commendatarius habeat Juriſdictionem in concernentibus Inſtitutum Regulare ibid. n. 72.
An habeat Juriſdictionem etiam in concernentibus Inſtitutum Regulare ex verbis Litterarum Commendæ, & quaſia ſint hæc verba diſcept. 61. n. 81.

Abſens,

Legitime Abſens per fictionem Juris dicitur præſens diſcept. 54. n. 29.

Abſentia,

Abſentia S. R. E. Card. ex cauſa reſidentiæ in Epiſcopatibus non aufert jura, quæ competunt præſentibus in Curia diſcept. 54. n. 30.
Talis abſentia non eſt ordinata ad privatam utilitatem Abſentia diſcept. 55. n. 37.
Abſentia Epiſcopi non præjudicat Papæ in menſibus illi ſpectantibus vigore Alternativæ diſcept. 95. num. 14. cum ſeqq.

Abſurdum.

Non eſt ſupponendum diſcept. 99. n. 64.
Ad evitandum abſurdum, & inſtantaneam correctionem verba generalia reſtringuntur diſceptat. 100. num. 198.
Abſurdum eſt, quod quis videatur deſiderare mortem Proximi, in cujus Officium ſe credit ſucceſſorum diſceptat. 54. n. 8. & 83.

Abuſus.

Abuſus Privilegii privat Abutentem ejus commodo diſcept. 100. n. 45. 46. & 47.

Acceptatio.

Nemo poteſt unum acceptare, & alterum refutare, & in quibus terminis diſcept. 100. n. 23.

Acceſſorium.

Acceſſorium, ſeu Copia nullam dat interpretationem Principali, ſeu Originali diſcept. 54. n. 49.

Acquieſcentia.

Ob ignorantiam Officialium Monaſterii, illi non præjudicatur diſcept. 66. n. 44.

Actio.

Non fundatur ſuper poſſibili diſcept. 95. n. 6.
Nullum Jus habet, cujus non intereſt agere, vel excipere diſcept. 69. n. 19.

Actor.

Reo, & Poſſeſſori ſufficit vincere per non Jus Actoris diſcept. 78. n. 14.
Actor non poteſt excipere de Jure Tertii ibid. n. 25.

Actus

Actus proteſtatus in nulla conſideratione habetur diſcept. 54. num. 43.
In quolibet actu attenditur repræſentatio, quam facit Perſona diſcept. 57. num. 53.
Actus ſubſequens dicitur geſtus juxta pactum præcedens diſcept. 58. n. 3. & 16.
Actus pure factus adhuc intelligitur juxta proteſtationem præcedentem in contractu Matrimonii numero 12. & 13.
Actus antecedentes, & ultimi deſtruunt intermedios diſcept. 59. n. 27.
Actus facti in loco, ubi quis eſt Superior attribuuntur Superiori diſcept. 61. n. 35.
Primus actus quando dicatur effectuatus vel non in Electione, & de diſtinctione diſcept. 100. n. 90.
Ut actus ſecundus ſit novus, & independens a primo quid requiratur ibidem numer. 73. cum ſeqq. & num. 173. & 177.
Unus, & idem actus non poteſt ſeparari a ſuis qualitatibus, & paſſionibus ibid. n. 79.
Actus ſuppoſitivus corruit corruente ſuppoſito diſceptat. 100. num. 81.
Actus non convalidatur ex ſolo conſenſu, niſi denuo ſolemniter fiat diſcept. 100. n. 84.
Actus continuativus, ex quibus probetur ibidem numer. 105.
Actus conſecutivi nihil innovant diſceptat. 100. numero 124.
In primo actu omnis facultas conſumpta intelligitur diſcept. 100. n. 150.
Declara, & limita ibidem.
Facultas data pro actu præparato non extenditur ad præparatorium diſcept. 98. n. 8.
Patia ſunt actum fieri in tempore, ac conferri in tempus diſcept. 64. n. 72.
Actus incipere non poteſt in ſtatu incapacitatis diſcept. 65. num. 21.
Actus, qui per alium geritur, per ſeipſum geri dicitur ibidem n. 35.
Regula militat pro validitate actus, niſi nullitas ſit clara diſcept. 70. n. 2.
Actus in dubio ſuſtinendus, & quando diſcept. 71. num. 4. & 5.
Nimia ſubtilitas ad effectum ſuſtinendi actum ſpernitur in judicando ibid. n. 17.
Actus Particularium non præjudicant Ordini, ſeu Collegio diſcept. 74. n. 74.
Secreta intentio generatis actum non attenditur in foro externo diſcept. 100. n. 219.
Actus ex pluribus cauſis proveniens refertur ad illam, quæ legitima eſt ibid. n. 225.
Etiam ex actibus negativis intentio deſumitur diſcept. 100. num. 212.
Actus nullus operatur in præjudicium facientis ibidem numer. 223.
Secus in præjudicium, ſeu reſpectu Superioris ibidem numer. 234.
Actu attentato non retractato Attentans non admittitur ad actum novum diſcept. 100. n. 86. & 87.

Adjudicatio.

Pro adjudicatione Beneficii requiritur Canonicus Titulus diſcept. 82. n. 1.

Adminiſtratores.

Non præjudicant Eccleſiæ diſcept. 88. n. 8.
Vel ei competit reſtitutio in integrum ibidem numero 9.

Æmulatio.

Privata æmulatio non impedit fundationem novæ Dignitatis in Eccleſia diſcept. 99. n. 76.

Æquitas.

Æquitas Textus in Capit. ſuggeſtum de Decimis, in quibus caſibus procedat diſceptat. 66. numer. 31. & 32.
Procedit etiam in augmento monetæ diſceptat. 88. numero 6.

Ætas

Ætas.

Indultum habilitatorium ſuper defectu ætatis, quando concedi ſoleat pro Eccleſiis Germaniæ diſceptat. 97. num. 2. & 3.
Stylus concedendi Brevi Eligibilitatis non obſtante defectu ætatis, & in quibus annis ibidem numero 5. & 6.
Diſpenſatio ſuper ætate datur Filio Patroni, ſi ſit præſentatus ad Beneficium diſcept. 99. num. 60.

Agens.

Nulliter agit faciens duo Contradictoria diſceptat. 100. num. 53.

Agricultura.

Negotiatio Agriculturæ, an Clericis ſit permiſſa, & in quo caſu diſcept. 80. per tot.
Vide in *verb. Clericus, & Negotiatio.*

Alienatio.

Data Executori facultate alienandi bona hæreditaria, valet alienatio in præjudicium Subſtituti diſcept. 65. num. 7.
In alienatione pro uſu Teſtatoris non conſideratur præjudicium hæredum ibid. n. 9.
Teſtator donec vivit poteſt alienare bona pro ſuis indigentiis, licet de illis diſpoſuerit ibid. num. 23.
Data hæredi facultate alienandi, ſubſtitutio reſtringitur ad bona, quæ remanent poſt hæredis obitum diſcept. 65. n. 28.
Alienatio bonorum Eccleſiæ dicitur rite, & recte facta, quando concurrit ſolemnitas, & cauſa diſcept. 96. n. 2.
In alienatione voluntaria non datur beneplacitum Apoſtolicum, niſi cum clauſula, *ſi in evidentem*, & de aliis requiſitis ibid. n. 3.
Secus in alienatione neceſſaria, ubi ſufficit bona Eccleſiæ vendi juſto pretio ibid. n. 4. & 5.
Alienatio bonorum Eccleſiæ in caſu neceſſitatis eſt valida ibid. n. 6.
In alienatione ex cauſa neceſſitatis Executor non tenetur excutere qualia ſint bona minus inutilia ibidem n. 7. 8. & 9.
In alienatione ex cauſa neceſſitatis, ſi concurrat læſio Eccleſiæ propter valorem, ſuccurritur eidem reſtitutione in integrum ibid. n. 10.
In alienatione, ex quibus læſio Eccleſiæ præſumatur ibid. n. 12.
In alienatione Bonorum Monaſterii exigui valoris, an requiratur Epiſcopi conſenſus ad formam *Can. Terrulas* diſcept. 96. n. 13. 14. & 15.

Alimenta.

In materia Alimentorum contractus intelligitur rebus ſic ſtantibus diſcept. 66. n. 35.

Alternativa.

In Alternativis ſufficit unum verificari diſcept. 86. numer. 8.
Menſis Martii vigore Alternativæ de Ordinario ſit Apoſtolicus diſcept. 95. n. 2.
Alternativa incipit non obſtante, quod ejus admiſſio non ſit nota Epiſcopo ibid. n. 3.
Admiſſio Alternativæ in Dataria ſit per Epiſtolas Epiſcopi datas in ſua Civitate, vel Diœceſi ibidem numer. 4.
Amplia etiamſi Litteræ Epiſcopi ſint datæ extra Diœceſim ibid. n. 5.
Contractus Alternativæ inter Papam, & Epiſcopum, quid importet ibid. n. 7.
Quando perficiatur ibid. n. 8.
Alternativa incipit etiam tempore, quo Epiſcopus eſt abſens a ſua Diœceſi, & de ratione diſcept. 95. numer. 10. 11. & 12.
Abſentia Epiſcopi non præjudicat Papæ in menſibus illi ſpectantibus vigore Alternativæ ibidem num. 14. cum ſeqq.
Alternativa inter Papam, & Epiſcopum claudicare non debet, & quomodo hoc intelligatur ibidem numer. 19.
In materia Alternativæ Conſilium *Mandoſii* 18. eſt approbatum per Doctores, & Sacram Rotam ibidem num. 21.
Epiſcopus gaudet Alternativa etiam pro beneficiis ſitis in aliena Diœceſi; Declara, quando ea confert uti Epiſcopus, non uti inferior Collator ibidem numer. 22.
Alternativa non gaudent niſi Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi diſcept. 95. n. 14.
Ea non gaudent Capitula, nec aliæ Perſonæ ibid.
An gaudeat Alternativa Prælatus inferior cum Territorio ſeparato diſcept. 95. n. 24.
Vide n. 30. *in fin.*

Ammenſatio.

Eſt actus facultativus Eccleſiæ diſcept. 79. n. 7.
An Eccleſia poſſit ammenſare ſibi bona in emphyteuſim aliis conceſſa non obſtante Immemorabili conſuetudine non ammenſandi diſcept. 79. per tot.

Annexio.

Annexionis duplex modus diſcept. 55. n. 22.

Antianus.

Quando ſit præferendus diſcept. 93. n. 5. & ſeqq.

Appellatio.

Stante appellatione Sententia habetur pro non lata diſcept. 100. n. 168.
Appellatio extrajudicialis ante Electionem, eam reddet attentatam diſcept. 100. n. 37.

Apoſtilla.

Apoſtilla, ſeu additio cenſetur facta ſub Data Scripturæ, cui eſt appoſita diſcept. 77. n. 9.

Archidiaconus.

Quale ſit Archidiaconi Officium diſcept. 61. n. 50.
Archidiaconatus eſt Dignitas de Jure communi diſcept. 99. n. 4. & 5.
An Epiſcopus poſſit erigere Archidiaconatum in Eccleſia Cathedrali, ubi numquam fuit ibidem n. 5. & n. 41. & 48.

Archipreſbyter.

Vide in verbo *Dignitas*. & in verbo *Eccleſia*.

Archivium.

Qualia ſint requiſita Archivii publici diſceptat. 61. numer. 34.
Scripturæ extractæ ex Archivio privato Capituli non probant contra Epiſcopum ibid. n. 33.

Argumentum.

Non valet argumentum a ſtatu poſteriori ad anteriorem diſcept. 63. n. 18.
Ex affirmativa facti valet argumentum ad negativam non facti diſcept. 74. n. 54.

Aromataria.

An poſſint Clerici exercere Aromatariam, negotium Cymbæ piſcatoriæ, & Nivariæ diſcept. 67. num. 25. & 26.

Aſſertio.

Creditur aſſertioni Viri Nobilis in concernentibus præjudicium ſuæ Animæ diſcept. 63. n. 6.
Nemini creditur in ſua aſſertione in præjudicium Tertii diſcept. 63. n. 12.
Non creditur in aſſertivis facti quibuſcumque Judicibus ibid. n. 19.
Aſſertioni Ordinarii non ſtatur in præjudicium veritatis diſcept. 66. n. 52.
An ſtetur aſſertioni Executoris diſcept. 71. n. 24.
Aſſertionibus Papæ Motu proprio factis ſtandum eſt diſcept. 90. n. 4.
Aſſertioni Delinquentis non ſtatur diſceptat. 100. numer. 21.

Aſſiſtentia juris.

In Concurſu prævalet poſſeſſio ejus, qui habet aſſiſtentiam juris diſcept. 81. n. 20.

Attentans, & Attentatum.

Committitur Attentatum per Eligentes contra Inhibitionem Papæ diſcept. 100. n. 85.
Attentans non retractato actu attentate geſto non admittitur ad actum novum ibid. n. 86. & 87.
Attentatum eſt purgandum pure, & libere non autem per conditiones diſcept. 100. n. 88.
Attentans contra Breve Apoſtolicum non poteſt ejus beneficio uti ſine conſenſu Papæ ibid. n. 89.
Nec poteſt allegare nullitatem actus attentati in ſui favorem ibid. n. 138.

Atteſtatio.

Statur atteſtationi Officialium in re, ubi intereſſe non habent diſcept. 77. n. 8.

Auctoritas.

In concurſu auctoritatum punctualium ratiocinia non attenduntur diſceptat. 100. num. 13. & diſcept. 64. num. 81.
Alia vide in verbo *Doctor*.

Audientia.

Quando concedatur in Rota, vel non, nova Audientia, ſed potius expeditio diſcept. 59. n. 50.

Augmentum.

Eſt locus reductioni contractus ob nimiam læſionem etiam in augmento monetæ diſcept. 88. n. 5. & 6.
Amplia ibid. n. 7.

B

Baro.

BAro non habet Jus prohibendi Eccleſiaſticis exercitium Nivariæ, diſcept. 67. n. 4.
Nec habet Jus privativum recolligendi nives in ſuo Feudo, ibid. n. 5.

Bavaria.

Merita Ducum Bavariæ erga Fidem Catholicam, diſcept. 97. n. 4.
Et de Indultis eligibilitatis ad Eccleſias Epiſcopales non obſtante defectu ætatis concedi ſolitis per Summos Pontifices Sereniſſimis Domus Bavariæ Principibus, diſcept. 97. per tot.

Bellum.

Bellorum inconcuſſa damna producunt, diſceptat. 90. numer. 6.

Beneficiatus.

Beneficiatus ante captam poſſeſſionem beneficii præſentare poteſt ratione Juriſpatronatus eidem beneficio annexi, diſcept. 74. n. 24.
Cauſa augendi numerum Beneficiatorum non eſt ſufficiens pro Eccleſia, quæ habet congruum illorum numerum, diſcept. 99. n. 89.

Beneficium.

Beneficia Prothonotariorum extra numerum Participantium ſunt reſervata Papæ, diſcept. 70. n. 11.
Ampliа etiamſi deficiat exhibitio Prothonotariatus, præſtatio Juramenti, & profeſſio Fidei, ibid.
Beneficium unitum non poteſt reſignari, aut impetrari, diſcept. 77. n. 2.
Unio beneficii facta ſeminario corruit non adhibito conſilio Deputatorum juxta Concilium Tridentinum, diſcept. 78. n. 3.
Conſilium Deputatorum pro hac Unione an reſultet ex eorum atteſtatione, ibid. n. 4.
Vel ex aſſertione Epiſcopi adminiculata, ibid. num. 5. 6. & 7.
Quando non competat Reſignanti regreſſus ad beneficium nullitate reſignatum, ibid. n. 13.
Pro adjudicatione beneficii requiritur Canonicus Titulus, diſcept. 82. n. 1.
Sub nomine Dignitatis Eccleſiaſticæ an veniant beneficia quæcumque, diſcept. 86. n. 4. 12. & 13.
Regulares ſunt incapaces beneficiorum ſæcularium inferiorum, ſecus Epiſcopatuum, ibid. n. 6.
Apellatione Tituli Eccleſiaſtici veniunt omnia beneficia, quæ dantur in Titulum, ibid. n. 9.
Qui poſſidet Eccleſiam, dicitur eam habere in Titulum, ibid. n. 10.
Nulla lege obligatur Ordinarius ad conferendum beneficia uni de gremio Eccleſiæ, diſcept. 93. n. 2.
Limita, ibid. n. 3.
Epiſcopus gaudet Alternativa etiam pro beneficiis ſitis in aliena Diœceſi quando ea confert uti Epiſcopus, non uti inferior Collator, diſcept. 95. n. 52.
Concurſus, & approbatio in Beneficiis Territorii ſeparati ad quem ſpectent, & cui tenentur accedere exiſtentes in Territorio Prælati, diſcept. 95. n. 29. & 30.
Stante nullitate Unionis durat primæva Vacatio beneficii, diſcept. 99. n. 43.
Non valet renunciatio in manibus Ordinarii de beneficio affecto, ibid. n. 45.
Ante expeditionem Litterarum Titulus in Beneficio non dicitur perfectus, ibid. n. 46.
Ordinarius non poteſt conferre beneficium affectum, ibid. n. 47.
Collatio beneficii facta ab Ordinario corruit ſub falſo ſuppoſito vacationis, ibid. n. 48.
Beneficia de Jurepatronatus quomodo ſint libera, ibidem n. 56.
Beneficii fundatio cum reſervatione Juriſpatronatus compatibilis eſt cum devotione Fundatoris, ſeu motivo Cultus divini, ibid. n. 88.
Conditiones illicitæ vitiantur, ſed non vitiant fundationem beneficii, ibid. n. 92.
Quales conditiones videantur admiſſibiles, ibidem num. 93.

Beneplacitum Apoſtolicum.

Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in bonis concedi ſolitis in Emphyteuſim, ſed ammenſata, diſcept. 97. num. 28.
Non datur in alienatione voluntaria, niſi cum clauſula, *ſi in evidentem*, & de aliis requiſitis, diſcept. 96. num. 3.
Secus in alienatione neceſſaria, ubi ſufficit bona Eccleſiæ vendi juſto pretio, ibid. n. 4. & 5.

Bona.

Bonorum appellatione quandoque etiam jura continentur, diſcept. 64. n. 62.
Bonum, & malum tamquam contraria ſimul ſtare non poſſunt, diſcept. 100. n. 175.

Bona Eccleſiæ.

Quoad alienationem vide in *verbo Alienatio*.

Brevia Apoſtolica.

Brevia Apoſtolica in concernentibus bonum publicum ſunt juſſiones, diſcept. 100. n. 14.
Non obſtante Brevi Eligibilitatis tamquam expirato in actu primæ Electionis, ſi Poſtulandus eligatur Electio eſt nulla, ibid. n. 58. & 59.
Breve eligibilitatis conſumitur per Acceptantem ſcienter Electionem nullam, ibid. n. 62.
Et conſumitur in prima Electione licet nulla, & quando, ibid. n. 146. 147. & 148.
Attentans contra Breve Apoſtolicum non poteſt ejus beneficio uti ſine conſenſu Papæ, ibid. n. 89.

C

Cadaver.

EST exhumandum, ubi ſepultum fuit extra Parochialem una cum reſtitutione funeralium, diſcept. 81. n. 11.
Perſona Sæcularis non poteſt tumulari in Eccleſiis Monialium, ibid. n. 12.

Calamitas.

Quod calamitas non abſtulit in pace non videtur auferendum, diſcept. 74. n. 61.

Calumnia.

Quomodo, & qualis intelligatur calumnioſus Litigator, cui non ſuffragatur Gratia ſubrogationis in Juribus Defuncti, diſcept. 72. n. 27.

Cambium.

An Clericus illicite contrahat cambia paſſiva, & activa, diſcept. 80. n. 6.

Camera Apoſtolica.

In Regnis Hiſpaniarum fructus non ſpectant ad Cameram, ſed ad Epiſcopum poſt præconizationem in Conſiſtorio, diſcept. 74. n. 18. & 19.
In Regnis Hiſpaniarum fructus Epiſcopatus Sede vacante ſpectant ad Cameram uſque ad proviſionem novi Epiſcopi, ibid. n. 38.

Canonicatus, & Canonicus.

Canonicis non eſt præjudicium, ſi Ordini Dignitatum Superiori addatur nova Dignitas, & quare, diſcept. 99. n. 13.
Statutum de non excedendo numerum, an impediat fundationem novi Canonicatus, ſeu Dignitatis faciendam per Laicum, diſcept. 99. n. 86.
In Electione ad Canonicatum non requiritur forma *capit. quia propter*, diſcept. 100. n. 83.
Canonici abſque diſtributionibus non tenentur officiare Chorum, diſcept. 67. n. 20.
Canonico debentur fructus, & diſtributiones, diſcept. 57. n. 65.
Stante erectione novi Canonicatus Pœnitentiarii, an poſſit fieri erectio alterius Pœnitentiarii, diſcept. 84. num. 2.
Canonici jurant obſervare Conſuetudines, & Statuta Eccleſiæ in actu ingreſſus, diſcept. 85. n. 19.
Vide in *verb. Capitulum*, *Coadjutor*, *& Coadjutus*.

Canoniſſa.

In Germania non reputantur Perſonæ Eccleſiaſticæ, & de earum ſtatu, & de Præbendis, diſcept. 82. n. 19. 20. 21. & 22.
Collegia mixta Canonicorum, & Canoniſſarum ſunt reprobata per Sedem Apoſtolicam, ibidem numero 23.
Canoniſſæ non gaudent Privilegio *Canon. ſi quis ſuadente*, ibid. n. 22.
Neque Cancellaria dat eis Litteras contra ſuos Injuriantes, ibid. n. 22.
Præbendæ Canoniſſarum non ſunt beneficia Eccleſiaſtica; & vendi poſſunt abſque vitio Simoniæ, ibid. num. 20.

Capitulum.

Non habet dominium, ſed adminiſtrationem Eccleſiæ, diſcept. 99. n. 51.
Capituli Statutum de non admittendis exteris in Eccleſia non valet diſcept. 99. n. 62.
Non eſt præjudicium Capituli, quod nova Dignitas erigenda habeat votum in Capitulo: Limita ut ibi, diſcept. 99. n. 91.

Ca-

Capitulum in Electione non debet examinare Litteras Apoſtolicas, ſed eis obedire, diſcept. 100. n. 28.
Capituli convocatio in Germania pertinet ad Decanum, & ſine iſtius convocatione eſt nullum, ibid. n. 30.
Ubi lapſus termini ad eligendum non inſtat, in Capitulo requiruntur duæ partes ex tribus, alias Electio nulla, ibid. n. 51. 67. 68. 69. & 70.
Diſſoluto Capitulo per Decanum, Remanentes in Aula Capitulari non repræſentant Capitulum, diſcept. 100. n. 32.
Capitulum Canonicorum ſimul cum Epiſcopo poteſt immutare antiquas conſuetudines, diſceptat. 93. numer. 15.
Non poteſt Capitulum ſibi arrogare jus Præcentoris, diſcept. 61. n. 51.
An poſſit præſcribere contra Epiſcopum exiſtentem loco Abbatis jus mulctandi correctionaliter, ibid. n. 50. uſque ad 56.
Ex conſuetudine poteſt acquirere jus mulctandi contra Epiſcopum in Cathedrali regulari, ubi ille ſtat loco Abbatis, diſcept 61. n. 84. & 85.
Quando cenſeatur per Statutum conceſſa Capitulo Juriſdictio privative ad Epiſcopum, ibid. n. 89.
Poteſtas, quam habet Capitulum mulctandi exceſſus leves in una functione, non extenditur ad exceſſus commiſſos in alia, diſcept. 62. n. 8.
Vide *in verb. Epiſcopus*.
Capitulum impedire non poteſt ſine Cauſa augmentum Cultus divini, diſcept. 99. n. 8.
Diſſenſus Capituli quoad Erectionem novæ Dignitatis ſuppletur per Sacram Congregationem, ibid. n. 9. & 15.
Talis diſſenſus ſemper eſt irrationabilis ceſſante ejus præjudicio in redditibus, ibidem n. 11.
Nec attenditur præjudicium in præcedentiis, & ſimilibus, ibidem n. 12.
Quando dicatur ſanatus defectus convocationis Vocalium ad Capitulum, diſcept. 100. n. 222.
Quando liceat Capitularibus diſcedere ab Aula Capitulari, ut eorum Capitulum deinde factum ſit legitimum, ibid. n. 223.
Quando in Capitulo ſunt Vocales, qui credantur inhabiles, ſuſpenſi, aut privati, alii non debent diſcedere, ſed procedere ad Electionem cum proteſtatione, diſcept. 100. num. 240.

Capitulum Provinciale.

Convocatio Capituli Provincialis facta a non habente facultatem reddit nullam Electionem, diſceptat. 94. num. 1.
Amplia, ſi reclamaverit ille, cui ſpectat jus convocandi, ibidem n. 2.
Præſes extraordinarius datus per Papam ad aſſiſtendum Capitulum Regularium non habet facultatem illud convocandi, ibid. n. 3.
Præſertim, ſi datio Præſidis deroget Juribus Superioris Regularis, ibid. n. 2.
Quando Præſidi extraordinario non intelligatur data facultas convocandi Capitulum, ibid. n. 5. & 6.
Proteſtatio Accedentium ad Capitulum non ſanat, ſed præſervat ejus illegitimitatem, ibid. n. 9.
Capitulum redditur nullum ex admiſſione Vocalium voce privatorum ante illius celebrationem, ibidem numer. 10.
Qui habet facultatem convocandi Capitulum, habet etiam prorogandi, ibid. n. 15.
Quando delictum privationis vocis eſt dubium Vocales non poſſunt admitti ad Electionem ſimpliciter, ſed cum proteſtatione, ibid. n. 21. & 24.
Vocales debent a Capitulo excludi etiam ante declaratoriam, ſi privatio ex delicto ſit certa, ibidem numer. 22.
Præſes Capituli non poteſt ad illud admittere Guardianos Vocales non ſervata forma Conſtitut. Innoc. XII. ſuper adimplemento Miſſarum, ibid. n. 23.
Eadem Conſtitutio etiam imminente Capitulo dat facultatem declarandi privatos Vocales in caſibus ibi diſpoſitis, ibid. n. 25.

Cardinales.

Cardinalium Dignitas commendatur ab Innoc. III. & Sixto V. diſcept. 54. n. 1.
Dicuntur pars, ſeu membra corporis Papæ, diſcept. 56. num. 18.
Cardinalis Urſinus nunc Benedictus XIII. Pontiſ. Max. fœliciter regnans commendatur, diſceptat. 54. n. 8. 9. 61. & 62.
Cardinales olim erant viginti, nec promovebantur ad Epiſcopatus, ibid. n. 15.
Leo Decimus ſtatuit, ut reſiderent in Curia, ibidem n. 16.
Item Paulus III. ibid. n. 17.
Limita, ut n. 26.
Cardinalis Bellarminus dicens, quod Cardinales Epiſcopi non debeant retinere alium Epiſcopatum reprobatur per Clem. VIII. diſcept. 54. n. 35.
Cardinalis Decanus dicitur prior Epiſcoporum, & eſt Epiſcopus Hoſtien. ibid. n. 45.
Cardinalis abſens ex Cauſa reſidentiæ in Epiſcopatu dicitur deſtinatus per Romanum Pontificem extra Curiam, ibid. n. 78.
Cardinalis Decanus ſpeciale jus fovet ad Epiſcopatum Hoſtien. & Velitern. ibid. n. 96.
Cardinales ſunt obligati ad reſidendum in Urbe, diſcept. 55. n. 3.
Limita, ibidem n. 5. & 7.
Olim excuſabantur a reſidentia in ſuis Epiſcopatibus extra Urbem, ibid. n. 8.
Non comprehenduntur ſub regula 8. reſervatoria menſium, ſi ſint præſentes in Curia: Limita, ſi fuerint abſentes, & quomodo talis abſentia intelligatur, diſcept. 55. per tot.
Vide *in verbo in Regula Cancell.*
Cardinalibus abſentibus concedi ſolet Indultum conferendi beneficia ad eos ratione ſuarum Eccleſiarum ſpectantia, ibid. n. 14.
Cardinales reſidentes in Urbe cenſentur reſidere in ſuis Epiſcopatibus ſuburbicariis, ibid. n. 30.
Cardinales non comprehenduntur appellatione cæterorum Eccleſiaſticorum, diſcept. 56. n. 9.
Limita, ut n. 10. & 18.
Cardinalium Collegium componitur ex Diaconis Preſbyteris, & Epiſcopis, diſcept. 54. n. 2.
Cardinales faciunt unum Corpus cum Papa, diſcept. 56. num. 21.
Non comprehenduntur ſub diſpoſitione generali, niſi facta ſit de illis ſpecialis mentio, diſcept. 56. numer. 24.
Vide *num.* 25. & 21.
Sunt exempti ab impoſitionibus, quæ cauſa belli fiunt, ac aliis contributionibus, diſcept. 56. n. 27. & 28.
De Dignitate S. R. E. Cardinalium, eorumque prærogativis, diſcept. 74. n. 2.
Non comprehenduntur ſub Conſtitutionibus novis abſque mentione ſpeciali, ibidem n. 2.
Epiſcopi S. R. E. Cardinales non comprehenduntur ſub *Extravag. Injuncta de Electione*, ibidem n. 32.
Nec etiam ſub *regula* 2. *Cancellariæ*, ibidem num. 33. & 34.
Poſſunt conferre beneficia vacata ante captam ab eis poſſeſſionem Eccleſiæ, ibidem n. 35.
Reſpectu illorum in hoc puncto ſervatur diſpoſitio juris communis, ibidem n. 36.
Cardinales Vicecancellarii, Camerarii, & Pœnitentiarii non præcedunt ratione hujus Officii in Cappella, aut Conſiſtorio, diſcept. 76. n. 14. & 15.
Familiaritas Cardinalis ex quo probetur, diſceptat. 78. num. 18.
Reſervatio ex ea inducta durat etiam poſt diſceſſum a familiaritate, ibid n. 19.
Epiſcopi Cardinales in Regnis Hiſpaniarum non poſſunt adminiſtrare, nec conferre ante captam poſſeſſionem, diſcept. 74. n. 39. 40. & ſeqq.
Limita, ibidem num. 46. & ſeqq.

Caſus.

Qui raro accidunt non conſiderantur, diſceptat. 64. n. 78.
Caſus ſpecialis non reſtringit genus præcedens aliorum caſuum, diſceptat. 54. num. 28.

Cauſa.

Cauſa conſecutiva judicari non poteſt, donec pendet principalis, diſcept. 87. n. 2.
Delegatio Cauſæ comprehendit omnia neceſſaria, ibid. num. 6.
Ex cauſa ſupervenienti receditur a qualibet diſpoſitione, & quando, diſcept. 66. n. 69.
Concurrente rationabili Cauſa Sedes Apoſtolica diſpenſare ſolet ſuper voto ſolemni perpetuæ Caſtitatis, diſcept. 72. n. 1.
Cauſa publica intelligitur, quæ ſit diſtincta a mere privata, diſcept. 34. n. 12.
Cauſa legitima abſentem per fictionem Juris reſidit præſentem, ibid n. 29.
Cauſa reſidentiæ in Epiſcopatu quoad Cardinales præponderat reſidentiæ in Urbe, diſcept. 54. n. 38.
Cauſæ, quæ ſufficiunt pro conceſſione Diſpenſationis ſuper voto ſolemni Caſtitatis, facilius admittuntur pro Gratia tranſitus de Ordine Religionis Hieroſolymitanæ ad alium Ordinem militarem, in quo Caſtitas Conjugalis ſervatur, diſcept. 72. n. 37.

Cauthela.

Quæ adhibentur ad majorem Cauthelam non nocent, diſcept. 77. n. 9.

In diſ-

In diſpenſatione ad Cauthelam, an requiratur juſta cauſa, diſcept. 84. n. 9.

Centenaria.

Poſſidenti Vicario nomine non ſuffragatur contra Dominum, diſcept. 66. n. 43. & 61.
Quando non ſubſiſtat in facto, ibid. n. 62.
Non ſuffragatur ad tollendam læſionem enormiſſimam, ibid. n. 63.
Centenariæ derogare non poteſt Epiſcopus in Synodo, diſcept. 93. n. 23.
Centenaria præſumit omnes caſus poſſibiles, diſceptat. 54. n. 53.
Præſumit etiam confirmationem Papæ, diſcept. 55. numer. 24.

Ceſſio.

Ex quibus excludatur, diſcept. 82. n. 6.

Charitas.

Prima charitas incipit a ſe ipſo, diſcept. 64. num. 38. & diſceptat. 65. num. 10.

Chorus.

An jus mulctandi in Choro pertineat ad Epiſcopum cumulative, vel prælative ad Capitulum, diſcept. 60. n. 9. cum plur. ſeqq.
In Choro non exercetur Juriſdictio contentioſa, ſed correctionalis, diſceptat. 61. num. 98.

Clauſula.

Clauſula *Sine præjudicio*, facit conditionale quid geritur, diſcept. 100. num. 120.
Vide *n.* 207. & 208.
Clauſula *Supplentes*, ſuper quibus detur, vel denegetur, ibid. n. 169.
De exemplis, in quibus detur, vel denegetur, ibidem n. 169.
Clauſulæ acceſſoriæ non immutant intentionem principalem Contrahentium, diſcept. 100. numer. 195. & 196.

Clericus.

Reaſſumens habitum poſt delictum non privatur privilegio Fori quoad Perſonam, diſceptat. 87. numer. 1.
Amplia etiamſi reaſſumptus fuerit habitus in fraudem Fiſci reſpectu Privilegii Fori quoad Perſonam, ibid. num. 4.
Sententia Epiſcopi ſuper reaſſumptione habitus Clerici in fraudem Fiſci quando non ſuſtineatur, ibid. num. 5.
Reaſſumptio habitus non præſumitur facta per Clericum in fraudem Fiſci, ibid n. 7.
Reaſſumptio habitus poſt delictum quando dicatur, vel non facta in fraudem Fiſci Laici, ibidem n. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.
Delatio habitus Clericalis intelligitur moraliter, & quomodo, ibid. n. 18.
Clerici non habentes requiſita Concil. Trid. quomodo [illegible] Privilegia, [illegible] n. 1.
Pro amittendo Privilegio Fori, an requiratur decretum privationis, ibid. n. 2.
Concilium loquens de Privilegio Fori non comprehendit Privilegia exemptiva ab oneribus, ibidem numer. 5.
Ut privetur Clericus his Privilegiis quid requiratur, ibid. n. 6.
Immunitas a Tributis non pendet a Privilegio Fori, ibidem n. 7. & 8.
An contra Clericum poſſit allegari Privilegium Clericatus, ibidem n. 10.
Non poteſt Clericus renunciare Privilegio Ordinis Clericalis, diſcept. 80. n. 1.
Clericus privatur beneficio *cap. Odoardus*, quando eſt publicus negotiator, ibid. n. 2.
Sacri Canones permittunt Clerico negotium Agriculturæ, & quando, ibid. n. 3.
Conducendo magnas Tenutas inde non probatur hoc fieri per Clericum lucri cauſa, ibidem n. 4.
Ad excludendam cauſam lucri quid attendatur, ibid. n. 5.
An illicite Clericus contrahat Cambia paſſiva, & quid activa, ibid. n. 6.
Qua ratione prohibeatur Clericis Agricultura, & in quibus, ibid. n. 7.
Clerici prohibentur exercere Agriculturam in Terris Sæcularium, ibid. n. 8.
Secus in Terris Eccleſiaſticorum, ibid. n. 9.
Privilegium Clericale ob illicitam negotiationem non amittitur, niſi poſt trinam monitionem, ibidem numer. 10.
Quando Clericus amittat Privilegium *cap. Odoardus* ob conductionem magni Prædii, ibid. n. 11.
An poſſint Clerici exercere Aromatariam, & negotium Cymbæ Piſcatoriæ, & Nivariæ, diſcept. 67. n. 25. & 26.

Coadjutor, Coadjutus, & Coadjutoria.

Pro Electione Coadjutoris ſufficit ſolus conſenſus Capitularium, nec requiritur forma *cap. quia propter*, diſcept. 100. n. 171.
Coadjutus non prohibetur votare in Capitulo, diſcept. 85. n. 12. & 21.
An Coadjutor poſſit votare, ibid. n. 13.
Si data fuerit illi facultas votandi in Litteris Coadjutoriæ intelligitur in abſentia Coadjuti, ibidem num. 14.
Coadjutus eſt eligibilis ad officia Capitularia, ibidem num. 15.
Coadjutor non poteſt exercere Officium ad quod electus fuit Coadjutus, ibid. n. 16.
Coadjutus non excuſatur ab Officiis, ad quæ Electus eſt, ibid. n. 18.
Coadjutoria, pro quibus detur, ibid. n. 20.
Coadjutus non excuſatur a reſidentia, ibid. n. 22.
Coadjutores non veniunt nomine Canonicorum, diſcept. 85. n. 23.
Coadjutoria non excuſat Coadjutum ab iis, pro quibus conceſſa non fuit, ibid. n. 24.
Limita, ut ibid. n. 25.
Obſervantia declarat Coadjutoriam, ibid. n. 26.
Amplia, ibid. n. 27.
Coadjutus licet non teneatur per ſeipſum, poteſt per ſuum Coadjutorem exercere Officium ad quod fuit Electus, ibid. n. 32.
Coadjutus ob Coadjutoriam non excuſatur ab exercitio onerum per ſuum Coadjutorem, ibid. n. 34.
Coadjutoris negligentia cedit damno Coadjuti, ibidem num. 35.
Coadjutoriæ conceduntur ex cauſa utilitatis, ſeu neceſſitatis Eccleſiæ, diſcept. 89. n. 2.
Pro Coadjutoria Epiſcopatus ſufficit conſenſus naturalis Capituli, ibid n. 3. & 6.
Coadjutoria pendet ex ſola voluntate Papæ, & quare requirat conſenſum Coadjuti, & Capituli, ibidem num. 10.
Quando attendatur diſſenſus Coadjuti, vel non ibidem num. 11.
Coadjutoriæ, an dentur per Papam ſine conſenſu Coadjuti ibid. n. 12.
Papa requirit conſenſum Capituli in Coadjutoriis, & quare, ibid. n. 14.
Quando non requiratur conſenſus Coadjuti in Coadjutoria ibid. n. 16.

Cœlibatus.

Cœlibatus, & Status Conjugalis ſub una, & eadem virtute Caſtitatis comprehenduntur, diſcept. 72. numer. 40.

Collatio.

Collatio Beneficiorum, ſeu Jus illa conferendi dicitur fructus Epiſcopatus, diſcept. 74. n. 57. & 63.
De differentia inter Collationem, & Inſtitutionem, diſcept 99. n. 63.

Collegium.

Non valet conſuetudo, ut in actibus Collegialibus non ſtetur majori parti Collegii, diſcept. 85. n. 10.
Collegia non præjudicant actus Particularium, diſcept. 74. n. 74.

Collegiata.

Vide in *verbo Eccleſia*, & *in verb. Dignitas.*

Commoditas, & Commodum.

Verbum *Recipiendi*, & *habendi* ſolam commoditatem importat, diſcept. 66. n. 24.
Commodo Privilegii privatur, qui eo abutitur, diſcep. 100. n. 45.
Ad acquirendum commodum non ſuffragatur bona fides, ibid. n. 49.

Commutatio.

Pro commutatione ultimæ voluntatis in aliqua parte, minor cauſa requiritur, quam pro illa commutanda in totum, diſcept. 69. n. 2.
Modica alteratio ultimæ voluntatis etiam cum aliquo præjudicio non retrahit Papam a commutando, ibidem n. 3.
Commutationi in melius aſſiſtit, non reſiſtit voluntas Teſtatoris, ibid. n. 4. & 15.
Commutatio in melius habetur pro juſta cauſa commutandi, ibid. n. 5.
Exempla Commutationum Legatorum dotium pro Puellis in alia Opera pia, ibid. n. 16. 17. & 18.

Con-

Conceſſio.

Conceſſio conſequenti dicitur conceſſum antecedens, & ſic conceſſa hæreditate, conceſſa dicitur ejus aditio, diſceptat. 64. n. 65.

Qui vult finem, vult etiam media ad illum, ibidem numer. 66.

Conclaviſta.

Conclaviſtatum Indultum de transferendo Penſiones tanquam notorium non eſt exhibendum Executori pro validitate translationis, diſceptat. 71. numer. 6. 7. & ſeqq.

Ut ſit notorium, an requiratur, ut ſit inſertum in Bullario, ib. n. 11.

Hoc Indultum conceſſum Conclaviſtis cujuſcumque Pontificis Succeſſoris non eſt novum, ſed renovatio eius jam inſerti in Bullario, ib. n. 23.

Quomodo ſint notoria Indulta Conclaviſtarum, ibidem num. 26.

Concordata Germaniæ.

Non deleatur, ſi terminus Juris ad eligendum fuerit per Papam prorogatus, diſceptat. 100. n. 23.

Concupiſcentia.

Quod concupiſcimus non differimus, diſceptat. 77. numer. 13.

Conditio.

Conditiones etiam Juri contrariæ admittuntur, ſi fuerint adjectæ per Fundatores, diſceptat. 99. n. 49.

Conditiones illicitæ exiſtuntur, ſed non vitiant fundationem Beneficii, diſcept. 99. n. 92.

Quales conditiones videantur admiſſibiles in fundatione Beneficiorum, ib. n. 93.

Dictio *ſi* conditionem importat, diſcept. 86. n. 2.

Legatum conditionale non debetur conditione non impleta, ib. n. 3.

Conditio, & voluntas dicitur virtualiter repetita in actu incontinenti ſubſequuto, diſcept. 58.

Limita, & declara p. 20. 21. & 24.

Conditio contraria Matrimonio illud reddit fictitium, diſcept. 58. n. 27. 28. & 29.

Conditio eſt contraria Matrimonio per pactum, ut unus ex Conjugibus ingrediatur Religionem abſque conſummatione, ib. n. 30. 31. & 36.

Conditio non conſummandi Matrimonium, illud reddit nullum, ib. n. 39. & 40.

Item conditio, quód habeatur pro non facto incertum eventum, ib. n. 41.

Conditio habetur pro non ſcripta in Teſtamento, ſi eſt impoſſibilis de Jure, licet adiecta Inſtitutioni, diſcept. 65. n. 13. cum ſeqq.

Conditio importatur ex dictione *dummodo*, *& non aliter*, diſcept. 65. n. 18.

Conditio collata in tempus inhabile non retrotrahitur ad tempus habile, ib. n. 19.

Impleri debet in forma ſpecifica, ib. n. 39.

Nondum purificata nihil operatur, ib. n. 47.

Conditionaliter conceſſum non poteſt exequi ante conditionis eventum, ib. n. 49.

Conditio reſolutiva inducit perplexitatem conſenſus, diſcept. 100. n. 209.

Confeſſarius.

Qualitas Confeſſarii conſideratur ad effectum prælationis, diſcept. 93. n. 9.

Approbatio Epiſcopi requiſita pro Confeſſario Monialium, an requiratur pro illo Mulierum Conſervatorii, diſcept. 75. n. 15. & ſeqq.

Confeſſarius Conſervatorii Mulierum debet eſſe triennalis, ſicut ille Monialium, ib. n. 19.

Conſenſio.

Etiam implicite inducitur, diſcept. 100. n. 15.

Epiſcopi quando vigorem non habeat, diſceptat. 79. num. 26.

In Juriſdictionalibus præiudicat Capitulo, diſcept. 59. n. 14. & diſcept. 60. n. 24.

Confirmatio.

Confirmatio Regulæ cum clauſula, *citra approbationem Conſervatorii*, quid operetur, diſcept. 35. n. 5. & 6.

Confirmationem duarum Electionum de ſe ipſo factarum nemo poteſt petere, diſcept. 100. n. 2. 3.

Tranſmiſſa Papæ Electione ad effectum confirmationis, Electores ſuperſedere debent, nec aliquid innovare, diſcept. 100. n. 92.

Confirmatio actus iuriſdictionalis facta ab habente Juriſdictionem valet tanquam facta ab ipſo Confirmante, diſceptat. 61. n. 32.

Poſt confirmationem Epiſcopi contractum eſt Matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum, & Eccleſiam, diſcept. 74. n. 11.

Per electionem Electus acquirit adminiſtrationem in habitu, & per confirmationem in actu, diſcept. 74. num. 13.

Epiſcopus poſt confirmationem habetur pro poſſeſſore abſque captura poſſeſſionis, ib. n. 14.

Epiſcopus à die confirmationis acquirit Jus in colligendis fructibus, & aliis exercendis, ibid. numer. 16. & 17.

Congregatio.

Congregatio particularis deputata fuit pro decidendo Articulo, an Decanatus Sacri Collegii ſpectaret Cardinalibus abſentibus ex cauſa reſidentiæ in ſuis Epiſcopatibus, diſcept 54. n. 12.

Ejuſdem Congregationis reſolutio excluſiva Cardinalium abſentium, ib. n. 39.

Congregatio Mulierum in certa Domo, ſeu Hoſpitio conviventium, an per Sacros Canones prohibeatur, diſcept. 75. n. 2.

Sac. Congreg. ſupplet diſſenſum Capituli quoad Electionem novæ Dignitatis, diſcept. 99. n. 9. & 15.

Congrua.

Aſſignata per Monaſterium Vicario reducitur ad juſtam menſuram favore Monaſterii, ſi reddita fuerit exceſſiva, diſcept. 66. n. 16. & 17.

Quommodo hoc intelligatur, & in quo caſu, ib. n. 18. & 21.

Congrua aſſignata Vicario in Decimis non comprehendit Novalia, ib. n. 9.

Excreſcentia Congruæ ex Novalibus cedit commodo Monaſterii, & non Vicarii, ib. n. 20.

Aſſignata cenſetur in bonis demonſtrative, & citra tranſlationem dominii, ib. n. 21. & 22.

Subiecta eſt diminutioni, quando eſt ſubiecta augmento, ib. n. 17.

Excreſcentia Congruæ cedit commodo aſſignantis, non autem Aſſignatarii, ib. n. 30.

Favore Monaſterii reducitur Congrua etiam aſſignata in bonis ab eo diſmembratis ob nimium exceſſum, ib. n. 31. & 36.

Læſio habet locum in aſſignatione Congruæ, diſcept. 66. n. 34.

Congrua excreſcens reducitur favore Monaſterii aſſignantis, ſi præſertim hoc laboret inopia, ib. n. 40.

Acquieſcentia non obſtat Monaſterio quoad exceſſivitatem Congruæ, niſi a die, quo exceſſivitas facta eſt intolerabilis, ib. n. 41.

Non obſtante acquieſcentia Centenaria reducitur Congrua favore Monaſterii contra Vicarium, & de ratione, ib. n. 42.

Ratione læſionis enormiſſimæ ſuccurritur Monaſterio in Congrua exceſſiva per ipſum aſſignata Vicario, diſcept. 66. n. 47. & 48.

Taxa Congruæ etiam ſit ultra ſcuta centum, & quando, ib. n. 49. & 50.

Pro reducenda Congrua favore Monaſterii ob exceſſum non requiritur inopia Monaſterii, ib. n. 52.

Congrua Vicarii reducitur favore Monaſterii etiam habentis Unionem temporalibus tantum, ibidem numer. 57.

Conjectura.

Conjecturæ ſimulationis, quando non concludant, diſcept. 99. n. 18. & ſeqq.

De Conjecturis ad excludendam ſimulationem, ibidem num. 23.

Conſenſus.

Ex ſolo conſenſu non conſolidatur actus niſi denuo ſolemniter fiat, diſcept. 100. n. 84.

Eligentium conſenſus debet eſſe certus, non autem dubius, ib. n. 117.

Conſenſus Electi requiritur in Electione, ibidem numer. 129.

Debet eſſe purus, non autem conditionalis, ibidem num. 121.

Factum de conſenſu aliquorum, eodem interveniente, revocatur, diſcept. 93. n. 12.

Conſenſus conditionalis non poteſt converti in purum, & ſimplicem, diſcept. 58. n. 26.

Ut Matrimonium diſpenſetur in radice, requiritur, ut ab initio interceſſerit conſenſus uti Matrimonialis, non uti Concubinarius, diſcept. 93. n. 19.

Alias Papa non ſupplet conſenſum, qui matrimonialis non fuit, ib. n. 16.

Affectio, & conſenſus in Matrimonium excludit cultum concubinarium, ib. n. 17.

In Matrimonio nulliter contracto conjunctio præſumitur affectu potius Maritali, quam Concubinatus ad effectum diſpenſationis in radice, diſcept 63. n. 23.
Niſi detur conſenſus per Electum intra menſem, privatur jure ſuæ electionis, diſcept 100. n. 127.
Conſentiens perplexo in electione male exigit, diſceptat. 100. n. 220.
Conſenſus conditionalis electi vitiat electionem, diſcept. 100. n. 213.

Conſecratio,

Epiſcopo datur terminus trimeſtris ad petendam conſecrationem, diſcept. 74. n. 65.
Concil. Trid. omiſſa conſecratione per hoc tempus addidit pœnam reſtitutionis fructuum, ib. n. 66.
Concilium ſuppoſuit ante conſecrationem Epiſcopum confirmatum habere jus percipiendi fructus, ibidem num. 67.
Hæc Concilii diſpoſitio non procedit quoad Epiſcopum impeditum, ib. n. 76.

Conſervator,

Electio Conſervatoria, ut ſit legitima quales conditiones habere debeat, diſcept. 61. n. 13.
Iſtæ requiruntur tempore deputationis, ib. n. 14.
Conſervator nulliter agit non exhibitis intra menſem Patentibus per acta Ordinarii, ib. n. 15.
Cauſa incœpta coram Ordinario, non poteſt avocari per Conſervatorem. ib. n. 16.
Conſervator non poteſt ſe ingerere in cauſis habentibus cognitionem, & telam judiciariam, ib. n. 17.
Quam Juriſdictionem habeat, ib. n. 18.
An poſſit Ordinarius excommunicari per Conſervatorem, ib. n. 19.
Poteſt excommunicari Conſervator ab Ordinario ex cauſa turbatæ Juriſdictionis, non obſtantibus Privilegiis, ib. n. 20. & 21.

Conſervatorium.

Confirmatio Regulæ cum clauſula citra approbationem Conſervatorii quid operetur, diſceptat. 75. num. 5. & 6.
Diſpoſitum pro Monaſteriis Monialium procedit in Conſervatoriis Mulierum, quando materia utriuſque eſt proportionata, ib. n. 18.
Confeſſarius Conſervatorii debet eſſe triennalis, ibid. num. 19.

Conſilium,

Impetus prohibet bonum Conſilium, & male ſuadet, diſcept. 100. n. 13.

Conſiſtorium,

Cardinales, Vice Cancellarii, Camerarii, & Pœnitentiarii non præcedunt ratione hujus officii in Capella, aut Conſiſtorio, diſcept. 76. n. 14. & 15.
Poſt præconizationem in Conſiſtorio Papæ fructus Eccleſiæ non ſpectant ad Cameram, ſed ad Epiſcopum in Regnis Hiſpaniarum, diſcept. 74. n. 18. & 19
Præconizatio in Conſiſtorio Papæ habet vim electionis, & confirmationis Epiſcopi, diſcept. 74. n. 8.
Præconizato Epiſcopo in Conſiſtorio ceſſat vacatio Eccleſiæ, & Juriſdictio Capituli, ib. n. 18.

Conſtitutio.

Conſtitutio Synodalis eſt ſervanda, diſcept. 99. n. 9.
Conſtitutiones in Synodo fiunt cum præſentia, & conſenſu totius Cleri, ib. n. 11.
Attenduntur, & earum obſervantia præſumitur, ibid. n. 20. & 21.
Conſtitutio Apoſtolica præſumitur uſu recepta, ſi habeat Decretum irritans, diſcept. 61. n. 40.
Emanata in caſu particulari ad explicationem legis univerſalis facit Jus quoad omnes, diſceptat. 61. numer. 80.
Conſtitutiones eſſe non debent eluſoriæ, diſceptat. 64. num. 67.
Quæ non diſtinguunt ſunt indefinite intelligendæ, ib. num. 70.
Faciunt rem claram ſi ſint interpretatæ ab obſervantia, ib. n. 85.
Amplia, ut ib. n. 86. & 87.
Conſtitutio, quæ privat ipſo facto, non requirit Sententiam declaratoriam, diſcept. 94. n. 11.
Conſtitutio 190. Urbani VIII prævaluit reſidentiam in Epiſcopatu quoad Cardinales alteri reſidentiæ in Urbe, diſcept. 54. n. 57.
Conſtitutio Benedicti XIII. feliciter regnantis declaravit Decanatum Sacri Collegii deferri Cardinali Epiſcopo antiquiori, licet abſenti a Curia ex Cauſa reſidentiæ in ſuo Epiſcopatu, ib. n. 63.
Fuit legitimis Cauſis edita, ib. n. 75.
An ſit declaratoria, vel potius derogatoria Conſtit. Pauli IV. ibid num. 64. 67. & 73.
Conſtitutio derogatoria antiquæ eſt nova lex, ibidem num. 65.
Amplia, ut ib. num. 66.
Conſtitutio declaratoria antiquæ non dicitur nova diſpoſitio, ibid. num. 71.
Conſtitutio emanata in uno caſu, an ex identitate rationis extendatur ad alios, ib. n. 99.
Conſtitutio odioſa, & correctoria Juris communis non extenditur etiam ex majoritate rationis, ibidem numer. 100.
Conſtitutio Gregorii XIV. pro unione Decanatus ad Epiſcopatum Hoſtien. refertur, diſcept. 54. n. 103.
Conſtitutiones motu proprio editæ per Papam ligant ſine acceptatione Subditorum, diſcept. 57. n. 63.
Una Conſtitutio ab altera declaratur, diſcept. 59. n. 10. & diſcept. 62. num. 63.
Conſtitutio pœnalis contra præſumentes non habet locum deficiente malitia, & temeritate, diſcept. 74. num. 51.

Conſuetudo.

Ubi probanda eſt Conſuetudo qualificata probanda eſt præciſe illius qualitas, diſcept. 93. n. 8.
Conſuetudines antiquæ poſſunt immutari ab Epiſcopo ſimul cum Capitolo, & e contra, diſceptat. 93. numer. 15.
Conſuetudo, & Statutum æ pari procedunt, ibidem num. 16.
Allegatio tituli ex conſuetudine excludit titulum mandati, diſcept. 82. num. 5.
Conſuetudo non probatur per illationes, & argumenta, diſcept. 79. num. 9.
Conſuetudo, juxta quam Eccleſia concedit Extraneis bona devoluta, quando excludat Jus Proximiorum, diſcept. 79. num 24.
Non extenditur conſuetudo de re ad rem, neque de Perſona ad Perſonam, diſcept. 74. n. 41. & ſeqq.
Conſuetudo etiam Centenaria, & millenaria induci non poteſt contra Conſtitutiones quæ quolibet anno publice, & palam leguntur, diſcept. 61. n. 39.
Non poteſt prætendi exceſſus Statuti, ad quod additive ſupervenit conſuetudo, ib. n. 17.
Enunciativa in Statuto, quod aliquid tunc eſſet uſitatum probat antecedenter conſuetudinem diuturnam, & immemorabilem, ib n. 93.
Conſuetudo non extenditur in præjudicium Ordinarii, diſceptat. 62. num. 7.
Attenditur, ſi ſit firmata in Contradictorio, diſcept. 64. n. 88. & 89.
Inducitur ab eo, quod a majori parte obſervatum fuit, diſcept. 56 n. 33.
De conſuetudine inter Cardinales optandi ſea Eccleſias ſuburbicarias, diſcept. 54. n. 55.
Conſuetudo, quod Moniales in ingreſſu ad Monaſterium aliquid ſolvere teneantur, an ſit Simoniaca, diſcept. 57. num. 15.
An valeat Conſuetudo, quod Proviſi ſolvant aliquid pro mercede Officialium Eccleſiæ, ibidem numer. 31. & ſeqq.
Conſuetudo mulctandi exceſſus leves non extenditur ad graves, diſcept 59. n. 18.
Pro conſuetudine non ſufficit unicus actus, ibidem numer. 25.
Debet probari in ſpecie caſus, ibid. n. 26.
Inficitur ex decreto irritanti, ib. n. 28.
Non attenditur, niſi actus ſint facti cum ſcientia, & patientia, ib num. 29
Juri contraria requirit actus in contradictorio ſequutos, diſcept. 74. num. 71.
Non recipit extenſionem per illationes, & argumenta, ib. num. 72.
Deſtruitur per unicum actum in contrarium, ibidem num. 73.
Valet conſuetudo, quod Epiſcopus creare poſſit novum Canonicum in Eccleſiis pro ſuo jucundo adventu, diſcept. 82. n. 13.
Ex conſuetudine poteſt citra incompatibilitatem retineri Dignitas cum Canonicatu in eadem Eccleſia, diſcept. 82. n. 1.
Non valet conſuetudo, ut in Electione non ſtetur majori parti Capituli, diſcept. 85. n. 1.

Contemptus,

Contemptus Vocalium, quando reddat nullam Electionem, diſcept. 94. num. 28.
Quando quis contemnere dicatur, diſceptat. 100. n. 154.
Contemnens inhibitionem Papæ non poteſt ea juvari in ſui commodum, ib. n. 232. 234. 236. & 237.

Ex be-

Digitized by Google

Ex benignitate Sedes Apoſtolica remittit ſuum contemptu, ib. n.241.

Contractus.

In materia alimentorum contractus intelligitur rebus ſic ſtantibus, diſcept. 66. n.35.

Contradictorium.

Faciens duo contradictoria nulliter agit, diſcept. 100. num.53.

Contraventio.

Per contraventionem Privilegii concernentis favorem mixtum Eccleſiæ, & Perſonæ, illud perditur quantum ad Perſonam, diſcept.100. n.134. 136. & 157.

Contumax.

Contumaces gratiam non merentur, diſcept. 100. numer. 64.

Contumacibus contemptus obeſſe debet, ib. n. 166.

Contumaces Sedes Apoſtolica non proſequitur favore circa ſupplendas eorum Electiones, ib. n. 170.

Conventio.

De non eligendo reddit Electionem coarctatam, diſcept.100. n.99. & 108.

Limita, ſi receſſum fuerit a conventione, ib. n.109.

Copula.

An inducat receſſum a conditione appoſita in Matrimonio, diſcept.58. n. 45.

Correctio.

Debet eſſe moderata, & proportionata, alias loco remedii exercetur ſcelus, & falſis nominibus appellatur ſeveritas, quod eſt ſævitia, & diſciplina, quod eſt ſupplicium, & contumelia juxta Tacit. diſcept. 62. n.13.

Quod debet eſſe medicina ad correctionem, non debet eſſe clades, ib. n.13.

Correctio inſtantanea non præſumitur, diſceptat. 64. num.30.

Crimen.

Diffamatio de crimine intelligitur de Judiciali, diſceptat.87. n.15.

Cura Animarum.

Non conſideratur favor Curæ Animarum in exceſſu Congruæ reſpectu Monaſterii, cui facta eſt Unio, diſcept. 66, n.45.

D

Data.

IN concurſu dignus præferendus eſt digniori quando prævenit in Data, diſcept.73. n.18.

Apoſtilla, ſeu additio cenſetur facta ſub data ſcripturæ, cui eſt appoſita, diſcept.77. n.9.

Dataria, & Datarius.

Dataria deſcendit ad examen qualitatum, & meritorum, utriuſque concurrentis habentis paritatem Datæ, diſcept.73. n.13.

Concedit Gratia *ſi neutri* primo venienti abſque examine meritorum, ib. n.19.

An Datarius poſſit gratiam ſubrogationis denegare ſuperſtiti, diſcept. 73. n.25.

Admiſſio Alternativæ in Dataria fit per Epiſtolas Epiſcopi datas in ſua Civitate, vel Diœceſi, diſcept. 95. num.4.

Amplia etiamſi literæ Epiſcopi ſint datæ extra Diœceſim, ib. n. 5.

Stylus Datariæ habetur pro lege, ib. n. 5.

Arbitrium Datarii locum non habet, quando Regula Cancellariæ annullat litteras aliter ab ea conceſſas, diſcept.98. n. 24.

Decanatus, & Decanus Sacri Collegii.

Decanatus Sacri Collegii Cardinalium pertinet ad antiquiorem præſentem in Curia tempore obitus Decani juxta Conſtitutionem Pauli IV. diſcept.54. n.3. & 18.

Vacavit per obitum Cardinalis Acciaioli de anno 1719. ib. n.4.

Dubitatum fuit, an ſpectaret Eminentiſſ. Urſino, vel Cardinali Aſtallio, ib. n. 5.

Decanatu obtento a Card. Aſtallio, iſte paulo poſt deceſſit, ib. n.10.

Nova quæſtio exorta inter Card. Franciſcum Judice, & Tanarium, ib.

Eminentiſſimus Judice ceſſit ſuis Juribus, ibidem numer. 11.

Decanatus competit de Jure Card. Epiſcopo antiquiori, ib. num. 9.

Etiamſi ſit abſens a Curia ex Cauſa reſidentiæ Epiſcopalis, ib. n. 20. 21. & 22.

Decanatus Sacri Collegii eſt unitus acceſſorie ad Epiſcopatum Hoſtienſem, diſcept. 54. n. 46. & 52.

Et differt ab illo Sac. Rotæ quoad neceſſitatem præſentiæ de tempore vacationis, ibid. n. 48.

Per obitum in Conclavi Card. Tanarii delatus fuit Eminentiſſ. Urſino, ib. n. 61.

Debetur Cardinali antiquiori in Epiſcopatu Suburbicario licet juniori in Cardinalatu, ib. n. 84.

Decima.

Congrua aſſignata in Decimis dicitur aſſignata quoad commodo, non autem quoad Jus decimandi, diſceptat. 86. n. 23.

Verbum *recipiendi*, *& habendi* importat aſſignationem commoditatis Decimarum, ib. n. 24.

Etiamſi Aſſignatarius nomine Monaſterii Decimas exigat, ib. n. 25. & 26.

Per aſſignationem Decimarum factam Vicario, quando Monaſterium non cenſeatur abdicaſſe a ſe earum dominium, ib. n. 29.

Deciſiones.

Deciſionibus Sac. Rotæ ſtandum eſt in judicando, diſcept. 64. num 41.

In contraſio Deciſionum in puncto frigeſcunt ratiocinia, ib. n. 81.

Deciſiones attenduntur in omnibus motivis, non autem in uno tantum, diſcept. 71. n. 10.

Declaratio.

Non ſtatur declarationi ejus, qui ſimulaſſe prætenditur, diſceptat. 99. n. 22.

Declaratio ſuppoſitiva corruit corruente ſuppoſito, diſceptat. 74. n. 75.

Declaratio Papæ eſt attendenda, diſcept. 74. n. 77.

Decretum.

Decretum irritans excludit quamcunque bonam fidem, diſcept. 100. n. 48. & 65.

Decretum irritans tollit contrarium uſum, diſcept. 57. num. 64.

Decus.

Unicuique decus ſuum a poſteritate rependitur, diſcept. 99. num. 29.

Delegatus.

Delegatus habet Juriſdictionem abſque præſentatione reſcripti, & in quo caſu, diſcept. 71. n. 18.

Satis eſt, quod ſit certus de ſua Juriſdictione per conjecturas, ibid. n. 19.

Delinquens.

Delinquentis aſſertioni non ſtatur, diſceptat. 100. numer. 21.

Delinquens eſt puniendus, in quo deliquit, ibidem num. 44.

Deſcendentes.

In emphyteuſi Eccleſiæ appellatione Deſcendentium veniunt tantum maſculi, diſcept. 79. n. 1.

Devolutio.

Jus negligentium adimplere mandatum Papæ pro Electione facienda devolvitur etiam ad unum de Capitulo, diſceptat. 100. n. 231.

Superiori prorogans tempus, concedit illud, quod ſibi competit Jure devoluto, diſcept. 100. n. 133.

Devolutio intrat non facta intra terminum Electione, ibid. num. 143.

Gratia Jure devoluto concedenda eſt Prævenienti in Data, diſcept. 73. num. 1.

An regula concedendi Gratiam Præoccupanti procedat in omni genere gratiarum, ib. n. 2.

Gratia *pro devoluto* eſt vera ſpecies Impetrationis certo modo, num. 3.

Regula 33. *de annali* inter impetrationes certo modo ponit illas Jure devoluto, ib. n. 4.

Gratia *pro devoluto* communiter appellatur Impetratio, ibid. num. 5.

An ſoleat per Datariam cuicumque concedi, ibidem num. 6.

Devolutio eſt certus modus Vacationis, ibidem numer. 7.

Gratia *pro devoluto*, *ſi neutri*, *perinde valere*, & ſimilia conceduntur primo Venientibus, ibid. num. 9. 20. & 21.

Titulus *pro devoluto* eſt contrarius Titulo *pro electo*, diſcept.84. n. 18.

Ob proviſiones inutiles durat primæva Vacatio, & devolvitur jus providendi ad Sanctam Sedem, diſcept. 99. n. 31.

Eccleſia poteſt retinere pro ſe bona Emphyteutica devoluta ob lineam finitam, diſcept.79. n.2.

Bona Emphyteutica Eccleſiæ ad eam devolvuntur, ſi ultimus Poſſeſſor in illis hæredem inſtituerit illegitimum juxta Bullam Pianam, diſcept.91. n.2.

Hæc Bulla præſervat ſucceſſionem vocatis in Inveſtitura pactionata legitimis, non autem hæreditaria, ib. n. 3.

Ratio ob quam inſtituto illegitimo, Emphyteuſis Eccleſiæ non pertineat ad Proximiorem Teſtatoris, ib. num. 4.

Dictio.

Dictio *ut ſupra* quid reperat & operetur, diſcept. 64. n.28. & 29.

Dictio *quandocunque* quid importet, ibidem numer.31. & 32.

Dictio *dummodo* juncta clauſula, *& non aliter* importat conditionem, diſcept.65. n. 18.

Dictio *ipſe* eſt perſonaliſſima, diſcept.65. n. 4.

Dictio *& non alias* eſt limitativa, ib. n.4.

Dictio *mai* quid importet, diſcept. 68. n. 31.

Dictio *eandem* quid importet, diſcept. 100, num. 184. & 182.

Dictio *iterum*, *& iterata* quid importet, ib. num. 104. & 182.

Dictio *ſic* quid importet, ib. n. 206.

Dictio *hujuſmodi* quid importet, diſcept. 54. n. 31.

Dictio *aliarum* denotat perſonas ſimiles, diſceptat. 56. num. 37.

Dictio *Pro* importat cauſam finalem, diſcept.57. n. 18.

Dictio *ſi* conditionem importat, diſcept.86. n. 2.

Dictio *aliquis* adjuncta Dignitati comprehendit omnem ſpeciem Dignitatis, diſcept.86. n. 17.

Dictio *tantum* taxativam inducit ad unicam vicem, ib. n. 26.

Diœceſis.

Non valet argumentum negativum de Territorio ad Diœceſim, diſcept. 95. n. 26.

Diffamatio.

Diffamatio de crimine intelligitur de judiciali, diſceptat.87. n. 15.

Dignitas.

Sub nomine Dignitatis Eccleſiaſticæ an veniat beneficia quæcunque, diſcept.86. n. 12. & 13.

Nomen Tituli de omni, & quacunque Dignitate prædicatur, ib. n. 14.

Pro erigenda nova Dignitate in Eccleſia requiritur auctoritas Papæ, diſcept 99. n.2. & 52.

De diſtributione inter erectione duplicis ſpeciei Dignitatum, ib. n. 3. & 5. & ſub n. 48.

Dignitas nova in Eccleſia qualis ſit, & qualis non nova, ib. n. 2.

Non poteſt Epiſcopus erigere novam Dignitatem abſque conſenſu Capituli, ib. n.6.

Limita ſi diſſenſus Capituli ſit irrationabilis, ib. n. 7. & 53.

Diſſenſus Capituli quoad Erectionem novæ Dignitatis ſuppletur per Sacram Congregationem, ib. num. 9. & 13.

Dignitates in Eccleſiis quare fuerunt inſtitutæ, ibid. num. 10.

Non eſt præjudicium Canonicis, ſi ordini Dignitatum Superiori addatur nova Dignitas, & quare, diſcept.99. n. 13.

Nova Dignitas non poteſt creari ab Epiſcopo, diſcept. 99. n.40.

Maxime in jure incognita, ib. n. 41. & 42.

Perſonatus an ſit Dignitas, diſcept.99. n.71.

Duæ ſunt Dignitates de jure Canonico, ibidem numer. 72.

Ad conſtituendam Dignitatem an ſit neceſſaria juriſdictio, diſcept.99. n.73.

Privata emulatio non impedit fundationem novæ Dignitatis, ib. n.76.

Non debet ſtare Dignitas abſque diſtributionibus, ib. num. 78.

Pro expenſis Fabricæ, & Sacriſtiæ, quando non ſit aſſignandus redditus in fundatione novæ Dignitatis, diſcept.99. n.79. 80. & 81.

Pro nova Dignitate erigenda ultra Præbendam ſatis eſt dare tot redditus, quot habent cæteræ Dignitates, & Canonici, ib. n. 84.

Augmentum Cultus divini in erectione novæ Dignitatis conſideratur etiam in Eccleſia, ubi adeſt ſufficiens numerus Miniſtrorum, ib. n.90.

Non eſt præjudicium Capituli, quod nova Dignitas erigenda habeat Votum in Capitulo, limita ut ibi num. 91.

Dilatio.

Quod concupiſcimus non differimus, diſcept.71. n. 12.

Diſcordia.

Diſcordia, & Factio in Eligentibus rectum eorum judicium obumbrant, diſcept. 100. num. 12.

Diſpenſatio.

Praxis Sedis Apoſtolicæ diſpenſandi in radice Matrimonia nulla, diſcept.63. n. 2.

Amplia, & declara, ib. n.3.

Requiritur cauſa ad effectum diſpenſandi, & quales ſint cauſæ, ib. n. 4.

Ut concedatur hæc diſpenſatio requiritur, ut Conjuges ſe cognoverint matrimonialiter, non concubinarie, ib. n.15.

Caſus diſpenſationis in radice conceſſæ ab Innoc.XIII. diſcept.63. n.82.

Concurrente cauſa Sedes Apoſtolica diſpenſat ſuper Voto ſolemni Caſtitatis, diſcept.72. n.1.

Praxis Sedis Apoſtolicæ diſpenſandi oſtendit voluntatem Papæ, ib. n. 8.

De exemplis diſpenſationum conceſſarum ſuper Voto ſolemni Caſtitatis, ibid. num.9. 10. 16. 17. 19. 20. & 21.

Diſpenſationum exempla conſuetudinem S. Sedis concludunt, ib. n.22.

Sedes Apoſtolica diſpenſavit ſuper Voto ſolemni Caſtitatis etiam cum Monachis, ib. n.13.

Diſpenſationes ſuper Voto ſolemni caſtitatis conceſſæ fuerunt per Summos Pontifices nedum Regibus, & Principibus, ſed etiam Viris nobilioribus, diſcept. 72. n.23.

Utilitas etiam indirecta publica, eſt juſta cauſa concedendi iſtas diſpenſationes, ib. n. 22.

De aliis Cauſis, quæ ſufficiunt pro conceſſione diſpenſationis ſuper eodem Voto, ib. n.25. 26. 27. 28. 29. & ſeqq.

Pluribus cauſis inſimul conjunctis inducitur rationabilitas Gratiæ diſpenſationis, ib. n.35.

Cauſæ quæ ſufficiunt pro conceſſione diſpenſationis ſuper Voto ſolemni caſtitatis facilius admittuntur pro gratis tranſitus de Ordine Religionis Hieroſolymitanæ ad alium Ordinem militarem, in quo caſtitas conjugalis ſervatur, ib. n.37.

Papa cenſetur diſpenſare narrata ſibi conſuetudine in eadem Eccleſia Dignitate cum Canonicatu, diſcept. 84. n.5. & 6.

Diſpenſatio Papæ in præjudicium ipſius concedentis lariſſime interpretatur, diſcept.84. n. 7.

Juſta cauſa an requiratur in diſpenſatione ad cautelam, ib. n.9.

Datur diſpenſatio ad obtinendum in eadem Eccleſia Canonicatum Pœnitentiarium cum Dignitate, ib. num. 10.

Cauſæ diſpenſationis in hac materia quales ſint, ibid. n.11. 12. & 13.

De diſpenſatione ſuper defectu ætatis una cum Indulto eligibilitatis ad Eccleſias Germaniæ, ac etiam de exemplis, diſcept.97. n.2. 5. 6. 7. 15. 16. & 17.

Ad effectum diſpenſandi, exempla multum operantur, ib. n.7. 8. & 9.

Cauſa diſpenſandi eſt potentia Principis ad reſiſtendum hæreticis, ib. n.11.

Ex conſuetudine Hiſpaniarum poteſt in eadem Eccleſia retineri Dignitas cum Canonicatu etiam Theologali, & Lectorali abſque diſpenſatione, diſcept. 83. n. 2. & 3.

An hoc procedat, ſi Canonicatus ſit Pœnitentiarius, ib. n.4. 5. & 6.

Quomodo ex narratis cenſeatur Papam diſpenſaſſe ſuper inhabilitate retinendi Canonicatum cum Dignitate, ib. n.7.

Diſpenſatio poteſt deduci etiam ex neceſſario antecedenti, ib. n.8. & 9.

Quidquid operatur diſpenſatio particularis operatur generalis, diſcept.83. n.4.

Præſentatio filio Patroni datur diſpenſatio ſuper ætate, diſcept 99. n.60.

Diſpoſitio.

Receditur a qualibet diſpoſitionem his, quæ mutationem recipiunt ex tempore. diſcept.66. n.69.

Extenſio, & prorogatio primæ diſpoſitionis eſt ejuſdem formæ, ac prima diſpoſitio, diſcept. 100. n. 9. & 10.

In diſpoſitione Principis illicitum eſt exquirere cauſas latentes, diſcept.100. n.10.

Diſpoſitionis imprudentia non præſumitur, diſcept.56. num.82.

Diſtin.

Diſtributiones.

Stare non debet Dignitas abſque diſtributionibus, diſcept.99. n.78.
Concil. Trid. mandans detrahi tertiam partem redditTuum pro diſtributionibus, an comprehendat Præbendas Fondatoris Laici, ib. n.85.
Aliud ſunt diſtributiones quotidianæ, & aliud Præbenda, diſcept.67. n.17.
Canonici abſque diſtributionibus non tenentur officiare Chorum, ib. n.20.

Doctor.

Non eſt licitum arguere ex dictis Doctorum per Subauditor intellectus, diſcept.100. n.224.
Doctori non creditur in his, quæ ſunt facti, diſcept. 82. n.4.
Opinio onius Doctoris ſuperat turbam aliorum, diſcept. 64. num.18.
Conſilium Doctoris in caſu ſopito per concordiam non præſtat auctoritatem, ib. n.19.
Quando non attendantur Doctores, ib. n.53.
Potius eorum ratio eſt attendenda, ib. n.54.
Non meretur fidem allegando reſolutionem Sacræ Congregationis ſine die menſe, & anno, diſceptat.67. num.16.
Doctori teſtanti de conſuetudine non creditur, diſcept. 74. n.42.

Dolus.

Dolus, malitia, & temeritas excluduntur per cauſam probabilem, & opinatam, diſcept.74. n.51.

Dominium.

Acquiſitio dominii momentanea in conſideratione non habetur, diſcept.64. n.59.
Dominium Monaſterio non dicitur acquiſitum ex Perſona Monaci, qui illud non acquiſivit, diſceptat.65. num.48.

Domitianus.

Domitianus avidus mortis Julii Agricolæ numerabat momenta deficientis, diſcept.54. n.87.

Donatio.

Non cadit proprie in juribus, & bonis devolvendis ad Donantem de futuro, diſcept.68. n.20.
De natura donationis eſt, ut bona tranſeant ad hæredes Donatarii, ib. n.21.
Amplia, ut n.22.
Promiſſio non revocandi donationem in renunciatione factam non denotat realem, & perpetuam, ibidem num.26.
Una, & eadem donatio non poteſt diverſo jure cenſeri, ib. n.26.
Donatio, & renunciatio facta certis Perſonis cum taxativa tantum tranſit ad earum hæredes ſecluſo pacto regreſſus, ib. n.30.
Donativum Regium ſolvitur in Regno Siciliæ pro certa rata etiam ab Eccleſiaſticis, diſcept.56. num.1, 2, & 3.
Pendet a voluntate, & aſſenſu Summi Pontificis, ib. num.6.
Excipiuntur ab eodem S. Rom. Eccl. Cardinales, ib. num.7.

Dos.

Dos Eccleſiæ eſt majoris privilegii, quam ſit illa Puellarum, diſcept.69. n.14.
Dotes relictæ incertis Puellis reſpiciunt intereſſe Puellarum loci, in quo Teſtator fecit Teſtamentum, diſcept.69. n.27.

E

Eccleſia.

AD Eccleſiam univerſalem pertinet incolumitas Eccleſiarum inferiorum, diſcept.54. n.24.
Eccleſiæ inferiores dicuntur membra Eccleſiæ univerſalis, ib. n.25.
In Eccleſia receptitia Portiones ſunt ejus beneficia, diſcept.93. n.1.
Eccleſia poteſt retinere pro ſe bona Emphyteutica devoluta ob lineam finitam, diſcept.79. n.2.
An Eccleſia poſſit ammenſare ſibi bona in Emphyteuſim aliis conceſſa, non obſtante immemorabili conſuetudine non ammenſandi, diſcept.79. per tot.
Si Eccleſia non ammenſaverit renovando Extraneos, an hæc conſuetudo renovandi excludat Eccleſiam ab ammenſatione concurrentibus proximioribus ultimi, diſcept.79. per tot.

Si Eccleſia conſueverit renovare ab Immemorabili, an hæc conſuetudo ſine qualitate coactiva prohibeat ammenſationem, diſcept.79. n.3. cum plur. ſeqq.
Pro erigenda nova Dignitate in Eccleſia requiritur auctoritas Papæ, diſcept.99. n.2. & 12.
De diſtinctione inter Erectionem duplicis ſpeciei Dignitatum in Eccleſia, ib. n.3. 5. & 68.
Dignitas nova in Eccleſia qualis ſit, ib. n.4.
Dignitates in Eccleſiis, quare fuerunt inſtitutæ, diſcept.99. n.10.
Juſpatronatus Eccleſiæ relictum non poteſt renunciari, per Capitulum, ib. n.14.
Eccleſiæ dominium non habet Capitulum, ſed adminiſtrationem, diſcept.99. n.51.
Qui volunt in Eccleſiis potentati Patrimonii Dominici, damna conqueruntur, ib. n.54.
Omnis Eccleſia fundationis Laicorum naſcitur cum Jurepatronatus, ib. n.55.
In Eccleſia etiam exteri debent admitti ad Beneficia, & Canonicatus, ib. n.61.
Ad quos pertineant expenſæ pro Eccleſia in Cathedrali, & Collegiata, diſcept.99. n.82.
Cauſa augendi numerum Beneficiatorum in Eccleſia Collegiata non eſt ſufficiens, ſi habeat congruum illorum numerum, ib. n.89.
Augmentum Cultus divini in erectione novæ Dignitaria conſideratur etiam in Eccleſia, ubi adeſt ſufficiens numerus Miniſtrorum, ib. n.90.
Adminiſtratores non præjudicant Eccleſiæ, diſcept.88. num.8.
Vel ei competit reſtitutio in integrum contra factum Adminiſtratorum, ib. n.9.
Ob paupertatem Summi Pontifices ubi unierunt Eccleſiæ Conſtantien. diſcept.90. n.3.
Eccleſia Conſtantien. poſt Lutheri tempore majorem jacturam paſſa eſt, ib. n.5.
Eccleſiæ contiguæ in caſu indigentiæ ſe ad invicem adjuvare debent, ib. n.11.
In Eccleſia Cathedrali Regulari an Epiſcopus ſit Abbas, ſeu loco Abbatis, diſcept.99. n.4. & ſeqq.
Priores in Cathedrali Regulari mulctare poſſunt in levibus, non autem in gravibus exceſſibus, ibidem num.20.
Eccleſia abſque beneplacito Apoſtolico poteſt adire hæreditatem ad commodum Renunciatarii, diſcept.64. num.60.
Capitulum pauperrimum Eccleſiæ non præſumitur habere redditus ſuperfluos, diſcept.67. n.18.
Boni Principis eſt Eccleſias contritas reſtaurare, & novas ædificare, diſcept.69. n.12.
Fundatoribus Eccleſiarum ad indulgendum, & quare, ib. n.12.
Papa ſolet concedere Uniones, & ſuppreſſiones Beneficiorum pro dotandis Canonicatibus in erectione Eccleſiæ in Collegiatam, ib. n.13.
Dos Eccleſiæ eſt majoris Privilegii, quam ſit illa Puellarum, ib. n.41.
In conſtructione, & dotatione Eccleſiæ acquiritur Juſpatronatus, ib. n.33.
Eccleſiæ vacatio *per Extravag. Injunctæ de Elect.* prorogata fuit uſque ad capturam poſſeſſionis, diſcept.74. n.29. & 30.
Ex alienatione bonorum ex cauſa neceſſitatis, ſi concurrat læſio Eccleſiæ propter valorem, ſuccurritur eidem reſtitutione in integrum, diſcept.96. n.10.
Judicium reſtitutionis in integrum eſt diverſum ab illo manutentionis, ſeu reintegrationis Eccleſiæ ob nullitatem alienationis, diſcept.96. n.11.
Eccleſiæ læſio in alienationis bonorum, ex quibus non præſumatur, ib. n.12.

Eccleſiaſtici.

Eccleſiaſticorum appellatione non veniunt S.R.E. Cardinales, diſcept.56. n.9.
Limita, ut n.10. & 38.
Baro non habet Jus prohibendi Eccleſiaſtici exercitium Nivariæ, diſcept.67. n.4.
Recollectio Nivis ab Eccleſiaſticis fieri poteſt ad uſum proprium tantum, non ad negotiationem, ibidem num.7.
Quomodo hoc intelligatur, ib. n.8.
Eccleſiaſtici non prohibentur vendere nivem ex propria Niveria, ib. n.9.
Nec vendere piſces ex cymba piſcatoria, quam habent, ib. n.10.
Gabella non debetur pro pane, quem Eccleſiaſtici præſtant propriis Colonis, diſcept.67. n.13. & 27.

Edictum.

Edicta probant Juriſdictionem ea publicantis, diſcept. 61. num.30.
Non probant juriſdictionem, niſi ſint effectuata, ibid. num.36.

Edictum Baronis contra Subditos, ne præſtent operam Eccleſiaſticis eſt nullum, diſcept. 67. nu. 2.
Amplia, ibid. nu. 4.

Effectus.

Limitata facultas limitatum producit effectum, diſcept. 65. nu. 51.

Electio, Electores, & Electus.

Electio eſt nulla, ſi convocatio Capituli Provincialis facta ſit a non habente facultatem convocandi, diſcept. 94. num. 1.
Amplia, ſi reclamaverit ille, ad quem ſpectat Jus convocandi, ibid. num. 2.
Eſt nulla ob admiſſionem Vocalium voce privatorum cum proteſtatione præcedente, poteſt Electione ſequatur declaratoria, ibidem num. 16.
Maxime ſi ante Electionem interpoſita fuerit appellatio, ibid. num. 17.
Vota Privatorum, quando, vel non vitientur, & non vitient Electionem, ibid. nu. 18.
In Electione ſecreta, an poſſit dari ejus nullitas ob admiſſionem Privatorum ipſo Jure, ibid. nu. 19. & 20.
Quando delictum inducens privationem vocis eſt dubium, Vocales non poſſunt admitti ad electionem ſimpliciter, ſed cum proteſtatione, ibid. nu. 21. & 24.
Si privatio ex delicto ſit certa, Vocales debent excludi a Capitulo, etiam ante declaratoriam, ibid. nu. 22.
Electio vitiatur ob admiſſionem Prohibitorum ſcienter factam, ibid. nu. 26.
Vitium primæ Electionis influit in ſecundam primam renovatoriam, ibid. nu. 27. & 71.
Quando Electio reddatur nulla ob contemptum vocalium, ibid. num. 28.
Habens majorem partem votorum dicitur Electus ad excluſionem Electi per minorem, diſcept. 84. nu. 17.
Titulus pro Devoluto eſt contrarius Titulo pro Electo, ibidem num. 18.
Electio præſumitur valida, diſcept. 85. num. 2. diſcept. 100. num. 221.
Dicitur concluſa per majoritatem Votorum, diſcept. 85. nu. 3.
Omiſſio unius Voti in Electione præſumitur ex inadvertentia, non ex malitia, ibid. nu. 4.
Vota incerta habentur pro non adjecta, ibid. nu. 5.
Quando Electio non dicatur concluſa, ibidem num. 7.
Prima Electio impedit ſecundam declara, ut ibidem num. 8.
Inter duos Electos eſt locus gratificationi, ibidem numer. 9.
Vitium ſecundæ Electionis non influit in primam, ibidem num. 10.
Non valet conſuetudo, ut in Electione non ſtetur majori parte Capituli, diſcept. 85. nu. 11.
Non admittitur oppoſitio objectiva in actu votandi contra Vocales, diſcept. 89. nu. 4.
In actu Electionis non attenditur oppoſitionis frivolæ, ibid. nu. 5.
Libertas Electionis, an poſſit coarctari ad tres Eligibiles, ibid. num. 7.
Coarctatio Eligibilium qui operetur, ibid. nu. 8.
Præconizatio in Conſiſtorio Papæ habet vim Electionis, & confirmationis Epiſcopi, diſcept. 74. nu. 8.
Per Electionem Electus acquiritur adminiſtrationem in habitu, & per confirmationem in actu, ibidem numer. 13.
Epiſcopus poſt Electionem, & confirmationem habetur pro poſſeſſore abſque captura poſſeſſionis, ibidem num. 14.
In incompatibilibus Electio unius eſt renunciatio alterius, ibid. nu. 50.
Etiam inſtante Electione, ſi agitur de culpa graviori Præſes habet facultatem proferendi Declaratoriam ſuper privatione vocis, diſcept. 94. nu. 12.
Non obſtante Decreto Viſitationis Apoſtolicæ, ibidem num. 13.
Stante juſta cauſa ſuperior poteſt prorogare tempus electionis, ibid. num. 14.
Duarum Electionum de ſe ipſo factarum confirmationem nemo Poteſt petere, diſceptat. 106. numer. 2. & 3.
Electio nulla non confirmatur, ibid. nu. 4.
Electio facta contra mandatum Pontificium eſt nulla, ibid. nu. 5.
Amplia etiamſi contravenientes illud ignoraverint, ibid. nu. 6.
Diſcordia, & Factio in Eligentibus rectum eorum Judicium obumbrant, ibid. n. 12.
Electio Epiſcopi de jure antiquo pertinebat ad Papam, ex quo Capitula Eccleſiarum illam recognoſcunt, ibidem num. 27.
In Electione Capitulum non debet examinare Litteras Apoſtolicas, ſed eis obedire, ibidem num. 28.
Eligens in termino prorogato nulliter eligit non ſervata forma termini, ibid. nu. 29.
Vide num. 43.
Convocatio Capituli in Germania pertinet ad Decanum, & ſine ejus convocationem Electio eſt nulla, diſcept. 100. num. 30.
Non concurrentibus in Capitulo duabus partibus ex tribus Electio eſt nulla, ubi lapſus termini ad eligendum non inſtat, ibidem numer. 31. 67. 68. 79. & 80.
Publicatio votorum in actu Electionis eam reddit nullam, diſcept. 100. nu. 33.
Et debet eſſe in ipſo Scrutinio, ibid. num. 122.
Non obſtante conſuetudine immemorabili, ibid. num. 34. & 35.
Electio eſt nulla non facta collatione numeri ad numerum, ibid. nu. 36.
Appellatio extrajudicialis ante Electionem eam reddit attentatam, ibid. nu. 37.
Elector contradictus, & in poſſeſſione non exiſtens non poteſt admitti ad votandum, diſcept. 100. n. 38.
Nulla eſt Electio, in qua Electus ſibi ipſi votum dedit ibid. nu. 39.
Unius voci omiſſio vitiat Electionem, ibid. n. 40.
Electio facta extra terminum Juris eſt nulla, ibidem nu. 42. & 50.
Non poteſt fieri ſecunda Electio per Vocales dubitantes de validitate primæ, ibid. n. 51. & 52.
In Electione reſtrictio ad unum cauſat nullitatem, diſcept. 100. nu. 54.
Vide *num.* 93. 95. 96. & 179.
Item violatio ſecreti, ibid. n. 55. 57. & 128.
Electio per vota conditionalia eſt nulla, ibid. num. 56. 100. 111. & 112.
Eſt nulla, ſi eligatur poſtulandus, ibid. n. 58.
Non obſtante Brevi eligibilitatis tamquam expirato in actu primæ Electionis, ibid. nu. 59.
Quando primus actus dicatur effectuatus, vel non in electione, & de diſtinctione, ibid. n. 60.
Scienter acceptans Electionem nullam conſumit Breve eligibilitatis, diſcept. 100. n. 62.
Secunda Electio, ut valeat, eſſe debet independens a prima nulla, ibid. nu. 72. cum ſeqq.
Explicatur *Textus in cap. quia duas de Electione, in 6.* ibidem nu. 80. & 168.
In Electione ad Canonicatus non requiritur forma *cap. quia propter*, ibid. nu. 83.
Eligens contra inhibitionem Papæ committit attentatum, ibid. n. 85.
Poſt factam Electionem Eligentes expectare debent Judicium Superioris, nec impedire alias ſuam Electionem, ibid. nu. 90.
Quando ſemel facta Electionem Electores poſſint iterum eligere, ibid. nu. 91.
Electores poſt tranſmiſſam Papæ Electionem ad effectum eam confirmandi ſuperſedere debent, nec aliquid innovare, diſcept. 100. nu. 92.
Nulla eſt Electio coarctata ad unam tantum Perſonam, ibid. nu. 93.
Amplia, & declara, ut ibid. nu. 95. 96. & 179.
Id procedit etiam in Electione per compromiſſum Scrutinio mixtum ibid. n. 97. & 98.
Folium conventionale de uno eligendo reddit Electionem coarctatam, ibid. nu. 99. & 108.
Limita ſi receſſum fuerit a conventione, ibidem num. 109.
An fieri poſſit Electio per vota conditionalia continentia conditiones de præterito, vel præſenti, diſceptat. 100. num. 114.
Non valet Electio relata ad Judicium Superioris, ibidem num. 115.
Quando Eligentes ſe ſe referunt ad declarationem de futuro exprimunt illam ſub voluntate dubia, ibidem num. 116.
Eligentium conſenſus debet eſſe certus, non autem dubius, ibid. nu. 117.
Electio eſt actus legitimus non recipiens conditionem, neque diem, ibid. nu. 58.
Electio requirit conſenſum Electi, diſcept. 100. numer. 119.
Electus debet dare purum conſenſum Electioni, non autem conditionalem, ibid. nu. 121. & 213.
Quid ſi Electores acceptent conſenſum conditionalem Electi, ibid. nu. 122.
Acceptatio cumulativa duarum Electionum fieri non poteſt ab Electo, diſcept. 100 nu. 123.
Conſenſus niſi detur per Electum intra menſem privatur Jure ſuæ Electionis, ibid. n. 127.
Violatur ſecretum, ſi Vocales in ſcriptis propalarent, quem vellent eligere, ibid. n. 130.
Prorogatio temporis ad eligendum reſpicit utilitatem Eccleſiæ, diſcept. 100. nu. 132.
Paria ſunt non eligere, ac declarare per factum nolle eligere, ibid. nu. 133.

Ele-

Electio facta tam extra terminum Juris, quam hominis, eſt nulla, ibidem nu. 141.
Vocatus ad Electionem pro certa die, & tunc non accedens, poteſt accedere, ſi illa die Electio celebrata non fuerit, diſcept. 100. nu. 141.
Devolutio intrat non facta intra terminum Electione, ibid. nu. 143.
Qui malam Electionem fecerunt, quando poſſint elapſo termino novam peragere ibidem, num. 142.
Alterius Eccleſiæ Epiſcopus non poteſt eligi, ſed poſtulari, ad aliam, ibidem n. 145.
Breve eligibilitatis remanet conſumptum in prima Electione, licet nulla, & quando, diſcept. 100. num. 146. 147. & 148.
Non valet Electio facta a ſuſpenſis, ibid. n. 157.
Intronizans Electum nulliter, privatur poteſtate eligendi, ibidem num. 159.
Obedientiam denegans Sedi Apoſtolicæ remanet ineligibilis, ibid. num. 158.
Propter ſpretum Mandati Apoſtolici ſaltem Electio eſt caſſanda, ibid. n. 161.
Poteſt caſſari Electio ex cauſis extrinſecis, licet valida ex parte formæ, & Perſonæ, ibidem n. 162.
Circa ſupplendos defectus Electionis contumaces gratiam non merentur, diſcept. 100. nu. 165.
Sedes Apoſtolica contumaces non proſequitur favore circa ſupplendas eorum Electiones, ibidem numero 170.
Pro electione Coadjutoris ſufficit ſolus conſenſus Capitularium, nec requiritur forma, *cap. quia propter de elect.* ibidem num. 171.
Validitas unius Electionis, eſt nullitas alterius, ibidem n. 176.
Coarctatio votorum in Electione in quo actu intelligatur, diſcept. 100. num. 184.
Quando detur coarctatio votorum ſine obligatione, compromiſſione, & pœna, ibid. n. 185.
An declaratio Vocalium in ſcriptis de eligendo aliquem, impediat variationem, ibid. nu. 187.
Vota in Electione, quando non dicantur libera, ibidem num. 193.
Juramentum de eligendo Digniorem, non pertinet ad ſubſtantiam Electionis, diſcept. 100. nu. 194.
Tale Juramentum præſtatur in omni Electione, ibidem num. 197.
Secunda Electio ob nullitatem primæ habetur pro prima, diſcept. 100. n. 199.
Electio coarctata eſt nulla per defectum formæ naturalis, ibid. n. 200.
Conditionalitas voti in Electione, de quo tempore ſit probanda, ibid. n. 201.
Quando præſumatur receſſus ab illa, ibid. num. 202.
Electio communis eſt de ſubſtantia Electionis, ibidem num. 203.
Et ſufficit conditionem votorum ibi fuiſſe expreſſam, ibid. num. 204.
Quando Electio per compromiſſum ſit nulla, diſcept. 100. num. 205.
Conſentiens perplexe in Electione male eligit, ibidem num. 210.
Conſenſus conditionalis Electi vitiat Electionem, ibid. num. 213.
Electio fieri debet animo determinato, ibid. num. 216. & 217.
Quando dicatur ſanatus defectus convocationis Vocalium ad Capitulum, ibid. nu. 222.
Quando liceat Capitularibus diſcedere ab Aula Capitulari, ut eorum Capitulum deinde factum ſit legitimum, ibid. nu. 223.
Jus male eligentium conſolidatur in aliis de Capitulo bene Eligentibus, ibid. nu. 226. & 227. & 228.
Quando dicantur duæ Electiones contemporaneæ, diſcept. 100. nu. 229.
Inter plures Vocales eligere poſſunt illi tantum, quibus lapſus non eſt terminus, ibidem nu. 230.
Jus negligentium adimplere mandatum Papæ pro electione facienda devolvitur etiam ad unum de Capitulo, ibidem num. 231.
Quando in Capitulo ſunt Vocales, qui credantur inhabiles, ſuſpenſi, aut privati, alii non debent diſcedere, ſed procedere ad Electionem cum proteſtatione, ibid. num. 240.

Eligibilitas.

Non obſtante Brevi Eligibilitatis tamquam expirato in actu primæ Electionis, ſi Poſtulandus eligatur, electio eſt nulla, diſcept. 100. nu. 58. & 59.
Breve eligibilitatis conſumitur per acceptantes ſcienter Electionem nullam, ibid. nu. 60.
Remanet conſumptum in prima Electione licet nulla, & quando, diſcept. 100. num. 226. 247. & 148.
Indultum habilitatorium ſuper defectu ætatis, quando concedi ſoleat pro Eccleſiis Germaniæ, diſcept. 97. nu. 2. & 3.
De ſtylo concedendi Brevia eligibilitatis habentibus obſtaculum, ibid. nu. 5.

Emphyteuſis.

Bona emphyteutica Eccleſiæ ad eam devolvuntur, ſi ultimus Poſſeſſor in illis inſtituerit hæredem illegitimum juxta Bullam Pianam, diſcept. 91. nu. 2.
Hæc Bulla præſervat ſucceſſionem vocatis in inveſtitura pactionata legitimis, non autem hæreditaria, ibid num. 5.
Ratio ob quam inſtituto illegitimo emphyteuſis Eccleſiæ non pertineat ad proximiorem Teſtatoris, ibid. num. 4.
Titulus hæreditarius eſt nominatio Succeſſoris in emphyteuſi hæreditaria, ibid. nu. 5.
Empyteuſis Eccleſiaſtica quando tranſeat in Fiſcum ibid. nu. 6.
Sub inſtitutione univerſali omnium bonorum venit emphyteuſis hæreditaria, ibid. num. 7.
Etiamſi hæres ſit incapax, ibid. n. 8.
Quando veniat etiam emphyteuſis pactionata, ibidem num. 9.
In emphyteuſi Eccleſiæ appellatione Deſcendentium veniunt tantum maſculi, diſcept. 77. num. 1.
Immemorabilis conſuetudo revocandi in Emphyteuſi non attenditur ſi ſit ſolum affirmativa ſine qualitate coarctativa, diſceptat. 79. num. 8. 9. 12. 13. 14. 15. & 32.
Immemorabilis renovandi in emphyteuſi non attenditur, ſi Eccleſia velit ammenſare ob neceſſitatem ſuam, ibid. num. 7.
Immemorabilis renovandi Extraneos in emphyteuſi non favet proximioribus, diſcept. 79. nu. 18.
Aliud eſt renovare proximiores, & aliud noviter concedere emphyteuſim Extraneis, diſceptat. 79. num. 20. & 21.
Conſuetudo juxta quam Eccleſia conceſſit extraneis bona devoluta, quando excludat Jus Proximiorum, ibidem num. 24.
In Regione Mantuæ non ſervatur æquitas Bartoli ad renovandos in emphyteuſi proximiores, ibidem numer. 25.
Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in bonis concedi ſolitis in emphyteuſim, ſed ammenſatis, ibidem numer. 28.
Verba *de novo, & de gratia ſpeciali* non important renovationem, ſed novam Inveſtituram in emphyteuſi, ibid. num. 29.

Emolumentum.

Onere non gravati, nec dicuntur in emolumento contemplati, diſcept. 68. num. 21.
Emolumentum ſemper defertur cum onere annexo, ibid. num. 24.

Enunciativa.

Emanata ab habente facultatem diſponendi habetur pro diſpoſitione, diſceptat. 54. nu. 56.

Epiſcopatus.

Epiſcopatus Suburbicarii Cardinalatibus annexi non ſunt incompatibiles cum Epiſcopis exteris, diſcept. 54. num. 32. & diſcept. 55. nu. 2.
Epiſcopatus providentur Motu proprio Papæ, diſcept. 54. num. 42.
Sex Epiſcopatus Romanæ Curiæ circumadjacentes ſunt annexi S. Rom. Eccl. Cardinalibus, diſcept. 55. num. 1. & 31.
Iſti Epiſcopatus Suburbicarii ſunt propriæ Cathedrales, ibid. nu. 18.
Plurium Epiſcopatuum retentio, quare concedatur in Germania in una Perſona, & de exemplis, diſcept. 89. nu. 17. & diſcept. 90. nu. 1.
Cauſa concedendi hanc retentionem qualis ſit, diſcept. 90. num. 1.
Conceditur talis retentio ob utilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, ibid. nu. 2.

Epiſcopus.

Epiſcopi dicuntur vocati in partem Paſtoralis ſollicitudinis, diſcept. 54. nu. 25.
Epiſcoporum Hoſtienſium ſeries, qui ſimul fuerunt Decani, ibid. n. 57.
Epiſcopi excluſio a Jure conferendi dicitur pœna, diſcept. 55. num. 12.
Epiſcopi recognoſcunt ſuam Jurisdictionem a Summo Pontifice, ibid. nu. 19.
Repugnat in Jure, quod aliquis ſit Epiſcopus, nec habeat uniformem Juriſdictionem Epiſcopalem, diſcept. 55. num. 20.

Epi.

Epiſcopus tenetur ad reſidentiam etiamſi ſit ſuffraganeus Titularis in Partibus Infidelium, ibidem numer. 29.
Tenetur invigilare, ut deſtinata in pios uſus adimpleantur, diſcept. 57. n. 71.
In Eccleſia Regulari Cathedrali ſtat loco Abbatis, diſcept. 59. n. 4.
Limita ut ib. n. 5. & 12. & diſcept. 61. num. 1. & ſeqq. uſque ad num. 17.
Talis eſt, ſi coram ipſo Canonici Regulares profeſſionem emittant, diſcept. 59. n. 6.
Ea quibus aliis actibus id probetur, ib. n. 8.
Prior in Cathedrali Regulari non eſt Abbas, ſed Epiſcopus. & quando, ib. n. 11.
An præeſſe, & jubere in Capitulo pertineat ad Epiſcopum vel Decanum, diſcept. 60. n. 41.
Ad quem pertineat correctio in Choro, ibidem numer. 40.
An pertineant ad Epiſcopum, vel Decanum Capituli præſcribere tempus, quo durare debent ſermones in Cathedrali, ib. n. 43.
An poſſit Epiſcopus ſolus, & ſine Adjunctis compellere Canonicum Pœnitentiarium, ut debito tempore aſſiſtat Confeſſionario, ib. n. 44.
An poſſit prohibere, quod aliquid canetur lingua vernacula in Cathedrali non reviſum ab ipſo Epiſcopo, ſeu ejus Vicario, ib. n. 45.
An poſſit corrigere Canonicos Regulares etiam in concernentibus Inſtitutum Regulare, diſceptat. 61. numer. 18.
Epiſcopus ſimul Abbas in Cathedrali Regulari non ligatur ſuo Statuto, licet facto cum Capitulo, ibid. num. 24.
Concedendo poteſtatem alteri non cenſetur privative ad ſeipſum concreſſiſſe, ib. n. 35.
Epiſcopi habebant olim Monaſteria Regularium ſibi ſubjecta in concernentibus Regulam, & quomodo, diſcept. 61. n. 65. 66. & 67.
Epiſcopus tanquam conſecratus dicitur quovis Religioſo Religioſior, ib. n. 68.
In manibus Epiſcopi emitti poſſunt tria vota ſubſtantialia Religionis, ib. n. 69.
In Monaſteriis viventibus jure ſingulari, & non exemptis Epiſcopus facit Statuta in concernentibus obſervantiam Regularem, ib. n. 70.
Et Abbas Monaſterii Epiſcopo ſubjecti præſtat in manibus Epiſcopi juramentum ſubjectionis, reverentiæ, & obedientiæ, ib. n. 71.
De differentia inter Epiſcopum, & Abbatem Commendatarium, ib. n. 72.
Qualitas Sæcularis in Epiſcopo cum repugnantia ad ſtatum Religionis non conſideratur, ib. n. 73.
Ad Epiſcopum præſentem in Choro ſpectat omnium ſerviendarum authoritas non obſtantibus Privilegiis, Concordiis, & conſuetudinibus in contrarium, diſcept. 61. n. 96.
Declara, ut n. 97.
Habet Jus mulctandi exceſſus Eccleſiæ Reſidentium tam in Proceſſionibus, quam aliis functionibus, diſcept. 62. n. 1.
Amplia, ut ib. num. 2.
Epiſcopi non præſumuntur toleraſſe in ſua Diœceſi ſcandalum diuturnum, diſcept. 63. n. 20.
Epiſcopus poteſt in Synodo derogare Conſuetudini Diœceſis, diſcept. 93. num. 12. cum ſeqq. & numer. 17. & 18.
Epiſcopus cum Capitulo poteſt immutare antiquas conſuetudines Eccleſiæ, ib. n. 15.
In Synodo derogare non poteſt Centenariæ, & immemorabili, ib. n. 65.
Epiſcopi abſentia non præjudicat Papæ in menſibus illi ſpectantibus vigore Alternativæ, & de ratione, diſcept. 95. n. 14. cum quatuor ſeqq.
Epiſcopus gaudet Alternativa etiam pro beneficiis ſitis in aliena Diœceſi. Declara quando ea confert uti Epiſcopus, non uti inferior Collator, ib. n. 22.
Epiſcopi Cardinales in Regnis Hiſpaniarum non poſſunt adminiſtrare, nec conferre ante captam poſſeſſionem, diſcept. 74. n. 39. & 40.
Limita, ut ib. n. 46. & ſeqq.
Epiſcopo datur terminus trimeſtris ad petendam conſecrationem, diſcept. 74. n. 65.
Concilium Tridentinum omiſſa conſecratione per hoc tempus addidit pœnam reſtitutionis fructuum, ibid. num. 66.
Concilium ſuppoſuit ante conſecrationem Epiſcopum confirmatum habere Jus percipiendi fructus, ibidem numer. 67.
Praxis, & conſuetudo, quod requiratur poſſeſſio, ut Epiſcopi etiam Cardinales faciant ſuos fructus Eccleſiæ referuntur, aliique reſpondetur, diſcept. 74. n. 68. & ſeqq.
Negligentia conſecrationis intra dictum tempus, & diſpoſitio Concilii non procedit quoad Epiſcopum impeditum ib. n. 76.
Epiſcopus Seminario per taxam, & unionem Beneficiorum proviſo, an poſſit facere novam unionem, diſcept. 78. n. 28. & 29.
Non poteſt Epiſcopus erigere novam Dignitatem abſque conſenſu Capituli, diſcept. 99. n. 6.
Limita ſi diſſenſus Capituli ſit irrationabilis, ibidem n. 7. & 53.
Epiſcopi non poſſunt creare novas Dignitates, diſcep. 99 num. 40.
Maxime in Jure incognitas, ib. n. 41. & 42.
Epiſcopus unius Eccleſiæ non poteſt eligi, ſed poſtulari ad aliam, diſcept. 100. n. 145.
Epiſcopi electio de Jure antiquo pertinebat ad Papam, ex quo Capitula illam recognoſcunt, ib. n. 27.
Ante capturam poſſeſſionis Epiſcopus electus, & confirmatus conſequitur plenam adminiſtrationem Eccleſiæ, diſcept. 74. n. 5. 6. 7. 21. 22 & 27. reprobatur Gonzal contrarium putans, ibid. n. 64.
Epiſcopus a die confirmationis acquirit Jus in colligendis fructibus, & aliis exercendis, ibidem num. 16 & 17.
Epiſcopus translatus, & ante capturam poſſeſſionis ſecundæ Eccleſiæ non poteſt conferre Beneficia primæ Eccleſiæ, juxta reſolutionem Papæ, diſceptat. 74. num. 25.
Translatus ante poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ lucratur ejus fructus, nec facit ſuos illos primæ, ibidem num. 16.
Epiſcopi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales non comprehenduntur ſub *Extravag. injuncta de elect.* ibidem num. 32.
Nec etiam ſub *Regul. ſecunda Cancellar.* ibidem n. 33. & 34.
Poſſunt conferre Beneficia vacata ante captam ab eis poſſeſſionem Eccleſiæ, ib. n. 35.
Reſpectu illorum in hoc puncto ſervatur diſpoſitio Juris communis, ibid. n. 36.
Epiſcopi conſenſus an requiratur in alienatione bonorum Monaſterii exigui valoris ad formam *Canon. Terrulas*, diſcept. 96. n. 13. 14. & 15.

Equites Hieroſolymitani.

Sotus expedientem judicavit diſpenſationem cum Equitibus Hieroſolymitanis ad effectum Matrimonii diſcept. 72. num. 36.
Status hujuſmodi Equitum exceptis Votis non valde diſtat a ſtatu Sæcularium, ibid. n. 36. & 46.

Erectio.

Pro erigenda nova Dignitate in Eccleſia requiritur auctoritas Papæ, diſcept. 99. n. 2.
De diſtinctione inter Erectionem duplicis ſpeciei Dignitatum, ib. n. 3. & 5.
Vide ſub num. 48.
Erectio Dignitatis in Collegiata: quomodo ſit facienda. Vide *in verb. Capitulum. Dignitas, & Eccleſia.*

Error.

In allegatione Indulti Conclaviſtæ non attenditur error in exprimendo unum Pontificem pro alio, diſcept. 71. num. 20.
Nec error Notarii, vel alterius Exhibentis potius unum, quam alterum indultum, ib. n. 21.
Nec erronea expreſſio Canonicatus penſione gravati, ib. num. 23.

Exæquatio.

Exæquatio unius reſpectu alterius quomodo intelligatur diſcept. 54. n. 50.

Exceptio.

Stat adverſative ad regulam, diſcept. 54. n. 33.
Exceptio quoad aliquos firmat regulam in contrarium quoad non exceptos, diſcept. 56. n. 8.
Limita, ut ibid. n. 13.
Non poteſt excipere de impedimento, qui ſe habuit pro non impedito, diſcept. 100. n. 140.

Exceſſus.

Rixa verbalis in Choro eſt exceſſus levis, diſceptat. 59. num. 20.

Excommunicatio.

Ordinarius an poſſit excommunicari per Conſervatorem, & e contra, diſcept. 85. n. 19. 20. & 21.

Excuſatio.

Excuſationes frivolæ aggravant inobedientiam, diſcep. 100. num. 16.
Excuſationes quando dicantur verba malitiæ, ibidem num. 153.

Executio.

Executio Juris nemini præjudicat, diſcept. 99. n. 61.

Exe-

Executor.

An ſtetur aſſertioni Executoris Indulti, diſceptat. 71. numer. 24.
Executor Indulti de transferendo dicitur merus Executor abſque cognitione Cauſæ, & ejus ignorantia, quoad circumſtantias, quæ reſpiciunt Penſionem non inducunt in eo defectum Juriſdictionis, diſcept. 71. nu. 22.
In alienatione bonorum Eccleſiæ ex Cauſa neceſſitatis Executor non tenetur errutere qualia ſint bona minus utilia, diſcept. 96. nu. 7. 8. 9.
Executor Teſtamentarius exequi non poteſt ante conditionis eventum, diſcept. 65. num. 29.
Nulliter agit contra voluntatem Teſtatoris, ibid. nu. 50.
Poteſt interpretari voluntatem Teſtatoris, diſcept. 69. nu. 21.

Exempla.

Exempla de diſpenſatione ſuper defectu ætatis una cum Indulto eligibilitatis ad Eccleſias Germaniæ, diſcept. 97. n. 2. 5. 6. 7. 15. 16. & 17.
Ad effectum diſpenſandi exempla multum operantur, ibid. nu. 7. 8. & 9.
Sufficit quod exempla ſint applicabilia in caſibus, ibid. num. 10.
Exemplum interdum declaratur ab antecedentibus, & ſubſequentibus, ibid. nu. 23.
Exempla facilitant Gratiam, diſcept. 90. nu. 12.

Exemptio.

Exemptio aliquarum Perſonarum ab onere impoſito cæteros onerat, diſcept. 56. num. 4.
Exemptio per viam Gratiæ ab aliquo ex exemptis obtenta dicitur ad cautelam, diſceptat. 56. num. 32.
Exemptionum gradus quales ſint, diſcept. 95. nu. 25.
Familiares, & inſervientes Monaſterio, ut ſint exempti qualia requiſita habere debeant juxta Concilium Trid. diſcept. 81. num. 2. & 3.
Non dicuntur habere requiſitum ſervitii, & familiaritatis cum Monaſterio, quando inſerviunt tam illi, quam aliis, ibid. n. 4.
Quales intelliguntur vivere intra ſepta Monaſterii, ibid. num. 5.
Et vivere ſub obedientia Regularium, & non ad effectum exemptionis, ibidem num. 5. 6. & 7.
Habitantes in Cortili Monaſterii Monialium non gaudent exemptione, ibid. nu. 8.
Præſertim accedente obſervantia, ibid. n. 9.

Exitus.

Bono non peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, diſcept. 100. nu. 41.

Expectativa.

Valet conſuetudo Eccleſiæ Salamantinæ circa duos Canonicos expectantes, diſcept. 82. nu. 16.

Expenſa.

Expenſæ litis quando non ſint reficiendæ, diſceptat. 57. num. 58.
Ad quos pertineant expenſæ in Cathedrali, & Collegiata, diſcept. 99. nu. 82.

Expreſſum.

Expreſſum dicitur, quod ſub eadem ratione comprehenditur, diſcept. 56. nu. 19.

Extenſio.

In pœnalibus non fit extenſio de uno ad aliud; diſcept. 91. num. 9.
Extenſio, & prorogatio primæ diſpoſitionis eſt ejuſdem formæ, ac prima diſpoſitio, diſcept. 100. n. 9. & 10.

Exteri.

Etiam Exteri admitti debent ad Beneficia, & Canonicatus in Eccleſiis, diſcept. 99. n. 61.

Extravagans.

Qui diſponat Conſtitutio *Extravag. injunctæ de elect.* quoad Epiſcopos, & Prælatos, diſcept. 74. n. 28.
Ejus vigore prorogata fuit vacatio Eccleſiæ uſque ad capturam poſſeſſionis, ibid. nu. 29. & 30.
Supradicta Extravagans eſt odioſa tamquam pœnalis, & correctoria Juris, ibidem numer. 31.
Non comprehendit Epiſcopos S. R. E. Cardinales, ibidem num. 32.
Qua ratione emanaverit hæc Extravagans, & quibus applicetur, ibidem num. 49.

F

Fabrica.

Pro expenſis Fabricæ, & Sacriſtiæ quando non ſit aſſignandus redditus in fundatione novæ Dignitatis, diſcept. 79. 80. & 81.

Factum.

Factum de conſenſu aliquorum revocatur eodem interveniente, diſcept. 93. nu. 12.
Quod factum fuit, non quod fieri debet inſpiciendum eſt diſcept. 100. n. 178.

Facultas.

Limitata facultas limitatum producit effectum, diſcept. 65. num. 51.
Omnis facultas intelligitur conceſſa in primo actu, diſcept. 100. nu. 150.
Declara, & limita ibid.
In facultativis etiam tempus mille annorum non impedit Dominum repetitionem rei ſuæ, diſcept. 79. nu. 5.
Ammenſatio eſt actus facultativus Eccleſiæ, ibid. nu. 7.
Facultas data pro actu præparatorio non extenditur ad præparatorium, diſcept. 95. nu. 8.
Qui habet facultatem convocandi Capitulum, habet etiam prorogandi, ibid. nu. 15.

Fama.

Contempta famæ Virtutes contemnuntur, diſceptat. 99. num. 27.
Promiſſio neceſſitate etiam propter amiſſionem Famæ, & honoris, diſceptat. 100. num. 190. & 191.

Familiaritas, & Familiares.

Familiares, & Inſervientes Monaſterio, ut ſint exempti qualia requiſita habere debeant juxta Concil. Trident. diſcept. 81. nu. 2. & 3.
Non dicuntur habere requiſita ſervitii, & familiaritatis cum Monaſterio quando inſerviunt tam illi, quam aliis, ibid. num. 4.
Quales intelliguntur vivere intra ſepta Monaſterii, vel non, ibid. nu. 5.
Et vivere ſub obedientia Regularium ad effectum exemptionis, vel non, ibid. nu. 5. 6. & 7.
Habitantes in Cortili Monaſterii Monialium non gaudent exemptione, ibid. nu. 8. & 9.
Præſertim accedente obſervantia, ibid. nu. 9.
Familiaritas Cardinalis, ex quo probetur, diſcept. 78. nu. 18.
Reſervatio ex ea inducta durat etiam poſt diſceſſum a Familiaritate, ibid. nu. 19.

Feudatarius.

Bona tranſeunt in Feudatarium ſub conditione data per Dominum, diſcept. 77. nu. 16.

Fideicommiſſum.

Poteſt eſſe purum, & reſtitutorium cum facultate libere diſponendi, diſcept. 65. nu. 8.
In ultimo vocato remanet liberum, & tranſit ad Extraneos, diſcept. 68. nu. 32.

Fides.

Bona fides ſuffragatur ad evitandam pœnam, non autem ad acquirendum commodum, diſcept. 100. nu. 49.
Data, & expreſſa fides quando æquipolleat juramento, ibid. num. 162.

Finis.

Qui vult finem, vult etiam media ad illum, & qui vult hæreditatem, vult etiam ejus aditionem, diſceptat. 64. num. 65. & 66.

Fiſcus.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica quando tranſeat in Fiſcum, diſcept. 91. nu. 5.

Fœmina.

Induſtria Fœminarum pro obtinendis Matrimoniis cum Nobilioribus, & divitibus Viris, diſcept. 58. nu. 43.

Forma.

Non ſervata forma permiſſiva ſuccedit forma deſtructiva, diſcept. 65. nu. 52.
Formæ ſubſtantialis defectus non ſanatur per ratificationem, diſcept. 100. n. 82.
Forma termini non ſervata, Eligens in termino prorogato nulliter eligit, ibid. nu. 29.

Formula.

Formulæ acceſſoriæ non immutant intentionem principalem Contrahentium, diſcept. 100. nu. 195. & 196.

Forum.

In Foro externo non attenditur ſecreta intentio gerentis actum, diſcept. 100. n. 219.

Fructus.

In Regnis Hiſpaniarum fructus non ſpectant ad Cameram, ſed ad Epiſcopum poſt præconizzationem, diſcept. 72. num. 18. & 19.
Fructus debentur Reſignatario ante captam poſſeſſionem, diſcept. 74. nu. 83.
Jus conferendi Beneficia dicitur fructus Epiſcopatus, ibid. nu. 37. & 63.
In Regnis Hiſpaniarum fructus Epiſcopatus Sede Vacante ſpectant ad Cameram uſque ad proviſionem novi Epiſcopi, ibid. n. 38.
Fructus ſunt taxandi ad rationem quinque pro centenario, diſcept. 99. nu. 77.

Fun-

Fundator, & Fundatio.

Fundatoribus Eccleſiarum eſt indulgendum, & quare, diſceptat. 69. num. 12.
Concil. Trid. mandans detrahi tertiam partem redditunm pro diſtributionibus, an comprehendat Præbendas Fundatoris Laici, diſcept. 99. num. 85.
Beneficii fundatio cum reſervatione Juriſpatronatus compatibilis eſt cum devotione Fundatoris, ſeu motivo Cultus divini, diſcept. 99 nu. 88.
Conditiones illicitæ vitiantur, ſed non vitiant fundationem Beneficii, ibid. n. 92.
Quales conditiones videantur admiſſibiles, ibid. nu. 93.
Conditiones etiam Juri contrariæ admittuntur, ſi fuerint adjectæ per Fundatores, diſcept. 99. n. 49.
Iſti ſunt alliciendi ad benefaciendum Eccleſiis, ibidem num. 50.

G

Gabella.

GAbella non debetur pro pane, quem Eccleſiaſtici præſtant propriis Colonis, diſceptat. 67. num. 25. & 27.

Genus.

Genus, quod in uno tantum verificatur habetur pro ſpecie, diſcept. 100. num. 103.
Nullum eſt genus, quod non poſſit ad ſuam ſpeciem limitari, ibid. n. 106.

Germanicus.

Germanicus morti proximus exclamavit contra Piſonem ſuum obitum expectantem, diſcept. 34. num. 81.

Gradus.

Gradus exemptionis quales ſint, diſcept. 95. n. 25.

Gratia.

In gratiis de ſui natura præjudicialibus non attenditur præjudicium Tertii, diſcept. 69. nu. 25.
Modicum præjudicium Tertii non attenditur per Papam in gratiis de ſui natura præjudicialibus, ibidem num. 18.
Gratia tranſitus de Religioni Hieroſolymitana in aliam Ordinem, ubi ſervatur Caſtitas Conjugalis eſt ſimplex commutatio Voti Caſtitatis, diſcept. 72. num. 38.
Proviſio de Vacanti quænam dicatur, diſceptat. 73. num. 8.
Gratia *pro devoluto* an concedatur Prævenienti in Dota, & ſic etiam gratia *ſi neutri periode valere*, & ſimiles, ibid. num. 1. 9. 20. & 21.
Gratia *pro devoluto* eſt propria ſpecies Impetrationis certo modo, ibid. num. 3.
Appellatur communiter Impetratio, ibid. nu. 5.
An concedatur per Datariam cuicumque, ibid. n. 6.
Non poteſt exequi, niſi citato Collitigante, ibidem num. 15.
Ut hæc gratia dicatur Impetratio certo modo, an Beneficium debeat habere Poſſeſſorem, ibid. n. 12.
Subſtantia Impetrationis in quo conſiſtat, ibidem numer. 14.
Quinam ſtylus ſervetur in Proviſione de Vacanti, & in gratiis Impetrationis, ibid. num. 16. & 17.
Gratia *ſi neutri* conceditur primo Venienti abſque examine meritorum, ibid. nu. 19.
Datur Proviſo Apoſtolico, non autem contra illum, ibid. nu. 19.
De ratione ob quam Gratia *pro devoluto* datur primo Venienti, ibid. nu. 21.
Impetratio *Jura devoluta* quando ſit gratia impetratoria, & odioſa, & quando non, ibid. n. 22.
Item gratia impetratoria de reſervato ob execrabilitatem, ſeu læſionem immunitatis an ſit odioſa, vel non, ibid. num. 23.
Quomodo, & qualis intelligatur, calumnioſus Litigator, cui non ſuffragatur gratia ſubrogationis, diſcept. 73. num. 27.
Exempla facilitant gratiam, diſcept. 90. nu. 12.
Gratia retentionis duarum Eccleſiarum facilitatur ex vicinitate, diſcept. 90. nu. 14.
Gratia redditur ſubreptitia ob captioſam narrativam factam Papæ, diſcept. 99 nu. 44.
Gratia non exequetur in præjudicium Alterius, ſed ſeveritas, & rigor, & quando, diſcept. 100. num. 167.

Gratificatio.

Inter duos Electos eſt locus gratificationi, diſcept. 83. num. 9.

Gravamen.

Gravatis competit Jus reclamandi ad proprium Superiorem, diſcept. 36. num. 5.

H

Habilitas.

HAbilitas Preciſæ an requiratur tempore acceptationis, vel Collationis, diſcept. 82. nu. 17.

Habitantes

Habitantes in Cortili Monaſterii materialiter non gaudent exemptione, diſcept. 81. nu. 8.

Habitus.

Decanus Collegiatæ non poteſt in ea deferre habitum, quo utitur uti Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, diſcept. 57. nu. 48. & 61.
Canonicus Miles Regularis non poteſt deferre Crucem ſuper habitu Canonicali, ibid. n. 49.
In uno Capitulo diſſimilis habitus geſtari non poteſt, limita quoad primam Dignitatem, ibidem. numer. 50. 51. & 52.
Reaſſumptio habitus poſt delictum non privat Clericum privilegio Fori quoad Perſonam, & bona, diſceptat. 87. num. 1.
Amplia etiam ſi reaſſumptus fuerit habitus in fraudem Fiſci reſpectu privilegii Fori quoad Perſonam, ibidem num 4.
Sententia Epiſcopi ſuper reaſſumptione habitus Clerici in fraudem Fiſci quando non ſubſtineatur, ibidem num. 5.
Reaſſumptio habitus non præſumitur facta per Clericum in fraudem Fiſci, ibid. nu. 7.
Reaſſumptio habitus poſt delictum quando dicatur, vel non in fraudem Fiſci laici. Vide numer. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.
Delatio habitus Clericalis intelligitur materialiter, & quando, ibid. n. 18.

Hæres.

Non datur in Jure duplicitas hæredis, & quando, diſcept. 91. nu. 10.

Homo.

Homines diſtinguuntur apud Poſteros oblivione, vel gloria, diſcept. 99. num. 28.

Honor.

Promiſſio neceſſitat etiam propter amiſſionem honoris, & famæ, diſcept. 100. nu. 190.

Hoſpitale.

Hoſpitale laicum poteſt reſignari in manibus Papæ ad favorem Laici, diſcept. 82. n. 21. in fin.

I

Immemorabilis.

NON probatur per fides, & Teſtes extrajudiciales, diſcept. 93. n. 4.
Immemorabili derogare non poteſt Epiſcopus in Synodo, ibid. n. 23.
Quando Immemorabilis per Teſtes probari non poſſit, ibid. n. 24.
Immemorabili præſumit meliorem Titulum de Mundo, diſcept. 61. n. 27. & 94.
An præſumat qualitatem coactivam, diſcept. 69. n. 3. 4. & ſeqq.
In caſu ſimplici inducta non extenditur ad mixtum, ibid. n. 10.
Immemorabilis conſuetudo renovandi in emphyteuſi non attenditur, ſi ſit ſolum affirmativa ſine qualitate coactiva, ibid. n. 8. 9. 12. 13. 14. 15. & 32.
Nec attenditur, ſi Eccleſia velit ammenſare ob neceſſitatem ſuam, ibid. n. 17.
Hæc conſuetudo Immemorabilis renovandi Extraneos non favet Proximioribus, ibid. n. 18.
Aliud eſt renovare Proximiores, & aliud noviter concedere, extraneis emphyteuſim, ibid. n. 20. & 21.
Immemorabilis ſola attenditur, nec ſufficit alia conſuetudo contra Conſtitutiones habentes decretum irritans, ibid. n. 37.
Quando illa ceſſet, ibid. n. 38.
Mala fides deſtruit Immemorabilem, & centenariam, ibid. n. 41.

Immiſſio.

Petens Immiſſionem ad bona Teſtatoris probare tenetur illa ab eo poſſeſſa tempore obitus diſcept. 99. n. 55.

Immunitas.

Immunitas a Tributis non pendet a privilegio Fori, diſceptat. 72. nu. 7.

Impeditus, & Impedimentum.

Stante impedimento poſſeſſio habetur pro capta ad omnes effectus, diſcept. 74. num. 53.
Non poteſt excipere de impedimento, qui ſe habuit pro non impedito, diſcept. 100. nu. 140.

Impe-

Impedito nihil imputari valet, ne faciat quod tenetur, diſcept. 54. n. 97.
Impedimentum affectatum non excuſat, diſcept. 54. n. 98.
Impedimentum quando non excuſet, diſcept. 57. n. 56.

Imperator.

Primariæ preces fuerunt ſublatæ per Conc. Trid. excepta illa Imperatoria, diſcept. 82. n. 2.
Primariæ Preces Imperatoris referuntur per Speculatorem, ib. n. 8.
Sunt quædam prærogativa perſonalis, ib. n. 9.
Quomodo delegari poſſit alteri Jus primariarum precum, ib. n. 10.
Non competunt aliis, quam Imperatori, & refertur noviſſimum Breve Benedicti XIII. Summi Pontificis Regnantis, ib. n. 13.

Impetratio.

Impetratio jure devoluto concedenda eſt Præveniendi in data, diſcept. 73. n. 1.
An regula concedendi gratiam Præoccupanti procedat in omni genere gratiarum, ib. n. 2.
Gratia *pro devoluto* eſt vera ſpecies Impetrationis certo modo, ib. n. 3.
Regula 35. de *Annali* inter impetrationes certo modo ponit illas jure devoluto, ib. n. 4.
Gratia *pro devoluto* communiter appellatur Impetratio, ib. n. 5.
An ſoleat per Datariam cuicunque concedi, ib. n. 6.
Ut gratia *pro devoluto* dicatur impetratio certo modo, & non proviſio de vacanti, an requiratur beneficium eſſe plenum, ib. n. 12.
Impetratio *jure devoluto* concludenter juſtificari debet, ib. n. 11.
Papa diverſo modo ſe habet in concedendis Impetrationibus, ac proviſionibus de affecto, vel reſervato, ib. num. 13.
Subſtantia impetrationis in qua conſiſtat, ib. n. 14.
Quinam ſtylus ſervetur in proviſione de vacanti, & in gratiis Impetrationis, ib. n. 16. & 17.
Proviſio *jure devoluto*, quando ſit gratia impetratoria, & odioſa, & quando non, ibid. n. 22.
Item gratia impetratoria de reſervato ob exceptabilitatem, ſeu læſionem Immunitatis an ſit odioſa, vel non, ib. num. 23.
Beneficium unicum non poteſt reſignari, aut impetrari, diſcep. 78. n. 2.

Impetus.

Impetus prohibet bonum conſilium, & malo ſuadet, diſcept. 100. n. 13.

Incompatibilitas.

Incompatibilitas non conſideratur in aſſequendo, ſed in retinendo, diſcep. 84. n. 14.
Retentio intelligitur per poſſeſſionem una cum perceptione fructuum, ib. n. 15.
Habens primum incompatibile poteſt eligi ad ſecundum, ib. n. 16.
Quando ex narratis Papa cenſeatur diſpenſaſſe ſuper incompatibilitate Canonicatus cum Dignitate, diſcept. 83. n. 7.
Quando non dicatur adeſſe incompatibilitas propter curam Animarum, ib. n. 10.
Ex conſuetudine poteſt citra incompatibilitatem retineri Dignitas cum Canonicatu in eadem Eccleſia, diſcept. 84. n. 1.

Indefinitum.

Indefinitum in legibus appoſitum æquipollet univerſali, diſcept. 54. n. 79.

Indultum.

Indultum habilitativum ſuper defectu ætatis quando concedi ſoleat pro Eccleſiis Germaniæ, diſcept. 97. n. 2. & 3.
Indultum eligibilitatis quando concedi ſoleat pro Eccleſiis Germaniæ, ib. n. 5.
Non obſtante defectu ætatis, & in quibus annis diſpenſetur, ib. n. 6.
In Germania ſtylus eſt præficiendi Eccleſiis titulo Adminiſtratoris inhabiles ex defectu ætatis, & quomodo, ibid. n. 15. 16. & 17.
Indultum de transferendo Dapiferis conceſſum eſt notorium in Urbe, diſcept. 70. n. 27.
An conſummetur in una vice, ib. n. 29. 30. & 31.
Indultum Conclaviſtarum de transferendo penſiones tanquam notorium non eſt exhibendum Executori pro validitate Tranſlationis, diſcept. 72. n. 6. 7. & ſeqq.
Prædictum Indultum, ut ſit notorium, an requiratur, ut ſit inſertum in Bullario, ib. n. 12.
Hoc Indultum conceſſum Conclaviſtis cujuſcunque Pontificis Succeſſuris non eſt novum, ſed renovatio ejus jam inſerti in Bullario, ib. n. 12.
Licet non ſit facienda exhibitio Indulti notorii de transferendo coram Executore, iſte tamen habere debet ſcientiam, quod transferens fuerit Conclaviſta, ib. n. 13. & 14.
Quomodo probetur hæc ſcientia, ibid. num. 15.
Quomodo ſint notoria Indulta Conclaviſtarum, ib. n. 16.
In allegatione Indulti Conclaviſtæ non attenditur error in exprimendo unum Pontificem pro alio, ib. n. 20.
Nec error Notarii, vel Alterius Exhibentis potius unum, quam alterum Indultum, ib. n. 21.
Nec erronea expreſſio Canonicatus penſione gravati, ib. n. 23.

Inferior.

Inferior nequit commutare diſpoſitionem Superioris, diſcept. 84. n. 3.

Inhibitio Papalis.

Contemnens inhibitionem Papalem non poteſt ea juvari in ſui commodum, diſcept. 100. n. 232. 234. 236. & 237.

Inobedientia.

Inobedientiam aggravant excuſationes frivolæ, diſcept. 100. n. 16.
Inobedientia, & ſpretus non purgantur per verba, quæ ſunt contraria facto, diſcept. 100. n. 24.

Inobſervantia.

Inobſervantia Statuti non probatur, ſi caſus non evenerit, diſcept. 93. n. 22.

Inſtitutio.

Sub Inſtitutione univerſali omnium bonorum venit emphyteuſis hæreditaria, diſcept. 91. n. 7.
Etiamſi hæres ſit incapax, ibid. n. 8.
Quando veniat etiam emphyteuſis pactionata, ib. n. 9.
Inſtitutio non datur Præſentato inhabili, diſcept. 99. num. 59.
Inſtitutio facienda de hærede non hæredem appellatur deriſoria, diſcept. 61. n. 30.

Inſtrumentum.

Inſertio Scripturæ in Inſtrumento facit eam eſſe partem ipſius Inſtrumenti, diſcept. 100. n. 100.

Intentio.

Intentio principalis Contrahentium non immutatur per clauſulas, & formulas acceſſorias, diſcept. 100. n. 195. & 196.
Intentio deſumitur etiam ex actibus negativis, diſcept. 100. n. 212.
Secreta intentio gerentis actum non attenditur in Foro externo, diſcept. 100. n. 219.

Interpretatio.

Interpretatio non ſit ad correctionem Juris, diſcep. 100. n. 125.
Legatum interpretandum eſt juxta ſubjectam materiam & qualitatem Perſonæ Legatarii, diſcept. 86. n. 7.
Large interpretatur, ſi factum fuerit filio, ib. n. 11.
Mandata Apoſtolicis danda non eſt per Subditos interpretatio, diſcept. 100. n. 25.
Et ſunt adimplenda, ib. n. 155.
Interpretans mandata Apoſtolica ſit reus inobedientiæ, ib. n. 26.
Et quam pœnam incurrat, ib. n. 156.
Interpretatio fieri debet juxta ſenſum conformem naturæ actus, diſcept. 64. n. 35.
Non debet reddere Conſtitutiones eluſorias, ib. n. 75.
Non poteſt eſſe deſtructiva Conſtitutionis, ib. n. 80.
Deſideria Teſtatorum in ſuis Teſtamentis, ex arbitrio viventium interpretantur, diſcept. 19. n. 31.

Inveſtitura.

Verba *de novo, & de gratia ſpeciali* non important renovationem, ſed novam Inveſtituram in emphyteuſim, diſcept. 79. n. 19.

Judex.

Aſſertioni Judicis quando non credatur, diſcept. 63. n. 19.
Magis tutum eſt judicium Judicum, & Tribunalium, quam privatorum Doctorum pro veritate Conſultorum, juxta dictum bo. me. Antaldi, diſcept. 68. n. 35.

Judicium.

Judicia ordine præpoſtero facta quando non ſuſtineantur, diſcept. 87. n. 3.
Judicium reſtitutionis in integrum eſt diverſum ab illo manutentionis, ſeu reintegrationis Eccleſiæ, & quare, diſcept. 96. n. 11.
Oblationes factæ ad eludendum Judicium non ſunt attendendæ, diſcept. 67. n. 21.
Inhærendum eſt judicio Viri docti, & in Dignitate conſtituti, diſcept. 69. n. 32.

Juramentum.

Data, & expreſſa fides quando æquipolleat, diſcept. 110. n. 192.
Juramentum de eligendo digniorem non pertinet ad ſubſtantiam Electionis, ibid. n. 194.
Tale juramentum præſtatur in omni Electione, ibid. num. 197.

Juriſdictio,

An ſit neceſſaria juriſdictio ad conſtituendam Dignitatem, diſcept. 99. n. 73.
Quam legem juriſdictionis reſpiciat jus congregandi Synodum, diſcept. 95. n. 28.
Juriſdictio Vicarii Papæ quouſque extendatur, diſcept. 53. n. 24. & ſeqq.
Juriſdictio in aliquibus data per Statutum cenſetur in reliquis non conceſſa, diſcept. 59. n. 13.
Conceſſa in levibus non competit in gravibus delictis, ib. n. 16.
Locus eſt præventioni inter duos Judices habentes juriſdictionem cumulativam, diſcept. 60. n. 1.
Conceſſa alternativa, an dicatur conceſſa per alternativam Ordinis, vel præventionis, ib. n. 2. & ſeqq.
Quando dicatur data per cumulativam Ordinis, ib. n. 6. & 7.
Data per Statutum quando dicatur vel nova, vel uti ab antiquo debita, diſcept. 61. n. 19.
Qui recurrit ad alterius Tribunal fatetur ſe non habere Juriſdictionem, diſcept. 61. n. 29.
Probatur juriſdictio ex Edictis, ib. n. 30.
Poteſt aliquis actus juriſdictionis exerceri aliquando magis propter bonum exemplum, quam propter poteſtatem, diſcept. 61. n. 32.
Juriſdictio non probatur ex Edictis non effectuatis, diſcept. 61. n. 38.
Unicus actus ſufficit ad conſervandam jus habentie juriſdictionem ordinariam, ib. n. 43.
Quando dicatur conceſſa pluribus per alternativam ordinis diſcept. 61. num. 90. & 91.
Ad fundandam juriſdictionem Judicis delegati quid requiratur, diſcept. 70. n. 28.
Delegatus habet juriſdictionem abſque præſentatione reſcripti, & in quo caſu, diſcept. 71. n. 18.
Et ſatis eſt, quod ſit certus de ſua juriſdictione per conjecturas, ib. n. 19.

Juſpatronatus,

Iuſpatronatus Eccleſiæ relictum non poteſt renunciari per Capitulum. diſcept. 99. n. 14.
Omnis Eccleſia fundationis Laicorum naſcitur cum Iurepatronatus, ib. n. 55.
Beneficia de Iurepatronatus quomodo fiant libera, ib. num. 56.
Fundatio beneficii cum reſervatione Iuriſpatronatus compatibilis eſt cum devotione Fundatoris, ſeu motivo Cultus divini, ibid. n. 88.
Juſpatronatus dotatione, & conſtructione Eccleſiæ acquiritur, diſcept. 69. n. 33.
Converſis in dotem Cannonicatuum redditibus pro dotibus Puellarum, Ius præſentandi ad Canonicatus ſpectat ad illum, qui habebat nominationem ad dotes Puellarum, ib. n. 34. & 35.

Jus Quærendum,

Jus quærendum tanquam eventuale in conſideratione non habetur, diſcept. 89. n. 24.
Solam tribuit ſpem, & dicitur mere contingibile, ib. n. 25. & 30.

L

Læſio,

Habet locum in contractu, qui habet tractum ſucceſſivum inſpecto tempore futuro, diſcept. 66. n. 33. & 68.
Et habet locum in aſſignatione Congruæ, diſcept. 96. num. 22.
Ratione læſionis enormiſſimæ ſuccurritur cuicunque læſo, ib. n. 47. & 48.
Læſio Eccleſiæ in alienatione bonorum ex quibus non præſumatur, diſcept. 66. n. 22.

Legatum,

Factum Monacho, ut habeat dominium excluſive ad Monaſterium rejecta conditione cedit favore Monaſterii, diſcept. 63. n. 38.
Legatum pro dotandis Puellis reſpicit bonum Animæ Teſtatoris, diſcept. 69. n. 6.
Legatum pro Miſſis non commutatur in dotes Puellarum, ib. n. 8.
Et de ratione, ib. n. 9.
Relictum incertis Perſonis de incerto loco nullam arguit affectionem Teſtatoris erga illas, diſcept. 69. n. 22.
Non dat illis Jus quæſitum, ſed quærendum, ib. n. 23.
Legatum conditionale non debetur conditione non impleta, diſcept. 86. n. 3.
Legatum interpretandum eſt juxta ſubjectam materiam & qualitatem Perſonæ Legatarii, diſcept. 86. n. 7.
Large interpretatur, ſi fuerit relictum filio, ib. n. 15.
Legatum regulatur, & determinatur ab ipſa cauſa, ib. num. 15.
Relictum pro certis expenſis an debeatur pro rata illarum, ib. 19. cum duob. ſeqq. & n. 29.
Summa legata, an ſtet demonſtrative, vel taxative, ib. n. 22. & 24.
Diſtinctio Bartoli in hoc puncto, ubi cauſa reſpiciens favorem Legatarii, poteſt operari augmentum, vel non, ib. n. 23.
Cauſa reſpiciens favorem Legatarii non coarctat legatum, niſi quando operari, poteſt augmentum, ib. n. 23. & 27.
Legatum favore conjunctæ Perſonæ debet late interpretari, ib. n. 28.
Cauſa adjecta Legato reſpicit favorem Legatarii, ib. num. 30.

Legitimatio.

Non ſuffragatur legitimatio per ſubſequens in Terris Imperii, ſed requiritur diſpenſatio ſuper radice Matrimonii, diſcept. 63. n. 22.

Legislator.

Legiſlatoris aſſertioni fides, & obſequium adhibetur, diſcept. 34. n. 76.

Lex.

Lex poſterior ab anteriori declaratur, diſcept. 54. n. 27.
Lex præſumitur edita ex rationabili cauſa, diſcept. 54. n. 77.
Quæ adduntur in legibus cauſam præbent novis interpretationibus, diſcept. 55. nu. 35.
Reſolutiones Sac. Congreg. vim legis habent, & faciunt ſtatum, diſcept. 84. n. 8.
Caſus legis non admittit quæſtionem, diſcept. 74. n. 9.
Offendens legem vivam, ideſt mandatum Papæ plus peccat, quam offendens legem mortuam, diſcep. 100. n. 7. & 66.
Spernens legem Apoſtolicam non poteſt juvari beneficio alterius in contraria, ibid. nu. 63. & 152.
Fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem, diſcept. 100. n. 132. & 139.

Litteræ Apoſtolicæ.

Super eadem prima ſupplicatione poſſunt ſecundæ, & ulteriores Litteræ expediri diſcept. 98. n. 2. & 7.
Quomodo intelligatur clauſula *addendi*, *&* *minuendi* valorem in Litteris Apoſtolicis, diſcept. 98. n. 6.
Nec poteſt allegari Ius Tertio quæſitum tempore intermedio, ib. n. 3. 4. & 5.
Quando non poſſint expediri novæ Litteræ ſub eadem data ſupplicationis, ibidem nu. 8.
Semel facta ſpecificatione valoris cum expeditione Litterarum non poteſt amplius variari per novas Litteras juxta reg. 63. *Cancell.* ib. n. 9.
Facultas addendi, & minuendi in Litteris citra expreſſionem valoris intelligitur pro prima vice, ib. n. 10.
Maxime ſi fuerint Litteræ expeditæ, & earum vigore capta poſſeſſio, ib. n. 11.
Litteræ Apoſtolicæ ſunt exequendæ ſtante earum verificatione, diſcept. 99. n. 30.
Ante expeditionem Litterarum Titulus in Beneficio non dicitur perfectus, diſcept. 99. n. 46.

Lis.

Litis expenſæ quando non ſint reficiendæ per Collitigantem, diſcept. 57. n. 58.

M

Malitia,

Malitia, temeritas, & dolus excludantur per cauſam probabilem, & opinatam, diſcept. 74. n. 51.
Malitiæ verba quando excuſationes dicantur, diſcept. 100. n. 153.

Malum.

Malum, & bonum tanquam contraria ſimul ſtare non poſſunt, diſcept. 100. n. 175.

Mandatum.

Offendens legem vivam, ideſt mandatum Papæ, plus peccat, quam offendens legem mortuam, diſcep. 100. n. 7. & 66.
Mandata Apoſtolica non ſunt per Subditos interpretanda, ſed pro interpretatione recurrendum eſt ad Summum Pontificem, ibid. nu. 23. & 155.
Ob ſpretum Mandati Apoſtolici, quæ pœna incurratur, ibidem num. 256.
Saltem electio eſt caſſanda, ibid. nu. 261.
Mandata Apoſtolica contemnens non poteſt illis juvari in ſui commodum, ibid. n. 232. 234. 236. & 237.
Nominatus de mandato alterius dicitur nominatus a mandante, diſcept. 82. n. 3.

Man-

Mandatum expirat morte Mandantis, & Mandatarii, ibid. nu. 7.
Allegatio Tituli ex conſuetudine excludit Titulum mandati, ibid. nu. 9.
Articulatio Procuratoris ſine mandato ſpeciali non attenditur, diſcept. 87. nu. 26.

Matrimonium.

Matrimonium abſque conſenſu conſtare non poteſt, diſcept. 38. n. 2.
Conditio in matrimonio niſi expreſſa Parocho, & Teſtibus non attenditur, ibid. num. 4.
Declara, ibid. nu. 8. cum trib. ſeqq.
In matrimonio ſufficit conſenſus conditionalis ex parte unius tantùm, ibid. nu. 14.
In eo datur actus conſenſus præſtiti ab utroque contrahente, diverſo tempore, ibid. nu. 15.
In matrimonio conditionaliter contracto Ordinarius prohibere debet cohabitationem, & quanto tempore, ib. nu. 17.
In matrimonio quatenus eſt contractus Concilium Tridentinum nihil innovavit præter diſpoſitionem juris, ibid. nu. 22.
Matrimonium conditionatum probatur etiam ex ſubſequentibus, ibid. nu. 25.
Dicitur fictum ob conditionem ei contrariam, ibid. nu. 27. 28. & 19.
Talis conditio eſt, ſi fieret pactum ingrediendi Religionem ex parte unius Conjugis abſque conſumatione, ibid. n. 30. 31. & 36.
Præſumitur fictum ob diſparitatem inter Conjuges, ibid. num. 32.
Eſt nullum ſi ſit ſimulatum, licet Parocho, & Teſtibus ſimulatio non ſit nota. Ibid. nu. 34.
Eſt nullum appoſita conditione ei repugnante, ibid. n. 35.
Diſſolvitur, ſi unus ex Conjugibus Religionem ingrediatur, & in quo caſu, ibid. nu. 37.
Contractum e deprehenſis in ſtupro quando ſit nullum, ibid. nu. 37.
Eſt nullum adjecto pacto illud non conſumandi, ibid. num. 39. & 40.
An ſit nullum ratione doli, ibid. n. 42.
Sagacitas Fœminarum in captandis matrimoniis cum Nobilioribus, & divitibus Viris, ibid. n. 43.
Defectus conſenſus in matrimonio nulla arte eſt ſanabilis, ibid. num. 44.
Si fuerit matrimonium conditionale, quando per copulam reducatur ad purum, ibid. n. 45.
Defectus Teſtium non excludit factum fuiſſe matrimonium licet nulliter, diſcept. 63. n. 14.
Ut diſpenſetur in radice requiritur ab initio conſenſus matrimonialis, non concubinarius, aliàs Papa non ſupplet conſenſum, qui matrimonialis non fuit, ibidem nu. 15. & 16.
In matrimonio nulliter contracto, Conjunctio præſumitur affectu potiùs maritali, quàm concubinario ad effectum diſpenſationis in radice, ibid. n. 23.

Melioramenta.

Vaſſalli non poſſunt allegare melioramenta, quæ non fecerunt, diſceptat. 79. num. 33.
Melioramenta facta à primis non tranſeunt ad Vaſſallos Succeſſores, ibid. n. 34.

Menſis.

Menſis Martii vigore Alternativæ de Ordinario fit Apoſtolicus, diſceptat. 95. num. 2.

Miſſa.

Nullum maius ſuffragium pro Animabus reperitur, quam illud Miſſæ, diſcept. 69. nu. 2.
Legatum pro Miſſis non commutatur in dotes Puellarum, ibid. nu. 8.
Suffragia Miſſarum proſunt per modum ſolutionis debiti, ibid. nu. 9.
Defuncti minus habent ſuffragii ex eleemoſynis, quam ex Miſſis, ibid. nu. 10.

Monachus.

Relictum Monacho, ut habeat dominium excluſiva ad Monaſterium rejecta conditione cedit favore Monaſterii, diſcept. 65. n. 38.

Monaſterium.

Per aſſignationem decimarum factam Vicario, quando Monaſterium non dicatur abdicaſſe à ſe earum dominium, diſcept. 66. n. 29.
Favore Monaſterii reducitur congrua etiam aſſignata in bonis ab eo diſmembratis ob nimium exceſſum, ibidem num. 31.
Papa in unione Parochialis facta Monaſterio intelligit illud providere de redditibus ſuperfluis ultra congruam Vicarii, diſcept. 66. n. 37.
Congrua excreſcens reducitur favore Monaſterii aſſignantis, ſi præſertim hoc laboret inopia, ibid. n. 40.
Acquieſcentia non obſtat Monaſterio, quoad exceſſivitatem congruæ, niſi à die quo exceſſivitas facta eſt intolerabilis, ibid. n. 14.
Non obſtante acquieſcentia centenaria, reducitur congrua favore Monaſterii contra Vicarium, & de ratione, ibid. nu. 43.
Acquieſcentia ob ignorantiam Officialium Monaſterii illi non præjudicat, ibid. n. 44.
Ad Monaſterium, cui facta eſt unio pertinent omnes fructus Parochialis unitæ, ibid. n. 66.
Poteſt Monaſterium diminuere congruam Vicario propter ejus excreſcentiam, ibid. nu. 67.
Cenſetur prædilectum quoad extraneos ſuccedendos ex perſona Monialis, diſcept. 68. nu. 9.
Renunciatio Monialis intuitu Agnationis non intelligitur, ut extinctis Agnatis bona tranſeant ad extraneos excluſivè ad Monaſterium, ibid. nu. 10.
Diſpoſitum pro Monaſteriis Monialium procedit in Conſervatoriis mulierum, quando materia utriuſque eſt proportionata, diſcept. 75. nu. 18.
In alienatione bonorum Monaſterii exigui valoris, an requiratur Epiſcopi conſenſus ad formam *Canon. Terrulas*, diſcept. 96. nu. 13. 14 & 15.
De jure antiquo omnia Monaſteria Regularium erant ſubjecta Epiſcopis, diſcept. 61. nu. 65.
An autem hæc ſubjectio eſſet in concernentibus regulam, ibid. nu. 66.
Modus vivendi in Congregatione cum Viſitatoribus, Capitulis, & Generali tollit intervenientia in Monaſterio exemptis, ibid. n. 75.
Monaſteria, quæ vivunt jure ſingulari non gaudent privilegiis exemptionum, & quare, ibid. n. 82.
Monaſterium non dicitur exemptum ex privilegio illud recipiente ſub protectione S. Sedis cum recognitione per Tributum, ibid. n. 83.
Monaſterium capax poſſidendi in communi acquirit bona delata Monacho poſt Profeſſionem, & ſic etiam Ceſſionarius ipſius. diſcept. 64. & n. 47.
Durante vita Profeſſi Monaſterium retinet dominium, & uſufructum hæreditatis. diſcept. 65. nu. 12.
Non dicitur Profeſſus contemplaſſe Monaſterium, ſi in Teſtamento ſcripſit hæredes extraneos, diſcept. 65. n. 23.
Non Monaſterium, ſed ſoli hæredes ius acquirunt ob conditionem nulliter adjectam in Teſtamento, ibid. n. 44.
Monaſterio non dicitur acquiſitum dominium ex perſona Monaci, qui illud non acquiſivit, ibid. n. 48.
Quando dicatur probata unio facta Monaſterio, diſcept. 66. nu. 2. & 4.
Etiam Monaſteriis Monialium poſſunt fieri Uniones Parochialium, ibid. n. 5. & 59.
Aſſignata per Monaſterium Congrua Vicario reducitur ad juſtam menſuram favore Monaſterii, ſi reditù fuerit exceſſiva ibid. nu. 16. 17.
Quomodo hoc intelligatur & in quo caſu, ibid. num. 18. & 21.
Excreſcentia congruæ ex novalibus cedit commodo Monaſterii, & non Vicarii, ibid. n. 20.
Familiares, & inſervientes Monaſterio, ut ſint exempti qualia requiſita habere debeant juxta Concilium Trid. diſcept. 81. nu. 2. & 3.
Non dicuntur habere requiſitam ſervitii, & familiaritatis cum Monaſterio, quando inſerviunt tam illi, quàm aliis Ibid. n. 4.
Quales intelligantur vivere intra ſepta Monaſterii, vel non ibid. n. 5.
Et vivere ſub obedientia Regularium, & non ad effectum exemptionis, ibid. nu. 5. 6. 7.
Habitantes in Cortili Monaſterii Monialium non gaudent exemptione, ibid. n. 8.
Præſertim accedente obſervantia, ibid. n. 9.

Moneta.

Quando aureus eſt in obligatione ſolvendi non attenditur eius decrementum, nec augmentum, diſcept. 88. n. 2.
Maximè ſtante obſervantia ibid. n. 3.
Quando in hoc dicatur adeſſe læſio enormiſſima ibid. n. 4.
Ob nimiam læſionem eſt locus reductioni contractus etiam in augmento monetæ, ibid. n. 5. & 6.
Non obſtante obſervantia, ibid. n. 7.

Monialis.

In Eccleſiis Monialium non poſſunt tumulari, & eligere ſepulturam Perſonæ Sæculares, diſcept. 81. n. 22.

Mors.

Mors civilis quando non æquiparetur naturali, diſcept. 64. num. 26.

Mulcta.

Mulcta domeſtica exercetur in levibus, non autem in gravibus, diſcept. 59. num. 21. 22. & 23.
Mulcta non practicatur in Eccleſia, & Choro per cumulativam præventionis, diſceptat. 60. num. 8.
Epiſcopus quomodo poſſit mulctare in Choro prælative ad Capitulum, ibid. n. 10. & ſeqq. uſque ad n. 23.
An mulctare poſſit, ſi non exiſtat in Choro, ibid. num. 33. & 38.
An poſſit deputare Punctatorem, ibid. n. 38.

An poſſit mulctare Canonicos in Choro ſine Adjunctis, ibidem num. 30.
Quomodo eſſe debeat mulcta, ibidem num. 35.
An ſit appellabilis per Mulctatos, ibid. n. 36.
Poteſtas mulctandi conceſſa Priori Clauſtrali an cenſeatur data quoad exceſſus concernentes diſciplinam Regularem, diſcept. 62. num. 12.
Ceſſat ſublato Clauſtro, ibidem num. 20.
Data poteſtate mulctandi Priori ſimul cum Capitulo quomodo hæc intelligatur, ibid. n. 22.
Conceſſa per Epiſcopum facultate mulctandi intelligitur data Priori jure Vicario, & revocabili, ibid. n. 23.
Epiſcopus in Cathedrali Regulari etiam in ſigura judicii poteſt irrogare mulctam domeſticam, ibid. n. 44.
Qualis ſit mulcta domeſtica quoad Regulares, ibid. nu. 45.
Facultas mulctandi in Choro, ad quos pertineat, ibidem num. 28.
Mulcta circa exceſſus in Officio, ed Cæremoniis eſt diverſa ab ea, quæ reſpicit exceſſus circa mores, diſcep. 62. nu. 5.
Mulcta domeſtica debet eſſe levis, & qualis, ibid. nu. 12.
Pœnæ graves irrogari non debent ſub ſpecie mulctæ domeſticæ, ibid. num. 13.
Et quomodo Judex providere debeat, ibid.

Mulier.

Sacri Canones non prohibent Congregationem Mulierum in certa Domo, ſeu Hoſpitio convivcntium, diſcept. 75. num. 2.
Iſtæ non ſunt Religioſæ, & quare, ibid. nu. 3. & 4.
Prædictæ Mulieres ſubſunt Juriſdictioni Ordinarii in concernentibus ſpiritualitatem, ibid. nu. 7.
Non poſſunt cogi ab Ordinario ad formalem Clauſuram, ibid. nu. 10.
Non poſſunt ab eodem dimitti, ibid. nu. 13. & 14.

Mundus.

Totus Mundus dicitur Parochia Papæ, diſcept 34. nu. 25.

N

Neceſſitas.

NEceſſitas ſemper excluditur, ubi aliter provideri poteſt, diſcept. 99. n. 39.

Negativa.

Quando Teſtes non probent negativam coarctatam, diſcept. 87. nu. 17.
Quando non ſit probata ex perquiſitione, diſceptat. 79. num. 27.

Negotiatio.

Clericus privatur beneficio *Cap. Odoardus*, quando eſt publicus Negotiator, diſcept. 80. nu. 2.
Declaratur ibi nu. 2.
Sacri Canones permittunt Clerico negotium Agriculturæ, & quando, ibid. nu. 3.
Conducendo magnas Tenutas non probatur negotiationem fieri per Clericum lucri cauſa, ibid. nu. 4.
Ad excludendam cauſam lucri quid attenditur, ibidem num. 5.
An illicite Clericus contrahat Cambia activa, & paſſiva, ibidem num. 6.
Qua ratione prohibeatur Clericis Agricultura, & in quibus, ibidem nu. 7.
Clerici prohibentur exercere Agriculturam in Terris Sæcularium, ibid. n. 8.
Secus in Terris Eccleſiaſticorum, ibid. nu. 9.
Privilegium Clericale ob illicitam negotiationem non amittitur, niſi poſt trinam monitionem, ibid. nu. 10.
Quando Clericus amittat privilegium *Cap. Odoardus* ob conductionem magni Prædii, ibid. num. 11.
Quando dicatur negotiatio licita, vel prohibita Eccleſiaſticis, diſcept. 67. num. 11. & 12.
An ſit prohibitum Clericis negotium venditionis Piſcium ex propria Cymba, & Nivis ex propria Nivaria, ibidem nu. 7. cum tribus ſeqq.
Vide etiam nu. 14. 23. & 24.

Nivaria, & Nix.

Baro non habet jus prohibendi Eccleſiaſticis exercitium Nivariæ, diſceptat. 97. num. 4.
Nec habet jus privativum recolligendi Nives in ſuo Feudo, ibid. num. 5.
Nix omnibus patet tamquam fructus de Cœlo cadens, ibid. nu. 6.
Recollectio Nivis ab Eccleſiaſticis fieri debet ad uſum tantùm, non ad negotiationem, ibidem n. 7.
Quomodo hoc intelligatur, ibidem num. 8.
Eccleſiaſtici non prohibentur vendere Nivem ex propria Nivaria, ibid. nu. 9.

Nominatio.

Nominatus de mandato alterius dicitur nominatus à Mandante, diſcept. 82. num. 3.
Titulus hæreditarius eſt nominatio Succeſſoris in emphyteuſi hæreditaria, diſcept. 91. num. 5.

Noſtrum.

Omnia noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur, diſcept. 65. nu. 36.
Qui per alium gerit, per ſeipſum gerere dicitur, ibidem num. 35.

Novitius.

Quomodo interpretetur renunciatio facta per Novitium de ſuis bonis, diſcept. 64. n. 7. & ſeqq.
Renunciatarius Novitii ſuccedit in bonis renunciatis tempore, quo renuncians eſt profeſſus, diſceptat. 64. num. 10. & 19.
Hoc procedit data capacitate Religionis poſſidendi in communi, ibid. num. 20.
Amplia etiam reſpectu Religionis incapacis, ibid. num. 21. cum quatuor ſeqq.
Quomodo intelligatur renunciatio per eum facta cum expreſſione temporis emittendæ profeſſionis, ibidem num. 27.
Concil. Trid. renunciationes Novitii ſuſpendit uſque ad profeſſionem, ibid. n. 33. & 34.
Limita quoad Societatem Jeſu, ibid. nu. 36.
Quomodo intelligatur renunciatio Novitii facienda intra bimeſtre ante profeſſionem, diſcept. 62. num. 74.
Quomodo intelligatur renunciatione in Novitiis Societatis Jeſu, ibid. nu. 76. & 77.

Nullitas.

Potius ex inadvertentia, quam malitia præſumitur commiſſa nullitas maximè in Teſtatore in articulo mortis conſtituto, diſcep. 70. n. 8. & 9.
Nullitas actus attentatè geſti allegari non poteſt ab Attentante in ſui favorem, diſceptat. 100. nu. 138.

Nuncius.

Obſervantia ex facto Nuncii, & Officialium Papæ eſt maximæ relevantiæ. diſceptat. 74. num. 57.
In illis ſemper præſumitur diligentia, ibid. nu. 57.
Quale ſit Officium Nuncii, ibid. nu. 58.
Scientia Nuncii dicitur ſcientia Papæ, ibidem num. 59. & 60.

O

Obligatio.

QUomodo inducatur receſſus ab obligatione, diſcept. 100. num. 288.

Obſervantia.

Ut concludat probanda eſt in caſu præciſo, diſceptat. 54. num. 44.
Eſt melior Conſtitutionum Apoſtolicarum interpres, ibid. n. 94. & diſceptat. 55. num. 36. & diſcept. 56. nu. 30.
Etiamſi intellectus eſſet malus, vel de jure non tenendus, diſcept. 54. nu. 95. diſcept. 55. nu. 40.
Declarat, an Cardinales comprehendantur ſub Indultis, diſceptat. 56. num. 31.
Requirit actus effectuatos, diſcept. 57. nu. 32.
Præſumitur obſervantia reſpectu ſtatuti inſerti in volumine ſtatutorum Eccleſiæ, ibid. nu. 45.
Obſervantia ſtatuti in parte, eam præſumit in totum ibid. nu. 46.
Præſumitur ejus obſervantia, etiamſi non venerit caſus per mille annos, ibid. nu. 47.
Præſumitur obſervantia in Conſtitutione habente Decretum irritans, diſcept. 61. nu. 40.
Diſpoſitio Juris magis æſtimatur ex obſervantia, diſcept. 74. nu. 20.
Obſervantia ex facto Nuncii, & Officialium Papæ eſt maximæ relevantiæ, ibid. nu. 56.
Obſervantia vel declarat Statutum, vel illud oſtendit ineffectuatum, diſcept. 99. nu. 87.
Inducta ex facto ipſius Contradictoris maximè attenditur, diſcep. 85. nu. 17.
Declarat Coadjutoriam, ibidem num. 26. & 27.
Declarat Statuta, ibid. num. 31.
Obſervantia Conſtitutionis Synodalis præſumitur, diſcept. 93. nu. 21.

Officiales.

Statur aſſertioni Officialium in re ubi intereſſe non habent diſcept. 77. n. 8.

Officium.

Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, diſcept. 54. num. 40.
Officium acceptatum, ex quo inducitur abſentia ab Urbe, non tollit abſentiam eſſe ex cauſa publica, ibid. n. 40.

Quos

Onus.

Onera non gravati, nec dicuntur in emolumenta contemplati, diſcept. 68. n. 22.

Sicut onus eſt perpetuum, ita perpetua, & realis eſt Renunciatio habens idem onus, ibid. n. 23.

Emolumentum ſemper defertur cum onere annexo, ibid. num. 24.

Opinio.

Opinio antiqua, quod Cardinales propter reſidentiam in Urbe excuſarentur a reſidentia in Epiſcopatibus fuit abrogata per Conſtitutionem Urbani VIII. diſcept. 50. num. 39.

Optio.

Optio Epiſcopatus Hoſtienſis ſatis eſt, ut fiat per Cardinalem præſentem in primo Conſiſtorio, diſcept. 54. num. 47.

Optio Epiſcopatus Hoſtienſis facta per Cardin. Senen. ſub Paulo III. fuit proteſtata per Card. Auxitanum, diſcept. 54. num. 58.

Oratio.

Totus contextus Orationis eſt inſimul inſpiciendus pro elicienda voluntate, diſcept. 100. n. 183.

Ordinarius.

Relationi Ordinarii, quando non ſit credendum, diſceptat. 63. num. 11. & 13.

Mulieres convirentes in Hoſpitio ſubſunt Juriſdictioni Ordinarii in concernentibus ſpiritualitatem, diſceptat. 75. num. 7.

Nec correctio Ordinarii eſt incompatibilis cum earum ſtatu Seculari, ibid. num. 8.

Ordinarius habet Juriſdictionem ſuper omnibus Conſervatoriis etiam Sæcularium Mulierum, ibid. n. 9.

Non poteſt illas cogere ad formalem Clauſuram, ibidem num. 10.

Non poteſt deſtruere id, quod eſt approbatum a S. Sede, ibid. num. 11.

Poteſt occurrere abuſibus, & inconvenientiis Conſervatoriorum, ibid. num. 12.

Non poteſt dimittere Mulieres Sæculares in Conſervatorio convirentes, ibid. n. 13. & 14.

Approbatio Ordinarii requiſita pro Confeſſario Monialium, an requiratur pro illo Mulierum Conſervatorii, ibid. n. 15. & ſeqq.

Nulla lege obligatur Ordinarius ad conferendum Beneficia uni de Gremio Eccleſiæ, diſcept 93. n. 2.

Limita, ibid. num. 3.

Ordinarii curare debent adimplementum ultimarum voluntatum, diſcept. 90. n. 1.

Ordinarii non poſſunt facere Uniones, niſi in caſibus a Concil. Trid. expreſſis, diſcept. 99. n. 33.

Ex aſſertione Ordinarii non probatur juſta cauſa Unionis, ibid. num. 35.

Ordinarius non poteſt auferre beneficium affectum, ibid. num. 47.

Collatio Beneficii facta ab Ordinario ſub falſo ſuppoſito vacationis non valet, ibidem num. 48.

Vide in verb. *Epiſcopus*.

Ordo.

Ordini, ſeu Collegio actus particularium non præjudicant, diſcept. 74. n. 74.

P

Pactum.

PActa ſunt ſervanda, & doloſis Jura non ſubveniunt, diſcept. 98. num. 1.

Pactum non habendi regreſſum ad bona renunciata declarat renunciationem eſſe realem, diſcept. 68. numer. 16.

Papa.

In materiis Eccleſiaſticis, & beneficialibus nemo ex ſubditis Papæ opponere, & inquirere poteſt cur ita faciat, diſcept. 100 num. 17. 18. & 19.

Papa non ſolet præjudicare Unionibus pro Indigentiis Seminarii, diſcept. 78. n. 11.

Denegat pro prima vice ſuſpenſionem unionis, ibid. n. 1.

Quando Papa ex narratis cenſeatur diſpenſaſſe ſuper incompatibilitate Canonicatus cum Dignitate, diſcept. 83. num. 7.

Cenſetur diſpenſare narratâ ſibi conſuetudine retinendi in eadem Eccleſia Dignitatem cum Canonicato, diſcept. 84. num. 5. & 6.

Diſpenſatio Papæ in præjudicium ipſius Concedentis lariſſime interpretatur, diſcept. 84. n. 7.

De vigilantia Papæ circa Eccleſias, quibus præſunt Epiſcopi infirmi, diſceptat. 89. num. 1.

Papa dependere non debet ab alieno arbitrio, diſcept. 80. num. 13.

Concedit Religioſis tranſitum de ſtrictiori ad laxiorem ordinem concurrente rationabili cauſa, diſcept. 72. n. 41. 42. & 43.

Amplia, ibid. num. 44. & 45.

Papa ante captam poſſeſſionem, & ingreſſum in Urbem habet liberam adminiſtrationem Papatus, diſcept. 74. num. 10.

Papa in beneficialibus habet Pleniſſimam poteſtatem diſponendi, & declarandi, diſcept 74. n. 52.

Et nemo ei poteſt dicere cur ita faciat, diſcept. 100. n. 17. 18. & 19.

Papæ declaratio eſt attenda, ibid. n. 77.

Papa uti Epiſcopus Urbis habet unicum Vicarium, diſcept. 55. num. 17.

Quot repræſentantias faciat, ibid. n. 21.

Papa excipiens Cardinales in aliqua diſpoſitione, id facit ad tollendam dubitationem, non autem ad neceſſitatem, diſcept. 56. n. 26.

Papæ voluntas ex ſtylo Sedis Apoſtolicæ demonſtratur, diſcept. 56. n. 29.

In beneficialibus diſpoſitio tota pendet ex voluntate Papæ, diſcept. 57 num. 62.

Ejus Conſtitutio ligat etiam ſine acceptatione Subditorum, ibid. num. 63.

Papa diſpenſare ſolet in radice Matrimonium nullum concurrente juſta cauſa, & qualis ſit, diſcept. 62. n. 2. & ſeqq.

Per hanc diſpenſationem non poteſt ſupplere conſenſum matrimonialem, qui talis ab initio non fuit, ibidem num. 16.

Diſpenſat in radice Matrimonium nulliter contractum ſine Teſtibus, & coram Sacerdote non proprio, ibidem num. 21.

Diſpenſat ſuper Voto ſolemni Caſtitatis etiam ad effectum Matrimonii, diſcept. 72. n. 2. 3. 4. & 5.

Diſpenſavit ſuper Voto ſolemni Caſtitatis etiam cum Monachis, ibid. num. 13.

Papæ voluntas facilior eſt in diſpenſando cum Equitibus Hieroſolymitanis, quam cum aliis Religioſis Strictioris Obſervantiæ, ibid. n. 14.

Papa poteſt ſuſpendere unionem, ſed aliquando non ſolet, diſcept. 78. num. 22.

Defert ſupplicationibus, Magnatum, diſcept. 97. n. 14.

Ex benignitate remittit contemptum ſuum, diſcept. 100. num. 241.

Summus Pontifex eſt etiam Summus hominum, non ambitioni, non odio, aut privatis affectionibus obnoxium, diſceptat. 100. num. 241. in fin.

Paria.

Paria ſunt non eligere, ac declarare per factum nolle eligere, diſcept. 100. n. 135.

Paria ſunt ſcire, & ſcire teneri, & quando, diſcept. 100. n. 61. & 120.

Paria ſunt lucrum perdere, & damnum pati, diſceptat. 67. num. 22.

Paria ſunt non eſſe, & non apparere, diſcept. 64. numer. 83.

Paria ſunt aliquid fieri tempore inhabili, ac conferri in tempus inhabile, diſcept. 65. n. 21.

Paria ſunt diſponere, ac habere proprium, diſceptat. 65. num. 45.

Paria ſunt forum ſortiri, & Statutis ligari, diſc. 92. n. 4.

Parochia.

Totus Mundus dicitur Parochia Papæ, diſcept. 54. n. 23.

Patrimonium.

Patrimonii Dominici Damna annquirunt, qui volunt in Eccleſiis potentari, diſcept. 99. num. 54.

Patronus.

Reſignatio beneficii de Jurepatronatus ſpreto conſenſu Patroni, dicitur fraudulenta, & nulliter facta ſcienter, diſcept. 70. n. 7.

Paupertas.

Ob paupertatem Summi Pontifices ſubvenerunt Eccleſiæ Conſtantien. diſcept. 90. num. 3.

Paupertas Eccleſiæ Epiſcopalis denotatur ex remiſſionibus Annatæ, ibid. n. 7.

Damna quæ proveniunt ex paupertate Epiſcopatus interjecati ab Acatholicis, ibid. n. 9.

Paupertas facit vileſcere Epiſcopos, ibid. num. 10.

Eccleſiæ contiguæ in caſu paupertatis ſe ad invicem adjuvare debent, diſceptat. 90. n 12.

Pax.

Quod calamitas non abſtulit in pace non videtur auferendum, diſcapt. 74. n. 61.

Penſio.

Penſio regulariter non imponitur, niſi in tertia parte, & ad ſummum niſi uſque ad medietatem fructuum; diſcept. 88. num. 10.

Non debet plus percipere Penſionarius, quam Titularis, ibid. num. 11.

Reductio penſionis ad quam ſummam ſit arbitranda, ibid. num. 12.

Penſio non ſolet reſervari ultra tertiam, vel dimidiam partem fructuum beneficii, diſcept. 56. n. 12.

Limita quoad Cardinales, ibid. n. 21.

Tranſlatio penſionis nulliter facta an conſumat facultatem transferendi, diſtingue, diſcept. 70. n. 3. cum plur. ſeqq.

Tranſlatio hæc abſque conſenſu Titularis quoad penſionem alias tranſlatam dicitur nulla nullitate malitioſa, ibid. num. 7.

Penſionarius.

Penſionarius, & Titularis dicuntur conſocii fructuum, & ambo tenentur ad onera, diſcept. 56 nu. 17.
Penſionarii percipitur fructus Beneficii titulo lucrativo, diſcept. 56. num. 21.

Peritus.

Fides Peritorum quando non attendatur, diſceptat. 67. nu. 19.

Perſona.

In quolibet actu attenditur repræſentatio Perſonæ quamquis gerit in illo, diſcept. 57. nu. 53.

Perſonatus.

Parſonatus an ſit Dignitas, diſcept. 99. num. 71.
Eſt Ordinis inferioris quam Canonicatus, ibidem numer. 24.

Pœna.

Ad pœnam evitandam bona fides ſuffragatur, non autem ad requirendum commodum, diſceptat. 100. num. 49.
Pœnam non meretur, qui adimplet Legis præceptum, diſcept. 53. nu. 12.
Pœna duplex an dari Poſſit in uno delicto, diſcept. 59. nu. 2. 3. & 17. & diſceptat. 61. num. 40. diſceptat. 62. num. 15.
Pœnæ graves non debent irrogari ſub ſpecie mulctæ domeſticæ, diſcept. 62. num. 13.
Et quomodo Judex procedere debeat, ibid. nu. 14.
Conſtitutio pœnalis contra Præſumentes non habet locum deficiente malitia, & temeritate, diſceptat. 74. nu. 51.
Quæ pœna incurratur ob ſpretum Mandati Apoſtolici, diſceptat. 100. nu. 156.
Quando incurratur alia pœna præter expreſſam in præcepto Apoſtolico, ibidem num. 160.

Pœnitentiarius.

Stante erectione unius Canonicatus Pœnitentiarii an poſſit fieri nova erectio alterius Pœnitentiarii, diſcept. 48. num. 2.
Datur diſpenſatio ad obtinendum in eadem Eccleſia Canonicatum Pœnitentiarium cum Dignitate, ibidem numer. 10.

Populus.

Vox communi Populi commendat merita Perſonæ, diſcept. 90. num. 14.

Poſſeſſio.

Stante impedimento, poſſeſſio habetur pro capta ad omnes effectus, diſcept. 74. num. 53.
In concurſu prævalet poſſeſſio ejus, qui habet aſſiſtentiam Juris, diſcept. 81. num. 10.
Praxis, & Conſuetudo, quod requiratur poſſeſſio, ut Epiſcopi etiam Cardinales faciant ſuos fructus Eccleſiæ refertur, illique reſpondetur, diſceptat. 74. num. 68. & ſeqq.
Stante captura poſſeſſionis Epiſcopus electus, & confirmatus conſequitur plenam adminiſtrationem Eccleſiæ, diſcept. 74. nu. 5. 6. 7. 21. 22. & 27.
Et reprobatur Gunzal. contrarium putans, nu. 64.
Ante captam poſſeſſionem, & ingreſſum in Urbem habet Papa liberam adminiſtrationem Papatus, diſceptat. 74. nu. 10.
Poſſeſſio reſpicit meram ſolemnitatem, & Titulus dominium, ibid. nu. 12.
Beneficiatus ante captam poſſeſſionem Beneficii præſentare poteſt ad Juſpatronatus eidem Beneficio annexum, diſcept. 74. nu 24.
Epiſcopus tranſlatus, & ante capturam poſſeſſionis ſecundæ Eccleſiæ non poteſt conferre Beneficia primæ Eccleſiæ juxta reſolutionem Papæ, ibid. num. 25.
Tranſlatus, ante poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ lucratur ejus fructus, nec facit ſuos illos primæ, ibidem numer. 26.
Quid diſponat *Extravagans Injunctæ de elect.* quoad Epiſcopos, & Prælatos, ibid. no. 28.
Ejus vigore prorogata fuit vacatio Eccleſiæ uſque ad capturam poſſeſſionis, ibid. nu. 29. & 30.
Epiſcopi Cardinales in Regnis Hiſpaniarum non poſſunt adminiſtrare, nec conferre ante poſſeſſionem, ibid. n. 39. 40. & ſeqq.

Poſteritas.

Poſteritas rependit unicuique ſuum decus, diſceptat. 99. nu. 29.

Poſtulatio.

Si aligatur poſtulandus, Electio eſt nulla, diſcept. 100. num. 58.
Non obſtante Brevi Eligibilitatis tamquam expirato in actu primæ Electionis, ibid. n. 59.

Præbenda.

Ultra Præbendam pro nova Dignitate erigenda ſatis eſt dare tot redditus, quot habent cæteræ Dignitates, & Canonici, diſcept. 89. num. 82.
Concil. Trid. mandans detrahi tertiam partem redditLuum pro diſtributionibus, an comprehendat Præbendas Fundatoris laici, diſcept. 99. num. 85.
Aliud eſt Præbenda & aliud diſtributiones quotidianæ, diſcept. 67. nu. 17.
Præbendarum tenuitati quomodo diſpoſuerit Concilium, Tridentium pro earum ſupplemento, diſceptat. 99. num. 38.

Præcedentia.

Præjudicium ratione præcedentiæ quomodo intelligatur. diſcept. 99. num. 66. & ſeqq.
An Parochus regularis Eccleſiæ Matricis præcedat Parochu Eccleſiæ ſæcularis, & ſic etiam Clerus regularis Eccleſiæ Cathedralis quod Clerum Sæcularem Eccleſiarum inferiorum, diſcept. 57. nu. 54.
In Hierarchia Eccleſiaſtica duo ſunt genera Perſonatum, alterum Dignitatis Officii, & qualitatis, & alterum Ordinis, & præcedentia debetur primo reſpectu ſecundi, diſcept. 76. num. 2.
Reſpectu ſecundi, nempe Ordinis præcedit primo Ordinatus, ibid. n. 2.
In Proceſſionibus quomodo competat præcedentia inter Dignitates, Canonicos, Parochos, Beneficiatos, & Presbyteros ſimplices, ibid. n. 3.
Prioritas Ordinis quando attendatur ad effectum præcedendi, ibid. n. 4. & 5.
Presbyteri ſimplices reſpectu præcedentiæ ſunt inferioris claſſis, ibid. n. 5.
In præcedendo major qualitas Perſonæ præfertur prioritati temporis, ibid. nu 6.
In Synodo Beneficiati præcedunt ſimplicibus Presbyteris, ibid. nu. 7.
Idem in Proceſſionibus, ibid. nu. 8. & 9.
In materia præcedentiæ attenditur conſuetudo, ibidem num. 10.
Qualitas extrinſeca a Sacerdotio non dat præcedentiam, ibid. nu. 12.
Inter duos Cappellanos Sacerdotes præcedit prius ordinatus, ibid. nu. 12.
Amplia, ibid. n. 13.
Cardinales Vicecancellarii, Camerarii, & Pœnitentiarii ratione hujus Officii non præcedunt aliis in Cappella, aut Conſiſtorio, diſcept. 76. nu. 14. & 15.
In Proceſſionibus ad effectum præcedentiæ attenditur Titulus beneficii, ibid. n. 17. & 18.
Prioritas Ordinis conſideratur inter pares, ibidem numer. 19
Præjudicium præcedentiæ non attenditur in erectione novæ Dignitatis in Eccleſia, diſcept. 99. nu. 22.

Præceptor.

Officium Præceptoris conſiſtit in Cæremonialibus, diſcept. 62. nu. 6.

Præconizatio.

Poſt præconizationem in Conſiſtorio Papæ fructus Eccleſiæ non ſpectant ad Cameram, ſed ad Epiſcopum in Regnis Hiſpaniarum, diſceptat. 74. num. 18. & 19.
Præconizatio in Conſiſtorio habet vim Electionis, & Confirmationis Epiſcopi, ibid. nu. 8.

Præjudicium.

Quomodo intelligatur præjudicium ratione præcedentiæ diſcept. 99. num. 66. & ſeqq.
Præjudicium in præcedentia non eſt cauſa impediendi publicam utilitatem, diſceptat. 99. num. 75.

Prælatio.

Qualitas prælationis intelligitur cæteris paribus, diſcept. 93. num. 5. & 6.
In prælatione qualitas potentior vincit debiliorem, ibid. num. 7.
Qualitas Confeſſarii conſideratur ad effectum probationis, ibid. nu. 19.

Prælatus.

Prælatus inferior cum Territorio ſeparato an gaudeat Alternativa, diſceptat. 95. num. 24.

Presbyter.

In Synodo, & Proceſſionibus Beneficiati præcedunt ſimplicibus Presbyteris, diſcept. 76. nu. 7. 8. & 9.
Beneficiati dicuntur habere gradum ſupra Presbyteros ſimplices, ibid. nu. 12.
Inter duos Cappellanos Presbyteros præcedit prius ordinatus, ibidem num. 13.
Sacerdos, ſeu Presbyter in Proceſſionibus repræſentat gradum ſuæ Dignitatis, & beneficii ibidem numero 16.
Prioritas Ordinis conſideratur inter pares, ſeu ſimplices Presbyteros, ibid. n. 29.
Sacerdos, ſeu Presbyter, qui eſt Confrater incedit in loco ſibi competenti, uti Confratri, non uti Sacerdoti, ibid. num. 21.

Præſcriptio.

Non ſit extenſio præſcriptionis contra Epiſcopum etiam in annexis, & habentibus identitatem, vel majoritatem rationis, diſceptat. 59. nu. 19.
Actus præſcriptionis ob multiplicitatem præſumuntur cum ſcientia, & patientia ejus, contra quem præſcribitur, diſcept. 61. num. 28.

Mala fides in præſcriptione ex quibus probetur, diſcept. 61. n. 42.
Non datur præſcriptio etiam per mille annos favore Poſſidentis Vicario nomine, ib. n. 55.

Præſentatio, & Præſentatus.

Jus paſſivæ præſentationis etiam tacite induci poteſt, diſcept. 99. n. 61.
Inſtitutio non datur Præſentato inhabili, ib. n. 50.
Præſentato filio Patroni datur diſpenſatio ſuper ætate, ib. n. 60.
Ante captam poſſeſſionem beneficii poteſt Beneficiatus præſentare ad Juſpatronatus eidem beneficio annexum, diſcept. 63. n. 24.

Præſens.

Legitime abſens per fictionem juris dicitur præſens, diſcept. 54. n. 29.

Præſes Capituli Regularis.

Præſes extraordinarius datus per Papam ad aſſiſtendum Capitulo, non habet facultatem illud convocandi, diſcept. 92. n. 3.
Præſertim ſi datio Præſidentis deroget juribus Superioris Regularis, ib. n. 4.
Quando Præſidi Extraordinario non intelligatur data facultas convocandi Capitulum, ib. n. 5. & 6.
Talis Præſidentia limitata ad certos actus, ad alios non extenditur, ib. n. 7.
Habet facultatem proferendi declaratoriam ſuper privatione vocis etiam inſtante Electione, ſi agatur de culpa graviori, diſcept. 94. n. 12.
Non obſtante decreto Viſitationis Apoſtolicæ, ibidem n. 13.
Non poteſt ad Capitulum admittere Guardianos Vocales non ſervata forma Conſtitutionis Innocentii XII. ſuper adimplemento Miſſarum, ib. n. 23.
Eadem Conſtitutio etiam imminente Capitolo dat facultatem declarandi privatos Vocales in caſibus ibi diſpoſitis, ib. n. 25.
Vide *in verb. Capitulum Provinciale.*

Præſumptio.

Habens pro ſe præſumptionem juris refundit onus alteri probandi contrarium, diſcept. 77. n. 10.
Omnis præſumptio aſſiſtit facto Judicis, diſcept. 71. n. 22.

Primariæ Preces.

Prohibitio primariarum Precum ex quot Conciliis deſcendat, diſcept. 82. n. 14.
An procedat in Officiis temporalibus, ib. n. 17. & 18.
Primariæ preces qualia beneficia comprehendant, vel non, ib. n. 26.
Precistæ datur terminus menſis ad acceptandum, & a quo tempore iſte currat, ib. n. 24.
Precista poteſt omiſſo primo, & aliis acceptare quodcunque vacaturum, ib. n. 25.
Habilitas Preciſtæ an requiratur tempore acceptationis, vel Collationis, ib. n. 27.
Primariæ preces fuerunt ſublatæ per Concil. Trid. exceptis illis Imperatoris, diſcept. 82. n. 2.
Dantur in forma mandati de providendo, nec recipiunt perfectionem, niſi poſtquam Executor devenit ad actualem Collationem, ſeu poſſeſſionem, ib. n. 25.
Earum acceptatio non tribuit Acceptanti jus conſiderabile, ib. n. 27.

Princeps.

Principe diſponente nemo poteſt exquirere cauſas latentes ex quibus diſponat, diſcept. 100. n. 200.
Boni Principis eſt Eccleſias contritas reſtaurare, & novas ædificare, diſcept. 69. n. 11.

Principium.

Quæ malo ſunt inchoata principio bono non peraguntur exitu, diſcept. 100. n. 41.

Prior.

Prior, Præceptor non ſunt Officiales Capituli, ſed Epiſcopi, diſcept. 61. n. 49.
Prior ſubrogatur in locum Abbatis in hujus defectum quoad concernentia regulam, ib. n. 76.

Privilegium.

Per contraventionem Privilegii concernentis favorem mixtum Eccleſiæ, & Perſonæ illud perditur quantum ad Perſonam, diſcept. 100. n. 134. 136. & 137.
Privilegio abutens privatur ejus commodo, ib. n. 45. 46. & 47.
Privilegium Clericatus an poſſit allegari ab alio contra ipſum Clericum, diſcept. 92. n. 10.
Privilegia Clericalia, vide in verbo *Clericus.*

Probatio.

Habens pro ſe præſumptionem juris refundit onus alteri probandi contrarium, diſcept. 77. n. 10.
Probatio per poſſibile non concludit, diſcept. 79. n. 22.

Proceſſio.

Actus facti in Proceſſione cenſentur facti in ipſa Eccleſia, diſcept. 62. n. 10.
Spectat ad Epiſcopum in Proceſſionibus mulctare exceſſus ibi commiſſos, ib. n. 13.

Procurator.

Procurator non poteſt declarare, quæ pendent ab animo Principalis, diſcept. 100. n. 126.
Articulatio Procuratoris ſine mandato ſpeciali non attenditur, diſcept. 87. n. 16.

Profeſſio, & Profeſſus.

Profeſſio quorum quo debeat emitti, & de diſtinctione, diſcept. 59. n. 7.
Jura ſanguinis non extinguuntur profeſſionem, diſcept. 64. n. 48.
Teſtamentum Profeſſi in Monaſterio capaci poſſidendi in communi non habet effectum a die Profeſſionis, ſed mortis naturalis Profeſſi, diſcept. 65. n. 11.
Durante vita Profeſſi Monaſterium retinet dominium, & uſufructum hæreditatis, ibid. num. 12.
Profeſſus non habet nec velle, nec nolle, ibid. n. 16.
Non poteſt retinere dominium in bonis ante Profeſſionem poſſeſſis, nec revocare Teſtamentum, ibid. nn. 31. 32. & 46.
Non poteſt teſtari ad proprium commodum, diſcept. 65. n. 34. & 37.
Non dicitur Profeſſus contemplaſſe Monaſterium, ſi in Teſtamento ſcripſit hæredes Extraneos, diſcept. 65. num. 43.

Prohibitio.

Directe prohibitum indirecte non eſt permiſſum, diſcept. 65. n. 23.
Proœmium declarat, & ſupplet diſpoſitivam, diſcept. 64. n. 5.
Amplia num. 6. & 26.

Promiſſio.

In Sponſalibus requiritur mutua promiſſio, & promiſſio, diſcept. 77. num. 2.
Promiſſio Viri ſcripta ad Puellam, cui poſtmodum ipſa ſe ſubſcripſit an faciat contractum perfectum ibidem num. 3.
Promiſſio, & repromiſſio in eadem carta habente datam in Principio dicitur contemporanea, & quando ſecus, ibid. num. 4. 5. 6. & 7.
Amplia, ibid. num. 8.
Promiſſio neceſſitat etiam propter amiſſionem famæ, & honoris, diſcept. 100. n. 190. & 191.

Prorogatio.

Prorogatio temporis ad eligendum reſpicit utilitatem Eccleſiæ, diſcept. 100 n. 132.
Superior prorogans tempus, concedit illud, quod ſibi competit jure devoluto, ibid. n. 133.
Stante juſta cauſa Superior poteſt prorogare tempus Electionis, diſcept. 94. n. 14.

Proteſtatio.

Proteſtatio Accedentium ad Capitulum non ſanat, ſed præſervat ejus illegitimitatem, diſcept. 94. n. 9.

Prothonotarius.

Translatio penſionis fieri poteſt in Urbe coram Prothonotario, diſcept. 70. n. 10.
Beneficia Prothonotariorum extra numerum Participantium ſunt reſervata Papæ, ibid. n. 11.
Amplia etiamſi deficiat exhibitio Prothonotarius in Secretaria, præſtatio juramenti, & profeſſio fidei, ib. n. 11.
Prothonotarii honorarii in Urbe Dignitatem ſuam conſervant, diſcept. 70. ſub n. 10.
Poſſunt in Urbe eſſe Executores ad transferendas Penſiones, ib. n. 10 in fin.

Proviſio, & Proviſus.

Habens primum incompatibile poteſt eligi, ſeu provideri de ſecundo, diſcept. 84. n. 18.
Proviſio de vacanti quænam dicatur, diſcept. 73. n. 8.
Ut gratia *pro devoluto* dicatur impetratio certo modo, & non proviſio de vacanti, an requiratur beneficium eſſe plenum, ib. n. 12.
Papa diverſo modo ſe habet in concedendis Impetrationibus, ac proviſionibus de affecto, vel reſervato, ib. n. 13.
Proviſus Apoſtolicus an comprehendatur ſub Statuto Eccleſiarum, & in qua materia, diſcept. 57. n. 7. & 30.
Proviſio in forma gratioſa nullam exigit juſtificationem, diſcept. 78. n. 17.
Ob proviſiones inutiles durat primæva vacatio, & devolvitur jus providendi ad S. Sedem, diſcept. 99. n. 31.

Q

Quæſtio.

QUæſtionem non admittit caſus legis, diſceptat. 74. nu. 9.

Qualitas.

Qualitas verbi intelligitur de tempore verbi, diſcept. 64. nu. 73.
Qualitas coactiva requiritur etiam in Immemorabili, & quando, diſcept. 79. nu. 11. 12. 13. 14. & 32.
Quo caſu immemorabilis præſumat qualitatem coactivam, ibid. nu. 6.
Qualitas prælationis intelligitur cæteris paribus, diſcept. 93. nu. 5. & 6.
In prælatione qualitas potentior vincit debiliorem, ibid. num. 7.
Qualitas eſt probanda, ubi probanda eſt conſuetudo qualificata, ibid. n. 8.
Qualitas Confeſſarii conſideratur ad effectum prælationis, diſcept. 93. num. 19.
A ſuis qualitatibus, & paſſionibus non poteſt ſeparari onus, & idem actus, diſcept. 100. num. 79.

R

Ratificatio.

NOn ſanat defectum formæ ſubſtantialis, diſceptat. 100. num. 82.

Ratio.

Ratio legis expreſſa comprehendit omnes caſus in quibus ipſa ratio militat, diſcept. 54. num. 70.
Rationis ſubſtantia attenditur, non verborum tenor, diſcept. 54. nu. 72.
Ratio non minus diſponit, quam ipſa verba diſpoſitiva, diſcept. 56. nu. 18.

Ratiocinium.

Ratiocinia non attenduntur in concurſu auctoritatum punctualium, diſcept. 100. nu. 113.
Frigeſcunt in concurſu Deciſionum in puncto, diſcept. 64. num. 18.

Rebelles.

Quales appellari poſſint, diſcept. 100. n. 165.

Receſſus.

Receſſus ab obligatione quomodo inducatur, diſcept. 100. num. 188.

Recurſus.

Gravatis competit recurſus ad ſuum Superiorem, diſcept. 36. num. 5.

Redditus.

Capitulum pauperrimum Eccleſiæ non præſumitur habere redditus ſuperfluos, diſcept. 67. num. 18.
Redditus Eccleſiæ poſſunt conſiſtere in negotiatione Cymbæ piſcatoriæ, & Navariæ, ibid. nu. 19.

Refutatio.

Nemo poteſt unum refutare, & alterum acceptare, & in quibus terminis, diſcept. 100. nu. 23.

Regula.

Confirmatio Regulæ cum clauſula *citra approbationem Conſervatoris* quid operetur, diſcept. 75. nu. 5. & 6.

Regula Cancellariæ.

Regula 7. hodie 8. Cancell. reſervavit Beneficia ſpectantia ad Cardinales ratione ſex Epiſcopatuum, quamdiu fuerint abſentes à Curia, diſcept. 55. nu. 4. & 33.
Emanavit in pœnam abſentiæ, ibid. nu. 28.
Limita ſi fuerint abſentes ex cauſa reſidentiæ Epiſcopalis ibidem num. 6. 13. 14.
Vide num. 38.
Item ſi fuerint abſentes de licentia Papæ, ibid. nu. 9.
Quomodo illa detur hæc licentia, ibid. nu. 10.
Opinio Cardin. de Luc. in hac materia reprobatur, ibid. nu. 15. 16. & 37.
Regula 2. Cancell. non comprehendit. S. R. E. Cardinales, diſcept. 74. num. 33. & 34.
Juxta regul. 65. Cancell. ſemel facta ſpecificatione valoris cum expeditione Litterarum non poteſt amplius variari per novas Litteras, diſcept. 68 nu. 9.

Regulares.

Non ſunt ſubiiciendi Sæcularibus, diſcept. 61. num. 60. & 61.
Non poteſt Regularis etiam ex permiſſione Superioris teſtari de bonis, pro quibus ante profeſſionem ſibi reſervavit facultatem teſtandi, diſcept. 63. n. 17.
Regulares ſunt incapaces Beneficiorum Sæcularium inferiorum, ſecus Epiſcopatuum, diſcept. 86. n. 6.

Relatio.

Relationi Ordinarii, quando non ſit credendum, diſcept. 63. nu. 11. & 13.
Quid operetur Ordinarii Relatio, diſcept. 70. nu. 16. & 17.

Religio.

Societatis Jeſu quomodò ſit incapax poſſidendi ſtabilia in communi, diſcept. 64. nu. 15.
Ejus Collegia ſunt capacia poſſidendi bona in communi, ibid. nu. 16.
In hac Societate Scholaſtici retinent dominium bonorum uſque ad Profeſſionem, ibidem num. 37.
Quomodo Societas ſit incapax ſuccedendi, & datur diſtinctio, ib. nu. 49. 50. & 52.
Incapacitas Societatis Jeſu quoad inteſtatas hæreditates, quomodo differat ab illa Fratrum Cappucinorum, & Minorum, ibid. nu. 56. & 84.
Non eſt incapax adeundi hæreditatem ab commodum Ceſſionarii, ibid. nu. 57. & 58.
Societas juxta Conſtitutiones poteſt adire hæreditatem ad commodum Renonciatarii, diſceptat. 64. num. 61. 68. & 69.
Renonciatio ex cauſa ingreſſus in Religionem eſt realis, diſceptat. 68. num. 17.
Non obſtante contemplatione Agnatorum, ibid. num. 18. & 19.
Gratia tranſitus de Ordine Religionis Hieroſolymitanæ ad alium Ordinem Militarem, in quo caſtitas Conjugalis ſervatur eſt ſimplex commutatio Voti caſtitatis, diſcept. 72. num. 38.

Renovatio.

Si Eccleſia non ammenſaverit renovando Extraneos, an conſuetudo renovandi excludat ipſam ab ammenſatione concurrentibus proximioribus ultimo? diſcept. 79. per totam.
Si Eccleſia conſueverit renovare ab Immemorabili, an hæc conſuetudo ſine qualitate coactiva prohibeat ammenſationem? ibid. nu. 3. cum plur. ſeqq.

Renunciatio.

Ex quibus excludatur qualitas renunciationis realis, & arguatur perſonalis, diſceptat. 68. num. 1. 2.
Præſumitur perſonalis, & quando, ibid. n. 3.
Poteſt eſſe ſimul realis, & perſonalis, quæ appellatur mixta ibid. num. 4. & 5.
Reſtricta ad certas Perſonas non comprehendit alias, ibid. nu 6 & 7.
Poteſt eſſe abdicativa quoad aliqua bona, & non quoad omnia, ibid. nu. 8.
Renunciatio Monialis intuitu agnationis non intelligitur, ut extinctis Agnatis bona tranſeant ad Extraneos excluſive ad Monaſterium, ibid. num. 10.
Abſurdum eſt ut in renunciatione intuitu agnationis Perſona ſuperſtes de ſanguine ſpoliata remaneat bonis propter Extraneos, ibid. nu. 12.
Præſumitur realis renunciatio ex cauſa ingreſſus in Religionem, diſcept. 68. num. 14 & 17.
Realitas renunciationis expreſſa in eius ventre ſilere facit omnes interpretationes, ibid. nu 15.
Pactum non habendi regreſſum ad bona renunciata declarat renunciationem eſſe realem, ibid. num. 16.
Renunciatio eſt realis ex cauſa ingreſſus in Religionem, non obſtante contemplatione Agnatorum, ibidem nu. 17. 18. 19. 27. & 28.
Sicut onus eſt perpetuum ita perpetua, & realis eſt renunciatio habens idem onus, ibid. nu. 23.
Promiſſio non revocandi donationem in renunciatione factam, eam denotat realem, & perpetuam. ibid. n. 25.
Una, & eadem donatio non poteſt diverſo Iure cenſeri, ibid. nu 26.
Renonciatio realis fingit Renunciantem, ac ſi eſſet mortuus, ibidem num. 29.
Renunciatio, & donatio facta certis Perſonis cum taxativa *tantum* tranſit ad earum hæredes ſecluſo pacto regreſſus, ibid. nu. 30.
In renunciatione reali non eſt abſurdum, ut ſuccedant extranei excepto Fiſco, ibidem num. 33.
Renunciatio facta per Nubentes in Sæculo, quomodo interpretetur ad differentiam alterius factæ ob ingreſſum in Religionem, ibid. nu. 34.
In incompatibilibus electio unius eſt renunciatio alterius, diſcept. 74. n. 50.
Renunciatio ex cauſa ingreſſus in Religionem late interpretatur, & quomodo, diſcept. 64. num. 1. & 2.
Quando per renunciationem dicatur tranſlatum jus ſucceſſionis futuræ ex cauſa de futuro, ibid. n. 3. & 4.
Vide num. 9. cum ſeqq.
Renunciatio Novitii interpretatur juxta Conſtitutionem Religionis, ibid. n. 7.
Renonciatarius Novitii ſuccedit in bona delatis tempore quo renuncians eſt profeſſus, ibid. 10. & 17.
Hoc procedit ſive Religio ſit capax, ſive incapax poſſidendi bona in communi, ibid. n. 20 cum quatuor ſeqq.
In renunciatione quale dicatur jus futurum ex cauſa de futuro, vel de præterito, ibid n. 40.
Poteſt renunciari jus futurum ex cauſa de futuro, & quando, & quo caſu, ibid. n. 42. & 43.
Non evaneſcit renunciatio hæreditatis ſperatæ, ſi renuncians tempore ejus delatæ ſit profeſſus, ibid. n. 44. & 45.

Inte.

In renunciatione juris de ſuturo fingitur, quod tempore delatæ hæreditatis Renoncians adeat ad commodum Renunciatarii, ibid. n. 35.
Duplex eſt ſpecies Renunciationis ex cauſa ingreſſus in Religionem, diſcept. 64. num. 71.
Quomodo permittantur renunciationes Novitiis Societatis Jeſu, ibid. n. 76. & 77.
Non valet renunciatio in manibus Ordinarii de beneficio affecto, diſceptat. 99. nu. 25.

Repromiſſio.

Dicitur ſimultanea, etiamſi accedat ex intervallo, diſcept. 77. num. 11.

Res.

Res declarata retinet ſuam declarationem in omni caſu, diſcept. 54. num. 101. & 102.

Reſcriptum.

Qualia ſint verba præceptiva in Reſcriptis Papæ, diſcept. 100. nu. 8.
Verba Reſcripti Apoſtolici quando non ſint facultativa, ſed præceptiva, ibid. nu. 11.
Spernens reſcriptum Apoſtolicum non poteſt juvari beneficio alterius in connexis, diſcept. 100. n. 53. & 152.

Reſervatarius.

Reſervatarii fructuum beneficii æquiparantur Titularibus diſceptat. 36. num. 20.

Reſervatio.

Dicitur avocatio ad ſe facta per Papam de proviſione Beneficiorum, diſcept. 55. nu. 22.
Reſervationes reputantur odioſæ, ibid. n. 23.

Reſidentia.

Ex defectu reſidentiæ Decanus Collegiatæ amittit fructus, diſcept. 37. num. 55.
Non requiritur monitio pro reſidentia, ibid. n. 57.
Reſidentia in Epiſcopatu quoad Cardinales præponderat reſidentiæ in Urbe, diſcept. 54. nu. 38.
Concil. Trid. prætulit reſidentiam in Epiſcopatu quoad Cardinales reſidentiæ in Urbe, ibid. n. 37.
A reſidentia non excuſatur Canonicus Coadjutor, diſceptat. 85. nu. 22.
Vicarii Epiſcoporum tenentur ad reſidentiam, diſceptat. 55. num. 29.
Vide in verb. *Epiſcopus*.

Reſignatio.

Reſignatio Beneficii uniti eſt nulla non facta mentione Unionis, ſecus ſi fiat mentio, diſceptat. 78. n. 10.
Quando non competat Reſignanti regreſſus ad Beneficium nulliter reſignatum, ibid. nu. 13.
Reſignatio non facta mentione Unionis reddit eam ſobrepititiam, ibid n. 23.
Unio facta Seminario prohibetur ſuſpendi per Reſignationem in favorem, ibid. nu. 21. & 24.
Hoſpitale Laicum poteſt reſignari in manibus Papæ ad favorem alterius Laici, diſcept. 82. n. 21. in fin.
Reſignatio Beneficii de Jurepatronatus ſpreto conſenſu Patroni dicitur fraudolenta, & nulliter facta, diſcept. 70 nu. 7.
Reſignatario debentur facta ante captam poſſeſſionem, diſcept. 74. n. 23.

Reſolutiones.

Reſolutiones Sac. Congregat. vim legis habent, & faciunt ſtatum, diſceptat. 84. num. 8.
Non ſunt accipiendæ in abſtracto, diſcept. 99. nu. 83.

Reſtitutio in Integrum.

Judicium reſtitutionis in integrum eſt diverſum a Judicio manutentionis, ſive reintegrationis, & quare, diſcept. 96. num. 11.

Reſtrictio.

Reſtrictio ad unum in Electione cauſat nullitatem, diſcept. 100. nu. 54.

Retentio.

Ex conſuetudine Hiſpaniarum poteſt in eadem Eccleſia retineri Dignitas cum Canonicatu etiam Theologali, & Lectorali abſque diſpenſatione, diſcept. 83. nu. 2. & 3.
An hoc procedat ſi Canonicatus ſit Pœnitentiarius, ibid. nu. 4. 5. & 6.
Quando ex natis tis Papa cenſeatur diſpenſaſſe ſuper incompatibilitate retinendi Canonicatum cum Dignitate, ibid. nu. 7.
Incompatibilitas non conſideratur in aſſequendo, ſed in retinendo, diſcept. 84. nu. 14.
Retentio intelligitur per poſſeſſionem non eam perceptione fructuum, ibid. nu. 15.
Retentio plurium Epiſcopatuum, quare concedatur in Germania in una Perſona, & de exemplis, diſcept. 89. nu. 17. & diſcept. 90. num. 1.
Cauſa concedendi hanc retentionem in Germania qualis ſit, diſceptat. 90. nu. 2.
Conceditur ob utilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ, ibid. nu. 2.
Gratia retentionis duarum Eccleſiarum facilitatur ex vicinitate, ibid. n. 14.

Reus.

Reo, & Poſſeſſori ſufficit vincere per non jus Actoris, diſcept. 78. nu. 14.
Reus inobedientiæ ſit, qui interpretatur præceptum Papæ, diſcept. 100. n. 26.

Rota Romana.

De eius ſtylo circa expeditionem, vel conceſſionem Audientiæ, diſcept. 59. n. 50.
Amplecti ſolet Decreta Sacræ Congregationis, diſcept. 61. n. 99.
Deciſionibus Sac. Rotæ ſtandum eſt in judicando, diſcept. 62. n. 41.

S

Sacerdos.

Vide in verbo *Presbyter*.

Sanguis.

Abſurdum eſt, ut in renunciatione Intuitu Agnationis Perſona ſuperſtes de ſanguine ſpoliata remaneat bonis propter Extraneos, diſcept. 68. n. 12.

Scandalum.

Scandalum non præſumitur diu toleratum ab Epiſcopis in ſua Diœceſi, diſcept. 65. n. 20.
Exceptio ſcandali quando non attendatur diſcept. 66. n. 45.

Scientia.

Scientia juris præſumitur, & quando, diſceptat. 100. n. 131.
Paria ſunt ſcire, & ſcire teneri, & quando, diſcept. 100. n. 61. & 140.

Scriptura.

Scripturæ extractæ ab Archivio privato Capituli non probant contra Epiſcopum. diſcept. 61. n. 35.
Scripturæ inſertio in Inſtrumento facit eam eſſe partem ipſius Inſtrumenti, diſceptat. 100. n. 100.

Secretum.

Secreti violatio in Electione cauſat nullitatem, diſceptat. 100. n. 55. 57. & 128.

Sedes Apoſtolica.

Ex benignitate remittit ſuum contemptum, diſcept. 100. n. 241.

Seminarium.

Quomodo facienda ſit Unio beneficii Seminario juxta Concil. Trid. diſcept. 78. n. 3. & 4.
Papa non ſolet præjudicare Unionibus pro indigentiis Seminarii, ibid. n. 21.
Denegat etiam pro prima vice ſuſpenſionem Unionis, ib. n. 22.
Unio facta Seminario prohibetur ſuſpendi per reſignationem, ib. n. 21.
Epiſcopus Seminario per Taxam, & Unionem Beneficiorum ab initio factam Proviſo, an poſſit facere novam unionem, diſceptat. 78. n. 27. 28. 29. & ſeqq.

Senex.

Ætas ſexagenaria, a quibus muneribus non excuſet, diſceptat. 73. n. 49. & 50.
Quis intelligatur ſenex reſpectu ejus, qui contra illum impetravit Beneficium, & privatur gratia ſubrogationis, diſcept. 73. n. 26.

Sententia.

Sententia Epiſcopi ſuper reaſſumptione habitus in fraudem Fiſci quando non ſubſtineatur, diſcept. 87. n. 5.
Dicitur continere, quæ veniunt per conſequens, vel antecedens, diſcept. 74. n. 78.
Comprehendit quidquid includitur ſub univerſalitate ejuſdem rationis, ibid. n. 79.
Sententia habetur pro non lata ſtante appellatione, diſcept. 100. n. 168.

Sepultura.

Cadaver eſt exhumandum, ubi ſepultum fuit extra Parochialem una cum reſtitutione funeralium, diſcept. 81. n. 11.
Perſonæ Seculares non poſſunt tumulari, & eligere ſepulturam in Eccleſiis Monialium, ib. n. 12.

Sequeſtratio.

Sequeſtratio ſupponit rem ſequeſtratam pertinere illi, cui facta fuit, diſcept. 71. n. 55.

Servitium.

Qui per alium ſervit per ſeipſum ſervire videtur, diſcept. 85. n. 33.

Severitas.

Severitas, & rigor, non autem gratia exercetur in præjudicium alterius, & quando, diſcept. 100. n. 167.

Simo

Simulatio.

Plus valet quod agitur, quam quod ſimulate conc'pitur, diſcept. 65. n. 25.
Simulatio non admittitur, non probata cauſa ſimulandi, ib. n. 18. 19. 20. & 21.
Non ſtatur declarationi eius, qui prætenditur ſimulaſſe, ib. n. 22.
De conjecturis ad excludendam ſimulationem, ibidem n. 23.

Societas Jeſu.

Vide in verbo *Religio.*

Solutio.

Solutio non probatur ex promiſſione, diſcept. 57. n. 42. & 43.
Quando aureus eſt in obligatione ſolvendi non attenditur ejus decrementum, nec augmentum, diſcept. 88. n. 2.
Maxime ſtante obſervantia, ib. n. 3.
Quando in hoc adeſſe dicatur læſio enormiſſima, ibid. nu. 4.
Ob nimiam læſionem eſt locus reductioni Contractus etiam in augmento monetæ, ib. n. 5. & 6.
Non obſtante obſervantia, ib. n. 7.

Species.

Pro ſpecie habent generalitas, quæ in non tantùm verificatur, diſcept. 100. n. 103.
Nulla eſt generalitas quæ non poſſit ad ſuam ſpeciem limitari, ib. n. 106.

Sponſalia.

In ſponſalibus requiritur mutua promiſſio, & repromiſſio, diſcept. 77. n. 2.
Promiſſio Viri ſcripta ad Puellam, cui poſtmodum ipſa ſe ſubſcripſit an faciat contractum perfectum, ibid. n. 3.
Promiſſio, & repromiſſio in eadem carta habente datam in principio, dicitur contemporanea, & quando ſecus, ib. n. 4. 5. 6. & 7.
Amplia n. 8.

Spretus.

Ob ſpretum Mandati Apoſtolici, quæ pœna incurratur, diſcept. 100. n. 156.
Spretus, & inobedientia non purgantur per verba, quæ ſunt contraria facto, ib. n. 63. & 152.
Spernere quando quis dicatur ib. n. 254.

Status.

Status de libero attenditur, ſi eſt ultimus ad ſubſtinendam proviſionem, non obſtante exceptione Unionis, diſcept. 78. n. 25. & 26.
Status conjugalis, & cœlibatus ſub una, & eadem virtute Caſtitatis comprehenduntur, diſcept. 72. n. 40.
Non arguitur a ſtatu poſteriori ad anteriorem, diſcept. 63. n. 18.
Actus incipere non poteſt in ſtatu incapacitatis, diſcept. 65. n. 21.
Status Præſens ſpectantur pro judicanda indigentia Monaſterii, diſcept. 66. n. 53.

Statutum.

An valeat Statutum, & conſuetudo, ut Canonicus in ingreſſu Eccleſiæ ſolvat certam pecuniæ quantitatem in uſus pios, diſcept. 57. n. 2. & ſeqq.
An afficiat Proviſos Apoſtolicos hoc Statutum, ibidem n. 7.
Non eſt differentia in hac materia inter Statutum, & conſuetudinem, ib. n. 9. 10. 12. & 13.
An valeat hoc Statutum in admiſſione, & ingreſſu ad Confraternitates, ibid. n. 14.
Statutum, de quo ſupra, valet etiam ſine confirmatione Apoſtolica, ib. n. 21. cum duob. ſeqq.
Quid diſponat in hac materia Conſtitutio S. Pii V. ib. n. 25. 26. & ſeqq.
Et quid diſponat Conſtitutio Innocentii Undecimi, ib. n. 29.
Statutum an valeat, ut Proviſi ſolvant aliquid pro mercede Officialium Eccleſiæ, ib. n. 31.
Quomodo valide fieri poſſit Statutum in hac materia, ib. n. 36.
Valet Statutum concedens annum ſuper viventiæ hæredibus Canonici defuncti, ib. n. 38. 39.
Et vide n. 68.
Non valet quod Proviſus ex fructibus ſuæ Præbendæ aliquid annum ſolvat pro Miniſtro Capituli, ib. n. 40. & 41.
Quomodo fieri, & reformari debeant Statuta in hac materia, ib. n. 24.
Valet Statutum, & Conſuetudo, quod Canonici juniores arceantur ab actibus Capitularibus, ib. n. 72.
Statutum applicans fructus pro Anima Canonici defuncti, an locum habeat etiam favore Canonici Reſignatarii, ib. n. 73.
Si concedat Juriſdictionem in aliquibus non dicitur conceſſiſſe in aliis, diſcept. 59. n. 15.
Statutum anterius revocatur per poſterius etiam ſine mentione ſpeciali, & quando, diſcept. 61. n. 26.
Statutum in viridi obſervantia exiſtens eſt attendendum, ib. n. 86.
Enunciativa conſuetudinis in Statuto quando ſtet cauſative, & non facultative, ib. n. 88.
Ultimum Statutum eſt attendendum, non autem anterius, diſcept. 62. n. 3.
In Statutis Epiſcopus loquitur per verbum *Nos*, ibid. n. 4.
Statutum & Conſuetudo a pari procedunt, diſcept. 93. n. 16.
Canonici jurant obſervare Statuta, & Conſuetudines Eccleſiæ in actu ingreſſus, diſcept. 85. n. 19.
Statutum declaratur ex obſervantia, ib. n. 31.
Statutum factum de conſenſu omnium non poteſt revocari, niſi interveniente omnium conſenſu, diſceptat. 93. nu. 13. & 19.
Statuti inobſervantia non probatur ſi caſus non evenerit, ib. n. 22.
Statutum Capituli de non admittendis exteris in Eccleſia non valet, diſcept. 99. n. 63.
Statutum de non excedendo numerum, an impediat fundationem novi Canonicatus, ſeu Dignitatis faciendam per laicum, diſcept. 99. n. 86.
Obſervantia vel declarat Statutum, vel illud oſtendit ineffectuatum, ib. n. 87.

Stylus.

Stylus Datariæ habetur pro lege, diſcept. 95. n. 6.

Subreptio.

Reſignatio non facta mentione Unionis redditur ſubreptitia, diſcept. 78. n. 23.
Gratia redditur ſubreptitia ob captioſam narrativam factam Papæ, diſcept. 99. n. 44.

Subrogatio.

Subrogatio gratioſa inter plures ſuperſtites cui concedatur, diſcept. 73. n. 24.
An Dataria poſſit gratiam ſubrogationis denegare ſuperſtiti, ib. n. 25.
Quis intelligatur ſenex reſpectu ejus, qui contra illum impetravit beneficium, & privatur gratia ſubrogationis, ib. n. 23.
Quomodo, & qualis intelligatur calumnioſus litigator, cui non ſuffragatur gratia ſubrogationis, ib. nu. 27.

Subſcriptio.

Subſcriptio obligat ſubſcribentem, diſcept. 100. n. 186.

Subſtitutus.

Valet Alienatio facta in præjudicium ſubſtituti ab Executore habente facultatem alienandi, diſcept. 65. n. 7.

Subterfugium.

Subterfugiis non eſt indulgendum, diſcept. 65. n. 24.

Subtilitas.

Nimia ſubtilitas ad effectum ſubſtinendi actum ſpernitur in Iudicando, diſcept. 72. n. 17.

Supplicatio.

Super eadem prima ſupplicatione poſſunt ſecundæ, & ulteriores literæ expediri, diſcept. 98. n. 2. & 7.
Nec poteſt allegari Jus Tertio quæſitum tempore intermedio, ib. n. 3. 2. & 5.
Quando non poſſint expediri novæ literæ ſub eadem Data ſupplicationis, ib. n. 8.
Semel facta ſpecificatione valoris cum expeditione literarum non poteſt amplius variari per novas literas juxta regulam 65. Cancell. ib. n. 9.

Suppoſitum.

Declaratio ſuppoſitiva corruit corruente ſuppoſito, diſcept. 74. n. 75. & diſcept. 100. n. 81.
Deficiente ſuppoſito deficit illatio, diſcept. 79. n. 31.

Suppreſſio.

De differentia inter Unionem æque principalem, & ſuppreſſionem, diſcept. 99. n. 37.

Synodus.

Conſtitutiones in Synodo fiunt cum præſentia, & conſenſu totius Cleri, diſcept. 93. n. 11.
Conſtitutiones factæ in Synodo ſunt ſervanda, diſcept. 93. n. 9.
Epiſcopus poteſt in Synodo derogare conſuetudini Diœceſis, ib. n. 12. cum ſeqq.
Conſtitutiones Synodales attenduntur, & earum obſervantia præſumitur, diſcept. 93. n. 20. & 21.
Epiſcopus in Synodo derogare non poteſt Centenariæ, & Immemorabili, ib. n. 23.
Jus congregandi Synodum quam legem Juriſdictionis reſpiciat, diſcept. 95. n. 28.

Te-

Digitized by Google

T

Taciturnitas.

TAciturnitas, & acquieſcentia reducitur ad non Jus Petentis, diſcept. 79. num. 23.

Tempus.

Dantur in Jure tria tempora, & qualia ſint, diſceptat. 57. num. 18.

Receditur a qualibet diſpoſitione in his, quæ mutationem recipiunt ex tempore, diſcept. 66. nu. 69.

Temporis prorogatio ad eligendum reſpicit utilitatem Eccleſiæ, diſcept. 100. nu. 132.

Superior, qui prorogat tempus concedit illud, quod ſibi competit Jure devoluto, ibid. nu. 133.

Terminus.

Eligens in termino prorogato nulliter eligit non ſervata forma Termini, diſcept. 100. n. 49.

Vide ulum. 43.

Ubi lapſus termini ad eligendum non inſtat, requiruntur in Capitulo duæ partes ex tribus, alias Electio eſt nulla, ibid. nu. 31. 67. 68. 69. & 70.

Electio extra terminum Juris facta eſt nulla, ibid. num. 44. & 50.

Amplia etiamſi facta ſit extra terminum hominis, ibidem num. 141.

Quando poſſint elapſo termino novam Electionem facere, qui malam fecerunt, ibid. num. 144.

Inter plures Vocales eligere poſſunt illi tantum, quibus lapſus non eſt terminus, ibid. nu. 100. & 230.

Terra.

Non poteſt Terra deficere hominibus, in qua moriantur, ſed bene in qua vivant juxta Tacitum, diſceptat. 74. num. 4.

Territorium Separatum.

Prælatus inferior cum Territorio ſeparato, an gaudeat Alternativa, diſcept. 95. nu. 24.

Jus Territorii ſeparati, quæ Jura non comprehendat, ibid. nu. 27. & 28.

Non valet argomentum negativum de Territorio ad Diœceſim, diſcept. 95. nu. 26.

Concurſus, & approbatio in Beneficiis Territorii ſeparati, ad quem ſpectent, & qui teneantur accedere exiſtentes in Territorio Prælati inferioris, ibid. num. 29. & 30.

Tertius.

Actor non poteſt excipere de Jure Tertii, diſceptat. 78. nu. 15.

Teſtamentum.

Teſtamentum Profeſſi in Monaſterio capaci poſſidendi in communi non habet effectum a die Profeſſionis, ſed mortis naturalis Profeſſi, diſcept. 65. nu. 11.

Quando habeat locum a die Profeſſionis, ibid. nu. 14.

Etiam ex permiſſione Abbatis non poteſt Religioſus teſtari de bonis etiam ex facultate reſervata ante Profeſſionem, ibid. nu. 17.

Teſtamentum factum ante Profeſſionem poteſt poſt illam revocari a Profeſſione, ibid. n. 31. 32. & 46.

Teſtamentum principaliter conſiſtit in Inſtitutione, ibid. num. 33.

Profeſſus non poteſt facere Teſtamentum ad proprium commodum, ibid. nu. 34. & 37.

Non Monaſterium, ſed ſoli hæredes Jus acquirunt ob conditionem nulliter adjectam in Teſtamento, diſcept. 65. num. 44.

Deſideria Teſtatorum in ſuis Teſtamentis ex arbitrio viventium interpretantur, diſcept. 69. n. 31.

Nullitas Teſtamenti potius ex inadvertentia, quam malitia commiſſa præſumitur a Teſtatore conſtituto in articulo mortis, diſcept. 70. nu. 8. & 9.

Teſtimonium.

Teſtimonio Ordinarii non ſtatur in præjudicium veritatis diſcept. 66. nu. 32.

Teſtis.

Teſtes de auditu conjunguntur ad plene probandum cum aliis, diſcept. 66. n. 28.

Quando Teſtes non probent negativam coarctatam, diſceptat. 87. nu. 17.

Textus.

Textus in *Cap. Bona de poſtulat. Prælat.* explicatur, diſcept. 54. num. 36.

Textus in *Cap. quis. duas de elect. in 6.* explicatur, diſcept. 100. nu. 80. & 107.

Textus in *Cap. Bona 4. de poſtulat. Prælat.* explicatur, diſcept. 100. nu. 174.

Textus in *Cap. Unic. de poſtulat. Prælator.* explicatur, ibidem num. 218.

Titulares.

Percipiunt fructus Beneficiorum titolo oneroſo, diſcept. 36. n. 21.

Titulus.

Appellatione Tituli Eccleſiaſtici veniunt omnia Beneficia, quæ dantur in Titulum, diſceptat. 86. numer. 9.

Qui poſſidet Eccleſiam dicitur eam habere in Titulum, ibid. nu. 10.

Nomen Tituli de omni, & quacunque Dignitate prædicatur, diſcept. 86. nu. 14.

Tractatus.

Concluſum in Tractato cenſetur repetitum in Contractu non habente ejus mentionem, diſceptat. 38. num. 18.

Translatio.

Translatio Penſionis nulliter facta, an conſumat facultatem transferendi; Diſtingue, diſceptat. 70. nu. 3. cum trib. ſeqq.

Facta abſque conſenſu Titularis quoad penſionem alias translatam dicitur nulla nullitate malitioſa, ibidem num. 7.

Fieri poteſt in Urbe coram Prothonotario Apoſtolico honorario, ibid. n. 10.

Niſi exhibeatur Indultum transferendi coram Executore, Translatio Penſionis eſt nulla, ibid. nu. 12.

Ad hunc effectum requiritur exhibitio realis Indulti, nec ſufficit aſſertio Executoris, vel Notarii, ibid. nu. 13. 14. & 23.

Sufficit tamen relatio ad Indultum regiſtratum in aliquo Inſtrumento, ibid. nu. 15. 22. & 25.

Valida eſt, ſi facta fuerit juxta formam Indulti, ibid. nu. 20. & diſcept. 71. num. 2.

Quare requiratur exhibitio Indulti coram Executore, diſcept. 70. nu. 21.

Pro exhibitione Indulti ſufficit productio, & exiſtentia in Proceſſu fulminato, ibid. nu. 24.

Nullitas Translationis ob non exhibitum Indultum Executori naſcitur ab opinione controverſa Doctorum, diſcept. 71. nu. 3.

Licet non ſit facienda exhibitio Indulti nuntii de transferendo coram Executore, iſte tamen habere debet ſcientiam, quod Transferens fuerit Conclaviſta, ibidem num. 12.

Quomodo probetur hæc ſcientia, ibid. nu. 14.

Executor Indulti de transferendo dicitur merus Executor abſque cognitione Cauſæ, & ejus ignorantia quoad circumſtantias, quæ reſpiciunt Penſionem non inducunt in eo defectum Juriſdictionis, diſceptat. 71. num. 24.

V

Vacatio.

PRimæva Vacatio durat ob proviſiones inutiles, & devolvitur Jus providendi ad S. Sedem, diſcept. 99. num. 31.

Vacatio primæva Beneficii durat ſtante nullitate Unionis, ibid. nu. 43.

Vacatio Eccleſiæ, & Juriſdictio Capituli ceſſat præconizato Epiſcopo in Conſiſtorio Papæ, diſceptat. 74. num. 25.

Vacatio Eccleſiæ *per Extravagant. Injunctæ de Elect.* prorogata fuit uſque ad capturam poſſeſſionis, ibidem num. 29. & 30.

Valetudo.

Ex quibus excludatur mala valetudo, diſceptat. 85. nu. 28.

Valor.

Quomodo intelligatur clauſula *addendi, & minuendi* valorem in Litteris Apoſtolicis, diſceptat. 98. numer. 6.

Semel facta ſpecificatione valoris cum expeditione litterarum, non poteſt amplius variari per novas litteras juxta *regul. 63. Cancell.* ibid. nu. 9.

Facultas addendi & minuendi circa expreſſionem valoris intelligitur pro prima vice, ibidem numero 10.

Maxime ſi fuerint litteræ expeditæ, & earum vigore capta poſſeſſio, ibid. num. 11.

Variatio.

Variatio Eccleſiaſticis prohibetur, diſceptat. 89. numer. 15.
Non præſumitur variatio ab eo, quod fuit promiſſum etiam ſine pœna pecuniaria, diſceptatio 100. numer. 189.
Variatio in præjudicium Juris alteri quæſiti non admittitur, diſcept. 98. num. 22.
Præſertim ad evitandum abſurdum, ibid. n. 23.

Vaſſallus.

Vaſſalli non poſſunt allegare melioramenta quæ non fecerunt, diſcept. 79. nu. 33.
Melioramenta facta a primis Vaſſallis non tranſeunt ad ſucceſſores, ibidem num. 34.

Verbum.

Verbum *aſſumera* adaptatur promotioni ad Epiſcopatum, diſcept. 86. nu. 5. contrarium num. 16.
Qualia ſint verba præceptiva in reſcriptis Papæ, diſcept. 100. num. 8.
Verba reſcripti Apoſtolici quando non ſint facultativa ſed præceptiva, ibid. num. 11.
Verba quæ ſunt contraria facto inobedientiam, & ſpretum non Purgant, ibid. nu. 24.
Verba indefinita non debent reſtringi, diſceptat. 69. numer. 20.
Verbum *proteſt* ſtat impugnative, diſceptat. 74. numer. 70.
Quando ultima verba non poſſunt disjungi ab antecedentibus, diſcept. 100. num. 181.
Verba non referuntur ad eos, contra quos directa non fuerunt, diſcept. 14. nu. 32.
Verborum tenor non attenditur, ſed ſubſtantia rationis, ibid. n. 72.
Verborum deletio ab aliqua diſpoſitione reponit rem ad terminos Juris, diſcept. 55. nu. 24.
Verbum *Nos* adjectum in Statuto facto ab Epiſcopo ſimul cum Capitulo refertur ad ſolum Epiſcopum, diſcept. 62. num. 4.
Verborum diviſio inducitur per virgulam, diſceptat. 64. num. 39.
Verbum *diſpenſare* ſignificat etiam *diſponere*, ibidem, num. 64.
Verba futura omne tempus futurum comprehendunt, ibid. nu. 79.
Verba *de gratia ſpeciali* excludunt actum Juſtitiæ, diſcept. 79. n. 30.
Verba quando ſtent reſtrictive ad certam perſonam, diſceptat 100. num. 201.
Verbum *iterum*, & *iteratio* quid importet, ibid. num. 102. & 108.
Verba generalia reſtringuntur ad evitandum abſurdum, & inſtantaneam correctionem, ibid. n. 198.
Verba generalia referuntur ad omnia, ibidem numer. 224.

Veriſimilitudo.

Ubi deficit veriſimilitudo præſumitur fictio, diſcept. 58. nu. 33.

Vicarius.

Vicarius Papæ quouſque Juriſdictionem habeat, diſcept. 55. num. 14. & ſeqq.
Vicarii tenentur ad reſidentiam, ibid. num. 29.
Vicarius Parochialis unitæ ſubjectus eſt reductioni congruæ, quæ excrevit in favorem Monaſterii, cui facta eſt Unio non obſtante aſſignatione facta cum tranſlatione domini, diſceptat. 66. per totam ſignanter num. 21. & ſeqq.
Non poteſt hujuſmodi Vicarius exhaurire omnes fere redditus Parochiæ, ibid. num. 38.
Quanta ſit congrua pro Vicario ad regulanda læſionem ex parte Monaſterii, quod aſſignavit congruam, ibid. nu. 39.
Poſſidenti Vicario nomine non ſuffragatur contra Dominum Centenaria, ibid. nu. 43. & 61.
Non poteſt Vicarius allegare favorem Curæ Animarum in exceſſu congruæ, ibid. nu. 45.
Congrua Vicarii reducitur favore Monaſterii etiam habentis Unionem in temporalibus tantum, ibid. numer. 57.

Virgula.

Virgula inducit verborum diviſionem, diſceptat. 64. num. 39.

Virtus.

Virtute contemnuntur contemptu famæ, diſceptat. 99. nu. 27.

Vitium.

Sæpe vitia ſe ingerunt, & ſe eſſe Virtutes mentiuntur, diſcept. 92. n. 13.
Ut actus dicatur novus, nec habeat vitium primi quid requiratur, 8. diſceptat. 100. n. 177.
Vitium primæ Electionis influit in ſecundam renovatoriam primæ, diſcept. 100. nu. 71.

Ultimus Status.

Exceptio Unionis non retardat ultimum ſtatum collativum, diſcept. 78. n. 20.

Unio.

Unio probatur etiam per ſigna, & conjecturas, diſcept. 66. num. 2.
Probatur ſi Decimæ Eccleſiæ unitæ ſpectant ad Monaſterium, cui facta eſt Unio, ibid. nu. 3.
Item ex Sententiis condemnantibus Monaſterium ad præſtationem Congruæ Vicario, ibid. nu. 4.
Etiam Monaſteriis Monialium poſſunt fieri Uniones Parochialium, ibidem num. 5. & 59.
Probatur Unio, ſi fuerint inſtituti Vicarii, & non Parochi, ibid. nu. 6.
Item ſi habitus non fuit concurſus, ibidem num. 7. & 8.
Item ſi Parochialis numquam proviſa fuit tamquam de re ſervato, ibid. nu. 6.
Item probatur per Teſtes, ibid. n. 10.
Item quando Monaſterium, cui facta eſt Unio habet onus manutentionis Eccleſiæ unitæ, ibid. nu. 22.
Item quando fit mentio de congrua, ibid. nu. 12.
An Inſtitutiones in Titulum deſtruant probationem Unionis, ibid. nu. 13.
An Unio excludatur per Viſitationes Epiſcopi, & proviſiones ex cauſa reſignationis, ibidem numer. 23. & 24.
Non excluditur Unio, ſi factæ fuerint præſentationes ad Eccleſiam unitam, ibid. nu. 15.
Papa in Unione Parochialis factæ Monaſterio intelligit illud providere de redditibus ſuperfluis ultra Congruam Vicarii, diſcept. 66. num. 37.
Quid importet Unio in temporalibus, ibid. nu. 56.
Quomodo probetur Unio in ſpiritualibus, & temporalibus, diſcept. 66. nu. 58.
Ad Monaſterium, cui facta eſt Unio pertinent omnes fructus Parochialis unitæ, ibid. nu. 66.
Poteſt Monaſterium diminuere Congruam Vicario propter ejus excreſcentiam, ibid. n. 67.
Papa ſolet concedere Uniones, & ſuppreſſiones beneficiorum pro dotandis Canonicatibus in Erectione Eccleſiæ in Collegiatam, diſcept. 69. num. 13.
Unio beneficii facta Seminario corruit non adhibito conſilio Deputatorum juxta Concilium Tridentinum, diſcept. 78. num. 3.
Conſilium Deputatorum pro hac Unione an reſultet ex eorum atteſtatione, ibid. n. 4.
Vel ex aſſertione Epiſcopi adminiculata, ibid. num. 5. 6. & 7.
Reſignatio beneficii uniti eſt nulla non facta mentione Unionis, ſecus ſi fiat mentio, diſcept. 78. numer. 10.
Papa non ſolet præjudicare Unionibus pro indigentiis Seminarii, ibid. n. 11.
Denegat pro prima vice ſuſpenſionem Unionis, ibid. nu. 12.
Exceptio Unionis non retardat ultimum ſtatum collativum, ibid. nu. 20.
Papa poteſt ſuſpendere Unionem, ſed aliquando non ſolet, ibid. nu. 22.
Reſignatio non facta mentione Unionis redditur ſubreptitia, ibid. n. 23.
Status de libero attenditur, ſi eſt ultimus ad ſubveniendam proviſionem non obſtante exceptione Unionis, ibid. nu. 25. & 26.
Epiſcopus Seminario per taxam, & Unionem beneficiorum ab initio factam Proviſo, an poſſit facere novam Unionem, ibid. n. 27. 28. 29. cum ſeqq.
Facilius conceditur Unio temporalis, quam perpetua. diſcept. 90. nu. 8.
Unionum nimiam facilitatem Concil. Trident. coercuit, diſcept. 99. nu. 32.
Uniones Ordinarii facere non poſſunt, niſi in caſibus a Concil. Trid. expreſſis, diſcept. 99. num. 33.
Unio eſt nulla, ſi non concurrat cauſa juſta, ibidem nu. 34.

Ex